

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;
DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;
CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;
OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;
DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.
EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXVIII.

S. ATHANASIUS ALEXANDRINUS ARCHIEPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

SÆCULUM IV.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, ETC., NECNON AD COMMELINIANAS LECTIONES CASTIGATA, MULTIS AUCTA : NOVA INTERPRETATIONE, PRÆFATIONIBUS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA : NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, ONOMASTICO, ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA, OPERA ET STUDIO MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI E CONGREGATIONE S. MAURI,

NOVISSIMIS NUNC CURIS EMENDATIORA, ET QUARTO VOLUMINE AUCTA ;

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,
BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,
SIVE
CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS QUARTUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 45 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XXVIII CONTINENTUR

S. ATHANASIUS ALEXANDRINUS ARCHIEPISCOPUS.

Ex typis MIGNE, Petit-Montrouge.

PRÆFATIO.

Innato prolis amore factum plerumque, ut mediocris facultatis homines ac rusticani in divitum principumque domos filios submitterent : et facile sibi eorum jacturam ferendam putabant, dum ad pinguiorem illi fortunam ceu ex transverso et invita natura accederent. Idipsum dolo consimili ab innumeris pene, nec ingenio minus quam ætate disparibus, admissum deprehendimus, qui cum nec fama valerent, nec suapte opera nomen sibi parere posse confiderent, mutuato Athanasii nomine, aliquam sperabant scriptis suis adjici dignitatem. Hinc evenit, ut tot tantaque opera Athanasium ementiantur. Neque tamen hæc una fuit tam immanis accessionis causa : nam multa quoque, olim ἀδέσποτα, cum in librariorum manus incidissent, pari ipsorum temeritate, eidem ascripta fuere. Hujusmodi ausus, quanti quanti fuerint, ferendi fortasse erant, si viri solum ingenio atque arte scribendi præditi suos fetus Athanasio commodassent : at contra accidit ut plerumque imperitorum hominum et insulsorum nugis male auctus sit tam peritus artifex. Hinc germana næniis intermusta fœdataque in prius editis conspicimus. Hinc inepta illa et ἀπροσδιόνυσα, prodeunt, *Liber De definitionibus*, *Historia imaginis Berytensis;* quin illam memoramus *Melchisedeci historiam*, γέλοιον sane, ni fortasse malis fastidium quam risum illa moveri? Nec audiendus ille nuperus, qui non diu hoc opus Athanasio asserere nitebatur. An Melchisedecum hujusmodi depingat Athanasius; qui post exactum in saltibus septennii otium sponte loricatus prodit, pelle instar testudinis occallente, vulturinis unguibus, corpore pilis ita horrente, ut ursum diceres? Nimirum, ut ait Tullius (a), *Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio : itaque quod vim hujus mali Græci non vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt. Ut enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, non reperies.* Addiderim ne apud Latinos quidem vocem hujusmodi nugis dignam reperiri.

His tamen, quantavis φλυαρία conspergantur, id conficitur; ut cum Athanasio plura quam aliis Patribus spuria ascripta fuerint, palam videatur ille majore quam cæteros eruditionis et doctrinæ fama fuisse et quidem apud peritos juxta atque imperitos; quando inter multa quæ nauci et nihili sunt, non spernenda alia comparent, neque talia de quibus sit Athanasio erubescendum. Erubescendum iis erat potius, qui fictam submisere prolem : nam æque illiberale est sua aliis se dignioribus ascribere, atque labore alieno parta in se transmovere. Sed erunt fortasse qui litem moveant : Quid igitur, aient, illa quæ tute luce indigna arbitrare, non exegisti? quid tam multa ejus generis hactenus ignota e tenebris eruisti? Verum præsto est quod respondeatur : ut nostrum fuit dubia et spuria a germanis secernere, haud ita licuit nobis ea resecare. Inter spuria recensemus, quia eo videntur certis de causis ablegata oportere : erunt fortassis quibus alia sit opinio, qui facultatem judicii ea de re ferendi præreptam sibi fuisse indigne ferrent. Ad hæc, quamplurimis eruditione præclaris hominibus obtemperamus, qui quæ nomen Athanasii præferunt, omnia volunt publici esse juris, aiuntque nulla eorum carere suo fructu. Quamobrem si quibus horum lectio displiceat, ea nullo dispendio missa faciant, nec invideant iis quibus lustrare omnia et in singulis judicium exercere animus est.

A quibus autem isthæc tam multa sint elaborata, quis tam lynceus qui perspicere queat? Unum scimus, jam fere a tempore usque Athanasii cœpisse nonnullos sua Athanasii nomine insignire : sequentibus exinde ætatibus fraudem ceu fluxu quodam ubique pervagatam esse, et postremo ad Latinos ex Græcia dimanasse. Hisce omnibus mirum in modum, sed damno suo uti diximus, auctus est sanctus Doctor. Pauca tamen sunt, quæ auctorum nomina in quibusdam codicibus præferant, ut cuique videre est in hujusce tomi decursu. Ætatem vero singulorum quantum in nobis situm fuit assignavimus. Ad ea quæ in prius editis exstant, permulta nos ex tenebris eruta, ut mox dicebamus, adjecimus : supellectilem sane variam, pretio atque utilitate disparem.

Quoniam autem non æque conspicuis notis omnium νοθεία deprehenditur : sed quædam eorum non tam evidentia signa in utramvis partem referunt : alia vero vel ipso cultu atque conspectu peregrina sese profitentur, binas in classes hunc tomum distribuere visum fuit. In priore, Athanasii nomine dubia omnia edi curavimus. Et quidem id ultro fatemur, quod cuique monita nostra legenti subodorari licebit; videlicet nos, etsi inter incerta isthæc reponamus, plerumque tamen magis propendere in partem negandi : maluisseque adhuc sub judice litem esse, quam in periculum venire levius proferendi νοθείας judicii, Athanasioque suas forte lucubrationes abjudicandi. In posteriore ea collocamus quæ aperte spuria sunt, non aliquo servato ordine, sed ea quæ in prius editis primas tenebant ut fors obtulit, priora ferme reposuimus : alia ut argumenti ratio ferebat una conjunximus. Nec tamen certa regula fuit : et quia se-

(a) *De oratore* l. II.

rius nonnulla accedebant, priorem in vacuum locum casu magis quam consilio conjecta sunt : et consilione opus in rebus inconsulta multorum temeritate consarcinatis? Homiliæ tamen omnes una cohærent, servato rerum quæ aguntur ordine.

His autem notis, his tesseris dubia et aliena a germanis internoscimus : primo ex frequenti Athanasii operum tractatione, ceu gustus quidem legenti inhæret, cujus ope haud facile sit ipsi fucum facere; cum maxime arduum sit quantumvis perito nativam Athanasii elegantiam ementiri. Et quidem multa occurrunt, quæ si vel primoribus quidem labris attingas, statim respuas ut peregrina et ab Athanasii illa ἐνεργείᾳ abhorrentia. Hujusmodi sunt *Disputatio contra Arium*, in synodo Nicæna, *Sermo contra omnes hæreses*, *Historia Melchisedeci*, *Liber De definitionibus*, et alii ejusdem farinæ libelli. Etiamsi vero in melioris notæ opuscula incidamus, dum in genere polemico versentur, in quo cernimus pene totam Athanasii ætatem esse contritam, haud magno labore a fraudulenti scriptoris artificio nos explicemus : cum vix ulla ars illum tot annorum usum, illam sponte fluentem eloquentiam consequi possit. Cum autem alio genere scribendi exarata sunt, quo vel nulla vel paucissima ediderit Athanasius, tum laboris et consilii res est. Investiganda scilicet doctrina, verba singula inspicienda, sententiæ ponderandæ, num alienæ ab ætate, ab auctore, ab Ecclesiæ usu. Difficile sane nihil ejusmodi deprehendi in spuriis. Si notæ quædam hujusmodi occurrant, et tale opus ab antiquo nemine laudetur, jam augetur suspicio. Neque tamen illico ferenda adversum sententia, nisi alia ex mox enarrandis nota compareat. Nam sunt alia gravissima signa quibus lis solvatur. Cum hæreses scilicet subsequentium ætatum impugnantur, etiam tacito hæreticorum nomine : namque si nomen adest, nec conjectura subest aliqua fuisse amanuensium temeritate adjectum, nulla mora fertur νοθείας judicium. Si in manuscriptis inscriptio ita variet, ut in aliis Athanasii, in aliis alterius scriptoris nomen compareat; signum videtur manifestum, esse totum Athanasio abjudicandum : nam si primitus Athanasii nomen tulisset inscriptio, ne cogitasset quidem amanuensis alterius nomen substituere; cum tanta sit celebratissimi doctoris auctoritas, ut stultum esset ab alio majorem mutuari. Et sane nullum vidimus ex genuinis Athanasii, alterius præferre nomen in codicibus. Evidentissimum suppositionis argumentum est, cum Patres Athanasio suppares aut omnino inferiores laudantur : nam tum vel ex ignorantia scriptoris prodit anachronismus, vel inconsulto amanuensium ausu Athanasii nomen præfixum operi fuit. His usus sum tesseris; quæ tamen nunc leviter perstringo, quia fusius suis locis. Undenam singula prodeant, videsis in mox sequenti recensione codicum mss. et editorum.

Præter ea autem quæ hic exstant cusa, alia permulta sunt, quæ cum proxime præteritis sæculis fraudi opportunioribus impune Athanasium ementita fuissent, instaurato demum litterarum usu, ex Athanasianis ejecta sunt. Inter hæc annumerantur Commentaria Theophylacti *in Epistolas Pauli*, in prioribus Galliæ editis cusa ad frontem operum S. Athanasii, quæ deinde Vulgarii, sive Bulgarii, aut potius Theophylacti Bulgarorum episcopi esse deprehensa sunt, et jam ejusdem nomine Græce et Latine circumferuntur. Non defuere item, qui libros Hilarii *De Trinitate* Athanasio ascripserint, quorum sententia ne confutatione quidem eget : et probe opus illud Hilario assertum fuit in postrema ejus operum editione a nostris adornata. Dialogus quoque Joannis Damasceni *contra Manichæos* in Regio codice num. 2502 ascribi a nonnullis Athanasio dicitur : sed γνήσιος Damasceni fetus est, ut pluribus commonstrabit vir eruditus P. Lequien, ordinis Prædicatorum, in ea quam parat Damasceni operum editione. Vere tamen Athanasius Manichæos, quorum ingens sua tempestate numerus, scriptis est adortus : at ejusmodi scripta cum innumeris aliis injuria temporum exstincta sunt. Et plane demiror Græculorum oscitantiam, qui dum spuria sexcenties exscriberent, germana ita neglexerunt, ut incuria perierint. Ut conjectare porro licet, non dialogi more Manichæos Athanasius est aggressus : nam ejus ævo hoc scribendi genus minus erat frequentatum. In codicibus Anglicanis homiliæ *in Christi ortum*, quæ inter Chrysostomi opera comparent, Athanasii item nomen præferunt. Earum meminimus in monito ad homiliam *De ortu Christi*, p. 350 (*a*). Quod autem attinet ad orationes illas dialecticas Athanasii in Nicæna synodo præsente Constantino Magno habitas, memoratas a Felckmanno, quas narrat M. Crusius Constantinopoli apud illustrissimum principem Jacobum Marmoretam eo tempore repertas fuisse, vix putarim diversas a *Disputatione contra Arium*, quæ in spuriis agmen agit : permulti namque ejus codices in variis bibliothecis exstant. In *Vitis sanctorum Siculorum*, ab Octavio Cajetano, Syracusano, Societatis Jesu, Panormi editis anno 1657, p. 24, exstat nomine Athanasii archiepiscopi Alexandrini *Vita S. Philippi Agyriensis*, vulgo *Agyrionis*, ex monte Agyrione in Sicilia. Is, ut vulgo narrant, a B. Petro apostolo in Siciliam missus fuit, obiitque anno Christi 90, die 12 Maii. Verum in hujusmodi commento refutando operam ludere otiosi hominis esset. Christiani Copti, seu Ægyptii, hymnum *Gloria in excelsis*, Coptice translatum tribuunt Athanasio. Sed cum nec a Græcis, nec a Latinis tanto doctori ascriptus unquam fuisse memoretur, verisimile est Coptos ipsos, stupendæ gentem ignorantiæ, quos penes plurimum auctoritate valet Athanasius, id operis inconsulte ipsi tribuisse. Ad hæc Leontius Byzantinus libro *Adversus fraudes Apollinaristarum* ait, solemne fuisse

(*a*) Hic et infra paginas intellige editionis Venetæ quas typis grandioribus expressimus. Edit.

Apollinarii discipulis libros magistri sui Julio modo, mox Gregorio Thaumaturgo, modo Athanasio ascribere. Sed hujusmodi libri falso inscripti ad nos usque minime pervenerunt. Nec modo Apollinarii, sed etiam Eutychis et Dioscori; en verba Leontii : *Quidam ex hæresi Apollinarii vel Eutychis vel Dioscori, cum vellent suam hæresim confirmare, quasdam orationes Apollinarii Gregorio Thaumaturgo aut Athanasio aut Julio inscripserunt, ut simpliciores fallerent, quod quidem perfecerunt. Auctoritate enim hujusmodi personarum fide digna, multos Ecclesiæ catholicæ capere potuerunt. Et apud multos ex recte credentibus reperire poteris librum Apollinarii, cui titulus* Ἡ κατὰ μέρος πίστις, Fides particularis , *inscriptum Gregorio, et quasdam ejus epistolas inscriptas Julio : et alias ejus* De Incarnatione *orationes vel expositiones Athanasio inscriptas : cujusmodi est quæ inscripta est* Expositio, *consentiens cum Expositione trecentorum decem et octo : neque solum has, sed alias hujusmodi. Fiet autem ibi hoc manifestum, et cuivis veritatis studioso ex iis quæ in medium afferemus tum ipsius Apollinarii, tum discipulorum ejus*, etc. Et vero qui in spuriis agmen agit libellus *De Incarnatione*, in suspicionem venit, quod ex officina Eutychianorum Athanasii nomine prodierit.

Quanquam porro crebris admonitionibus in hujusce tomi decursu quid de quolibet opusculo ferret animus commemoravimus, quia plerumque carptim tetigimus singula; jam quod δευτέραις φροντίσι exploratum fuit adnotemus. De libello in fronte operum posito, cui titulus , *De Incarnatione*, in Monito ibidem pluribus actum. *Testimonia* vero *Scripturæ sacræ* quod spectat, vidi eruditos et emunctæ naris homines qui Athanasio posse ascribi æstimarent. Et sane aliqua est hujusce libri affinitas cum epistola prima ad Serapionem et cum libro *De Incarnatione*, p. 695 tomi primi (*a*). Ibi enim, ut in hoc opusculo, locis ex Veteri ac Novo Testamento mutuatis Trinitas et trium personarum æqualitas commonstratur. Verum infirma ratio : tale quippe scribendi genus est, ut quisquis rem aggrediatur, cum alio simile opus agenti stylo conveniat. Alioquin vero non sat sibi constat scriptor iste; sed postquam de Trinitate ad usque articulum 36 verba fecit, illico rem disparatam ingreditur; Judæos scilicet, filios tenebrarum, exagitat. Articulus autem 49 de blasphemia in Christum, Athanasii esse nequit : nam acerbe satis istic carpitur Origenes : qui a sancto præsule semper cum honore laudatus ac vindicatus fuit. A quæstione 50 ad finem usque diversi res argumenti aguntur : unde forte suspicio nascatur totum opus esse centonem.

Epistola Catholica (*b*). Diximus ambigere nos an Athanasii sit, necne, ob quasdam adjectas ibi suspicandi causas : et inter alias, quia in titulo voce συνεπίσκοποι utitur quisquis ejus auctor est, cum contra soleat Athanasius episcopos συλλειτουργούς vocare; et si quando vox συνεπίσκοποι tomo primo occurrit, non in Athanasianis vulgo, sed in epistolis alienis, ab eo in medium adductis reperitur. Vocem item σύμβολον, quæ ibidem comparet, diximus non usu venire in germanis Athanasii. Verum secundum istam editam admonitionem allatum nobis Roma symbolum fuit, ita, nempe σύμβολον nuncupatum, si tamen hujusmodi nomen non amanuensium fuerit. Nimirum conjecturæ sunt suapte sponte leves, quæ sejunctim positæ non rem conficiant; at cum multæ una coeunt, argumenti loco esse possint. Sane multa alia hic peregrinum olent : ipsissima scilicet vox, *Catholica*, quæ miror si vel ab Athanasio, vel ab æqualibus uspiam in epistolarum inscriptionibus usurpatur, nisi cum de septem epistolis apostolorum quæ Catholicæ vocantur, est sermo. Illud item θεϊκὸν πνεῦμα non est, ni fallor, Athanasio in usu, qui vulgo aut θεῖον aut ἅγιον Πνεῦμα dicit. Ad hæc, brevior est epistola quam pro rei dignitate, nec solet ille res tanti ponderis, ita carptim agere. In *Refutationem hypocrisis Meletii*, et in subsequentes libros *De Incarnatione*, contra Sabellianos, atque in illum alium cui titulus : *Unum esse Christum* quæ ibidem præmonuimus satis sunto.

Sermo de Sabbatis et circumcisione minores forte quam cætera præfert suspicionis notas, et præter styli discrepantiam, remissioris videlicet, quam sit Athanasianus, vix aliud deprehendo quod in ἀπορίαν conjiciat. Secus autem homilia *De semente*, contra quam in dies crescunt suspiciones : in multas sane istic voces offendimus Athanasio minime familiares, verbi causa κατασπορεὺς, ἐμβαθύνομαι, σπόρος εὐθυτενής, et similia non pauca. Aberrat quoque subinde a scopo scriptor iste, et sese subito intercipit; dimissaque re quam tractat, disparatam ingreditur, a qua perinde discedit, ac si huc illuc impulsus oberraret. In eam vero quæ hanc excipit homiliam, quæ præmisimus, etsi paucissima, satis sunto. Homiliam *De passione et cruce Domini* (*c*) etsi abjudicandam Athanasio arbitramur, in codicibus tamen perantiquis ejus fragmenta Athanasii nomine afferuntur : unde propalam fit a multis retro sæculis Athanasii nomen præferre.

Sermonis *De virginitate* oratio tota effluit, nervis, salibus et τῷ εὐτόνῳ destituta ; hocque signo sese profiteri videtur alio quam Athanasio patre natum. Præterea memoratur hic, hymnus *Gloria in excelsis Deo*, cantus *Alleluia*, versiculus *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, cum appendice *Et nunc et semper*, etc.; quorum omnium usus an ævo Athanasii in Alexandrina Ecclesia obtineret, valde incertum. Hymni namque *Gloria in excelsis*, qui totus pene legitur libro septimo *Constitutionum apostolicarum*, nulla, ausim dicere, mentio Patribus vel antiquioribus Athanasio vel æqualibus. Cantus *Alleluia*, ut

(*a*) Nostræ recensionis secundi. EDIT.

(*b*) Pag. 22.

(*c*) Pag. 35.

tradit Gregorius papa l. II, epist. 63, cum peculiaris ante fuisset Ecclesiæ Jerosolymitanæ, tempore Damasi translatus Romam est : memoraturque ab Ambrosio, Augustino, multisque, cum supparibus, tum ætate minoribus. Versus demum, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, usu veniebat quarto sæculo, Basilio auctore, qui diversos ejus proferendi modulos enumerat : obtinuit item Antiochiæ, tempore Leontii episcopi Ariani, Athanasio adversarii, qui eum ad Arianorum usum atque arbitrium haud modice vitiavit. Appendicis autem, *Et nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen*, altum istis sæculis silentium. Hæc omnia memorasse Athanasium vix crediderim, atque hinc augetur sat firma aliunde νοθείας, quæ in hoc opusculum cadit, suspicio Cæterum tametsi lectu dignum opus, et pulcherrimis præceptionibus instructum est, non desunt qui vituperent, et temeritatis nomine traducant dictum illud hujus, quisquis tandem sit, auctoris : Μαρτύρομαι παντὶ ἀνθρώπῳ, ἀκούοντι τὰ ῥήματα ταῦτα καὶ ποιοῦντι, ὅτι τὸ ὄνομα αὐτοῦ γραφήσεται ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς· καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τάγματι τῶν ἀγγέλων εὑρεθήσεται. Id est : *Testificor omni homini qui audierit hæc verba, et fecerit ea, quod nomen ejus scribendum sit in libro vitæ, et quod ipse in tertio angelorum ordine sit collocandus.* Sed non arbitror hoc nomine tam aspere excipiendum esse scriptorem istum. Noluit enim in mercedem proborum, ni fallor, tertium angelorum ordinem ita strictim assignare. Sed quia angeli vulgo homines antecellere putantur, cum aliquo inferiore angelorum ordine, qui sese prior menti obtulit, probos ex hac vita migrantes collocandos dixit. Levem aliam huic dicam impingit nuperus scriptor nostras vir, alioqui doctus, qui nec sine convicio hæc ejus verba, χορευτρία Χριστοῦ, sic Gallice interpretatur, *la danseuse de Jésus-Christ*. An hic de tripudio agitur? et quid tam frequenti usu celebratum in Ecclesia, quam choreæ virginum Christi sponsarum? Eadem vox in *Vita Syncleticæ* usurpatur, unde palam est frustra esse qui dictum illud inclementius exagitent.

Synopsis Scripturæ sacræ (*a*) laudatum opus et quidem a laudatis viris, non eo inter dubia conjicimus, quo arbitremur Athanasio indignum esse. Ecquis enim ille tam peritus scriptor, quem pœniteat tantum librum confecisse? Eum sane qui accurate teneat, litterarum divinarum plane belle eruditus habeatur; ita dilucide et docte commemorat quid de distributione librorum Scripturæ sacræ, quid de auctoritate, de tempore, de auctore cujusque libri putandum; ita accurate et sagaciter quod ipse, crebro regustando, notatu dignius compererat, lectori paucis offert. Neque tanta tamen religione, ut acutum decebat, synopseos formam consectatur, ut sicubi res explicatu difficilis occurrit, importuna brevitate obscuriorem efficiat : sed cum ita facto opus est, interpretem agit, et fusius etiam quam Scriptura ipsa, rem commemorat; quo dato spatio, rursus destinatum carpit iter. Diximus in notis ad p. 156 Josephum, cujus ὑπομνηστικῷ quæ postrema in *Synopsi* leguntur et jam primo Græce comparent, excerpta sunt, virum fuisse Christianum : secus æstimat Petrus Lambecius, aitque Flavium Josephum esse, *Judaicarum antiquitatum* scriptorem, et titulum quemdam ex decimo nono codice theologico affert, nempe : Μέθοδος Ἰωσήπου ἐκ τῶν ὑπομνημάτων αὐτοῦ, καὶ χρονικῶν συνταγμάτων· πῶς συνέστη τὸ ψαλτήριον, καὶ πῶς οἱ ψαλμοὶ ἐξετέθησαν, καὶ τίνα εἰσὶ τὰ μνημονευόμενα ἐν ταῖς Γραφαῖς βιβλία, μὴ εὑρισκόμενα δέ· καὶ τίνα εἰσὶ τὰ ἐν τῷ τέλει τῷ Δαυῒδ πραχθέντα, καὶ τίνες ἡρμήνευσαν τὸ ψαλτήριον, καὶ πόσοι, καὶ πότε. Id est, *Methodus Josephi seu Josippi ex commentariis et chronicis opusculis illius : quo pacto constitutum fuerit Psalterium, quo modo psalmi editi : quinam libri in Scripturis memorati jam non reperiuntur : quænam in fine* (*b*) *a Davide facta sunt : quinam Psalterium interpretati sint, quoti et quo tempore fuerint.* Verum ut judicii tuta ea de re ferendi copia esset, codicem Cantabrigiensem, de quo in notis ibidem, a Patritio Junio in notis ad epistolam Clementis ad Corinthios laudatum, evolvendum oporteret. Et fortassis vel ipse locus a Lambecio laudatus solus sit satis, ut Josephum istum Christianum fuisse comprobetur : illa enim postrema verba : *Et quinam Psalterium interpretati sint, quoti et quo tempore fuerint*, argumento sunt, ni labor opinione, aliquot post Christum sæculis hunc Josephum vixisse. Ille siquidem Commentariorum in Psalmos numerus, animum exauget, ut hunc Josephum alium a celeberrimo Josepho arbitremur. Non enim ævo Josephi *Antiquitatum* scriptoris tot commentaria in Psalmos fuisse videntur.

Ne omittamus ea quæ de codice, unde hæc *Synopsis* prodiit, habet Felckmannus. *Usæ sunt operæ* inquit, *textu hujus* Synopseos *Græce descripto ex vetusto et miris ductibus constante codice, quem ex bibliotheca viri clarissimi Petri Neveleti Doschii curavit vir ampliss. D. Bongarsius, quem cum non in omnibus descriptor assecutus sit, quidquid erit discrepantiæ notandum duxi. Quanquam essent etiam non pauca, quæ de interpretatione moneri poterant : imo locorum quoque nonnullorum in ipso veteri codice conjecturæ possent afferri, quæ tamen omnia brevitatis causa, et quod docti per se ipsi in hoc longe optimi monitores sibi erunt, omitto.* Quorsum autem evaserit codex ille memoratus a Felckmanno ignoratur. Codicem *Synopseos* aliquem nec vidi, nec alicubi exstare didici.

Dialogus *contra Arium* in synodo Nicæna multis nominibus Athanasio abjudicandus : imo vero nec satis consulto commentum hujusmodi meditatus est qui Athanasio attribuit; nam quædam aperte falsa complectitur, cujusmodi est illud quod ait p. 180, cleri dignitatem Ario ab hæreticis collatam; cum contra

(*a*) Pag. 96

(*b*) Forte cum titulo, Εἰς τέλος.

antiquorum testimonio compertum sit, a Petro et Achilla gradibus ecclesiasticis auctum fuisse indignissimum hominem, quia pro innata vafritie speciem frugi præferret : reliqua vide in Monito. Ad hæc autem puto vel ex sola dialogi forma, quæ scribendi ratio, licet multum Athanasio antiquior, non erat Athanasii ævo frequentata, conjecturam aliquam νοθείας oboriri. Nusquam accipimus Athanasium hoc genere dedisse quidpiam : et æqualibus ejus perrarum dialogi more scribere. Verum hæc forma sæculis quinto, sexto, septimo et subsequentibus multum obtinuit : et hujusce tomi spuria complectentis pars non modica dialogi sunt.

Sermo contra omnes hæreses, ita manifestas peregrinitatis notas vel ipsis amanuensibus præferre visus fuit, ut in plerisque codicibus ad marginem, ξένος καὶ χυδαῖος dicatur, id est, *peregrinus ac fuso remissioreque stylo descriptus*, cui scilicet τὸ εὔτονον deficiat : ingens profecto styli vitium, quod vel Græculi sentire possint. Fuit autem ex Athanasii operibus expressus, ut lectorem ibidem præmonuimus. De insulso Melchisedeci regis commento (*a*) jam ultra quam satis sit dictum fuit, pariterque de ἀποσπασματίῳ ad Jovianum imperatorem nuncupato (*b*), ac de libro *Definitionum :* neque libet hujusmodi nugas denuo agitare, atque, ut ita dicam, repuerascere.

Sequuntur opera ad Antiochum; et præit *Doctrina ad Antiochum* principem a Græculo edita. Hujus tamen beneficio, magnam partem libri *Pastoris*, quæ Græce nondum data fuerat, recuperamus. Alias vero hac historia nihil infantius. Æque conspicua est sermonis ad Antiochum νοθεία, necnon subsequentium ad eumdem quæstionum. Hoc postremum tamen opus, non indignum quod legatur : tametsi enim futilibus dictis ac quæsitis identidem aspersum est : at bona malis permista reperias; nimirum

Χρύσεα χαλκείοις ἑκατόμβοια ἐννεαβοίων.

Est inibi (*c*) locus quem olim vitiosum suspicabamur, illud scilicet : Πῶς δὲ πάλιν καὶ ἡ των σωμάτων φύσις βολιστικὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχουσα, ὁρᾶται ἄδυτος καὶ ἀβόλιστος ἐν τοῖς ὕδασι τῆς Μαρμαρικῆς Πενταπόλεως· ubi pro σωμάτων legendum ὑδάτων conjectabamus : at exinde lectionem probe habere se comperimus.

Ad calcem quæstionum ad Antiochum (*d*), est tractatus Athanasio sane non indignus, quem fortasse religio non esset inter Athanasiana computare. Etsi enim in plerisque codicibus consequenter post alias quæstiones agmen claudit, non desunt tamen ubi separatim ab aliis ponatur. Ad hæc vero, conspicua Athanasiani ævi nota hæc est, cum de septuaginta hebdomadibus Danielis agens ait : Τίς οὖν ἐστιν ἕτερος χρισθεὶς ἅγιος ἁγίων, εἰ μὴ ὁ Χριστὸς μόνος, ὡς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος; αἱ γὰρ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες, τετρακόσια ἐνενήκοντα ἔτη σημαίνουσιν. Ἀπὸ δὲ τοῦ Δανιὴλ ἕως τοῦ νῦν ὑπάρχουσιν ἔτη τῶν ὀκτακοσίων πλείω. Hoc est : *Quis ergo alius est unctus Sanctus sanctorum, præter solum Christum, ut Dei viventis* (*Filium*) ? *Septuaginta enim hebdomades quadringentos nonaginta annos significant. Namque a Daniele ad hoc usque tempus sunt anni plus quam octingenti.* Hæc sane chronologiæ ratio apprime in quartum sæculum quadrat, quo scripsit Athanasius. Ad hæc, ita apposite Veteri Testamento ad comprobandum Christi adventum utitur, ut nihil supra. Fateorque me nihil hoc in genere vidisse validius concinniusve. Quamobrem non eodem quo cæteræ quæstiones, numero et pretio haberi debet. Etsi vero non ausim affirmare Athanasii esse, nihil certe repugnat quo minus ipsi ascribatur.

Fragmentum *De imaginibus* non erat forte quod denuo prelo subjiceremus, cum ex aliis jam editis excerptum fuerit. Placuit tamen, quia frequentissime in codicibus et conciliorum actis affertur ut exhibemus, illud edere, ne quid hoc in opere desiderari videatur.

Historias imaginis Berytensis plures fortasse attulimus, quam ut eas eruditi viri sine stomacho et nausea legere possint. Verum quia hæc historia celeberrima fuit, qualis demum qualisque sit; tam varia tum Græce tum Latine edi ejus exemplaria, non inutile fortasse fuerit : ut æstimare quisque valeat quantæ sit auctoritatis hæc historiola, cujus ne quidem veram firmamque seriem nancisci possimus.

In *Epistolas ad Castorem*, quæ sunt Cassiani *Institutionum* epitome, satis esto quod ibidem prænotamus. Vocem autem *Pater Muthius*, quia codex sic Πάτερ Μούθιος dividit, nos quoque divisimus. At norunt eruditi, ex voce Thermuthi, estque illud nomen proprium apud Ægyptios, et ex articulo *πα*, quod est ac si dicas *Pater* aut *Abbas*, confectum nomen fuisse. Et tamen ita error invaluit, ut jam Mutii quidam inde mutuato nomine, nuncupentur.

In homiliam *De assumptione Domini* hæc habet Felckmannus : *Porro meminit hujus homiliæ, et tribuit eam Athanasio incertus auctor, cujus jam supra ad pag.* 345 *d. tomo* 1 *meminimus ad Maximum Smeniotam de hac quæstione :* Utrum homines, si non peccassent, morituri fuissent, *scribens fol.* 92, *col.* 4, sic : Καὶ ἄκουε τί περὶ τούτου φησὶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ *Εἰς τὴν ἀνάληψιν* λόγῳ αὐτοῦ. Θάνατος μὲν εἰσῆλθε διὰ τὴν παρακοήν. Λύων δὲ ὅμως τὴν τῆς ἀπειλῆς ἀκμὴν ὁ Θεὸς ἐλπίδα αὖθις ἀθανασίας ἀνατέλλει τῷ γένει,

(*a*) Pag. 189.
(*b*) Pag. 1??.
(*c*) Pag. 247.
(*d*) Pag. 248.

καὶ τὸν Ἐνὼχ ἐκ μέσου ἁρπάζει, κἀντεῦθεν τὴν θνητὴν ἐδίδασκε φύσιν ὅρους ἀθανασίας ἐκδέχεσθαι. *Et paulo post*, Καὶ τούτου χάριν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἔλεγεν, ὅτι καὶ τὸν Ἠλίαν ἁρπάζει, καὶ ὡς εἰς οὐρανὸν ἀναφέρει. *Hæc ibi, quæ confer cum editis. Et idem infra in opusculum*: Utrum Joannes evangelista revera obierit, *fol.* 251, *col.* 2, *ait* : Καὶ ὁ μέγας δὲ Ἀθανάσιος ἐν τῷ *Εἰς τὴν ἀνάληψιν* λόγῳ αὐτοῦ, Ἐνὼχ καὶ Ἠλίαν μνημονεύσας, καὶ εἰπὼν ἐν τοῖς ζῶσιν διάγειν αὐτὸν, ἑτέρου τινὸς ἐμνημόνευσεν. Hæc Felckmannus. Sed quoniam is scriptor sequioris est ævi, nihil illius testimonio ad γνησιότητα ejus comprobandam efficitur. Hæc ipsa pene eadem verba citat Michael Glycas in *Historia Byzantina*. Quo testimonio id solum superest, ut ante Michaelis Glycæ ævum Athanasii nomine evulgata fuerit hæc homilia. Diximus porro in Monito ad hanc homiliam, primum publici juris factam fuisse in editione Commeliniana; verum exinde comperimus, antiquius fuisse illam typis mandatam.

Homiliam *in S. Andream* Latine dedit Thomas Galetus, J. C., anno 1615, Lugduni, Carolo Fabiano interprete, cum aliis diversorum Patrum scriptis, p. 250.

Libellus *De corpore et anima* est fragmentum avulsum ex libro *De definitionibus*, cum aliqua discrepantia. Huic item affine quidpiam habetur t. I sub finem, in fragmentis; sed longe præstantius istis. Et vero fieri potuit, ut qui hoc *De corpore et anima* opusculum mandavit litteris, aliqua ex veris Athanasii operibus sit mutuatus.

Vita sanctæ Syncleticæ, haud imperiti hominis opus, pulchre ad mores instituendos concinnata est : nam longiuscula licet, unica pene adhortatione solvitur; ita ut quæ ejusmodi ad virgines parænesin habuisse fertur, quæque in juvenili ætate eam orsa dicitur, ea absoluta octoginta annos nata mox memoretur. Erudite porro in ea disceptatur contra fatum, et contra genesim, sive genethliacorum scientiam. Sed præstantissima omnium sunt, quæ contra illos profligatis moribus homines, quorum in eo tota spes est, ut in nihilum eant si quando vivendi finem faciant: qui si tam misera spe cadant, et cadent utique, quantum iis supplicium, qui ideo in tot scelera proruperunt, quod falsa opinione impune sibi fore sperarent? Ex hoc itaque hominum genere erant, qui impie dicerent, animam esse florem naturæ, cujus scilicet interitus cum plantæ sive corporis interitu necessario conjunctus esset. Ipsis sane gentilibus deteriores: qui præmium probe, supplicium improbe viventibus fore æstimabant : audi Platonem (*a*): Ἀθάνατος ἡμῶν ἡ ψυχὴ καὶ οὐδέποτε ἀπόλλυται. Et inferius pugnat, improbis pœnas esse præparatas.

Hæc satis sunto. Plura de singulis hoc in tomo exstantibus in propriis singulorum admonitionibus et in notis reperies. Salve, erudite lector, et his fave.

(*a*) Lib. x *De republ.*, pag 608 edit. H. Stephani.

CATALOGUS MANUSCRIPTORUM ET EDITORUM

Quibus in editione hujusce tomi usi sumus.

Primo editis S. Athanasii omnibus cum Latinis tum Græco-Latinis usi sumus semper, maxime tamen omnium Commeliniana et Parisiensi.

In librum de Incarnatione. Usi sumus tantum Cyrilli editis ubi hæc exstat epistola.

In Testimonia ex Scriptura sacra. — Codicis cujusdam Vaticani exscripto et Felckmanni lectionibus codicum Basiliensis, Anglicani, Felckmanni primi ac secundi.

In Epistolam Catholicam, ex Felckmanni codicibus. — Lectionibus codicum Basiliensis primi et secundi, Anglicani, etc.

In refutationem hypocrisis Meletii et Eusebii Samosatensis. — Lectionibus codicis eminentissimi cardinalis Ottoboni et Felckmanni lectionibus codicum Basiliensis 1 et 2, Anglicani, Felckm. 1 et 2.

In sermonem de Incarn. Dei Verbi. — Codice Segueriano et Felckmanni lectionibus codicum Basiliensis, Anglicani, Gobleriani, Felckm. 1 et 2.

In sermonem de æterna Filii et Spiritus sancti cum Deo exsistentia et contra Sabellianos. — Segueriano codice et Felckmanni lectionibus codicum eorumdem.

In orationem, quod unus sit Christus. — Codice Segueriano et Catena in Lucam et Felckmanni lectionibus iisdem.

In librum de Sabbato et Circumcisione. — Codicibus Regio 2284, et Segueriano et Felckmanni lectionibus iisdem.

In Homiliam de Semente. — Felckmanni lectionibus codicis Anglicani.

In illud : Profecti in Pagum, etc. — Codicibus Regio 2284, et Segueriano, et Felckmanni lectionibus codicum qui superius.

In sermonem in Passionem et Crucem Domini. — Codice Regio 2284. Et Felckmanni lectionibus iisdem.

In librum de Virginitate. — Felckmanni lectionibus iisdem.

In Synopsin Scripturæ sacræ. — Uno tantum codice usi sunt Commeliniani qui prius ediderunt, codex jam ubi exstet ignoratur. Ad postremum articulum qui Latine tantum exstabat in prius editis, usi sumus codicibus Regio 1807, et exscripto alio a D. Jacobo Mill principali collegii S. Edmundi Oxoniensis.

In Disputationem contra Arium in concilio Nicæno.—Codicibus Regiis 2358, 2892, 2910, et Felckmanni lectionibus codicum Basiliensis, Augustani, Anglicani, Felckman. 1, 2, et Gobleriani.

In sermonem contra omnes hæreses.—Segueriano dice et Felckmanni lectionibus codicum Basiliensis, Gobleriani, Felckmanni, 1, 2.

In Historiam Melchisedec. — Codice Regio 2570, et Colbertino 5108.

In epistolam ad Jovianum. — Nullum vidimus codicem, sed damus ut prodiit in editione Commelini.

In Librum de Definitionibus. — Codice Colbertino 4753, aliquoties usi sumus.

Doctrina ad Antiochum. — Prodit ex codice Colbertino 4249.

Sermo ad Antiochum de pœnis inferni. — Prodit ex codice Regio 2570, annorum plus 600.

In quæstiones ad Antiochum. — Codicibus Regiis 2431, 2892, 2910, 2937.

Quæstio autem CXXXVII, p. 248, habetur sejunctim, nec quæstionis more, in codice quem nobiscum perhumaniter communicavit vir cl. Toinardus et in codice Reg. 2415.

Quæstiones in Evangelia. — Prodeunt ex codice Reg. 2431.

Fragmentum de Imaginibus. — Prodit ex codice Regio 2981.

Quæstiones in Scripturam sacram. — Ex editione Commelini.

In quæstiones alias. — Usi sumus codicibus Regiis 2358, et 2450, et lectionibus unius codicis Felckmanni qui secundus dicitur.

In Historiam imaginis Berytensis ex codice Palatino. — Colbertinis codicib. 833, 4457, 5110. Ex Palatinis duo exemplaria prodierunt. Exemplar vero Latinum ejusdem historiæ p. 295, prodit ex editione Lugdunensi anni 1532. Aliud exemplar Latinum ejusdem ex codice Sangermanensi num. 108.

Sermo contra Latinos. — Prodit ex codice Regio 2271, p. 155, ad marginem operis sancti Justini ad Zenam. Codex est annorum plus septingentorum et nota illa marginalis ætatis non multo minoris.

Syntagma doctrinæ. — Ex libello Andreæ Arnoldi Norimbergensis Parisiis cuso anno 1685.

Monasticæ vitæ Institutio. — Ex codice Regio 2937.

Binæ ad Castorem Epistolæ. — Ex codicibus manuscriptis Altaemps Romæ num. R. V. 49.

Homilia in nativitatem Præcursoris. — Ex codice Colbertino 1711, annorum circiter 400.

In sermonem in Annuntiationem Deiparæ. — Usi sumus lectionibus Felckmanni, codicum Basiliensis, Anglicani, Felckm. 1, 2.

In sermonem in Descriptionem sanctæ Mariæ. — Usi sumus codicibus Colbertino 450, et Reg. 2026.

Sermo in Nativitatem Christi. — Prodit ex codice Barociano 234, fol. 190. b.

In sermonem in Occursum Domini. — Usi sumus codicibus Regiis 143, 3489, et editione P. Combefisii in Bibliotheca PP., t. I, p. 496.

In sermonem in cæcum a nativitate. — Codicibus Regiis usi sumus 2035, 2030.

In Homiliam in illud Matthæi : Ite in castellum etc. — Usi sumus codice Regio 205.

In Homiliam in illud : Eunte autem illo.—Eodem codice.

In Sermonem in S. Quintam feriam. — Eodem codice.

In Sermonem in Parasceven. — Codicibus Colbert. 1511, 1711, Reg. 205.

In Homiliam in sanctos Patres et Prophetas. — Codice Regio 205.

In sermonem in sanctum Pascha. — Codice Regio 2027, Colbertino 1711.

In Sermonem in sanctum Pascha et recens illuminatos. — Codice Regio 2027, 2424, Colbert. 1711.

In Sermonem in Assumptionem Domini. — Codice Regio 2027, Colbert. 1711.

Sermo in S. Andream. — Prodit ex codice Colbertino 847, et schedis V. cl. Toinardi.

Sermo alius. — Prodit ex codice Colbertino 5104.

Ad dialogum I, *de Trinitate.* — Utimur codice Regio et lectionibus Felckmanni codicum Augustani et Palatini.

Ad dialogum II, *de Trinitate.* — Iisdem codicibus.

Ad dialogum III, *de Trinitate.*—Lectionibus Felckmanni.

Ad dialogum IV, *de Trinitate.* — Codice Regio et lectionibus Felckmanni.

Ad dialogum V, *de Trinitate.*—Lectionibus Felckmanni.

Ad sermones XX, *contra diversas hæreses.* — Variis Felckmanni lectionibus.

Syntagma ad quemdam politicum. — Prodit ex codicibus Vaticanis.

Sermo de iis qui sæculo renuntiarunt.—Prodit ex codice Vaticano num. 658.

Doctrina ad Monachos. — Prodit ex codice Vaticano num. 1148.

Commentarius de templo Atheniensi. — Ex codice Vaticano 1198.

Tractatus de corpore et anima. — Ex codice Vaticano 700.

Ad lib. I *de S. Trinitate.*—Edito R. P. Francisci Chiffletii et lectionibus ejus anno 1664, codice Regio 3624, et Sangermanensi num. 724.

Ad libros de Trinitate, II, III, IV, V, VI, VII, VIII. — Iisdem.

Ad Librum de fide Unitatis et Trinitatis. — Iisdem.

Ad librum de Ariana et Catholica confessione. — Iisdem.

Ad librum de fide sua. — Iisdem.

Ad Disputationes contra Arium. — Iisdem.

Ad Epistolam Liberii Papæ ad Athanasium, et ad responsum Athanasii. — Segueriano codice.

Ad sequentes vero epistolas Romanorum pontificum ad Athanasium, et Athanasii ad Romanos pontifices. — Editis conciliorum et veteribus Athanasii editis.

Ad vitam S. Syncleticæ. — Editione Cottelerii in Monumentis Ecclesiæ Græcæ, et ex schedis Combefisianis quarum copiam fecit perhumaniter R. P. Lequien ordinis Prædicatorum.

Ad Exhortationem ad Monachos. — Codice Regularum a Luca Holstenio edito.

Exhortatio ad sponsum Christi. — Prodit ex codice Regularum Lucæ Holstenii et ex Actis concilii Aquisgranensis.

Epistola S. Athanasii ad Episcopum Persarum. — Ex schedis a D. Claudio Stephanotio, Roma nobis transmissis.

Dionysii Epistola ad Paulum Samosatensem. — Indidem.

Ad Symbolum Quicunque. *Quibus codicibus tum Græcis tum Latinis usi sumus, fusissime in Monito et in notis.*

Opusculum de Trinitate. — Prodit ex codice Regio 2358.

Opusculum de Paschate. — Prodit ex Bibliotheca Ambrosiana beneficio cl. V. Antonii Muratorii.

ADMONITIO IN LIBELLUM DE INCARNATIONE.

—

Grandis a multis retro sæculis fuit de hoc opusculo controversia. Nam cum inter Cyrilli opera Athanasii nomine compareat, et Eutychianorum hæresi patrocinari videatur, hinc Eutychiani argumenta in suarum partium subsidium mutuati sunt; alii contra pugnabant, librum non Athanasii sed hæretici cujusdam Athanasium ementientis esse, et insertum fuisse in Cyrilli epistolam ad Reginas. Hæc sunt Cyrilli verba : Ὅτι δὲ καὶ ἡ θεοτόκος φωνὴ καὶ αὐτοῖς γέγονε συνήθης τοῖς πρὸ ἡμῶν ἁγίοις πατράσιν, οἳ καὶ ἐπ' ὀρθῇ θαυμάζονται πίστει, καὶ εἰς δεῦρο πᾶσι τοῖς ἀνὰ πᾶσαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν ὑπ' οὐρανὸν, δεῖν ᾠήθην ἀληθῶς ἀποφῆναι. Ἵνα γὰρ μὴ δοκοίην τὸ εἰς νοῦν ἧκον ἁπλῶς ἀβασανίστως λέγειν, ἐκ τῶν ἐκείνοις πεποιημένων βιβλίων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τὰ εἰς τοῦτο χρήσιμα συνεισενεγκὼν, καὶ παραθεὶς εἰς ἀπόδειξιν, κατασφραγιῶ εἰς ἀλήθειαν τοὺς ἐμαυτοῦ λόγους. Ἔφη τοίνυν ὡς ἀληθῶς ὁ τρισμακάριος καὶ διαβόητος εἰς εὐσέβειαν Ἀθανάσιος, ὁ γενόμενος κατὰ καιροὺς τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἐν τῷ *Περὶ σαρκώσεως* λόγῳ περὶ Χριστοῦ τάδε. *Id est :* Quod autem vox, Deipara, sanctis Patribus qui nos antecessere, quique ob rectam suam fidem, non sine admiratione laudantur, frequentata fuerit, necnon ad hoc usque tempus, per totum, ut ita dicam, orbem terrarum in usu sit, comprobandum esse existimavi. Ne videar enim temere et inconsiderate quod in mentem venit effutire, argumentis idoneis ex libris quos illi in Ecclesia composuere mutuatis, orationem meam ad rei fidem obsignabo. Ait igitur beatissimus ac pietatis nomine celeberrimus Athanasius, olim Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus in libro *De Incarnatione*, de Christo loquens, isthæc... *Affertque exinde maximam partem opusculi. Quia vero initio libelli dicitur in Christo non duas esse naturas sed unam naturam incarnatam,* μίαν φύσιν σεσαρκωμένην, *hæc Eutychiani in synodo Chalcedonensi afferebant* p. 181, *sic :* Ἐγὼ δὲ χρήσεις ἔχω τῶν ἁγίων πατέρων, Ἀθανασίου, Γρηγορίου, Κυρίλλου, ἐν πολλοῖς τόποις, ὅτι οὐ δεῖ λέγειν μετὰ τὴν ἕνωσιν δύο φύσεις, ἀλλὰ μίαν σεσαρκωμένην τοῦ Λόγου φύσιν. *Hoc est :* Ego vero usu sanctorum Patrum, Athanasii, Gregorii, Cyrilli in multis locis probare possum, non dicendas esse post unionem duas naturas, sed unam incarnatam Verbi naturam. *Alii adversum contendebant libellum Athanasii non esse, sed supposititium et quædam hujus libri quæ a Cyrillo laudantur, inserta ab hæreticis fuisse in operibus Cyrilli nomine Athanasii. Audi Leontium advocatum Byzantinum* De sectis, *actione octava.* Aliam, *inquit,* proferunt auctoritatem sancti Athanasii ex oratione *De Incarnatione,* quæ quidem hujusmodi est : eumdem esse Dei Filium, ratione spiritus, et hominis filium ratione carnis : non duas naturas unum illum Filium : quarum una sit adoranda, non adoranda sit altera : sed unam naturam. Dei sermonis incarnatam. Respondemus primo dictum hoc nobis non adversari. Non enim duas naturas ita tradimus ut adoretur una, non adoretur altera : sed unam statuimus esse naturam Dei sermonis incarnatam. Deinde ne quidem est Athanasii ; nam cum a nobis interrogantur, ubi dictum hoc exstet ; nec ejus ostendendi copiam habent : in arctum coacti pusillam quamdam orationem proferunt, quasi duorum foliorum, in qua dictum hoc legitur. At notum est universis omnia sancti Athanasii opera valde magna esse. Quid autem ad hoc respondebimus, quod beatum Cyrillum producunt, citantem hoc dictum libro *Adversus Theodorum,* quasi profectum ab Athanasio? Nimirum dicimus, reapse quidem illud in beati Cyrilli *Contra Theodorum* invectivis legi : sed mendum esse priscum. Dioscorus enim, successor B. Cyrilli factus, cum ejus opera reperisset, forte non veritus est inserere nonnulla, quæ ipsi lubitum fuit. Neque vero conjecturis nos modo niti, quod B. Cyrillus illud contra Theodorum non produxerit, ex eo quoque manifestum est. Nam Theodoretus qui Theodorum defendebat, universas auctoritates refutans, quascunque sanctus Cyrillus contra Theodorum de sanctis Patribus protulerat, nusquam hujus dicti meminit. At enim isti referunt, a Theodoreto callide omissum ; quod enim adversus eam auctoritatem oculis aspicere non posset, ut admodum planam et apertam, idcirco sponte ab ipso prætermissam. Respondemus, tantum abesse ut eam Theodoretus ibi positam præterire voluerit, ut cum B. ille Cyrillus alibi dixisset, unam naturam Dei sermonis incarnatam, siquidem scivisset Theodoretus id verbum quod apud Cyrillum exstat, ex sancto Anathasio citatum, nequaquam adeo temere dicturus fuerit : Quis tibi Patrum dixit unam naturam Dei sermonis incarnatam? Vicissim ingerunt, tam esse certum scivisse sic locutum Athanasium : ut etiam dixerit ; quemadmodum Patres locuti sunt. Nos contra, quemque dicimus eniti, ut ostendat, a Patribus ea prolata, quæ ipse tradat, si non eisdem verbis, saltem vi verborum eadem. *Hæc longiuscula licet e re fuit hic afferre, ut videat eruditus lector, in quo quæstio hujusmodi sita olim fuerit. Et sane sunt quæ forte suadeant ea quæ superius ex Cyrillo attulimus, cum oratione Athanasii nomine subsequente adjecta Cyrilli epistolæ fuisse. Nam uti supra dicitur quæ afferuntur ex Athanasio* De Incarnatione, *ad unius vocis* θεοτόκος *usum comprobandum adducuntur in medium; unde fortasse videatur inutile fuisse afferre totum pene libellum, cum maxime sub initium duntaxat vox illa* θεοτόκος, *de qua*

A « ἄλλος· » πῶς οὐκ ἀποστασία σαφὴς ἀρνεῖσθαι τὰ τρία, καὶ μόνον εἶναι λέγειν τὸν φάσκοντα· « Οὐκ εἰμὶ μόνος, ὅτι ὁ πέμψας με Πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστι. » Χρῆται δὲ καὶ νομικῇ φωνῇ (90), καὶ διὰ ταύτης δύο παρίστησιν ὄντας αὐτόν τε καὶ τὸν Πατέρα· « Ἐν τῷ νόμῳ, γάρ φησι, τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται, ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστιν· Ἐγὼ, » φησὶν, « εἰμὶ ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με Πατήρ. » Ἰδοὺ γὰρ δύο πρόσωπα, καὶ εἰ μὴ λέγει; δύο εἶναι κατὰ ἀλήθειαν, τοῦτο λέγων οὐδὲ τὴν μαρτυρίαν ἐᾷς συνίστασθαι οὖσαν ἀληθινήν. Τοῦτο γὰρ πιστοῦται τὴν μαρτυρίαν, τὸ μὴ ὑφ' ἑνὸς γίνεσθαι μόνου, ἀλλ' ὑπὸ δύο. Καὶ γὰρ μεμαρτύρηκεν ὁ Πατὴρ ἐξ οὐρανοῦ λέγων· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός· » καὶ Υἱὸς Θεοῦ εἶναι B ὁ μονογενὴς Υἱὸς (91) μαρτυρεῖ, καὶ τῷ Πατρὶ διείλεκται σαφῶς ἐν ἀκοαῖς ἀνθρώπων λέγων· « Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. Ναὶ ὁ Πατήρ· ὅτι οὕτως εὐδοκία ἐγένετο ἔμπροσθέν σου. Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου. » Ἀλλὰ τί πρὸς ταῦτα ἀπολογοῦνται οἱ τῆς Ἰουδαίων (92) ἀρνήσεως ὑπηρέται, ὑπὲρ τοῦ μὴ σαφῶς ἐλέγχεσθαι τοῖς Εὐαγγελίοις ἀντιπράττοντες τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ οὕτως δύο ὑποστάσεις φαίνεσθαι, ἕνα τὸν Πατέρα Θεὸν, ἕτερον δὲ τὸν Υἱὸν ἄνθρωπον; Φεῦ τῆς ἀσεβείας! Καὶ τί τοῦτο διαφέρει τῆς Σαμοσατέως ἀπολογίας; εἰπάτωσαν δὲ πῶς ἄνθρωπος περὶ ἑαυτοῦ ταῦτα φθέγγεσθαι τολμᾷ. « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε C τὸν Πατέρα; » Πῶς δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς περὶ αὐτοῦ ταῦτα φθεγγομένου μαρτυρεῖ, ὅτι Πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ; Οὐκ ἄνθρωπος ἴσος τῷ Θεῷ, ἀλλ' ὁ ἐκ τοῦ (93) Θεοῦ Θεὸς ἴσα ἕξει τῷ γεγεννηκότι κατὰ τὴν φύσιν, ὡς καὶ Παῦλος μαρτυρεῖ, οὐ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἀλλὰ τὰ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐξηγούμενος (94)· « Ὃς, ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. » Ἴσμεν καὶ ἀνθρωπίνως πολλάκις τὸν Σωτῆρα φθεγγόμενον· ἀλλ' οὐχ ὅτε φησίν· « Ἐγώ εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με Πατήρ. » Οὐ γὰρ ἄνθρωπος ὁ πεμφθεὶς εἰς τὸν κόσμον, ὁ λέγων· « Ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἥκω· » ὁ λέγων· « Οὕτως γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, D ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν (95) μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον· » ὁ λέγων· « Καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα (95*) τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. » Ἀλλ' εἰ θέλεις αὐτῷ

« Alius; » nonne apertissima defectio et apostasia fuerit tres personas negare, ac dicere solum illum esse qui ait: « Non sum solus, quia qui me misit Pater, mecum est [24]. » Voce quoque legali utitur, ac per illam, se et Patrem duos esse declarat: « In lege » enim, inquit, « vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est: Ego sum, » inquit, « qui testimonium perhibeo de meipso: **30** et testimonium perhibet de me, qui misit me Pater [25]. » Etenim ecce duas personas, et si dicas duas revera non esse, dum hoc affirmas, non sinis testimonium constare, quod tamen verum est. Eo quippe testimonium illud confirmatur, quod non ab uno solo, sed a duobus perhibeatur. Enimvero testificatus est Pater de cœlo his verbis: « Hic est Filius meus dilectus [26]: » et Filius Dei, unigenitum Dei Filium se esse testatur, et Patrem, aperte audientibus hominibus, his verbis allocutus est: « Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Ita, Pater: quia sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo [27]. » Sed quid ad hæc respondent Judæorum negationis administri: ne palam deprehendantur adversari Evangeliis Domini nostri Jesu Christi; et ne sic duæ hypostases appareant, unum nempe Patrem, Deum, alterum vero Filium, hominem? o impietatem! Ecquid illud differt a Samosatensis defensione? Dicant quo pacto homo talia de seipso loqui audeat: « Qui vidit me vidit et Patrem [28]? » Aut cur evangelista ipsum ita locutum testatur: nempe quod Deum Patrem suum esse dixerit, æqualemque sese Deo fecerit? Non enim est homo Deo æqualis; sed Deus ex Deo, æqualis secundum naturam erit ei qui se generavit, ut et Paulus testatur, ubi non de incarnatione, sed de iis quæ incarnationem præcessere verba facit: « Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo [29]. » Scimus autem Christum plerumque secundum humanitatem locutum fuisse: at non quando dixit: « Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: et testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater [30]. » Non enim homo est qui missus est in mundum, et ait: « A Patre exivi et venio [31]: » qui item dicit: « Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam [32]; » qui etiam dicit: « Descendi de cœlo, non ut faciam volunta-

[24] Joan. VIII, 16. [25] ibid. 17, 18. [26] Matth. III, 17; XVII, 5. [27] Matth. XI, 25-27. [28] Joan. XIV, 9. [29] Philipp. II, 6. [30] Joan. VIII, 18. [31] Joan. XVI, 28. [32] Joan. III, 16.

(90) Basiliensis, τῇ νομικῇ φωνῇ. Infra, τῷ ὑμετέρῳ, in Græco Scripturæ textu, et in Segueriano legitur, at in cæter. codd. et edit. non habetur.

(91) Seguer., Θεοῦ τε εἶναι μονογενὴς ὁ Υἱός. Mox Basil., διείλεκται. Editi vero et cæteri, διήλεκται.

(92) Ita Seguer., recte. Editi vero, οἱ τῶν Ἰουδαίων. Infra omnes manuscripti, ἀντιπράττοντες τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν; καὶ οὕτως τὰς δύο.

(93) Goblerianus et Felckman. 1, τῷ Θεῷ, ἀλλ' ὁ ἐκ τοῦ, omissis mediis.

(94) Basil. et Seguer., φύσιν, ὡς καὶ ἕτερος μαθητὴς ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος μαρτυρεῖ Παῦλος, οὐ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως λέγων.

(95) Seguer. habet, ἐπ' αὐτόν.

(95*) Sic Basiliens. Seguer. et Græcus Scripturæ

tem meam, sed voluntatem ejus qui misit me [33]. » Sed si vis eum audire loquentem humanitus, et congruenter ad carnalem formam, quæ apparuit, et ad humanitatem, quam auditores ejus nudam et solam in eo existimabant, audi verba ejus : « Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. [34] » Quod scilicet neque fide dignus sit, neque talis existimetur homo, qui de seipso testimonium ferat : cum autem dicit : « Etsi ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum, quia scio unde veni et quo vado [35]. » Quando Patrem et sese numerans, duos esse dicit gloriæ suæ testes, nequaquam humana loquitur, sed supra omnem humanam dignitatem : ecquid dico humanam? supra angelicam, supra principatus, supra potestates, supra dominationes. B Qua enim ratione homo Deo annumerari possit? quæ inter eos affinitas, quæ communio? Sed cum dicit : « Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ [36], » homo esse tibi videtur, recte quidem; deitas enim illa quæ in mundum advenit, humanitatem sibi adjunctam habet.

A ἀνθρωπίνως ἀκοῦσαι, ἁρμοζόντως τῇ ὁρωμένῃ κατὰ σάρκα μορφῇ, καὶ τῇ νομιζομένῃ ψιλῇ παρὰ τοῖς ἀκούσασιν ἀνθρωπότητι, ἄκουε λέγοντος αὐτοῦ· « Εἰ (96) ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθὴς οὐκ ἔστι· » κατὰ τὸ μὴ ἀξιόπιστον εἶναι, μηδὲ νομίζεσθαι ἄνθρωπον ἑαυτῷ μαρτυροῦντα· ὅτε δέ φησι· « Κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστιν, ὅτι οἶδα πόθεν ἔρχομαι, καὶ ποῦ ὑπάγω. » Ὅτε, ἀριθμῶν τὸν Πατέρα καὶ αὐτὸν, δύο φησὶν εἶναι τοὺς περὶ τῆς δόξης αὐτοῦ μάρτυρας, οὐχ ἀνθρώπινα φθέγγεται, ἀλλ' ὑπὲρ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἀξίαν· καὶ τί λέγω ἀνθρωπίνην; ὑπὲρ ἀγγελικὴν, ὑπὲρ ἀρχὰς, ὑπὲρ δυνάμεις, ὑπὲρ κυριότητας. Ποία γὰρ ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ συναρίθμησις; τίς ἐγγύτης, ἢ τίς κοινωνία; ἀλλὰ λέγων· « Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, « ἄνθρωπος εἶναί σοι δοκεῖ, καλῶς· καὶ γὰρ ἔχει τὸ (97) ἀνθρώπινον ἀναμεμιγμένον ἡ παραγενομένη θεότης εἰς τὸν κόσμον.

4. Sed ne ob carnis velamen Deum ignores, qui statim de seipso subjungit : « Nemo novit Filium, nisi Pater : neque Patrem quis novit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare. Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite
31 jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde : et invenietis requiem animabus vestris, jugum enim meum suave est, et onus meum leve [37]. » Calumniam tuam exclusit Dominus : cum se ipse in humana quoque forma C Deum declarat, a Patre solo cognosci, Patremque cognoscere : qui iis quos dignatur, sui et Patris cognitionem revelat : nosque vocat ad se, requiem apud se promittit, et ut jugum ejus portemus hortatur. Hæc cum ait, divinitatem detegit : eximiam suam majestatem, parva forma occultatam explicat : potestatem quæ supra cœlos est terreno corpore velatam ostendit. Sed quid opus me sexcentas Domini nostri Jesu Christi voces, quas secundum divinitatem protulit, recensere? quibus jure et merito exploditur nova Samosatensis sententia, qua Salvatorem merum hominem dicit : una autem exturbantur insanæ illorum nugæ, qui eum imitantur. Age, pauca testimonia referamus : quisnam est qui hæc dicit : « Non omnis qui dicit mihi, Domi- D ne, Domine, intrabit in regnum cœlorum [38]? » Non hominis verbum illud, sed Dei, ostendentis germanam suam ex Patre generationem, atque ideo Domini titulum non recusantis. Dominus enim est, ex solo Domino genitus, ut a Moyse dictum est :

4. Ἀλλὰ μὴ διὰ τὸ κάλυμμα τῆς σαρκὸς ἀγνόει τὸν Θεὸν, τὸν εὐθὺς ἐπάγοντα περὶ ἑαυτοῦ, καὶ φάσκοντα· « Οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, οὐδὲ τὸν Πατέρα τις ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἂν βούληται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι. Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς (98), καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν. » Ἀπέκλεισέ σοι τὴν συκοφαντίαν ὁ Κύριος· Θεὸν παραστήσας ἑαυτὸν καὶ ἐπὶ τῆς ἀνθρωπίνης μορφῆς ὑπὸ τοῦ Πατρὸς γινωσκόμενον μόνον (99), καὶ γινώσκοντα τὸν Πατέρα, καὶ τοῖς καταξιουμένοις ἀποκαλύπτοντα τὴν ἑαυτοῦ γνῶσιν καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς, προσκαλεῖται ἡμᾶς πρὸς ἑαυτὸν, ἀνάπαυσιν ἐπαγγελλόμενος παρὰ ἑαυτῷ, καὶ ζυγὸν ἑαυτοῦ βαστάσαι παρακελευόμενος. Ταῦτα λέγων ἀπαμφιέννυσι τὴν θεότητα, ἑρμηνεύει τὸ κεκαλυμμένον διὰ τῆς μικρᾶς μορφῆς ὑπερβάλλον μέγεθος, τὴν ὑπερουράνιον ἐξουσίαν ἐπιδείκνυσι γηΐνῳ παραπεπετασμένην σώματι. Καὶ τί με δεῖ καταλέγειν μυρίας οὔσας θεϊκὰς φωνὰς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ; δι' ὧν ἐκβάλλεται μὲν εἰκότως ἡ τοῦ Σαμοσατέως καινοτομία περὶ τοῦ Σωτῆρος, ὡς ὄντος ἀνθρώπου ψιλοῦ, συνεκβάλλεται δὲ καὶ ἡ τῶν μιμουμένων ἐκεῖνον ἀλόγιστος φλυαρία. Φέρε γὰρ, ἵν' ὀλίγων ἐπιμνησθῶμεν μαρτυριῶν, τίς ὁ τὰ τοιαῦτα λέγων· « Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι (1), Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; » Οὐχ ἀνθρώπου (2) τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ Θεοῦ

[33] Joan. VI, 38. [34] Joan. V, 31. [35] Joan. VIII, 14. [36] Matth. XI, 25. [37] Matth. X, 27-30. [38] Matth. VII, 21.

textus. Editi vero, et quidam manuscripti, τὸ θέλημά μου.
(96) Seguer. et Græcus Scripturæ textus, ἐάν.
(97) Ita Seguer. In editis, τό, deest.
(98) Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς. Hæc desunt in editis et in quibusdam manuscriptis, sed habentur in Basil. et Segueriano.

(99) Seguer. solus habet, μόνου.
(1) In editis et in quibusdam mss. deest μοι. In Seguer. Gobler. et Felc. 1, legitur.
(2) In editis et in reliquis mss. legitur, οὐχ ἀνθρώπου γάρ, sed cum γάρ desit in Seguer. et alioqui supereffluere videatur, expunctum est.

δεικνύντος τὴν γνησίαν ἀπὸ Πατρὸς γέννησιν, καὶ διὰ A τοῦτο τὴν κυριολογίαν οὐκ ἀρνουμένου τὴν περὶ ἑαυτοῦ. Κύριος γὰρ ὁ ἐκ τοῦ μόνου γεγεννημένος Κυρίου, ὡς καὶ παρὰ Μωϋσῇ λέλεκται τό· « Ἔβρεξε Κύριος θεῖον, καὶ πῦρ παρὰ Κυρίου (3). » Καὶ ἄλλοτε πρὸς τοὺς ἀποστόλους φησὶν ὁ Σωτήρ· « Φωνεῖτέ με ὁ Διδάσκαλος καὶ ὁ Κύριος, καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ· » καὶ πάλιν, Δεσπότην τῆς πατρῴας οἰκίας ἑαυτὸν ἀποφαίνων, ὡς ἂν μονογενὴς Υἱός· « Εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐπεκάλεσαν, πόσῳ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ. » Οὐκοῦν ὅτι μὲν Θεὸς ὁ Κύριος (4) τῶν ὅλων Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγεννημένος, δῆλον ἅπαντι· εἰπὼν δὲ, « Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, » ἐπιφέρει καὶ τὸν Πατέρα σαφῶς ἡμῖν (5) ἑρμηνεύων· « Ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου, τοῦ ἐν οὐρανοῖς. »

« Pluit Dominus sulphur et ignem a Domino [39]. » Et alibi apostolis Salvator ait : « Vos vocatis me Magister, et Dominus : et bene dicitis : sum etenim [40]. » Ac rursum se domus paternæ Dominum declarat, utpote unigenitum Filium : « Si Dominum domus Beelzebul vocaverunt, quanto magis domesticos ejus [41]. » Itaque quod Deus quidem, universorum Dominus sit Jesus Christus, quippe qui ex Deo genitus sit, propalam cuivis est. Cum vero ait : « Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum [42]; » hæc subjungit, quibus Patrem nobis manifeste declarat : « Sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est [43]. »

5. Ἔχεις οὖν Υἱὸν, ἔχεις Πατέρα· μὴ φοβοῦ τὴν B δυάδα· τῇ φύσει γὰρ οὐ διώρισται, οὐδ' ὁ τὰ δύο λέγων ἀπηλλοτρίωσε τοῦ γεννήσαντος τὸ γέννημα· οὐδὲ διὰ τὴν ἑτέραν (6) μανίαν τῶν ἀρνησαμένων μίαν εἶναι τὴν τῶν δύο θεότητα, διὰ τοῦτο καὶ δύο λέγειν φευκτέον. Εἷς Θεὸς, ὅτι καὶ Πατὴρ εἷς· Θεὸς δὲ καὶ Υἱὸς, ταὐτότητα ἔχων, ὡς Υἱὸς πρὸς Πατέρα· οὐκ αὐτὸς ὢν ὁ Πατὴρ, ἀλλ' ἡνωμένος πρὸς τὸν Πατέρα τῇ φύσει· δύο μὲν ἀριθμῷ, μία δὲ οὖσα (7) οὐσία τελεία· δύο, οὐκ ἐκ δύο μερῶν. Τέλειος ὁ Υἱὸς ἥκει παρὰ τελείου Πατρὸς, ὢν ἐξ ὄντος, χαρακτὴρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, οὐ ῥῆμα ἀνυπόστατον, ἀλλὰ ζῶσα δύναμις, καὶ τοῦ ζῆν αἰτία τοῖς πᾶσιν, οὐχ οἵα ἀνθρώπου δύναμις, δι' ἣν ἄνθρωπός ἐστι δυνατός· οὐ γὰρ γέννημα ἀνθρώπου ἢ (8) υἱὸς, ἡ δύναμις αὐτοῦ· Θεοῦ δὲ Υἱὸς ἡ δύναμις, ὥστε δυνατὸς μὲν ὁ Πατὴρ C τελείως, ὅτι Πατὴρ δυνάμεως, δύναμις δὲ ὁ Υἱὸς τελεία, ὅτι γέννημα αὐτοῦ. Καὶ σοφία τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ἀλλ' οὐχ ὡς ἡ τοῦ ἀνθρώπου, δι' ἧς ὁ ἄνθρωπος σοφὸς, ἀλλ' ἀπὸ σοφοῦ σοφία· περὶ (9) οὗ λέγεται· « Μόνῳ σοφῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. » Ἀλλ' οὐκ ἐγέννησεν ὁ Πατήρ. Πῶς οὖν Πατὴρ, καὶ τίνος; Εἰ δὲ ἐγέννησεν, ὁ ὢν ἐστιν ὁ γεγεννημένος. Κἀγὼ, φησὶν, ὁμολογῶ γέννησιν· γεννᾶται γὰρ ὁ λόγος, ὅτε καὶ λαλεῖται καὶ γινώσκεται. Καὶ ποσάκις ὁ αὐτὸς, εἰπέ μοι, γεννηθήσεται; ἢ πολλοὺς ἐρεῖς τοῦ Θεοῦ Λόγους ἑκάστοτε γεννωμένους; καὶ ποτὲ μὲν σιωπῶντα φαντασθήσῃ τὸν Θεὸν, ποτὲ δὲ λαλοῦντα, καὶ μεταβαλλόμενον ἀπὸ σιωπήσεως εἰς λαλιὰν, καὶ χείλεσιν ἀνοιγομένοις, ἢ D καρδίᾳ κινουμένῃ; Οὐκ ἄνθρωπος ὁ Θεός· ὑπέλαβες, ἄνομε, ὅτι ἔσται σοι ὅμοιος ὁ Θεός; Ὦ ἄνθρωπε, κἂν ὀφθαλμοὺς ἀκούσῃς Θεοῦ, κἂν (10) τὰ ἄλλα μέλη τὰ

5. Habes igitur Filium, habes Patrem. Ne time dualitatem, nulla quippe naturæ distinctio : nec qui duo dicit, genitum a gignente abalienavit. Neque ob aliam eorum insaniam, qui negant unam esse duorum deitatem, ideo duos dicere vitandum est. Unus est Deus, quia et Pater unus est : Deus quoque Filius et identitatem habet ad Patrem, utpote Filius, cum tamen ipse Pater non sit, sed natura Patri sit conjunctus : duo quidem numero, unica vero substantia perfecta : duo, nec ex duabus partibus. Perfectus Filius a perfecto Patre prodit : exsistens ab exsistente : figura paternæ substantiæ; non Verbum subsistentia carens : sed vivens potestas, quæ vitæ auctor est cunctis hominibus : non qualis hominis potestas, propter quam homo potens est : neque enim potestas hominis, proles aut filius ejus est. Dei vero Filius, potestas ejus est ; ita ut Pater perfecte potens sit, quia Pater est potestatis : Filius vero perfecta potentia sit, quia proles ejus. Sapientia quoque Patris est Filius, sed non qualis sapientia hominis, per quam homo sapiens est; sed a sapiente hæc sapientia est : de quo dicitur : « Soli sapienti Deo, per Jesum Christum, cui gloria in sæcula, amen [44]. » Verum, aiunt, non genuit Pater. Quomodo igitur et cujusnam Pater fuerit? Sin autem genuit, ergo qui est, is est qui genitus est. At ego, dicet, generationem confiteor : gignitur enim verbum, quando enuntiatur et cognoscitur. Ac quoties, dic mihi, id ipsum generabitur? **32** num multa dices Dei Verba, diversis temporibus genita? an modo silentem Deum comminisceris, modo loquentem, ac transeuntem a silentio ad loquelam, idque apertis labiis, aut commoto corde? Non est homo,

[39] Genes. xix, 24. [40] Joan. xiii, 13. [41] Matth. x, 25. [42] Matth. vii, 21. [43] ibid. 22. [44] Rom. xvi, 27.

(3) Gobler. et Felc. 1, Κύριος πῦρ παρὰ Κυρίου. Mox, in Seguer. tantum, post, Κυρίου, legitur, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

(4) Sic Seguer., Gobler. et Felc. 1. Editi vero, Θεὸς καὶ Κύριος. Mox omnes mss., ὡς ἂν ἐκ τοῦ. Editi vero omnes, ὡς ὢν ἐκ τοῦ. Paulo post, editi, ὁ λέγων μου. Seguer., rectius, ὁ λέγων μοι.

(5) Ἡμῖν legitur in Gobl., Felc. 1, et Seg.; deest in editis.

(6) Basiliensis, ἑτέρων.

(7) Sic Basiliensis, Goblerianus, Seguer.; in editis et cæteris mss. οὖσα deest.

(8) Ἡ deest in Basiliensi.

(9) Ita Seguer. Editi vero, καὶ περί.

(10) Κἄν, omnes mss. Editi vero, καί.

Deus: existimasti, inique, quod Deus erit tibi similis? Licet oculos Dei audieris, o homo, licet alia corporis membra, ne carnaliter illud intelligas: sed per corporalium similitudinem, incorporeum intellige. Etenim tibi dictum est: Spiritus est Deus; sic et Verbum illud, non humanum est, nec quale tuum: Deus enim est, licet id tibi minime videatur: nec duo Dii sunt, sicut nec duo Patres: neque diversæ substantiæ est genitus a generante.

6. Qui enim duo principia inducit, is duos Deos prædicat. Hæc est Marcionis impietas, qui Deum justum proprii Christi Patrem, et alterum Deum bonum proprii Christi Patrem affirmat. Rursus qui Deum non factum, alium vero Deum factum dicit, duos et ipse Deos admittit, propter substantiæ differentiam, quam blasphemando introducit. Ubi vero unicum est principium, ac unica ejus proles, ibi absolutissima ac naturalis imago, quia ex illo genita est: ibi et unus Deus; ita ut perfecta in Patre deitas intelligatur, perfecta quoque in Filio paterna deitas exsistat. Cæterum quia ex parvo hoc exemplo (quod divina Scriptura protulit, cum imaginem Dei invisibilis Christum nuncupat) comprehendere vales quod dictum est; hic iterum dissimilitudinem quæ in exemplo est fugiamus, nempe quod Dei imago, arte facta et alterius substantiæ sit: genitam autem et consubstantialem eam esse confiteamur. Attamen qui regis imaginem videt, regem videt; et ait: Ecce, hic rex est, nec duos reges constituit, neque partem regis imaginem dicit, nec imaginis regem. Sic igitur unus est Deus Pater, et una divinitas Patris et Filii. At, ut tu dicis, unus erit, compositus ex duabus partibus imperfectis. Sed ad hanc impietatem aures occludere, et animam abluere convenit: qui enim hæc comminiscitur, nec Filium nec Patrem confitetur: nam neque Pater neque Filius imperfectus intelligi potest.

7. Atqui dictum est, ait: « Quia ego in Patre, et Pater in me est [45]: » non est autem Pater Verbum in corde Filii: ergo nec Filius est Verbum in corde Patris; sed est Verbum vivens a vivente Patre Deo, quod æterna generatione editum est, et absque initio Patri coexsistit: ita ut Pater nunquam solus cogitandus sit. Semper enim Trinitas est Trinitas, nec unquam additamentum divinitatis accipit. Neque Filius cum prius non esset cum Patre, in posterum ei additur; neque Filio Spiritus sanctus accedit. Quæ enim a quodam principio facta sunt, et opificia sunt, et subdita, et Trinitati nullo modo annumerantur. Nam, « euntes, » inquit, « docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [46]. » Nullum autem princi-

A σωματικὰ, μὴ σαρκικῶς νόει· ἀλλὰ δι' ὁμοιότητος τῶν σωματικῶν ἐννόει τὸ ἀσώματον. Καὶ γὰρ εἴρηταί σοι· Πνεῦμα ὁ Θεός· οὕτω καὶ ὁ Λόγος οὐκ ἀνθρώπινος, οὐδὲ οἷος ὁ σός· Θεὸς γάρ ἐστι, κἂν μὴ σοι δοκῇ, καὶ οὐκ εἰσὶ δύο Θεοὶ, ὅτι μηδὲ δύο Πατέρες, μηδὲ ἑτερούσιος τοῦ γεννήσαντος ὁ γεγεννημένος.

6. Ὁ μὲν γὰρ ἀρχὰς εἰσάγων δύο, δύο κηρύττει Θεούς. Αὕτη Μαρκίωνος ἡ δυσσέβεια, Θεὸν λέγοντος δίκαιον ἰδίου Χριστοῦ Πατέρα, καὶ Θεὸν ἕτερον ἀγαθὸν ἰδίου Χριστοῦ Πατέρα. Πάλιν ὁ Θεὸν ἀγένητον εἶναι λέγων, ἄλλον δὲ Θεὸν (11) γενητὸν, δύο καὶ αὐτὸς λέγει Θεοὺς, διὰ τὴν τῆς οὐσίας διαφορὰν, ἣν βλασφήμως εἰσάγει. B Ὅπου δὲ μία μὲν ἡ ἀρχὴ, ἓν δὲ τὸ ἐξ αὐτῆς γέννημα, εἰκὼν ἀκριβεστάτη καὶ φυσική· διότι καὶ γεννητὴ ἐξ αὐτοῦ· εἷς Θεὸς, τελείας μὲν ἐν Πατρὶ τῆς θεότητος νοουμένης, τελείας δὲ καὶ ἐν Υἱῷ τῆς πατρικῆς θεότητος ὑπαρχούσης. Ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦ μικροῦ τούτου παραδείγματος, ὅπερ ἡ θεία Γραφὴ δεδήλωκεν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου τὸν Χριστὸν ὀνομάσασα, δύνασαι καταλαβεῖν τὸ λεγόμενον· φύγωμεν πάλιν καὶ ἐνταῦθα τὸ ἀνόμοιον τὸ ἐν τῷ παραδείγματι, τὸ τεχνίτην (12) καὶ ἑτερούσιον εἶναι τὴν τοῦ Θεοῦ εἰκόνα, γεννητὴν δὲ καὶ ὁμοούσιον ὁμολογῶμεν. Ὅμως δὴ οὖν (13) ὁ τὴν εἰκόνα τοῦ βασιλέως ὁρῶν τὸν βασιλέα ὁρᾷ, καί φησιν· Ἰδοὺ, οὗτος ὁ βασιλεὺς, καὶ οὐ δύο πεποίηκε βασιλεῖς, οὐδὲ μέρος τοῦ βασιλέως τὴν εἰκόνα, ἢ τῆς εἰκόνος τὸν βασιλέα. C Οὕτω τοίνυν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, καὶ μία θεότης Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Ὡς δὲ σὺ λέγεις, εἷς ἔσται σύνθετος ἐκ δύο μερῶν ἀτελῶν. Πρὸς δὲ ταύτην τὴν ἀσέβειαν ἀποκλεῖσαι καλὸν τὰς ἀκοὰς, καὶ (14) ἀπονίψασθαι τὴν ψυχήν· οὔτε γὰρ Υἱὸν οὔτε Πατέρα ὁ τοῦτο φανταζόμενος ὁμολογεῖ· ἐπεὶ μήτε Πατέρα, μήτε Υἱὸν ἀτελῆ νοεῖν ἐγχωρεῖ.

7. Ἀλλ' εἴρηται, φησίν· « Ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί· » οὐκ ἔστι δὲ Λόγος ἐν καρδίᾳ τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατήρ· οὐ τοίνυν οὐδὲ ὁ (15) Υἱὸς Λόγος ἐν καρδίᾳ τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ Λόγος ζῶν ἀπὸ ζῶντος Πατρὸς Θεοῦ, ἀϊδίῳ γεννήσει πεφηνὼς, ἀνάρχως τῷ Πατρὶ συνών· ὡς μηδέποτε μόνον ἐπινοεῖσθαι τὸν Πατέρα. Ἀεὶ γὰρ Τριὰς ἡ Τριὰς, καὶ προσθήκην D θεότητος οὐ λαμβάνει. Οὐδ' ὁ μὴ πρότερον ὢν σὺν τῷ Πατρὶ προστίθεται ὕστερον ὁ Υἱὸς, οὐδὲ τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα ἐπιγίνεται. Τὰ γὰρ ἀπό τινος ἀρχῆς γεγενημένα (16) καὶ ποιήματά ἐστι καὶ δοῦλα, καὶ τῇ Τριάδι συναριθμεῖται οὐδαμῶς· « Πορευθέντες γὰρ, » φησὶ, « μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Ἀρχὴν δὲ οὔτε μίαν, οὔτε ἐξου-

[45] Joan. xiv, 10. [46] Matth. xxviii, 19.

(11) Seguer. Gobler. et Felc. 1, γεννητόν, male. Priores duo ibid. omittunt Θεόν. Basil. ibid δύο μὲν αὐτός.

(12) Forte, τεχνητήν.

(13) Seguerianus, δ' οὖν.

(14) Καί deest in omnibus mss.

(15) Sic Seguerian.. ὁ deest in editis.

(16) Sic Basil., Gobler., Seg. In editis, γεγεννημένα.

ρίαν, οὔτε δύναμιν συνηρίθμησεν· ἀϊδίῳ (17) γὰρ τὰ μὴ ἀΐδια συναριθμεῖσθαι ἀδύνατον, καὶ τῇ θεότητι τὰ μὴ μετέχοντα τῆς θεότητος οὐ συντάττεται. Πῶς οὖν ἐν τῷ γεγεννηκότι ὁ γεγεννημένος; καὶ πάλιν ὁ γεννήτωρ ἐν τῷ γεννήματι; πῶς οὗτος ἐν ἐκείνῳ, κἀκεῖνος ἐν τούτῳ; Ὅτι καὶ αὐτὸς τοιοῦτός ἐστιν οἷος κἀκεῖνος, κἀκεῖνος οἷος οὗτος. Οὕτω καὶ ἓν τὰ δύο, τῷ μὴ διαλλάττειν (18), μηδὲ ἀπεσχοινίσθαι, μηδὲ καθ' ἕτερον εἶδος καὶ ξένον χαρακτῆρα νοεῖσθαι τὸν Υἱὸν, ἀλλ' εἶναι Θεὸν, ὥσπερ καὶ ὁ Πατήρ. Ἐπεὶ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν, » ἠγανάκτουν οἱ Ἰουδαῖοι λέγοντες, « Ὅτι σὺ, ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν. » Καὶ ὁ Σωτὴρ ἀπεκρίνατο (19) βεβαιῶν τὸ εἰρημένον ὑπ' αὐτῶν, ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο δεδηλωκὼς ἐν τῷ φάσκειν· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν, » τὸ εἶναι καὶ αὐτὸν Θεὸν Υἱὸν ὄντα Θεοῦ· « Εἰ ἐκείνους θεοὺς εἶπε, πρὸς οὓς ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ Γραφή· ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε, καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε, Ὅτι βλασφημεῖς· ὅτι εἶπον, ὅτι Υἱὸς Θεοῦ εἰμι; εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ θέλητε (20) πιστεύειν, τοῖς ἔργοις πιστεύετε· ἵν' εἰδῆτε, καὶ γινώσκητε, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. » Οὐκοῦν ἐν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἶναι, καὶ τὸν Πατέρα ἐν τῷ Υἱῷ, τοῦτό ἐστι καὶ οὐδὲν ἕτερον, τὸν Υἱὸν εἶναι Θεοῦ (21) τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγεννημένον, Θεὸν ὄντα κατὰ τὴν φύσιν, ὅπερ ὁ Πατὴρ, καὶ δεικνύντα τὸ πατρῷον εἶδος ἐν ἑαυτῷ, καὶ δεικνύμενον ἐπὶ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως.

8. Εἷς οὖν, καὶ εἷς, καὶ ἡ δυὰς οὐ μεμέρισται τῇ φύσει, ἀνενδεὴς οὖσα τῇ τελειότητι, ὅλον μὲν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος ὁ Πατὴρ, ὡς Πατὴρ, ὅλον δὲ τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος ὁ Υἱὸς, ὡς Υἱός. Ἐπειδὴ (22) δι' ἀμφοτέρων ἓν εἶδος νοεῖται, ὁλοκλήρως ἐν ἀμφοτέροις δεικνύμενον. Μηδεὶς ἀρνείσθω τὴν φανερωθεῖσαν ἐν τῷ κόσμῳ ζωήν· « Ἥτις ἦν, » φησὶ, « πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν. » Καὶ πρὸ τῆς φανερώσεως τοῦτο ἔδοξεν εἶναι, ἡνίκα πεφανέρωται. Γεγέννηται γὰρ ἀϊδίως, καὶ ὑπάρχει μετὰ τοῦ ἰδίου Πατρός. Μηδεὶς ἀρνούμενος τὰ τρία τὴν μονάδα εὑρίσκειν νομιζέτω· ἀλλ' ἐν τῇ Τριάδι νοείτω τὸ ἓν, ἔχων τὸ κεφάλαιον τῆς πίστεως ἐν τῷ βαπτίσματι, καὶ ἐν (23) ταῖς τρισὶν ἁγίαις σφραγῖσι, δι' ὧν εἰς σωτηρίαν ἀναγεγέννηται, μεμνημένος τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· « Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα· » μεμνημένος τοῦ λέγοντος Πατρός· « Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, » τοῦ τε Υἱοῦ μαρτυροῦντος, ὅτι ἦν πρὸ τοῦ κόσμου παρὰ τῷ Πατρὶ, τὴν δόξαν ἔχων τὴν τῆς θεότητος· « Δόξασόν με γὰρ, » φησὶ,

A patum, neque potestatem, neque virtutem annumeravit, quod impossibile sit æterna non æternis annumerari: vel quæ cum deitate nihil commune habent, cum deitate ordinari. Quomodo igitur in genitore genitus: aut rursus genitor in genito? qua ratione hic in illo, ille in isto? Quia et hic talis est qualis ille, et ille qualis hic. Atque ita fit ut duo illa unum sint; eo quod neque differant, neque separentur, neque sub alia specie, aut sub alia figura Filius intelligatur: sed Deus sit, quemadmodum et Pater. Cum enim illo dicente: « Ego et Pater unum sumus [47], » indignarentur Judæi, **33** ac dicerent: « Quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum [48], » respondit Salvator, quod illi dixerant confirmans, quasi nihil aliud ipse declarasset, dum dixit: « Ego
B et Pater unum sumus; » quam se quoque Deum esse, cum Filius Dei sit: « Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura: quem Pater sanctificavit, et misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum? Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, et si mihi nolueritis credere, operibus credite: ut sciatis, et cognoscatis, quia ego in Patre, et Pater in me [49]. » Igitur in Patre Filium esse, et Patrem in Filio, hoc nihil aliud est, quam eum qui ex Deo genitus est Dei Filium esse: ac Deum secundum naturam, ut est Pater, atque in seipso paternam formam exhibere, ipsumque mutuo in paterna substantia exhiberi.

C 8. Unus igitur, et unus, et dualitas non divisa est natura sua, cum nullo indigeat ad suam integritatem. Universa quidem plenitudo divinitatis est Pater, quatenus Pater. Universa item plenitudo divinitatis est Filius, quatenus Filius. Quandoquidem per utrumque una forma intelligitur, quæ integre in utroque exhibetur. Nemo vitam neget quæ in mundo apparuit: « Quæ erat, » inquit, « apud Patrem, et apparuit nobis [50]. » Etiam antequam appareret id ipsum visa est esse, quod cum apparuit. Nam ab æterno genitus est, et cum proprio Patre exsistit. Nemo tria esse negans, unitatem se invenire posse existimet: sed in Trinitate unum cogitet, cum fidei summam, tam in baptismate habeat, quam in tribus signaculis sanctis, per quæ in salu-
D tem regeneratus est, memor Apostoli dicentis: « Unus Deus Pater, ex quo omnia: et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia [51]. » Memor sit quoque Patris dicentis: « Ex utero ante luciferum genui te [52]: » item Filii qui testatur se fuisse ante mundum apud Patrem, gloriamque divinitatis

[47] Joan. x, 30. [48] ibid. 33. [49] ibid. 36-38. [50] I Joan. I, 2. [51] I Cor. VIII, 6. [52] Psal. CIX, 3.

(17) Goblerian. et Felc. I, ἀϊδίως.
(18) Goblerian. et Felc. I, τὸ μὴ διαλ.
(19) Sic Seguer. At in editis omissum ἀπεκρίνατο, item illud ἐν τῷ φάσκειν, quæ tamen ex contextu esse videntur. Commeliniani nihil annotant.
(20) Seguer., Gobler. et Felc. I, θέλετε. Editi, θέλητε. Mox hæc, καὶ γινώσκητε, habentur in Gobler. Felc. I, Seguer., sed desunt in editis et in quibusdam manuscriptis.
(21) Seguerianus, τὸ εἶναι Θεοῦ.
(22) Sic Basil. et Seguer. Editi, ἐπεί.
(23) Ἐν deest in editis, sed habetur in Basiliensi. Mox Basil., Seguerianus, μεμνημένος τοῦ κήρυκος τῆς ἀληθείας Ἀποστόλου λέγοντος ἡμῖν.

habuisse : nam, « Glorifica me, » inquit, « Pater, A apud temetipsum, gloria quam habui, antequam mundus esset, apud te [53]. » Gloriam quidem quæ secundum hominem est postulat, eam vero quæ secundum Deum est, ante mundi creationem se habuisse testatur. Habuit autem gloriam cum esset et exsisteret : neque enim, qui non est, potest glorificari. Quod si erat, ergo genitus fuerat : non enim filius est, qui non sit genitus. Sed si genitus est, aiunt, extra genitorem exsistit, et ab eo divisus est : atqui oportet indivisum a Deo esse Verbum quod in Deo exsistit, et extra Deum non apparet. Quo enim in loco extra eum apparuerit, cum Deus omnia impleat, ut scriptum est : « Cœlum et terram ego impleo, dicit Dominus [54]? »

9. Hujusmodi commentis, Filii generationem, B æternamque ejus a Patre processionem, ejusque cum Patre exsistentiam de medio tollere conantur : illam quoque sententiam evertere satagunt, nempe Patrem perfecte secundum se subsistere, ac Filium quoque secundum se perfecte subsistere. Discant igitur, se non intelligere, « neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant [55], » dum Deum loco circumscribunt : Filiumque rursus alio in loco imaginantur, ac divisos illos esse, alium hic, alium illic, existimant : siquidem Filium apud se et extra Patrem genitum fuisse, et apparuisse confiteantur. « Quis locus requietionis meæ? » ait Dominus per Prophetam [56]. « Cœlum et cœlum cœli, non sufficient tibi, » ait Salomon ad Deum [57]. Magno hoc argumento homines edocet Deus : nullum locum C sui capacem esse. « Manus mea, » inquit, **34** « fecit hæc omnia [58]. » Non igitur opera opificem continent, qui et ante illa erat, ipsisque exsistentiam præbet, ac ipsa opificis potestate illa stabilit. Quapropter ait Paulus : « Ex quo omnia, et per quem omnia, et in quo omnia [59], » et rursum : « In ipso enim vivimus, et movemur, et sumus [60]. »

10. Aufer ergo mihi illud, in loco situm esse, cum de Deo, de Verbo, et de Spiritu sancto cogitaveris : aufer locales separationes, et ne suspiceris alibi Patrem esse, alibique Filium emittere, cum gignit illum. Hujusmodi enim mendaces, imo potius impiæ ratiocinationes, tibi circa Filii substantiam offendiculo sunt. Una cum Filio autem, Spiritum D quoque sanctum abnegas : dum a solo Patre omnia præoccupata existimas. Ne quæratis loci magnitudinem tantam, ut quæ possit Dei magnitudinem capere. Non enim immensum in menso est : sed palmo quidem suo cœlum metitur, ut per comparationem propheta explicat : manu autem sua aquam

« Πάτερ, παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον, πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, παρὰ σοί· » τὴν μὲν κατὰ ἄνθρωπον δόξαν αἰτῶν, τὴν δὲ κατὰ Θεὸν ἔχων (24) πρὸ τοῦ κόσμου μαρτυρῶν. Εἶχε δὲ τὴν δόξαν ὢν καὶ ὑπάρχων· οὐδὲ γὰρ ὁ μὴ ὢν δεδόξασται. Εἰ δὲ ἦν, καὶ γεγέννητο· οὐ γάρ ἐστιν υἱὸς μὴ γεγεννημένος· ἀλλ' εἰ γεγέννηται, φησὶν, ἐκτός ἐστι τοῦ γεννήσαντος, καὶ διῄρηται· ἀδιαίρετον δὲ χρὴ εἶναι Λόγον ὄντα ἐν Θεῷ, καὶ μὴ φαινόμενον ἔξω τοῦ Θεοῦ. Ποῦ γὰρ ἂν καὶ φανείη ἐκτὸς, πάντα τοῦ Θεοῦ πεπληρωκότος, κατὰ τὸ γεγραμμένον· « Τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος; »

9. Τοιαύταις φαντασίαις ἀναιρεῖν ἐπιχειροῦσι τὴν γέννησιν τοῦ Υἱοῦ, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἀΐδιον πρόοδον, καὶ τὴν μετὰ τοῦ Πατρὸς ὕπαρξιν, καὶ τὸ τελείως μὲν ὑφεστάναι Πατέρα καθ' ἑαυτὸν, τελείως καὶ τὸν Υἱὸν καθ' ἑαυτὸν ὑφεστάναι. Μαθέτωσαν οὖν, ὅτι μὴ νοοῦσι, « μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ ὧν διαβεβαιοῦνται, » τόπῳ Θεὸν περιγράφοντες, καὶ τὸν Υἱὸν αὖ πάλιν ἐν ἑτέρῳ φανταζόμενοι τόπῳ, καὶ μεμερίσθαι, τὸν μὲν ἐκεῖ, τὸν δὲ ἐνθάδε νομίζοντες, ἐὰν γεγεννημένος (25) καὶ πεφηνὼς καθ' ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ὁμολογῆται. « Τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; » φησὶν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου. « Ὁ οὐρανὸς καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ οὐκ ἀρκέσουσί σοι, » Σολομὼν λέγει πρὸς τὸν Θεόν· τεκμηρίῳ μεγίστῳ πείθων τοὺς ἀνθρώπους ὁ Θεὸς, ὅτι μηδεὶς αὐτοῦ τόπος δεκτικός. « Ἡ γὰρ χείρ μου, » φησὶν (26), « ἐποίησε ταῦτα πάντα. » Οὐ τοίνυν περιέχει τὰ ποιήματα τὸν πεποιηκότα, ὃς καὶ πρὸ τούτων ἦν, καὶ τούτοις παρέχει τὸ εἶναι, καὶ αὐτῇ τῇ δυνάμει τοῦ πεποιηκότος ἐπιστηρίζεται. Διό φησι Παῦλος (27)· « Ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα· » καὶ πάλιν· « Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καί ἐσμέν. »

10. Ἄνελε δή μοι τὸν ἐν τόπῳ ἐστηριγμένον, ὅτε διανοῇ περὶ Θεοῦ, καὶ τοῦ Λόγου, καὶ τοῦ Πνεύματος· ἄνελε τοπικοὺς χωρισμοὺς, καὶ μὴ ἀλλαχοῦ τὸν Πατέρα ὄντα, ἀλλαχοῦ (28) δὲ τὸν Υἱὸν ἐκπέμπειν ἐκ τοῦ γεννᾷν ὑποπτεύσῃς. Οὗτοι γὰρ οἱ ψευδεῖς, μᾶλλον δὲ καὶ ἄθεοι λογισμοὶ, περὶ τὴν ὕπαρξιν τοῦ Υἱοῦ σε σκανδαλίζουσι. Συνεξήρνηται δέ σοι μετὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τοῦ (29) ὑφ' ἑνὸς προκατέχεσθαι πάντα τοῦ Πατρός. Μὴ ζητεῖτε μέγεθος τόπου τοσοῦτον, ὃς δυνήσεται χωρῆσαι μέγεθος Θεοῦ· οὐ γάρ ἐστι τὸ ἀμέτρητον ἐπὶ τῷ μεμετρημένῳ, ἀλλὰ σπιθαμῇ μὲν αὐτοῦ μετρεῖ τὸν οὐρανὸν, ὡς ὁ προφήτης παραβολικῶς ἑρμηνεύει· μεμέτρηκε δὲ καὶ

[53] Joan. XVII, 5. [54] Jerem. XXIII, 24. [55] I Tim. I, 7. [56] Isa. LXVI, 1. [57] III Reg. VIII, 27. [58] Isa. LXVI, 2. [59] I Cor. VIII, 6. [60] Act. XVII, 28.

(24) Seguer., ἔχειν. Paulo post idem, οὐ γὰρ ὁ μή. Infra ipse, φασίν, pro, φησίν.

(25) Seguerianus, γεγενημένος.

(26) Sic Seguerian. Editi vero, ἔφη.

(27) Basil. et Seguer. Διό φησιν αὖ πάλιν ὁ Παῦλος.

(28) Edit. Commel, Basil. et Seg. ἀλλαχόσε, cæteri, ἀλλαχοῦ δέ.

(29) Seguer., διὰ τό, recte; alii cum editi, tum manuscripti, διὰ τοῦ. Mox editi et quidam manuscripti, κατέχεσθαι. Basiliensis, παρακατέχεσθαι. Seg. rectius, προκατέχεσθαι. Statim Seg., ζητῆτε, et post pauca, Basiliensis, ὃ δυνήσεται, non male.

τὸ ὕδωρ τῇ χειρὶ, καὶ τὴν γῆν πᾶσαν δρακί. Ὢ δ' οὕτως (30) ἐλάχιστα πάντα, ὡς ἡ προφητικὴ παραβολὴ μετρίως ὑποδείκνυσι, πῶς ἂν τῇ μικρᾷ καὶ ἐλαχίστῃ κτίσει συμπαρεκτείνεσθαι δόξειεν; Οὐ συμπαρεκτεινόμενος τοῖς πᾶσι πεπλήρωκε τὰ πάντα ὁ Θεός· σωματικὸν γὰρ τοῦτο, ὥσπερ εἰ τὸν ἀέρα φαίη πεπληρωκέναι τις τὸν μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ· ἀλλ' ὡς δύναμις συνέχει τὰ πάντα· δύναμις γὰρ ἀσώματος, ἀόρατος, οὐ κυκλοῦσα, οὐ κυκλουμένη. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ περὶ (31) τοῦ Υἱοῦ, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· διὰ γὰρ Υἱοῦ καὶ ἐν Πνεύματι τὰ πάντα ὁ Θεὸς καὶ συνεστήσατο, καὶ συνέχων διαφυλάττει. Ἀσεβὲς τοίνυν καὶ ζητεῖν καὶ ἐννοεῖν τὸ ποῦ (32) ποτέ ἐστιν ὁ Θεὸς, ἢ ὁ Λόγος τίνα τόπον εἴληχεν, ἢ τὸ Πνεῦμα τίνα οἴκησιν ἐκληρώσατο. Εἰ δὲ διὰ τοῦτο τὸν Υἱὸν οὐκ εἶναί τις οὐδὲ γεγεννῆσθαι (33) λέγοι, ὅτι τόπος αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἀνεπινόητος καὶ ἀνεύρητος, ὁ τοιοῦτος οὐδὲ τὸν Πατέρα φαίη εἶναι καθάπαξ, οὐδ' ὑπάρχειν Θεόν· ἐπεὶ μηδὲ τόπος τις εὑρίσκεται Θεοῦ. «Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός.» Ἄφρονες ὡς ἀληθῶς οἱ τοιοῦτοι, κεναῖς φαντασίαις ἑαυτοὺς παραλογιζόμενοι· νηπίων καὶ παντάπασιν ἀνοήτων τὰ ῥήματα, ὀφθαλμῷ λαμβάνεσθαι τὸ ἀσώματον καὶ τόπῳ περιλαμβάνεσθαι (34) βουλομένων.

11. Δῶμεν δὲ αὐτοῖς βραχείας τινὰς εἰκόνας ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ἀσωμάτων, τινῶν ἐπιμνησθέντες πραγμάτων, ἃ δὴ καθ' ἡμᾶς ὄντα, καὶ ἐπὶ τῆς κτίσεως φαίνεται, εἴ πως δυνηθεῖεν διὰ τούτων ἀναβαίνοντες ἐννοῆσαί πως τὸ ἀσώματον τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ μηκέτι φαντάζεσθαι τόπους αὐτῶν, μηδὲ τοπικὰς διαιρέσεις τῆς Τριάδος (35) ἐπινοεῖν. Ἀσώματος καὶ πνευματικὸς ὢν ὁ νόμος, ἔστιν ἐν τῇ τοῦ νομομαθοῦς (36) διανοίᾳ· ἐν τῇ αὐτῇ δὲ καὶ οἱ προφῆται, Εὐαγγέλια καὶ ἀπόστολοι· καὶ εἴρηται περὶ τῶν νομικῶν καὶ προφητικῶν λόγων «Ἔχουσι Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας·» καὶ ὁ Σωτὴρ τὸν ἔχοντα παλαιὰ καὶ καινὰ ῥήματα ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ διανοίας ἐοικέναι φησὶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις προφέρει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά. Ἐδέχετο δὲ ὁ Μωϋσέως νοῦς σοφίαν τε πᾶσαν Αἰγυπτιακὴν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ δοθεῖσαν αὐτῷ. Καὶ Δανιὴλ, σύνεσιν πᾶσαν τὴν Χαλδαίων ὑποδεξάμενος (37), ἐχώρει καὶ τὰ ποικίλα τῆς θείας σοφίας νοήματα, ὅπερ σημαίνει δι' Ἰεζεκιὴλ ὁ Θεός· «Μὴ σὺ σοφώτερος εἶ τοῦ Δανιήλ; πᾶν κρύφιον οὐχ ὑπεδείχθη σοι.» Ἀναρίθμητος δὲ ἡ τοῦ Σολομῶνος (38) φρόνησις, καὶ τὸ χύμα τῆς καρδίας αὐτοῦ,

A mensus est, ac totam terram pugillo [61]. Quod si eadem ratione minima sunt omnia, ut prophetæ parabola satis indicat; qui modicæ, ac minimæ creaturarum universitati, Deum commetiri oportere putabitur? Non enim eo Deus omnia implevit, quod ad omnium spatia extendatur, nam illud corpori solum competit : ut si quis aerem, exempli causa, dicat totum implere spatium, quod cœlum inter et terram intercedit ; sed quasi vis quædam omnia continet : vis enim incorporea, invisibilis est, non circumdat, nec circumdatur. Idipsum autem et de Filio, et de Spiritu sancto dicendum : per Filium enim, et in Spiritu sancto, Deus omnia et condidit, et continens conservat. Impium igitur quærere, aut cogitare, ubinam Deus sit : aut quemnam locum obtineat Verbum : B aut quam habitationem Spiritus sanctus sortitus sit. Quod si quis ideo Filium nec esse, nec genitum fuisse affirmet, quod locus pro ejus substantia nec excogitari, nec inveniri possit, is nec Patrem quidem unquam exstitisse, nec ipsum Deum esse, dixerit : quandoquidem nec quisquam locus Dei capax invenitur. « Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus [62]. » Insipientes revera illi sunt, qui vanis commentis sese decipiunt : stolidi ac prorsus insani sunt, qui incorporeum oculo percipi, ac loco circumscribi volunt.

11. Demus igitur illis pusillas aliquot imagines, ex incorporeis sæpe occurrentibus, ac de quibusdam mentionem faciamus, quæ apud nos habeantur, C et in rerum natura compareant : si quo modo earum opera emersi, incorporeum esse Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, intelligere valeant ; nec ultra eorum loca comminiscantur, vel locales divisiones in Trinitate excogitent. Incorporalis et spiritualis cum sit lex, in legis periti mente exsistit : ibi quoque sunt prophetæ, Evangelia et apostoli : dictum quippe est de legalibus et propheticis verbis : « Habent Moysen et prophetas [63]. » Et Salvator eum qui nova et vetera verba in mente sua continet, similem dicit homini patrifamilias qui profert de thesauro suo, nova et vetera. Suscepit quoque Moysis intellectus, cum sapientiam omnem Ægyptiacam, tum eam quæ sibi a Deo data fuerat. Et Daniel suscepta omni Chaldæorum D sapientia, varia tamen divinæ sapientiæ sensa percipiebat, ut per Ezechielem indicat Deus : « Nunquid **35** sapientior es tu Daniele? omne secretum non ostensum est tibi [64]. » Innumerabilis quoque fuit Salomonis sapientia, et latitudo cordis ejus

[61] Isa. XL, 12. [62] Psal. XIII, 1. [63] Luc. XVI, 29. [64] Ezech. XXVIII, 3.

(30) Seg. solus, Εἰ δὲ οὕτως. Mox, Gobler., Felc. 1, Seg. ut in textu. Editi et quidam mss. ὡς ἡ προφητικὴ παραβολικὴ μετρίως παραδείκνυσι, minus recte.

(31) Περὶ deest in editis; ex Seguer. restituimus.

(32) Sic Seguer., Gobl. Felc. 1; in editis, τόπου, perperam.

(33) Seguerianus, γεγενῆσθαι.

(34) Περιλαμβάνεσθαι deerat in editis et in quibusdam mss., sed ex Basil. restitutum est.

(35) Seg. solus, τῆς Τριάδος, alii vero omnes, τῇ Τριάδι.

(36) Editi, τῆς νομομαθοῦς, mendose. Seg., τοῦ, recte.

(37) In editione Commel. deest, ὑποδεξάμενος. In editione Paris. ejus loco legitur ἀποδεξάμενος. At omnes mss. ὑποδεξάμενος habent.

(38) In editis et quibusdam mss., καὶ τοῦ Σολ. Basil., Gobler., Seguer., ἡ τοῦ Σολ., recte. Mox post ἄμμος, Seguer. addit φησίν.

sicut arena, quæ est juxta mare [65]. Dum hanc igitur tantam sapientiarum multitudinem in una mente conspiciunt, in loco tamen illas non esse animadvertant. Quis enim homo tantæ magnitudinis fuerit, ut sit idoneus ad tot sapientias excipiendas, si divisis in locis singulas speculationes habuerit? Cum igitur spiritualia quæ hic sunt, plurima licet sint, plurimis tamen locis non indigeant, sed in uno eodemque intellectu versentur; intelligamus ea quæ supra nos, ac secundum se incorporea sunt, Patrem nempe, Filium, et Spiritum sanctum, nec locis indigere, nec locis separari; nec quis ideo opinari audeat Patrem, aut Filium, aut Spiritum sanctum non exsistere, quod singulis locus definiri et ascribi nequeat. Sed Pater quidem qui perfectam essentiam omnique defectu carentem habet, radix et fons est Filii ac Spiritus sancti: est autem Filius in plena divinitate, Verbum vivens, ac proles Patris quæ nullo indiget. Plenus quoque est Spiritus sanctus Filio, non pars alterius, sed in seipso integer. Atque ita Trinitas, quæ revera exsistit, conjuncta est absque ulla intercapedine. Nihil enim est quod disterminet, una simul exsistit ab æterno; nullum enim ævum intercedit. Formam autem unam eamdemque ipsa præfert, cum Pater quidem in Filio conspiciatur, Filius vero in Spiritu sancto et intelligatur, et hominem sui participem habeat. « Nos enim, inquit, omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a gloria in gloriam, tanquam a Domini spiritu [66]. »

12. Ne igitur quasi in corpore tria membra indivisa imaginemur. Impia enim est hæc cogitatio, alienaque ab incorporeis perfectis. Indivisam admittamus coexsistentiam eorum, qui in se mutuo, absque ulla distantia coexsistunt: et cum tres revera subsistant, unam formam intelligamus, quæ a Patre quidem incipit, in Filio resplendet, et per Spiritum sanctum manifestatur. Quapropter qui Spiritum ferunt, Christum quoque ferunt: nam, « Si quis, inquit, Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Si autem Christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum [67], » etc. Et Joannes: « Ex hoc cognoscimus, quoniam in nobis est, ex Spiritu quem dedit nobis [68]. » Et Paulus quidem corpora nostra templum Spiritus sancti nominat, Christum autem in nobis esse dicit: Christo autem habitante in interiore nostro homine, ut scriptum est, Deus est qui in nobis inhabitat: nam, « Nescitis, inquit, quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis [69]. » Itaque divinitatem indivisibilem esse, ex divinis

A ὡς ἄμμος, ἡ παρὰ τὴν θάλασσαν. Τὸ δὲ τοσοῦτον πλῆθος τῶν σοφιῶν (39) περὶ μίαν ὁρῶντες διάνοιαν, ἐνθυμείσθωσαν αὐτὰς οὐχ οὔσας ἐν τόπῳ. Πόσος γὰρ ἂν τῷ μεγέθει γενόμενος ἄνθρωπος, ἐξήρκεσεν εἰς τὴν τοσούτων ὑποδοχὴν, εἰ τόποις μεμερισμένοις τῶν θεωρημάτων ἕκαστα εἶχεν; Ὅταν οὖν τὰ ἐνταῦθα πνευματικὰ μὴ δέηται πλειόνων τόπων πλείονα ὄντα, ἀλλὰ περὶ τὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν στρέφηται (40) νοῦν, ἐννοήσωμεν καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ καθ' ἑαυτὰ ὄντα ἀσώματα, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα μὴ τόπων δεόμενα, μηδὲ τόποις διαιρούμενα· καὶ μὴ διὰ τοῦτο ἀνύπαρκτον ἢ τὸν Πατέρα τις, ἢ τὸν Υἱὸν, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑποτίθεσθαι τολμάτω· ὅτι μηδὲ ἔστι τόπον ἀφορίζειν καὶ κατανέμειν ἑκάστῳ. Ἀλλ' ἔστι μὲν ὁ Πατὴρ τέλειον ἔχων τὸ εἶναι καὶ
B ἀνελλιπὲς, ῥίζα καὶ πηγὴ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος· ἔστι δὲ ὁ Υἱὸς ἐν πλήρει τῇ θεότητι, ζῶν Λόγος, καὶ γέννημα τοῦ Πατρὸς ἀνενδεές· πλῆρες δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, οὐ μέρος ἑτέρου, ἀλλ' ὁλόκληρον ἐφ' ἑαυτοῦ. Καὶ οὕτως ἡ Τριὰς, ἀληθινῶς οὖσα, συνῆπται μὲν ἀδιαστάτως. Τὸ γὰρ διορίζον οὐδὲν, σύνεστι δὲ ἀϊδίως· αἰὼν γὰρ οὐδεὶς μεταξὺ παρεμπίπτει. Μορφὴν δὲ προφαίνει μίαν καὶ τὴν αὐτὴν, Πατρὸς μὲν ἐν Υἱῷ θεωρουμένου, Υἱοῦ δὲ ἐν Πνεύματι καὶ νοουμένου καὶ μετεχομένου ὑπὸ ἀνθρώπου. « Ἡμεῖς γὰρ, » φησὶ, « πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν (41) αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου πνεύματος. »

C

12. Μὴ τοίνυν ὡς ἐνσώματα ἀδιαίρετα μέρη φανταζώμεθα τρία. Δυσσεβὴς γὰρ ὁ λογισμὸς, ἀλλότριος ἀσωμάτων τελείων. Ἀδιαίρετον δεχώμεθα συνουσίαν συνόντων ἀλλήλοις (42) ἀδιαστάτως, καὶ τριῶν γε κατὰ ἀλήθειαν ὑφεστώτων, ἓν τὸ εἶδος ἐννοῶμεν, ἀρχόμενον (43) μὲν ἐκ Πατρὸς, λάμψαν δὲ ἐν Υἱῷ, καὶ φανερούμενον διὰ Πνεύματος. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ τὸ Πνεῦμα φοροῦντες φοροῦσι Χριστόν· « Εἰ γάρ τις, » φησὶ, « Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. Εἰ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν διὰ ἁμαρτίαν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὁ Ἰωάννης· « Ἐκ τούτου γινώσκομεν, ὅτι ἐν ἡμῖν ἔστιν, ἐκ τοῦ Πνεύματος, οὗ ἔδωκεν ἡμῖν. » Καὶ ναὸν μὲν ἁγίου Πνεύ-
D ματος τὰ σώματα ἡμῶν ὁ Παῦλος ὀνομάζει, Χριστὸν δὲ ἐν ἡμῖν εἶναι λέγει. Χριστοῦ δὲ οἰκοῦντος εἰς τὸν ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπον, κατὰ τὸ γεγραμμένον, Θεός ἐστιν ἐν ἡμῖν κατοικῶν· « Οὐκ οἴδατε, γὰρ, φησὶν, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. » Οὕτως μοι τὸ τῆς θεότητος ἀδιαίρετον εὐσεβῶς ἐκ τῶν θείων λόγων καταμάνθανε, ἐν τρισὶν ἓν εἶδος κατανοῶν, οὐχ ἓν ἐκ τριῶν πρᾶγμα (44)

[65] III Reg. IV, 29. [66] II Cor. III, 18. [67] Rom. VIII, 9, 10. [68] I Joan. IV, 13. [69] I Cor. III, 16.

(39) In editis perperam legitur σοφῶν, cum sit legendum σοφιῶν, uti Seguer. habet.
(40) Seguerianus στρέφεται.
(41) Editi, εἰς τὴν, sed εἰς deest in omnibus mss. et in Græco Scripturæ textu.
(42) Editi, ἀλλήλους, sed Basiliensis. Goblerian. Segu., ἀλλήλοις, multo melius.
(43) Editi, ἀρχομένου, mendose. Seguer., ἀρχόμενον.
(44) Editi et quidam manuscripti habent Πνεῦμα, Seguer., πρᾶγμα, ultimum prætulimus.

συντιθείς. Ἀχώριστα δὲ καὶ εἰς τὰ τῆς ἐνεργείας θεωρούμενα, ἀκούοντες τοῦ Ἀποστόλου μυσταγωγοῦντος καὶ φάσκοντος· « Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὴ αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσὶ, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων (45) εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι. » Καὶ καταλέξας τὰ χαρίσματα ἐπιφέρει· « Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται. » Ὅταν δὲ τὰ πάντα ἐνεργῆται (46) ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ Χριστοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. ἀχώριστον ὁρῶ ἐνέργειαν τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

13. Ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο συμπλέξας τὸ *ἐξ οὗ*, καὶ *δι' οὗ*, καὶ *ἐν ᾧ*, βιάζομαι τὴν Τριάδα μονάδα ποιεῖν· οὐδὲ ἄνθρωπον ἐκ τριῶν ὑπονοῶν (47) σύνθετον, πνεύματος, ψυχῆς, σώματος, οὕτω καὶ Θεὸν, καθάπερ κἀκεῖνοι τολμῶσιν, οὐδὲ ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἀσεβοῦς ὑπονοίας προΐεμαι τὸ ἀχώριστον. Οὐδὲ εἰ λέγοι (48) τις ὡς τὸν ἐνδιάθετον λόγον, ἢ τὸν ἐν φωνῇ τοῦ νοοῦντος καὶ λαλοῦντος ἀχώριστον, οὕτω τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα. Τὰ γὰρ τοῦ συνθέτου μέρη, καὶ τὰ τοῦ κινουμένου κινήματα, πρὸς τὴν ἀσύνθετον καὶ ἀναλλοίωτον φύσιν οὐδεμίαν ἔχει κοινωνίαν. Ἐπεὶ καὶ πῶς ἀποστέλλει τὸ μέρος ἢ τὸ κίνημα αὐτοῦ ὁ Πατὴρ, ἀποστέλλων τὸν Υἱόν; ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ Υἱὸς ἐκπέμπων εἰς τὸν κόσμον; Ἢ οὐχ ἀπεστάλη μὲν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός; Διαμαρτύρεται πανταχοῦ, καὶ ἀποστέλλειν (49) τὸ Πνεῦμα τὸ παράκλητον ἐπαγγέλλεται, καὶ δὴ καὶ ἀποστέλλει κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν. Ἀλλ' οἱ τὴν Τριάδα μονάδα ποιοῦντες νοθεύειν καὶ τὴν ἀποστολὴν, ὥσπερ τὴν γέννησιν, ἐπιχειροῦσιν. Εἴσω γὰρ ὄντα φασὶ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν ἁγιασμὸν ἀνθρώπου ἐργάζεσθαι (50), τουτέστιν, αὐτὸν τὸν ἕνα καὶ μόνον Θεὸν, οὕτως ἀπεστάλθαι τὸν ἄνθρωπον, οὐ Θεὸν παρὰ Θεοῦ. Πῶς γὰρ καὶ ἀπέσταλται, φασὶν, ὁ Λόγος, μὴ διαιρούμενος, μηδὲ χωριζόμενος, οὗ Λόγος ἐστίν; Ὅτι μὲν οὖν σάρκωσις τοῦ Λόγου κεκήρυκται, τίς ἀντείποι; τοῦ εὐαγγελιστοῦ βοῶντος (51)· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » καὶ ὅτι καταβέβηκεν ἐξ οὐρανοῦ κεκραγότος αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις (52); Καὶ μὴν ὅτι οὐκ ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἀπόστολος Παῦλος πρὸς Γαλάτας διισχυρίζεται. Ἀλλ' εἰ καὶ ἄνθρωπος ὁμώνυμος ἡμῖν, δεύτερος ἄνθρωπος, καὶ οὐχ οἷος ὁ πρότερος (53) γηγενὴς, καὶ ὁ μὲν ψυχὴ ζῶσα, ὁ δὲ Πνεῦμα ζωοποιοῦν.

A verbis religiose discito, ac in tribus unam formam intelligas, neque tamen unam ex tribus rem componas. Indivisibiles autem esse personas etiam in operatione, ex Apostolo, his verbis hæc mysteria docente, audire licet: « Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus: et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus: et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus [70]. » Ac postquam gratias recensuit, subdit: « Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult [71]. » Cum autem omnia agantur a Deo per Christum in Spiritu sancto, indivisam video operationem Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

36 13. Nec tamen ideo in unum illa verba complico, *ex quo*, et *per quem*, et *in quo*, ut Trinitatem nitar unitatem efficere: neque hominem ex tribus compositum intelligens, spiritu nempe, anima, B et corpore; sic et Deum existimo, ut illi facere audent: neque impiæ ejusmodi opinionis causa, indivisibilitatem propono. Nec si quis dixerit, internum verbum, aut verbum voce pronuntiatum, a cogitante et loquente inseparabile esse, ita quoque continuo de Patris Filio et Spiritu intelligendum. Nam compositi partes, et ejus, qui movetur, motus, cum natura non composita ac immutabili nihil commune habent. Etenim quomodo Pater, partem suam, aut motum suum mittit in mundum, dum Filium mittit? aut itidem dum Spiritum sanctum C Filius emittit in mundum? An Filius a Patre missus non est? Hoc ille ubique testatur, ac Spiritum se missurum pollicetur, illumque juxta promissionem revera mittit. At qui Trinitatem unitatem efficiunt, missionem, ut et generationem, adulterare nituntur. Filium enim intra Patrem exsistentem, id est, ipsum unum et solum Deum sanctificationem hominis operari aiunt: atque eum qui ita missus est hominem, et non Deum de Deo fuisse. Quomodo enim, aiunt, missum fuerit Verbum, cum nec divisum, nec separatum sit ab eo cujus est Verbum? Quod quidem Verbi incarnatio prædicata sit quis negarit, evangelista liquido clamante: « Verbum caro factum est [72]; » cum et ipse Salvator e cœlo se descendisse non semel, sed et pluries clamando D affirmaverit? Et quidem quod non solum homo sit Dominus noster Jesus Christus, apostolus Paulus ad Galatas, confirmat: sed etsi homo sit nobis cognominis, secundus homo: at non qualis ille primus terrenus, nam ille quidem est anima vivens, hic vero Spiritu vivificans.

[70] I Cor. XII, 4-6. [71] ibid. 11. [72] Joan. I, 14.

(45) Sic Basiliensis, Seguer. et Græcus Scripturæ textus. Editi, ἐνεργειῶν. Paulo post, Seguerianus, Goblerianus et Felc. I, καὶ καταλλάξας τὰ χαρίσματα.
(46) Goblerianus et Felc. I, ἐνεργεῖται.
(47) Basil., Gobler., Seguer., ὑπονοῶ. Editi, ὑπονοῶν.
(48) Seguerianus, λέγει.
(49) Editi, ἐπιστέλλειν. Seguerian., ἀποστέλλειν, melius.
(50) Seguerianus, ἐργάσασθαι.
(51) Basiliensis, Seguerian., βοῶντος σαφῶς.
(52) Sic Seguerian. At Goblerian., τοῦ Σωτῆρος πολλάκις, omissis interpositis. Editi, τοῦ Σωτῆρος οὐχ ἅπαξ. Καὶ μήν.
(53) Gobl. et Felc. I, ὁ πρότερον. Ibid. Seguer. Gobler. et Felc. I, ὁ γηγενής. Mox in iisdem, τε, post θεῖα, deest.

catur Moyses [17], et in Hymnis scriptum est: «Juravit Dominus, et non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech [18].» Videntur enim ista aut cum superioribus pugnare, aut isthinc homines ad juramenta assuefieri. Sed non ita se res habet: ne quisquam ita existimet. Deus enim per neminem jurat. Qui id fieri potest, cum sit Dominus et conditor omnium? Sed si vere dicatur, verbum est juramentum illius, quod audientes certiores facit, omnibus fidem præbens, ea quæ promittit et loquitur, prorsus futura esse. Non enim velut homo jurat Deus, sed nobis ejus verbum pro juramento est ad veritatem. Cum autem loquitur hominibus, jurare dicitur: qua in re humano more loquuntur sancti, ut ex quibus ipsi, dum loquuntur, fidem postulant, ex iisdem loquenti Deo credant. Ut namque hominum sermonem firmat juramentum; ita quæ loquitur Deus pro juramento habenda sunt, ob firmitatem immutabilitatemque consilii ejus. Testatur id quod dictum est, ipsum in Scriptura traditum juramentum: «Juravit» enim «Dominus, et non pœnitebit **64** eum,» quod nimirum juramentum illud sine pœnitentia sit, et prorsus futurum secundum promissionem. Hoc ipse Deus in Genesi indicat his verbis: «Per memetipsum juravi [19].» Illud autem nequaquam juramentum est. Neque enim per alium juravit, quod proprium est juramenti; sed per seipsum, quod juramenti suspicionem removet, et quo significat promissionis firmitatem, et indicat, eum qui audierit plane credere debere. Testis sit eorum quæ diximus Psalmista, qui Deo inter psallendum memoriam revocat promissorum his verbis: «Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas jurasti Davidi in veritate tua [30]?» Nequaquam per veritatem jurat Deus: sed quæ ille veraciter loquitur, pro juramento sunt hominibus ad fidem. Deus itaque non velut homines jurat, neque hinc nobis juramento assuescendum: sed tales nos loquendo agendoque exhibeamus, ut auditores non egeant juramento nostro; sed dicta nostra ex sese veritatis testimonium habeant. Hac enim in re plane Deum imitabimur.

7. Ἀλλ' ἴσως καὶ τὸ κατὰ τοὺς Νινευΐτας ἄν τις ἐπερωτήσειεν οὕτως· Εἰ ὁ λόγος ὅρκος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, ὅτι λέγων ἀληθεύει καὶ οὐ ψεύδεται, πῶς εἰρηκώς· D «Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευΐ (25) καταστραφήσεται,» οὐ πεπλήρωκε τὸν λόγον; δόξει γὰρ καὶ τοῦτο μάχεσθαι πρὸς τὰ πρῶτα. Ἀλλ' οὐ ψεύδεται ὁ Θεός· μὴ γένοιτο! οὐδὲ ὁ λόγος ἀπλήρωτος ἔμεινεν αὐτοῦ. Τῇ γὰρ φιλανθρωπίᾳ τὴν ὀργὴν ἤμβλυνε, καὶ τῇ

7. At fortassis quispiam de rebus apud Ninivitas gestis ita percontetur: Si sermo Dei juramentum est, quod veraciter loquatur et non mentiatur, quare cum dixisset: «Adhuc tres dies, et Ninive subvertetur [31],» sermonem non implevit? Videntur enim isthæc pugnare cum præcedentibus. At non mentitur Deus, absit! neque verbum ejus unquam completum non est. Suo enim erga homines amore

[17] Gen. XXII, 16. [18] Psal. CIX, 4. [19] Gen. XXII, 16. [30] Psal. LXXXVIII, 50. [31] Jon. III, 4.

(21) Alii, δόξῃ, alii, δόξει habent. Mox, Regius, Anglicanus, Felc. 3, Basiliensis, ἢ ἐκ τούτων ἐπιτρίβεσθαι, in postremo tamen, secunda manu, ἐπιτρέπεσθαι, ut habetur in editis; dubia lectio.

(22) Sic Regius et Felc. 3. Editi vero et cæteri manuscripti, μὴ ταῦτά γέ τις. Ibiden Felc. 3. κομιζέτω, pro νομιζέτω.

(23) Κύριε, est in solo Anglicano. Mox, hæc, Οὐ γὰρ κατὰ τῆς ἀληθείας, habentur in Anglicano et in Regio secunda manu, desideranturque in cæteris et in editis.

(24) Ita Regius, Basil. Anglic. et Felc. 3. Editi vero, ἐπιτρέπεσθαι.

(25) Regius, Νινευή, et sic inferius. Mox Angl. δόξῃ.

iram mitigavit, magisque ad pœnitentiam Ninivitarum respexit, quam ad præcedens peccatum. Neque tale Dei verbum erat, quasi post triduum subvertenda esset Ninive : sed tribus, aiebat, vos diebus sustinebo, ut dilatione triduana, facultas esset pœnitendi, aut subsequentem postea iram eligendi. Quid namque ait propheta ? « Adhuc tres dies, et Ninive subvertetur. » Non ait : Post triduum subvertetur ; si enim ita dixisset, ita omnino factum fuisset : sed, « Adhuc tres dies, et subvertetur : » ut cum diceret, « adhuc, » tolerantiam Dei intelligeremus ; in subversione autem, iram quæ post tolerantiam futura erat, nisi resipiscerent. Nisi enim ita se res habuisset, et si non, ut homines pœnitentiam agerent, ad tres distulit dies, quid Deum cohibebat, quin statim Niniven destrueret ? An imbecillitas ? Apage ! id ne in mentem quidem nostram veniat. Dominus enim virtutum, et fortis et potens est Deus. An ignorantia istarum rerum in causa fuit ? nec quidquam ejusmodi dicatur : novit enim omnia antequam fiant [32]. Quid itaque cogitandum restat, nisi longanimitatem et benignitatem Domini ? quam cum nosset propheta, primo, missus aufugit, secundo, pro defensione dixit : « O Domine, nonne hæc sunt verba mea, cum adhuc essem in terra mea ? Propterea præoccupavi ut fugerem in Tharsis, quia sciebam, quod tu sis clemens et misericors, patiens et multæ miserationis, et ignoscens super malitias [33]. » Fugit vero Jonas, non quod repugnaret Deo ; dolebatque, non quod lætaretur de Ninivitarum exitio ; sed id agebat, quod Ninivitarum sollicitudinem gereret. Metuebat enim ne incertum ejus sermonem existimarent, atque ita deinceps inciperent prophetis non credere, sed fide carere videretur propheticus sermo. Ideo videlicet contristabatur, ut a Domino convinceretur, atque sic omnibus Ninivitis palam fieret, non quod mentiretur propheta ; sed ob Dei benignitatem, **65** veniam Ninivitis fuisse concessam. Norat enim in verbo, « adhuc, » Dei longanimitatem significari. Et hic mos est divinæ Scripturæ, ut cum suam longanimitatem Deus indicare voluerit, per vocem, « adhuc, » eam declaret ; ut cum per Isaiam dicit : « Quid adhuc faciam vineæ meæ, et non feci [34] ? » per Jeremiam vero : « Ideo adhuc contendam vobiscum in judicio, dicit Dominus [35]. » Verbo autem,

A μετανοίᾳ τῶν Νινευϊτῶν μᾶλλον ἐπέβλεψεν (26) ἢ τῇ πρὸ ταύτης ἁμαρτίᾳ. Καὶ ὁ λόγος δὲ τοῦ Θεοῦ οὐχ οὕτως ἦν, ὥστε μετὰ τριήμερον κατασκαφῆναι τὴν Νινευΐ· ἀλλ' ὅτι τρεῖς ἡμέρας ὑμῶν ἀνέξομαι· ἵνα ἐν τῇ ἀνοχῇ τῶν τριῶν ἡμερῶν, ἐξουσίαν ἔχωσι μετανοῆσαι, ἢ τὴν μετὰ ταῦτα ὀργὴν ἐκλέξασθαι. Τί γάρ φησιν ὁ προφήτης ; « Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευῒ καταστραφήσεται. » Οὐχ εἶπε· Μετὰ τρεῖς ἡμέρας καταστραφήσεται (27)· εἰ γὰρ ἄν, ἐγεγόνει πάντως· ἀλλ' « Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ καταστραφήσεται· » ἵν' ἐν μὲν τῷ, « ἔτι, » λέγεσθαι, τὴν ἀνοχὴν ἐννοῶμεν τοῦ Θεοῦ, ἐν δὲ τῇ κατασκαφῇ τὴν μετὰ τὴν ἀνοχήν, εἰ μὴ μετανοήσαιεν, γενησομένην ὀργήν (28). Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον, καὶ μετανοίας χάριν τῶν ἀνθρώπων ὑπερέθετο τὰς τρεῖς ἡμέρας, τί τὸν Θεὸν
B ἐκώλυε καὶ παραυτὰ τὴν Νινευῒ ἀπολέσαι ; Ἀσθένεια ; Ἄπαγε ! μηδὲ εἰς νοῦν ποτε τοῦτο τὸν ἡμέτερον ἔλθοι. Κύριος γὰρ τῶν δυνάμεων καὶ ἰσχυρὸς καὶ δυνατός ἐστιν ὁ Θεός. Ἀλλ' ἄγνοια τῶν πράξεων ἐκείνων ; μηδὲ τοῦτο λεγέσθω· οἶδε γὰρ τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν. Τί οὖν ὑπολείπεται νοεῖν ἢ μακροθυμίαν καὶ φιλανθρωπίαν τοῦ Δεσπότου ; ἣν καὶ ὁ προφήτης ἐπιστάμενος, ἔφευγε μὲν ἀποστελλόμενος τὸ πρῶτον, τὸ δεύτερον δὲ ἀπολογούμενός φησιν· « Ὦ Κύριε, οὐχ οὗτοι οἱ λόγοι μου, ἔτι ὄντος μου ἐν τῇ γῇ μου ; διὰ τοῦτο προέφθασα τοῦ φυγεῖν εἰς Θαρσεῖς, διότι ἔγνων, ὅτι σὺ ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος, καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις. » Ἔφυγε δὲ Ἰωνᾶς, οὐχ ὡς ἀντιλέγων τῷ Θεῷ· καὶ ἐλυπεῖτο, οὐχ
C ὡς ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν Νινευϊτῶν χαίρων· ἀλλὰ τοῦτο ἐποίει διὰ τὴν Νινευϊτῶν κηδεμονίαν. Ἐφοβεῖτο γὰρ μὴ ἀβέβαιος παρ' αὐτοῖς νομισθῇ, καὶ λοιπὸν ἄρξωνται (29) μηκέτι προφήταις πιστεύειν, ἀλλὰ ἄπιστος παρ' αὐτοῖς ὁ προφητικὸς λόγος γένηται. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ἠθύμησεν, ἵνα ἐλεγχθῇ παρὰ τοῦ Δεσπότου, καὶ φανερὸν τοῖς Νινευΐταις ἐκεῖ πᾶσι γένηται, ὅτι οὐ διὰ τὸ ψεύσασθαι τὸν προφήτην (30), ἀλλὰ διὰ φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ συγκεχώρηται τοῖς Νινευΐταις. Ἤδει γὰρ ἐν τῇ « ἔτι » λέξει σημαινομένην μακροθυμίαν (31). Καὶ τοῦτο τῆς θείας Γραφῆς ἐστι τὸ ἔθος. Ὅταν γὰρ τὴν ἑαυτοῦ μακροθυμίαν σημαίνειν ἐθέλῃ ὁ Θεός, διὰ τῆς λέξεως τῆς, « ἔτι, » ταύτην ἀπαγγέλλει· ὡς ἐὰν λέγῃ διὰ μὲν τοῦ Ἡσαΐου· « Τί ἔτι ποιήσω τῷ ἀμπελῶνί μου, καὶ οὐκ ἐποίησα (32) ; » διὰ δὲ τοῦ Ἱε-
D ρεμίου· « Διὰ τοῦτο ἔτι κριθήσομαι πρὸς ὑμᾶς, λέγει Κύριος. » Ἐν δὲ τῷ λέγειν, « ἔτι, » δείκνυσι τὴν ἑαυ-

[32] Dan. XIII, 42. [33] Jon. IV, 2. [34] Isa. V, 4. [35] Jerem. II, 9.

(26) Basiliensis et Anglic. ἔβλεψε. Paulo post, Reg. prima manu, ὥστε μετὰ τρεῖς ἡμέρας ὑμῶν ἀνέχομαι, secunda vero, ὥστε μετὰ τρεῖς ἡμέρας καταστραφῆναι τὴν Νινευΐ· ἀλλ' ὅτι τρεῖς ἡμέρας ὑμῶν ἀνέχομαι, vulgata jam olim LXX lectio, ἔτι τρεῖς ἡμέραι, pro τεσσαράκοντα, ad hæc usque tempora in Græcis Bibliis permansit. Justinus ait suo tempore in aliis exemplaribus lectum fuisse, τεσσαράκοντα τρεῖς, in aliis vero, τρεῖς. *Dialog. contra Tryphonem* pag. 334. Vide idem Theodoret. in Jonæ cap. III, v. 4.

(27) Regius, Anglicanus et Felc. 3, κατασκαφήσεται. Ibid. duo postremi, οὐ γὰρ ἐγεγόνει.

(28) Regius, γιγνομένην. Angl. et Felc. 3, γινομένην.

(29) Anglicanus, ἄρωνται.

(30) Felckman. 3, τὴν προφητείαν.

(31) Felc. 3. Δεῖ γάρ... μακροθυμίαν εἰδέναι. Paulo post idem, ἐθέλει ὁ Θεός. Mox, τῆς, ante, ἔτι, deest in Basiliens. et Anglican.

(32) Hæc, καὶ οὐκ ἐποίησα, desunt in Basil. Paulo post, Regius, Anglic. et Felc. 3, Ἐν δὲ τῷ λέγειν. Editi et cæteri, Ἐν δὲ τῷ οὖν λέγειν. Paulo post, Reg. et Angl. Χεττιείμ. Mox, Reg. Anglic. et Felc 3, Εἰ μὴ μακροθυμεῖν, omisso τοίνυν.

τοῦ ἀγαθότητα καὶ ἀνοχήν. Λέγει γάρ· « Διέλθετε A νήσους Χεττιείμ, καὶ εἰς Κηδὰρ ἀποστείλατε, καὶ ἴδετε. » Εἰ τοίνυν μὴ μακροθυμεῖν ἤθελεν, οὐδὲ παραινέσεις αὐτοῖς ἐδίδου· ὥστε διελθεῖν, καὶ διελθόντας μαθεῖν ἐκ τῶν ἐναντίων τὴν πρὸς τὸ καλὸν σύγκρισιν. Ἀμέλει ὅταν μηκέτι μακροθυμίαν, ἀλλ' ὀργὴν ἡ πρᾶξις ἑκάστου προσκαλεῖται (33), λοιπὸν ἀποφαίνεται λέγων· « Οὐκέτι ἀνοίσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. » Διὰ δὲ τοῦ ὧδε, « οὐκέτι, » ῥήματος σημαινομένου, δείκνυσι φανερῶς τὴν περὶ τῶν Νινευϊτῶν δηλουμένην διὰ τοῦ (34), « ἔτι, » μακροθυμίαν, καὶ τοῦ λόγου τὴν ἀλήθειαν. Ἀδύνατον γὰρ ἦν μὴ ἀληθεῦσαι τὸν Θεὸν λέγοντα, καὶ μόνον βουλόμενον. Διὰ τοῦτο τῷ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος, οὐκ ἐψεύσατο, ἀλλὰ καὶ τὸν υἱὸν ἐχαρίζετο· καὶ τὸν λαὸν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς Αἰγύπτου διὰ τοῦ ἱεροφάντου Μωσέως. Καὶ τὸν μὲν B Ἰσαὰκ ἐπληροφόρει τῇ ὑποσχέσει, καὶ πατέρα τούτων ἐποίει τῶν δύο λαῶν· τῷ δὲ Ἰακὼβ ἐπαγγειλάμενος ἐδείκνυε τὸν Ἰωσήφ. Καὶ τῷ μὲν πιστοτάτῳ Μωσεῖ ἐδίδου τῶν λεγομένων τὴν πίστιν διὰ τῶν συμβαινόντων τῷ Φαραὼ (35)· τῷ δὲ Δαβὶδ ἐπαγγειλάμενος, ἀπεδίδου τὴν ὑπόσχεσιν διὰ Σολομῶντος· λέγω δὴ τὴν τοῦ ναοῦ οἰκοδομήν.

8. Καὶ τί μοι χρεία πολλῶν; Οὐδέν ἐστιν, ὃ λέγει ὁ Θεὸς, καὶ ἀπλήρωτον τοῦτο μένει. Κἂν παραυτίκα τις ὀλιγωρῇ ζητῶν τὸν λόγον, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ τὴν ἀπόδοσιν ἡ ὑπόσχεσις ἔχει, καὶ τῷ χρόνῳ πάντως ἡ ἐπαγγελία πληροῦται. Ἰδοὺ γὰρ καὶ τὰ πρὸ πολλοῦ λεχθέντα ὑπὸ τοῦ Κυρίου καὶ τὰ πρὸ πολλῶν εἰρημένα χρόνων νῦν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁρῶμεν πληρούμενα. C Ἡσαΐας μὲν γὰρ προεφήτευσεν ἐξ ἀπειρογάμου γυναικὸς τεχθήσεσθαι τὸν Ἐμμανουήλ· αὐτὸς δὲ ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου γεννηθεὶς καὶ Θεὸς φαινόμενος, ἐπλήρου προφήτου τὸν λόγον. Καὶ ὁ μὲν Μιχαίας προαπήγγειλε καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ μέλλει ὁ Χριστὸς γεννᾶσθαι· αὐτὸς δὲ Κύριος, ἐν Βηθλεὲμ ἐπὶ φάτνης ἀνακείμενος, ἐδείκνυε τὸν προφήτην ἀληθῆ (36). Καὶ ὁ μὲν Ζαχαρίας εὐηγγελίζετο τῇ Ἱερουσαλὴμ τὴν εἴσοδον τοῦ Σωτῆρος· αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος, ἀποστέλλων ἐπὶ τὸν ὄνον (37) καὶ εἰσερχόμενος, ἐφ' ἑαυτοῦ τὴν προφητείαν ἀνεπλήρου. Καὶ ὅλως, ἵνα μὴ τὸ καθέκαστον ὀνομάζω τῶν γεγραμμένων, αὐτὸς πλήρωμα τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν γέγονεν. Ἃ γὰρ δι' αὐτῶν προαπήγγελλε, ταῦτα παρὼν αὐτὸς ἐτελείου πληρῶν D καὶ λέγων· « Αὐτὸς ὁ λαλῶν πάρειμι. » Ἰδοὺ οὖν καὶ νῦν (38) τὰ πάλαι ἀναφωνούμενα περὶ τοῦ Σωτῆρος ἐν τοῖς Ψαλμοῖς, ἄρτι πάλιν πληροῦται διὰ τῆς τῶν στρατιωτῶν τόλμης. Ἃ γὰρ προεσήμανε παθεῖν αὐτὸν, ταῦτα νῦν οἱ δῆμοι Ἰουδαίων ἐνεργοῦσι, διαμεριζόμενοι τὰ ἱμάτια τοῦ Σωτῆρος, καὶ ποτίζοντες αὐτὸν ὄξος μετὰ χολῆς. « Ταῦτα γάρ, » φησὶν, « ἐγί-

« adhuc, » suam ostendit bonitatem et tolerantiam. Ait enim : « Peragrate insulas Chetim, et in Cedar mittite, et videte [36]. » Nisi itaque longanimiter agere vellet, monita non daret illis, ut peragrando edi-scerent ex contrariis boni comparationem discrimenque. Certe ubi jam non ulterius longanimitatem, sed iram singulorum opera provocant, demum sententiam profert his verbis : « Non ultra feram peccata vestra. » Illo autem verbo, « non ultra, » palam significat, suam erga Ninivitas longanimitatem, voce, « adhuc, » declaratam : necnon verbi sui veritatem. Impossibile quippe erat, non vere dicere Deum dum quidpiam diceret, aut solum dum quidpiam vellet. Quare cum Abrahamo pollicitus esset, nequaquam mentitus est, sed filium donavit illi, populumque eduxit ex Ægypto per oraculorum annuntiatorem Moysen. Isaaco etiam certam promissionem denuntiavit, duorumque populorum patrem effecit illum : Jacobo, uti promiserat, Josephum exhibuit : Moysi fidelissimo verborum suorum fidem dedit, per ea quæ Pharaoni contigere : Davidi cum pollicitus esset, promissionem implevit per Salomonem : loquor autem de templi exstructione.

8. Ecquid mihi multis opus? Nihil eorum quæ pollicetur Deus infectum manet. Etiamsi quis statim animo deficiat, dum ejus inquirit verba : at tempore suo promissionem res consequitur, atque tandem pollicitatio impletur. Ecce enim res jam olim a Domino denuntiatas et jamdiu declaratas, nunc in Evangeliis completas videmus. Prophetavit Isaias, ex nuptiarum experte muliere nasciturum Emmanuelem : ipseque Deus apparens ex Maria Virgine genitus, prophetæ sermonem complevit. Michæas ipsum locum ante designarat, in quo nasciturus Christus esset ; ipseque Dominus Bethlehem in præsepe repositus, prophetam vere dixisse declaravit. Zacharias Jerosolymæ ingressum Salvatoris prænuntiavit : ipse Dominus asinum quæsitum mittens, atque illo vectus ingrediens, prophetiam implevit. In summa, ne singula quæ scripta sunt recenseam, ipse plenitudo legis et prophetarum effectus est. Nam quæ per eos prænuntiarat, ea præsens ipse complebat, aiebatque : « Ego ipse qui loquor, adsum [37]. » En itaque quæ olim de Salvatore in Psalmis prædicata sunt, hæc jam militum ausu complentur. Quæ enim passurum ipsum prænuntiavit, hæc jam Judæorum populi perficiunt, dividentes vestimenta Salvatoris, et potantes eum aceto atque felle. « Hæc enim, inquit, facta sunt, ut implerentur Scripturæ [38] : » quarum altera dicit : « Diviserunt sibi vestimenta mea, et

[36] Jerem. II, 10. [37] Isa. LII, 6. [38] Matth. XXVII, 35.

(33) Basiliensis et Anglic. προχαλεῖται.
(34) In editis et quibusdam mss. post δηλουμένην, legitur, διὰ τοῦ ἔτι, in Reg. Anglic. et Felc. 3, non habetur.
(35) Regius, Basil. Anglic. Φαραώ.
(36) Felc. 3, τὴν προφητείαν ἀληθῆ.
(37) Basiliensis, ἐπὶ τὴν ὄνον. Ibidem, Regius et Felc. 3, ἐπ' αὐτοῦ. Editi, ἐφ' ἑαυτοῦ. Anglicanus, ἑαυτοῦ. Ibidem Felc. 3, ἐπλήρου.
(38) Regius, Anglic. et Felc. 3, Ἰδοὺ καὶ νῦν. Editi et cæteri, Ἰδοὺ οὖν καὶ νῦν. Ibid. τά, abest a Basil.

super vestem meam miserunt sortem [39]; » altera vero : « Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto [40]. »

9. Multi qui Evangelia legunt, audientes illud : « Ut impleretur quod scriptum est, » arbitrati sunt, ea quæ gesta sunt, nulla alia de causa fieri, quam ut Scripturæ implerentur : atque exinde æstimarunt, eos qui ista facerent, non modo inculpatos esse ; sed potius laude dignos, **66** quod non peccando, sed Scripturis ministrando, talia perpetrarent : neque enim vera fuisse prophetarum verba, nisi acta sua subsecuta fuissent. Quod illi maxime opinati sunt ex his Evangelii secundum Joannem dictis, ubi cum Judæorum enarrat incredulitatem, ex Isaiæ prophetia sic ait : « Cum tot signa coram eis fecisset, non crediderunt : ut sermo Isaiæ prophetæ impleretur, quem dixit : Domine, quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est [41]? » Si enim ideo non crediderunt Judæi, ut Isaiæ sermo impleretur ; non illi incredulitatis suæ causa sunt, sed qui ista dixerat, unde factum est ut hæc complerentur. Tolle, inquient, prophetæ verbum, et plane futurum est ut illi credant. Sed hæc ejusmodique sententia a veritate multum aberrat : nam neque propheta in causa illis est, neque Judæi culpa incredulitatis sunt liberi. Sed propheta, prospiciens quæ facturi essent, ea prænuntiavit : ipsi vero deinde, ea perpetrantes, declaraverunt verum fuisse prophetæ sermonem : nec quasi propheticis sermonibus ministrarent, hæc contra Christum sunt ausi ; sed sua sponte, suopte proposito ea facinora admisere : ita ut nequaquam illis in causa fuerit propheta, sed sua ipsorum voluntas ; imo ipsi potius prophetæ in causa fuerunt, ut talia de ipsis prænuntiaret. Nam prophetæ quidem proprium est futura videre, neque hallucinari : operum autem quisque suorum voluntatem causam habet. Et quemadmodum nos, ea quæ in conspectu sunt videntes, nequaquam fallimur, neque nos alio modo videmus quam fiant, neque alio modo fiunt, quam nos videamus ; sed ut fiunt, videmus, et ut videmus fiunt ; eo quoque modo prophetæ futura tanquam præsentia videbant : necessumque erat ut fierent ea quæ ipsi viderent, et vicissim, ut viderent ipsi quæ futura essent. Et rursum, quemadmodum quæ oculis videmus, necesse prorsus est ut exsistant, nam quæ sunt videmus, neque alio possunt esse modo quam nos videamus ; sic et quæ prophetæ prospiciebant, necesse

A νετο, ἵνα πληρωθῶσιν αἱ Γραφαί· « ἡ μὲν λέγουσα· « Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον· » ἡ δὲ πάλιν· « Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου (39) χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος. »

9. Πολλοὶ, τοῖς Εὐαγγελίοις ἐντυγχάνοντες, καὶ ἀκούοντες τὸ, « Ἵνα πληρωθῇ τὸ γεγραμμένον, » ἐνόμισαν τὰ γινόμενα δι' οὐδὲν ἕτερον γίνεσθαι, ἢ ἵνα πληρωθῇ τὰ γεγραμμένα· καὶ ἐκ τούτων ᾠήθησαν μὴ μόνον ἀναιτίους εἶναι τοὺς πράττοντας, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀξίους ἐπαίνου, ὅτι οὐχ ὡς ἁμαρτάνοντες, ἀλλ' ὡς διακονοῦντες τοῖς γεγραμμένοις ἐνεργοῦσι· μὴ γὰρ ἂν ἀληθεῖς γεγενῆσθαι τῶν προφητῶν τοὺς λόγους, εἰ μὴ τούτων ἦσαν αἱ πράξεις. Μάλιστα δὲ (40-41) ταῦτα ὑπέλαβον ἐκ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάν-
B νην ῥητῶν κινηθέντες, ἔνθα, τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀπιστίαν διηγούμενος, κατὰ τὴν Ἡσαΐου προφητείαν φησί· « Τοσαῦτα δὲ αὐτοῦ σημεῖα πεποιηκότος ἔμπροσθεν αὐτῶν, οὐκ ἐπίστευσαν· ἵνα ὁ λόγος Ἡσαΐου τοῦ προφήτου (42) πληρωθῇ, ὃν εἶπε· Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; » Εἰ γὰρ, ἵνα ὁ λόγος Ἡσαΐου πληρωθῇ, οὐκ ἐπίστευον οἱ Ἰουδαῖοι, οὐκ αὐτοὶ τῆς ἀπιστίας αἴτιοι, ἀλλ' ὁ ταῦτα εἰρηκὼς, δι' ὃν καὶ ταῦτα πεπλήρωται. Ἆρον γὰρ, φήσουσι, τὸν λόγον τοῦ προφήτου, καὶ πάντως ἐκεῖνοι πιστεύσουσιν. Ἀλλὰ ταῦτα καὶ ἡ τοιαύτη διάνοια πολὺ τῆς ἀληθείας ἀποδέει (43)· οὔτε γὰρ ὁ προφήτης αἴτιος τούτοις, οὔτε οἱ Ἰουδαῖοι τῆς ἀπιστίας ἑαυτῶν ἀναίτιοι τυγχάνουσιν· ἀλλ' ὁ μὲν προφήτης, προβλέπων ἃ μέλλουσι
C πράττειν, ἀπήγγειλεν· αὐτοὶ δὲ μετὰ ταῦτα πράττοντες, ἐδείκνυον τοῦ προφήτου τὸν λόγον ἀληθῆ· καὶ οὐχ ὡς διακονοῦντες τοῖς προφητικοῖς (44), ἐτόλμων κατὰ τοῦ Σωτῆρος, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει θέλοντες ἔπραττον τὰ πράγματα· ὥστε τὸν μὲν (45) προφήτην μὴ αἴτιον αὐτοῖς γεγενῆσθαι, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν αὐτῶν· αὐτοὺς δὲ μᾶλλον αἰτίους γεγενῆσθαι τῷ προφήτῃ τοῦ ταῦτα αὐτὸν περὶ αὐτῶν εἰπεῖν. Τοῦ μὲν γὰρ προφήτου ἴδιόν ἐστιν ὁρᾷν τὰ μέλλοντα, καὶ μὴ σφάλλεσθαι· τῶν δὲ πράξεων ἕκαστος τὴν ἰδίαν προαίρεσιν αἰτίαν ἔχει. Καὶ ὥσπερ ἡμεῖς τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρῶντες, οὐ σφαλλόμεθα βλέποντες, οὐδὲ ἄλλως μὲν βλέπομεν, ἄλλως δὲ γίνεται· ἀλλ' ὡς γίνεται, βλέπομεν, καὶ ὡς βλέπομεν, γίνεται· οὕτω καὶ οἱ προφῆται τὰ μέλλοντα ὡς παρόντα ἔβλεπον· καὶ ἃ
D ἔβλεπον, ἔδει γενέσθαι (46), καὶ τὰ γινόμενα πάντως ὁρᾷν ἔδει. Καὶ πάλιν, ὥσπερ ἡμεῖς ἃ βλέπομεν ἐν ὀφθαλμοῖς, ἀνάγκη πάντως εἶναι, τὰ γὰρ ὄντα βλέπομεν, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλως γενέσθαι ἢ ὡς ὁρῶμεν· οὕτω καὶ οἱ προφῆται, ἃ προέβλεπον, ἔδει πάντως εἶναι, καὶ μὴ ἄλλως γίνεσθαι ἢ ὡς προεωράκασιν.

[39] Psal. XXI, 19. [40] Psal. LXVIII, 22. [41] Isa. LIII, 1 ; Joan. XII, 37, 38.

(39) Μου, abest a Basil. et Anglic. Paulo post, Anglican. Πολλοὶ γὰρ τοῖς Εὐαγγελίοις.
(40-41) Basiliensis, μᾶλλον δέ.
(42) Τοῦ προφήτου, deest in Basiliensi et Anglicano.
(43) Felc. 3, solus, ἀποδεῖ. Paulo post, ἑαυτῶν, abest ab eodem
(44) Felc. 3, τοῖς προφήταις.
(45) Μέν, abest a Felc. 3.
(46) Felc. 3, ἔβλεπον ἀεὶ γενέσθαι. In eodem infra ἐν ante ὀφθαλμοῖς, deest.

Ἐπεὶ εἰ τὰ γενησόμενα (47-48) μὴ προέβλεπον, οὐκέτι ἂν ἦσαν προφῆται. Καὶ καθόλου δὲ τοῦτο εἰδέναι δεῖ, ὅτι οἱ προφῆται οὐ νόμων εἰσὶ διδάσκαλοι, ἵνα μόνον (49), ἃ προστάττουσι, γίγνηται, ἀλλὰ τῶν μελλόντων εἰσὶ προσημάντορες. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ λέγουσι, διὰ τοῦτο καὶ γίνεται τὰ γινόμενα, ἀλλ' ὅτι γίνεσθαι μέλλει, διὰ τοῦτο καὶ προλέγουσι, καὶ ἀνάγκη μὴ ψεύδεσθαι τοὺς προφήτας, ὁρῶσι γὰρ ἀληθῶς. Εἰ γὰρ καθ' ὑπόθεσιν (50) μὴ προαπήγγελλον οἱ προφῆται, ἀλλὰ τῶν Ἰουδαίων ἦν ἡ προαίρεσις, ὥστε πράττειν ταῦτα. Καὶ ὅλως οἱ ἅγιοι οὐκ ἀναγκαστικοὶ τῶν γιγνομένων εἰσίν· ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν τῶν πραττόντων προβλέποντες σημαίνουσι. Καὶ ὥσπερ οἱ ἀνασκευάζοντες ἔλεγον· Ἆρον τὸν λόγον τοῦ προφήτου, καὶ πάντως (51) οἱ Ἰουδαῖοι πιστεύσουσιν· οὕτως φαίην ἂν κἀγώ· Ἆρον τὰς πράξεις τῶν Ἰουδαίων, καὶ πάντως οὐ προεφήτευε ἂν περὶ αὐτῶν ὁ Ἡσαΐας τοιαῦτα.

10. Ἐὰν τοίνυν ὁ Ἰωάννης λέγῃ· « Οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος Ἡσαΐου, » μὴ τῷ λόγῳ τοῦ προφήτου τὴν αἰτίαν δῷς τῆς ἀπιστίας αὐτῶν, ἀλλὰ τῇ πράξει αὐτῶν τῶν Ἰουδαίων. Ἃ γὰρ οὗτοι νῦν ἔπραττον, ταῦτα προέβλεπεν ὁ προφήτης ἐκ πολλοῦ· καὶ ἔδει τοῦτον μὴ ψεύσασθαι, ἀλλὰ γνωσθῆναι, ὅτι τὰ νῦν γινόμενα προεώρακεν ἀληθῶς. Ἵνα γὰρ ὁ λόγος αὐτοῦ ἀληθὴς τοῖς μετὰ ταῦτα φανῇ, ἠλέγχθησαν ἄπιστοι καὶ κρυπτόμενοι. Ἦσαν μὲν γὰρ τῇ προαιρέσει φαῦλοι· ἐπειδὴ δὲ ἔκρυπτον αὐτῶν τὴν ἀπιστίαν, ὁ λόγος ἔλεγχος γέγονεν αὐτῶν. Διὰ τοῦτο γοῦν οὐκ ἐπίστευον, ὅτι ἤλεγχεν αὐτοὺς ὁ λόγος κρυπτομένους; Καὶ ἐὰν λέγῃ πάλιν· Οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι γέγραπται τὰ κατ' αὐτῶν· μὴ τὸ ἀδύνατον τῇ προαιρέσει τῶν (52) πραττόντων δῷς. Ἐδύναντο γὰρ καὶ μεταβάλλεσθαι· ἀλλὰ τὸ ἀδύνατον τὸ μὴ ψεύσασθαι τὸν προφήτην. Ἐπειδὴ γὰρ ἀληθῶς ἑώρακε, διὰ τοῦτο ἀδύνατον ἦν σφαλῆναι αὐτόν. Οὐ γὰρ ἄλλως ἑώρακεν, ἢ ὡς γέγονε, καὶ ἐφάνησαν ἄπιστοι. Οὕτως καὶ τὸ κατὰ τὴν Παρθένον πεπλήρωται θαῦμα, καὶ τὸ κατὰ Ἰωάννην (53) ἀπέβη σήμερον, καὶ πάντα τὰ προγεγραμμένα πεπλήρωται. Οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ γέγραπται, διὰ τοῦτο καὶ ἀπέβαινον, ἀλλ' ὅτι ἐγίγνετο πάντως, διὰ τοῦτο καὶ προελέχθη. Οὕτως καὶ τὸ κατὰ τὸν μερισμὸν νῦν τῶν ἱματίων γέγονε· καὶ ὡς γέγονεν, οὕτως καὶ προεωρᾶτο· καὶ ὡς προεσημάνθη καὶ προαπηγγέλθη (54), οὕτως καὶ πεπλήρωται καὶ πέπρακται. Γέγραπται δὲ οὕτω· « Σταυρώσαντες δὲ αὐτὸν, διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆρον· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου· Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. » Ματθαῖος μὲν οὖν μετὰ τῶν ἄλλων εὐαγγελιστῶν ἁπλούστερον τὸν μερισμὸν γεγενῆσθαί φησι· ὁ δὲ Ἰωάννης καὶ τὴν

A prorsus erat ut fierent, neque alio modo quam ipsi prævidissent. Siquidem nisi futura prævidissent, nequaquam prophetæ fuissent. Et sciendum prorsus est, prophetas non legum esse magistros; ut ea solum quæ illi jubent, perficiantur; sed futurorum esse prænuntiatores. Non enim quia dicunt, res eveniunt, sed quia eventuræ erant, ideo illi prænuntiant, necessumque est non mentiri prophetas, cum vere res ut sunt videant. Si namque prophetæ non prænuntiassent, nihilominus Judæorum fuisset propositum talia perpetrandi. Atque in summa sancti, nequaquam verbis suis necessitatem inducunt, ut res eveniant; sed cum prævideant eorum propositum qui acturi sunt, id significant. At sicut objecere illi refragatores: Tolle prophetæ sermonem, et plane credent Judæi; ita B dixerim ego: Tolle Judæorum acta, et nequaquam talia de illis prophetaverit Isaias.

10. Si itaque dixerit Joannes: « Non crediderunt in illum Judæi, ut impleretur sermo Isaiæ; » ne prophetæ sermoni imputes eorum incredulitatem, sed ipsorum Judæorum facinori. Nam quæ jam illi perpetrabant, hæc jamdiu præviderat propheta: necesseque fuit illum non mentiri, ut palam foret, eum illa vere prævidisse quæ jam gesta sunt. Ut namque sermo illius verus apud posteros videretur, deprehensi sunt increduli, etiamsi latere curarent. **67** Erant enim illi proposito suo improbi; cum autem suam occultarent incredulitatem, sermo iste C adfuit qui eos coargueret. Ideone igitur non crediderunt, quod sermo iste latere volentes illos coarguerit? Quod si rursum dicat quispiam: Non poterant Judæi credere, quia hæc de illis scripta erant; impossibilitatem, agentium voluntati ne tribueris. Poterant enim mutare sententiam, sed impossibile erat mentiri prophetam. Cum enim revera vidisset, fieri nequibat ut hallucinaretur. Non alio enim modo rem vidit, quam quo gesta est: atque illi increduli deprehensi sunt. Eadem ratione illud in Virgine miraculum impletum est, et quod a Joanne narratur, hodie contigit: omnia item quæcunque scripta sunt impleta fuere. Non enim ideo evenere quia scripta sunt; sed quia evenere, ideo prænuntiata fuerant. Sic jam de vestimentorum divisione D actum est: et, prout actum est, ita prævisum fuerat: et ut prius significatum prænuntiatumque fuit, ita completum gestumque est. Scriptum autem est ita: « Postquam autem crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta ejus, sortem mittentes: ut impleretur quod dictum est per prophetam: Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. » Matthæus certe cum reliquis evangelistis simplicius factam divisionem ait:

(47-48) Regius, εἰ τὰ γινόμενα. Anglic. εἰ τὰ γενόμενα.

(49) Sic Regius secunda manu, quem sequimur. Editi, ἵνα μὴ μόνον. Mox, Anglicanus, σημάντορες.

(50) In hæc verba ad Basil. notatur in margine, λείπει τι, licet lacuna nulla compareat.

(51) Basiliensis, πάντες. Infra, ἄν, post, προεφήτευε, deest in Regio, Anglicano et Felc. 3. Paulo post, Regius et Anglicanus, λέγει, οὐχ.

(52) Basiliensis, secunda manu, τῇ παῤῥήσει τῶν.

(53) Ita Regius et Felc. 3. In editis vero legitur, τόν, ante Ἰωάννην. Infra, Basil. et Felc. 3, Οὐ γὰρ ἐπειδή.

(54) Regius, Anglic. et Felc. 3, προαπηγγέλη.

Joannes vero, modum divisionis, causamque missæ sortis declarat his verbis: « Milites igitur cum crucifixissent Jesum, acceperunt vestimenta ejus, et fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem. Tunicam vero, quia erat inconsutilis desuper contexta per totum, dixerunt ad invicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus erit: ut impleretur Scriptura: Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem [42]. »

A ποιότητα τοῦ μερισμοῦ, καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ γεγενημένου κλήρου διηγεῖται λέγων οὕτως· « Οἱ οὖν στρατιῶται, ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος. Τὸν δὲ χιτῶνα, ἐπεὶ ἦν ἄῤῥαφος (55) ἐκ τῶν ἄνω ὑφαντὸς διόλου, εἶπον πρὸς ἀλλήλους· Μὴ σχίσωμεν αὐτὸν, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ, τίνος ἔσται· ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ· Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. »

11. Fortassis jam quispiam erit qui his auditis erubescat: fortassis quidam erit, qui Dominum cernens illusum, abductum, cæsum, pudore afficiatur: fortassis jam aliquis videns Dominum, Salvatorem et regem universi, a Pilato judicatum, et crucifixum a Judæis, pudore afficiatur, oculosque demittat. Nam neque sol tulit hoc spectaculum, sed obscuratus totus est, ut aliorum oculos averteret: nec curavit ultra præceptum illuminandi homines; sed tum prævaricari ausus est, cum videret Dominum, qui sibi hoc mandatum dedisset, ab hominibus cruciari. Sed si causam ediscamus cur ita excruciatus sit, non ultra erubescemus, sed mirabimur bonitatem humanitatemque illius; glorificabimur et ipsi, quemadmodum Paulus, in cruce: quia non ipse Dominus propter sese, sed nos in ipso patiebamur. Permagnum quippe erat hominum peccatum, hujusmodique malum, totum orbem præoccuparat: quod magnum quidem jamdiu erat, paulatim vero auctum, ac hominibus intolerandum evaserat. Siquidem mortis regnum in omnes invaserat. Dominus autem noster immortalis et incorruptibilis est: atque ut immortalis et incorruptibilis, ita bonus humanusque. Boni namque Patris bonum Verbum exsistit: quare non tulit ut opificium suum periret: neque sustinuit, ut operum suorum alter esset Dominus: sed intolerandam videns malitiam, mortaleque genus non valere morti obsistere, neque posse pœnam suorum malorum persolvere: nam malitiæ excessus omne supplicium superabat; videns item Patris sui bonitatem, suamque potentiam **68** et virtutem: « Christus enim Dei virtus et Dei sapientia [43]; » commotus fuit suo erga homines amore, miseratusque nostram infirmitatem, eamdem induit. Ipse enim, ut ait propheta, infirmitates nostras tulit, et morbos gestavit [44]. Miseratus item nostram mortalitatem, eadem amictus est. Ait enim Paulus: « Humiliavit semet-

11. Ἴσως τις τούτων ἀκούων ἐρυθριᾷ· ἴσως τις ὁρῶν τὸν Κύριον παιζόμενον, καὶ ἀπαγόμενον, καὶ τυπτόμενον, αἰσχύνεται· ἴσως νῦν τις ὁρῶν τὸν Κύριον, καὶ Σωτῆρα, καὶ βασιλέα τοῦ παντὸς κρινόμενον ὑπὸ Πιλάτου, καὶ σταυρούμενον ὑπὸ Ἰουδαίων, B δυσωπεῖται, καὶ κάτω τὸν ὀφθαλμὸν ἔχει. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἥλιος (56) ἤνεγκε τὴν θέαν ἰδεῖν, ἀλλ' ἐσκοτίζετο ὅλος, ἵνα καὶ τοὺς ἄλλων ὀφθαλμοὺς ἀποστρέψῃ (57)· καὶ οὐκ ἐφρόντιζεν ἔτι τῆς ἐντολῆς τοῦ φαίνειν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ παραβαίνειν ἐτόλμα λοιπὸν, ὁρῶν τὸν ἐντειλάμενον αὐτῷ Δεσπότην ὑπὸ ἀνθρώπων πάσχοντα. Ἀλλ' ἐὰν τὴν αἰτίαν μάθωμεν, καὶ διὰ τί πέπονθεν ἴδωμεν, οὐκέτι ἐρυθριῶμεν, ἀλλὰ θαυμάζομεν τὴν ἀγαθότητα καὶ τὴν φιλανθρωπίαν αὐτοῦ· καὶ (58) καυχησόμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς, ὡς ὁ Παῦλος, ἐν τῷ σταυρῷ· ὅτι οὐκ αὐτὸς ὁ Κύριος δι' ἑαυτὸν, ἀλλ' ἡμεῖς ἐν ἐκείνῳ πάσχοντες ἦμεν. Τῶν μὲν γὰρ (59) ἀνθρώπων ἡ ἁμαρτία πολλή τις ἦν, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην προκατειλήφει τοῦτο τὸ κακὸν, μέγα μὲν (60) τυγχάνον καὶ πρὸ τούτου, C κατ' ὀλίγον δὲ καὶ αὐξανόμενον, καὶ ἀφόρητον γινόμενον τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ γὰρ καὶ ὁ θάνατος ἐπὶ πάντας καὶ κατὰ πάντων ἴσχυε βασιλεύειν (61). Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν ἀθάνατος καὶ ἄφθαρτός ἐστι· καὶ ὥσπερ ἀθάνατος καὶ ἄφθαρτος, οὕτως ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος. Ἀγαθοῦ γὰρ Πατρὸς ἀγαθὸς ὁ Λόγος ὑπάρχει· διὸ οὐ παρεῖδεν ἀπολέσθαι τὸ γενόμενον (62), οὐδ' ὑπέμεινε τῶν αὐτοῦ ποιημάτων ἄλλον γενέσθαι Κύριον· ἀλλ' ὁρῶν τὸ μὲν τῆς κακίας ἀφόρητον, καὶ τὸ θνητὸν γένος οὐχ ἱκανὸν ἀντιστῆναι πρὸς τὸν θάνατον, οὐδὲ τὴν τιμωρίαν τῶν κακῶν δυνατὸν ἀποδοῦναι· ὑπερῇρε γὰρ πᾶσαν τιμωρίαν ἡ τῆς κακίας ὑπερβολή· ὁρῶν δὲ καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς ἀγαθότητα, ὁρῶν καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἱκανότητα καὶ (63) δύναμιν· « Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία· » D κεκίνηται τῇ φιλανθρωπίᾳ, καὶ οἰκτείρας τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν, ἐνεδύσατο ταύτην. Αὐτὸς γὰρ, ὡς ὁ προφήτης φησὶ, τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἦρε, καὶ τὰς νόσους

[42] Joan. XIX, 23, 24. [43] I Cor. I, 24. [44] Isa. LIII, 4.

(55) Regius et Anglicanus, ἄραφος. Mox, Regius, εἶπαν. Mox, αὐτόν, abest ab Anglicano.
(56) Basil. et Anglic. Οὐδὲ γὰρ ὁ ἥλιος.
(57) Sic Regius, atque ita legit Nannius. Editi et alii, τοὺς ἄλλους ὀφθ.
(58) Καί, deest in Felc. 3. Ibid δέ, abest a Basil.
(59) Τῶν μὲν γάρ. *Hæc et sequentia quædam reperiuntur adhuc semel in Basiliensi, Anglicano et Latt. editt. ut et in codice II nostro sub titulo*, De passione. *Fragmentum igitur repetitum, per Basiliensem secundum et Anglicanum secundum, signari intellige.* Hæc Felckm. quibus adjicimus, hoc fragmentum haberi in editione Basiliensi anni 1556, pag. 579, et sic inchoari: *Hominum certe peccata.*
(60) Μέν, deest in Basilieusi et Anglicano.
(61) Regius, ἴσχυε βασιλεύων. Felc. 2, ἴσχυσε βασιλεύων.
(62) Regius secunda manu, τὸ γένος ἡμῶν. Mox, Felc. 2, τῶν ἑαυτοῦ ποιημάτων.
(63) Anglic. 2, τὴν ἐφ' ἑκάστῳ δύναμιν καὶ ἱκανότητα.

ἐβάστασε (64). Καὶ ἐλεήσας τὸ θνητὸν ἡμῶν, περιεβάλετο τοῦτο. Λέγει γὰρ ὁ Παῦλος· « Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. » Ἰδὼν δὲ καὶ τὸ πρὸς τὴν ἀπόδοσιν ἡμῶν τῆς τιμωρίας ἀδύνατον, ἀνεδέξατο ταύτην αὐτός· « Χριστὸς γὰρ γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. » Καὶ οὕτω δὴ τὰ ἀνθρώπινα περιβαλόμενος καὶ ἀμφιεσάμενος, δι' ἑαυτοῦ τὰ ἡμῶν προσήγαγε τῷ Πατρὶ, ἵνα, ὡς (65) αὐτὸς πάσχων, ἀβλαβῆ τὸν ἄνθρωπον πάσχοντα κατασκευάσῃ, καὶ μικρὰ μεγάλοις ἀντικαταλλάξηται. Καταβέβηκε γὰρ, ἵνα ἡμῶν τὴν ἄνοδον κατασκευάσῃ· καὶ πεπείραται γενέσεως, ἵνα ἡμεῖς δι' αὐτοῦ τῷ ἀγεννήτῳ (66) φιλιάσωμεν. Ἠσθένησε δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμεῖς ἐγερθῶμεν ἐν δυνάμει, καὶ εἴπωμεν, ὡς ὁ Παῦλος· « Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Ἰησοῦ Χριστῷ. » Ἔλαβε σῶμα φθαρτὸν, ἵνα τὸ φθαρτὸν ἐνδύσηται τὴν ἀφθαρσίαν· ἐνεδύσατο τὸ θνητὸν, ἵνα τὸ θνητὸν ἐνδύσηται τὴν ἀθανασίαν. Καὶ τέλος γέγονεν ἄνθρωπος καὶ ἀπέθανεν, ἵνα ἡμεῖς, οἱ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκοντες, θεοποιηθῶμεν, καὶ μηκέτι τὸν θάνατον ἔχωμεν βασιλεύοντα. Θάνατος γὰρ ἡμῶν οὐ (67) κατακυριεύει, καὶ ὁ ἀποστολικὸς δὲ κηρύττει λόγος· διὰ τοῦτο καὶ σταυροῦται, ἵνα τὴν κατάραν ἐξαγοράσῃ, καὶ ἡμεῖς τὴν εὐλογίαν κληρονομήσωμεν. Πάσχων γὰρ αὐτὸς, ἐβλάπτετο μὲν οὐδ' ὅλως, ἐχαρίζετο (68) δὲ μᾶλλον· καὶ ἀποθνήσκων, οὐκ ἔμενε νεκρὸς, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ τοὺς νεκροὺς ἐζωοποίει· καὶ σφαγιαζόμενος δὲ οὐκ ἀπόλυτο (69), ἀλλὰ τῷ αἵματι τῆς σφαγῆς πάντας ἁπλῶς ἐλυτροῦτο, καὶ αὐτὸς ἔμενεν απαθής.

12. Πῶς δὲ τοῦτο γέγονεν, εἴ τις ἔροιτο, ἀκουέτω. Δύο πραγμάτων ἐν τούτῳ (70) γέγονε σύνοδος· πραγμάτων δὲ λέγω οὐκ ἴσων, ἀλλὰ καὶ κατὰ πάντα σύγκρισιν οὐκ ἐχόντων. Θνητὸν γὰρ ἀθανάτῳ συνεπλέκετο, καὶ φθαρτὸν σῶμα ἀφθάρτῳ λόγῳ (71) συνεληλύθει. Καὶ τὸ μὲν θνητὸν οὐκ ἔβλαπτε τὸ ἀθάνατον· ἀπαθὲς γὰρ ἦν· ἀλλ' ἔμενε μᾶλλον ἀπαθὲς καὶ αὐτὸ τῇ τοῦ θανάτου ἐπικρατείᾳ· τὰ γὰρ κρατοῦντα τῶν κρατουμένων ἀεὶ κύρια τυγχάνει. Διὰ γοῦν αὐτὸν τὸν συνόντα ἀθάνατον Λόγον, καὶ ὁ θάνατος ἐξηφανίζετο (72) παραδόξως ἐν αὐτῷ, ὡς ἀπὸ πυρὸς ἀφανίζεται καλάμη. Ὁ δὲ Λόγος, ἄφθαρτος ὢν, ὠφελεῖ μᾶλλον τὸ φθαρτὸν συνὼν αὐτῷ· τὸ γὰρ σκότος ὑπὸ τοῦ φωτὸς καταυγάζεται, καὶ τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. Διὰ τοῦτο καὶ νῦν ὑπὸ τῶν δημίων ἐκδιδύσκεται, οὓς ἡμεῖς ἐν τῷ Ἀδὰμ ἐνεδυσάμεθα, δερματίνους χιτῶνας, ἵνα ἀντὶ τούτων τὸν Χριστὸν ἐνδύσασθαι δυνηθῶμεν. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἱμάτια μερίζεσθαι ὑπομένει, ἵνα ἡμεῖς τὸν ἐκ Πατρὸς ἀμέριστον ἔχωμεν Λόγον· « Ἐγὼ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ, »

ipsum usque ad mortem, mortem autem crucis [45]. » Cum videret item nos non ad solutionem supplicii sufficere, suscepit illam: « Christus enim factus est pro nobis maledictum [46]. » Atque sic humanis circumamictus indutusque, per sese quæ nostra erant Patri obtulit; ut quasi ipse pateretur, hominem patientem illæsum redderet, et parva magnis commutaret. Descendit enim, ut nobis ascensum præpararet: nativitatem expertus est, ut nos per eum ingenito amici essemus: infirmatus propter nos est, ut nos excitaremur in virtute, et diceremus, quemadmodum Paulus: « Omnia possum in eo qui me confortat Jesu Christo [47]. » Sumpsit corpus corruptibile, ut corruptibile indueret incorruptionem: induit mortale, ut mortale indueret immortalitatem. Demum factus est homo et mortuus est, ut nos, qui utpote homines moriebamur, deificaremur, neque mortis regnum ultra sustineremus. Mors enim nobis non dominatur, ut apostolicus sermo prædicat, propterea crucifixus est, ut maledictum redimeret, et nos benedictionem hæreditate acciperemus. Ipse namque cum pateretur, nullatenus lædebatur; imo potius dona largiebatur: et moriens, mortuus non remansit, sed potius mortuos vivificabat: nec immolatus periit, sed immolationis suæ sanguine omnes prorsus liberavit, ipseque mansit impatibilis.

12. Quomodo autem id factum sit si quis quærat, audiat. Duarum in eo rerum concursus fuit; rerum, inquam, non æqualium, sed quæ nullo modo comparari possent. Mortale quippe immortali complicabatur, et corruptibile corpus incorruptibili Verbo cohæsit. Neque tamen id, quod mortale erat, læsit illud quod immortale: impassibile quippe erat: morteque victa, magis impassibile remansit: nam ea quæ vincunt, victis semper dominantur. Itaque ob conjunctum immortale Verbum, mors in ipso admirabili quodam modo, quasi stipula a facie ignis evanescebat. Verbum porro cum incorruptibile esset, sua conjunctione id quod corruptibile erat adjuvabat: tenebræ enim a lumine illustrantur, et quod minus est, a majore benedicitur. Quapropter jam a carnificibus exuitur pelliceas vestes, quibus in Adamo induti sumus, ut earum loco Christum induere possimus. Eadem item de causa, vestimenta sua dividi patitur, ut nos Verbum indivisibile ex Patre procedens habeamus: nam, « Ego »

[45] Philipp. II, 8. [46] Galat. III, 13. [47] Philipp. IV, 13.

(64) Ita maxima pars mss. Editi vero, ἐβάσταζε.
(65) In Felc. 2, et Anglic. 2, ὡς, deest. Mox, ἄνθρωπον, abest a Basil. I. Ibidem, πάσχοντα, abest ab Anglic. 2. Ibidem, Felc. 2, κατασκευάσῃ καὶ πεπείραται, multis omissis, δι' ὁμοιοτέλευτον. Mox, Anglic. 2, ἀναλλάξηται.
(66) Regius et Anglic. 1, 2, γενήτῳ.
(67) Felc. 2, ἡμῶν καὶ αὐτοῦ οὐ. Mox in eodem et in Anglicano 2, δέ, deest.
(68) Οὐδὲν ἐχαρίζετο. Regius et Basil. 1.
(69) Anglic. 2, ἀπόλλυτο. Regius, ἀπώλλοιτο. Editi, ἀπώλυτο. Infra Basil. Πῶς δὲ τοῦτο γένοιτο.
(70) Regius, Anglic. secundus et Felc. 2, ἐν ταὐτῷ. Editi, ἐν τούτῳ. Ibidem, Anglicanus et Felckman. 2, γεγονέναι σύνοδον.
(71) Anglicanus 2, ἀθανάτω λόγῳ συν.
(72) Anglicanus 2, et Felc. 2, ἠφανίζετο. Mox, παραδόξως, deest in Felc. 3.

inquit, et Pater unum sumus [68]. » Quamobrem in vestem sortem mittunt, quod ille patienter negligit, ut sors et hæreditas nostra sit Christus, ut ait Psalmista : « Dominus pars hæreditatis meæ et calicis mei [69]. » Quare non alibi patitur, non alio loco cruci affigitur, quam in Calvariæ loco, quem Hebræorum magistri aiunt fuisse Adami sepulcrum : ibi namque illum post maledictionem sepultum fuisse asseverant. Quod si ita se res habet, miror ejus loci proprietatem. Oportuit enim Christum, cum primum Adamum renovare vellet, in eo pati loco, ut ejus abolito peccato, ab universo illud hominum genere auferret; et cum audivisset Adam : « Terra es, et in terram reverteris [70], » ideo illic
69 reponeretur, ut ibidem Adamum inveniens, maledictum solveret, et loco illius : « Terra es, et in terram reverteris; » jam diceret : « Exsurge, qui dormis, et excitare ex mortuis, et illuminabit te Christus : » et rursum : « Surge, et veni, sequere me ; » ut non ulterius in terra reponaris, sed in cœlos ascendas. Necesse quippe est, excitato Salvatore, excitari cum illo Adamum, omnesque ex Adamo oriundos. Atque ut, mortuo Adamo, nos quoque per eum mortui manebamus ; ita excitato corpore Dominico, necesse demum est omnes cum illo resurgere. Hæc Pauli sententia est : hæc enim scribit ad Corinthios : « Nam sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur [71]. »

13. Quo autem modo illum in crucem egerint, operæ pretium erit ut ex iis quæ scripta sunt videamus, neque enim ea nobis inutilia fuerint : neque simplici modo in Evangeliis scriptum est. Postquam judicatus esset Dominus; judicatus quippe est, et ante præsidem stetit. Ne quis eam rem esse pudori arbitretur : nostrum quippe causa id ille passus est, ut ne si quas ille insidias passus sit silentio prætermissum esset, lateret Judæorum conspiratio; sed ut ex judicio manifesta foret insidiantium calumnia. Si enim judicatus non fuisset Salvator, sub dubia incertaque suspicione latuisset Judæorum adversus eum invidia ; cum autem judicatus sit, id nemini latere potest. Et quidem Pilatus ipse Salvatoris innocentiam puritatemque testatus est, Judæorumque insidias aperuit. « Sciebat enim, » inquit, « quod per invidiam tradidissent illum [72]. » Nec cognovisset Pilatus Judæorum invidiam, nisi Salvator ad judicium stetisset. Rem magnam mirabilemque Salvator præstitit, qui ta-

φησὶν, « ἕν ἐσμεν. » Διὰ τοῦτο καὶ λαγχάνουσιν ἐπὶ τὸν χιτῶνα, καὶ τοῦτο πάσχων παρορᾷ (73), ἵνα ἡμῶν κλῆρος ὁ Χριστὸς γένηται, καθὼς καὶ ὁ ψαλμῳδός φησι· « Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου καὶ τοῦ ποτηρίου μου. » Ὅθεν οὐδὲ ἀλλαχοῦ πάσχει, οὐδὲ εἰς ἄλλον τόπον σταυροῦται, ἢ εἰς τὸν Κρανίου τόπον, ὃν Ἑβραίων οἱ διδάσκαλοί φασι τοῦ Ἀδὰμ εἶναι τάφον. Ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν μετὰ τὴν κατάραν τεθάφθαι διαβεβαιοῦνται. Ὅπερ εἰ οὕτως ἔχει, θαυμάζω τοῦ τόπου τὴν οἰκειότητα (74). Ἔδει γὰρ τὸν Κύριον, ἀνανεῶσαι θέλοντα τὸν πρῶτον Ἀδὰμ, ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ παθεῖν, ἵνα, ἐκείνου λύων τὴν ἁμαρτίαν, ἀπὸ παντὸς αὐτὴν ἄρῃ τοῦ γένους· καὶ ἐπειδὴ ἤκουσεν ὁ Ἀδάμ· « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, » διὰ τοῦτο πάλιν ἐκεῖ τέθειται, ἵνα τὸν Ἀδὰμ εὑρὼν ἐκεῖ, λύσῃ μὲν τὴν κατάραν, ἀντὶ δὲ τοῦ· « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, » λοιπὸν εἴπῃ· « Ἔγειραι (75), ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός· » καὶ πάλιν· « Ἀνάστα, καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι, » ἵνα μηκέτι τεθῇς ἐπὶ γῆς, ἀλλ' ἐν οὐρανοῖς ἀνέλθῃς. Ἀνάγκη γὰρ, ἐγειρομένου τοῦ Σωτῆρος, συνεγείρεσθαι τούτῳ καὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ πάντας τοὺς ἐκ τοῦ Ἀδὰμ γενομένους (76). Καὶ ὥσπερ, ἀποθνήσκοντος τοῦ Ἀδὰμ, ἐμένομεν καὶ ἡμεῖς δι' αὐτὸν νεκροὶ, οὕτως ἐγειρομένου τοῦ κυριακοῦ σώματος, ἀνάγκη λοιπὸν πάντας συνεγείρεσθαι αὐτῷ (77). Αὕτη τοῦ Παύλου ἡ διάνοια τυγχάνει· γράφει γὰρ Κορινθίοις λέγων· « Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται (78). »

13. Πῶς δὲ ἄγουσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸν σταυρὸν, ἀναγκαῖον ἰδεῖν τὰ γεγραμμένα· πάντως (79) γὰρ καὶ ταῦτα οὐκ ἀνωφελῆ, οὐδὲ ἁπλῶς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις γέγραπται. Μετὰ τὸ κριθῆναι τὸν Κύριον· ἐκρίθη γὰρ, καὶ ἔμπροσθεν ἐστάθη τοῦ ἡγεμόνος. Καὶ μή τις αἰσχυνέσθω ταῦτα (80)· ὑπέμεινε γὰρ καὶ τοῦτο δι' ἡμᾶς, ἵνα μὴ, κατὰ τὸ σιωπώμενον ἐνεδρευθέντος (81) αὐτοῦ, κρύπτηται τῶν Ἰουδαίων ἡ ἐπιβουλή· ἀλλ' ἵνα καὶ ἐκ κρίσεως φανερὰ τῶν ἐπιβουλευσάντων ἡ συκοφαντία γένηται. Μὴ κριθέντος γὰρ τοῦ Σωτῆρος, ἄδηλος ὑπενοεῖτο (82) τῶν Ἰουδαίων ὁ κατ' αὐτοῦ φθόνος· κριθέντος δὲ αὐτοῦ, λοιπὸν οὐδένα λαθεῖν οὕτως ἠδυνήθη. Καὶ Πιλᾶτος μὲν αὐτὸς, τῷ μὲν Σωτῆρι ἐμαρτύρει τὸ ἀναίτιον καὶ καθαρόν· τῶν δὲ Ἰουδαίων τὴν ἐπιβουλὴν ἐξῆγεν. « Ἤδει γὰρ, » φησὶν, « ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν. » Οὐκ ἂν δὲ (83) Πιλᾶτος ἔγνω τὸν φθόνον τῶν Ἰουδαίων, εἰ μὴ ἐστάθη κρινόμενος ὁ Σωτήρ. Μέγα πρᾶγμα καὶ παράδοξον ἀληθῶς πεποίηκεν ὁ Σωτήρ· σιωπῶν ἐνήργει, καὶ μὴ ἀπολογούμενος ἐποίει τὸν δικαστὴν ὁμολογεῖν τὴν

[68] Joan. x, 30. [69] Psal. xv, 5. [70] Genes. iii, 19. [71] I Cor. xv, 22. [72] Matth. xxvii, 18.

(73) Anglic. 2, et Felc. 2, περιορᾷ.
(74) Felc. 2, τοῦ πάθους τὴν οἰκ.
(75) Sic omnes fere mss. Editi vero, ἔγειρε. Infra, μοί, post ἀκολούθει, deest in omnibus mss. præter Reg.
(76) Felc. 2, γενομένους, ἐμένομεν.
(77) Αὐτῷ, deest in Felc. 2.
(78) Ζωοποιηθήσονται. In hoc verbum desinit fragmentum.
(79) Sic Regius. et Anglic. Editi vero, πάντα.
(80) Regius solus, καὶ μή τις ἀναγινώσκων αἰσχ.
(81) Sic Regius et Basil.; editi vero ἐνεδρεύοντος, minus recte.
(82) Basiliensis et Anglic. ἐπινοεῖτο. Ad marginem Basil. ἄδηλος ἂν ἦν τῶν Ἰουδ. Infra, in Felc. 3, μέν utrumque deest.
(83) Δέ, deest in Regio, Anglic. et Felc. 2.

σκευὴν, καὶ ὅτι μᾶλλον τοῖς ὄχλοις ἢ τῷ δικαίῳ πέπεισται. Ἀπολογουμένου μὲν (84) γὰρ, ἦν ὑπονοῆσαι δειλίαν τοῦ θανάτου· σιωπῶντος δὲ, τὸ στεῤῥὸν καὶ τὴν ἀνδρείαν θαυμάσαι. Καὶ τὸ οὕτως δὲ τὸν Πιλᾶτον ἀπολογεῖσθαι, οὐδὲν ἦν ἕτερον, ἢ πιστεῦσαι τὸν κρινόμενον εἶναι Θεόν. Ἀμέλει, κρινόμενος ὑπὸ Πιλάτου, ἐχρημάτιζε τῇ τούτου γυναικί· ἵνα τῇ μὲν σιωπῇ τὴν ἀνδρίαν (85) καταπλαγῇ· τῷ δὲ χρηματισμῷ γινώσκῃ, ὅτι οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεὸν κρίνει. Ἐφοβήθη οὖν ὁ κρίνων τὸν κρινόμενον, καὶ μᾶλλον αὐτὸς ἐκρίνετο τῷ φόβῳ τοῦ κρινομένου ἢ κρίνων αὐτὸς κατέπληττε τὸν Κύριον. Διὸ καὶ ἐνίψατο τὰς χεῖρας λέγων· « Ἀθῶός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τούτου· » εἰ καὶ ὕστερον, κινηθεὶς (86) τῇ τῶν Ἰουδαίων φιλίᾳ συνέδραμεν αὐτοῖς ἐπιβουλεύουσιν· ὥστε καὶ εἰς σταυρὸν αὐτὸν παραδοῦναι. Παραδίδοται τοίνυν ὁ Σωτὴρ, καὶ παραδοθεὶς, οὐ κατέπτηξε (87) τὸν θάνατον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀπεδύσατο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐδίωκε φεύγοντα τὸν ὄφιν. Οὐ γὰρ ὡς ἀποθνήσκων ἦν ὁ Κύριος, ἀλλ' ὡς τὸν θάνατον εἰς τοῦτο διώκων.

14. Ἔνθα δὴ ὁ δείλαιος διάβολος, θεωρήσας τὸ κατὰ Πιλᾶτον (88) θαῦμα, ὅτι μᾶλλον ὁ κρίνων ἢ ὁ κρινόμενος κατέπτηξεν· ὁρῶν δὲ καὶ τὴν μετὰ πεποιθήσεως αὐτοῦ νῦν ἀπόδυσιν, πάντα πειράζειν ἐσπούδαζε, βουλόμενος γνῶναι, ὃ πρότερον οὐκ ἠδυνήθη, πειράζων αὐτὸν ἐν τῷ ὄρει, μαθεῖν, εἰ οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Τότε καταισχυνθεὶς, ἐτήρει τὸν τοῦ θανάτου καιρόν· νομίζων, ὅτι ἐν ᾧ πάντας καταδεδούλωκει, δύνασθαι καὶ ἐν τῷ θανάτῳ τοῦτον πειράσαι. Γέγραπται γὰρ παρὰ τῷ Λουκᾷ, ὅτι συντελέσας πάντα πειρασμὸν ὁ διάβολος, ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ. Οὗτος δέ ἐστιν ἐκεῖνος ὁ καιρὸς, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ὁ πολέμιος ἐγίνωσκεν ἑαυτὸν καταπατηθήσεσθαι ὑπὸ πάντων, εἰ καὶ τούτου διαπέσοι· μόνον γὰρ τοῦτο αὐτῷ περιελείπετο λοιπὸν τὸ ἆθλον, πάντων γυμνωθέντι. Διὸ καὶ πάντα ποιεῖ τοῦ μαθεῖν ἕνεκεν, εἰ οὗτός ἐστιν ὁ Σωτήρ· καὶ τοῦτο ἐποίει, ἵνα, ἐὰν ὄντως περὶ αὐτοῦ μάθῃ, μηδὲ τολμήσῃ προσελθεῖν, εἰδὼς τὴν ἀπρόσιτον καὶ θείαν αὐτοῦ δύναμιν. Ὁ δὲ Κύριος, θεωρῶν αὐτοῦ τὴν πανουργίαν, ὅτι οὐ τιμῇ τῇ πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ τῆς τῶν ἀνθρώπων χάριν δουλείας ἐθήρευε τοῦτο, ἵνα τυραννεύῃ κατὰ πάντων, ὑπέκρυπτε τὴν ἑαυτοῦ θεότητα, καὶ ὡς ἄνθρωπος ἐπολιτεύετο· ἵνα, ὡς Θεῷ μὴ προσελθὼν, ἀπαθὴς ἀπέλθῃ, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπου καταφρονήσας, προσέλθῃ, καὶ λοιπὸν ὑπὸ ἀνθρώπων ἄρξηται καταπαίζεσθαι. Καὶ ὥσπερ ἄν τις, τὸν ἀντίπαλον αὐτοῦ θεωρῶν καταπτήσσοντα, καὶ διὰ τοῦτο ἀποφεύγοντα λοιπὸν, ἀσθένειαν σχηματίζοιτο

A cendo, nec respondendo, eo judicem compulit, ut conspirationem declararet, et fateretur sese turbis magis quam justitiæ obtemperasse. Qui si Pilato respondisset, suspicio fuisset eum formidine mortis corripi; cum tacuerit autem, admirabilis prorsus ejus constantia et fortitudo. Quod autem ita eum Pilatus defenderet, nihil aliud id erat quam quod crederet eum qui in judicio stabat esse Deum. Et sane cum a Pilato judicaretur, ejus uxori oraculum edidit : ut silentio quidem, ejus fortitudinem stuperet; oraculo autem agnosceret, se non hominem, sed Deum judicare. Timuit igitur judex reum, imo magis ipse judicati terrore judicabatur, quam ipse judicans Dominum perterreret. Quare manus abluit, aitque : « Innocens ego sum ab hoc sanguine [83] » : etsi postea Judæorum gratia permotus,
B ipsis sese insidiantibus adjecit; ita ut ad crucem illum traderet. Traditur ergo Salvator, atque traditus mortem non perhorruit; imo potius sese nudavit cum illa congressurus, ac fugientem persecutus est serpentem. Non enim quasi moriens sese habuit Dominus; imo potius quasi mortem ad idipsum persequens.

14. Porro hic infelix diabolus, conspecto hoc in Pilato miraculo, quod ipse Judex plus expavesceret quam judicatus, animadversaque Domini in sese exuendo fiducia, nihil non tentatum reliquit, ut nosset id quod prius nosse non potuit, ubi illum in monte tentavit, ut edisceret, an hic esset Filius Dei. Tunc pudefactus, mortis tempus observabat,
C ratus se in qua re sibi omnes subegerat, morte scilicet, in eadem se posse hunc etiam tentare. Scriptum quippe est apud Lucam, diabolum cum complesset omnem tentationem, ab eo ad tempus abscessisse [84]. Hoc autem ipsum tempus **70** est quo sese adversarius norat ab omnibus conculcandum esse, si jam excideret : nullum enim illi aliud, omnibus destituto, supererat certamen. Quare nihil non agebat, ut edisceret an hic Salvator esset : quod ideo ille agebat, ut si revera edisceret quis esset, accedere non auderet, gnarus inaccessæ illius ac divinæ potestatis. Dominus autem videns ejus vafritiem, sciensque illum non honoris causa, sed ut homines in servitute retineret illud obser-
D vare, quo in omnes tyrannidem exerceret, suam ipsius deitatem occultavit, et ut homo sese gessit : ne ille se ut Deum attingere non ausus, abiret illæsus : sed contra cum homine quem despiceret, congressus, ab hominibus deinceps inciperet illudi. Et quemadmodum si quis cernens adversarium suum perterritum aufugere, exinde infirmitatem simulaverit, qua eum ad pugnam pertrahat : tum-

[83] Matth. XXVII, 24. [84] Luc. IV, 13.

(84) Μέν, abest ab Anglicano.
(85) Regius, ἀνδρίαν, ad hanc vocem variant fere semper codices; aliique, ἀνδρείαν, alii, ἀνδρίαν, habent.
(86) Basil. alia manu, νικηθείς.
(87) Ita Regius et Basiliensis. Anglic. vero, κατέπτησσε. Editi κατέπλησσε.
(88) Regius, τὸ κατὰ Πιλᾶτον (et sic semper Πιλᾶτος habet hic codex cum circumflexo) γενόμενον θαῦμα. Mox, Regius, Basil. Anglic. κατέπτηξεν. Editi vero, κατέπληξεν.

que ille qui fugit ad simulatam respiciens infirmitatem, cum confidentia accesserit, et generosus ille athleta qui infirmitate illa provocarat, sua virtute superaverit; ita et Dominus, humana provocans infirmitate, sua virtute vires homini addidit contra inimicum. Quare imminente morte, cœpit pavere et anxius esse, rogabatque ut transiret calix ille, atque clamabat : « Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma [33]; » ut adversarius noster ad ipsum ut hominem accedens, divinam experiretur virtutem.

15. His igitur adductus miser ille, illusus est, atque ad Dominum accessit. Hinc conspecta ejus fortitudine, exhorruit : visa deinde corporis ejus infirmitate, audaciam resumpsit : ac deinde videre erat diabolum quidem cum toto suo exercitu, cum principatibus, cum potestatibus suis fugere; Dominum vero, humanis armis diabolicam turmam insequi. Non multo quippe hinc temporis spatio, inimicum omnibus spoliavit, quando demum pudore affectus per sese omnia movit contra Dominum; Judæos scilicet ut conspirationem struerent, Pilatum ut damnaret, milites ut ipsi illuderent, ignarus se ea omnia adversum sese moliri. Nam cæca res est malitia, et improvida res est improbitas, ut quæ non intelligeret se suas contra se manus acuere. Quemadmodum enim si quis serpentem manu sua apprehenderit, et voluerit alteri projicere, ipseque mordeatur : aut igne manu correpto velit inimico nocere, ignoretque sese comburi; ita malitia adversus eos dimicat, qui illa utuntur, magisque illos lædit quibus inest, quam eos adversum quos eam immittunt. Sic Pharao capere dum vellet, captus est, et exorsus persequi, persecutionem passus est, et dum necem aliis moliretur, submersus est. Ita et Goliath, quibus gloriabatur, iis detruncatus est, et spoliare parans, spoliatus est. Idipsum misero evenit diabolo, qui dum tentare vellet, in malum incidit : dum milites commovere cuperet, magis ipse in carnificibus commotus, omnia contra sese agebat. Nam etiam tum cum spoliaretur, latebat hominibus victoria; quam ipse infelix, invitus licet, in lucem protulit : cum enim exueretur Dominus, trophæumque adversus diabolum invisibiliter erigeretur; ut palam id fieret, statim induerunt illum, ut Joannes ait, purpura; ut Matthæus et Marcus, chlamyde coccinea, capiti ejus coronam ex spinis imposuerunt, arundinem in manum tradiderunt, et cum ita producerent, genua flectebant ante illum.

16. Miraculum novum et incredibile magnæ-

26. Vere cæca res est malitia, dum speraret enim se unum occisurum, omnibus privatus est: ratusque se illum ad inferna dejecturum, ipse ab inferno pulsus est. Atque nulli non palam fuit, non infirmitate carnis obiisse Salvatorem, sed mortem ad necem persecutum esse, ut, abolita illa, liberaret omnes quotquot metu mortis per totam vitam obnoxii erant servituti. Non diu itaque postea, dolores solvit inferni et alios excitavit dicens: « Surgite, hinc abeamus [81]. » Ipse autem resurrexit, et ad vitam rediit ex morte, illiusque audaciam ludibrio habuit: ut in hymnis prænuntiatum fuit, Spiritu dicente: « Qui habitat in cœlis irri-
C debit eos, et Dominus subsannabit eos [82]. » Vere quippe irridetur, ita ludibrio habitus, rebusque illi præter animi sententiam accidentibus. Instar enim cujusdam animalculi, cui nomen vespa, quod cum petra congressum, nihilque illa impetu suo læsa, amittit ipsum potius aculeum; ita et mors congrediens cum vita, quæ est Christus, multum frustrata est: non enim potuit eum morte detinere, sed potius aculeum perdidit; ita ut qui olim aculeum reformidabant, jam irrideant illum dicendo: « Ubi est, mors, aculeus tuus? ubi, inferne, victoria tua [83]? » Et rursum: « Deglutivit mors et prævaluit [84]: » iterumque: « Abstulit Deus omnem lacrymam ab omni vultu [85]. »

D 27. Dehinc exturbatus ex inferno miser, sedens ad ostia, vinctos omnes conspexit Salvatoris fortitudine educi, mortuos resurgere, captivos dimitti liberos: sanctos qui cum Abrahamo erant obviam venire, omnesque tympana pulsare, quemadmodum scriptum est: « Prævenerunt principes conjuncti psallentibus in medio juvencularum tympanistriarum [86]: » Gaudere omnes qui libertate donati fuerant, ac dicere: « In convertendo Dominus

[80] Matth. XXVII, 54. [81] Matth. XXVI, 46. [82] Psal. II, 4. [83] I Cor. XV, 55. [84] Isa. XXV, 8. [85] Apoc. VII, [86] Psal. LXVII, 26.

(33) Τοῦτον, deest in Regio.
(34) Edit. Commel. et manuscripti omnes, κατέζησε, præter Anglican. qui cum edit. Paris. habet, κατέδησε. Ibidem in Anglic. τοῦ θανάτου, deest.
(35) Τοῦ καλουμένου, deest in Anglicano.
(36) Πολύ, abest ab Anglicano.
(37) Regius, τῷ κέντρῳ.

captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrum et lingua nostra exsultatione [87]. » Ipsi quoque angeli, et omnis exercitus angelorum, hymnos canebant, ac dicebant : « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas [88] : » occurrebantque redemptis juvenculis animabus. Tum animæ concurrebant cum angelis, ascendebantque patriarchæ, omnia undique una personabant cum lætitia et psalmis, ob reportatam de morte victoriam. Ac quemadmodum Davidi, cum prostratus jaceret Goliath, occurrebant puellarum chori cum tympanis, aiebantque : « Percussit David in decem millibus suis [89]; » ita simile quid factum est in morte Salvatoris. Resurgente namque illo, omnes occurrebant cum choris, hymnis et tympanis, mutuo dicentes : « Venite, exsultemus Domino, jubilemus Deo Jacob [90]. » Alii choreas agebant, hæc dicentes : « Ascendit in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus [91]. » Alii quidam ad spectaculum omnes vocabant, his verbis . « Jubilate Deo, omnis terra, psallite nomini ejus [92] : » ac rursum : « Venite et videte opera Domini, terribilis in consiliis super filios hominum : auferens bella usque ad extremum terræ [93]. » Non enim ultra inimicitiæ et bellum; sed omnia in pace erant, hoste prostrato atque mortuo, ac eo qui olim tyrannidem exercebat manibus pedibusque ligato. Alii rursum quibus nota erat diaboli audacia, necnon ingentes insidiæ, jamque ipsum cernentes mortuum,
78 cum admiratione dicebant : « Quomodo cecidit ex cœlo, Lucifer, qui mane oriebatur [94] ? » et, « Quomodo contritus confractusque est omnis malleus universæ terræ [95] ? » cum admiratione namque, magno erant omnes stupore correpti. Mirabantur enim magnum cernentes tyrannum, derepente prostratum mortuumque : stupebant vero lapsus causam ignorantes, maxime quia non credebant in morte mortem aboleri, nec tantum in cruce serpentem confringi. Unde rursum mirabantur dicentes : « Quomodo capta est Babylon [95*] ? » Ad hæc enim jam videbant exspoliatum infernum.

28. Hæc dum cerneret, hæc dum audiret miser ille, furere, excruciari, lacrymari. Dum quippe se expoliatum videret, sese dolore macerabat; contra cernens alios a se olim in luctu lacrymisque detentos, jam in Domino psallere, se ipse disrumpebat : videns se irrideri, ac ludibrio haberi acriter sese discerpebat, ac consilii inops, solum dentibus stridebat, ut testatur qui illum respiciebat Psalmista, his verbis : « Observabit peccator ju-

A τῷ ἐπιστρέψαι Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν Σιὼν, ἐγενήθημεν ὡσεὶ (38) παρακεκλημένοι. Τότε ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν καὶ ἡ γλῶσσα ἡμῶν ἀγαλλιάσεως. » Καὶ ἄγγελοι γὰρ, καὶ πᾶσα ἡ στρατιὰ τῶν ἀγγέλων ὑμνοῦντες ἦσαν (39) καὶ λέγοντες, « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· » καὶ ἀπήντων ταῖς λυτρουμέναις νεάνισι ψυχαῖς. Καὶ αἱ ψυχαὶ συντρέχουσαι (40) τοῖς ἀγγέλοις, καὶ οἱ πατριάρχαι ἀνήρχοντο, καὶ πάντα πανταχόθεν συνήχει μετ' εὐφροσύνης καὶ ψαλμῶν, ἐπὶ τῇ γενομένῃ κατὰ τοῦ θανάτου νίκῃ. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ, πεπτωκότος τοῦ Γολιὰθ, αἱ χορεύουσαι μετὰ τυμπάνων ἀπήντων καὶ ἔλεγον· « Ἐπάταξε Δαβὶδ ἐν μυριάσιν αὐτοῦ, » τοιοῦτόν τι γέγονε καὶ ἐπὶ τοῦ θανάτου τοῦ Σωτῆρος. Ἀναστάντος γὰρ αὐ-
B τοῦ, πάντες προαπήντων μετὰ χορῶν, καὶ ᾠδῶν, καὶ τυμπάνων, λέγοντες ἀλλήλοις· « Δεῦτε, ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ, ἀλαλάξωμεν (41) τῷ Θεῷ Ἰακώβ. » Ἄλλοι δὲ ἐχόρευον, λέγοντες· « Ἀνέβη εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔδωκε δόματα ἐν ἀνθρώποις. » Ἤδη δέ τινες καὶ πάντας εἰς θέαν προσεκαλοῦντο λέγοντες· « Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ πᾶσα ἡ γῆ, ψάλατε δὴ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· » καὶ πάλιν, « Δεῦτε, καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου· φοβερὸς (42) ἐν βουλαῖς ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ἀνταναιρῶν πολέμους ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. » Οὐκ ἔτι γὰρ ἔχθρα καὶ πόλεμος, ἀλλὰ πάντα εἰρηνεύει, κειμένου τοῦ πολεμίου νεκροῦ, καὶ τοῦ ποτε τυραννεύοντος δεδεμένου τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας. Ἄλλοι δὲ πάλιν, γιγνώσκοντες τοῦ διαβόλου τὴν θρασύ-
C τητα, καὶ τοὺς μεγάλους λόχους, καὶ νῦν αὐτὸν ὁρῶντες νεκρὸν, θαυμάζοντες ἔλεγον· « Πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος ὁ πρωῒ ἀνατέλλων; » Καὶ, « Πῶς συνετρίβη καὶ συνεθλάσθη πᾶσα ἡ σφῦρα πάσης τῆς γῆς; » μετὰ γὰρ τοῦ θαύματος καὶ ἀπορία πάντας κατεῖχεν. Ἐθαύμαζον μὲν γὰρ τὸν μέγαν τύραννον ὁρῶντες οὑτωσὶ ἐξαίφνης κείμενον νεκρόν· ἠπόρουν δὲ τὴν αἰτίαν τῆς πτώσεως, καὶ μάλιστα ὅτι οὐκ ἐπίστευον ἐν θανάτῳ τὸν θάνατον καταργεῖσθαι οὐδὲ ἐν σταυρῷ τὸν τηλικοῦτον ὄφιν καταράσσεσθαι. Ὅθεν πάλιν ἐθαύμαζον καὶ ἔλεγον· « Πῶς ἑάλωκε Βαβυλών; » Ἔβλεπον γὰρ λοιπὸν καὶ τὸν ᾅδην σκυλευθέντα.

28. Ταῦτα δὲ ὁρῶν ὁ ἄθλιος καὶ τούτων ἀκούων,
D ἐμαίνετο λοιπὸν καὶ ἐτρύχετο, ὀδυρόμενος. Καὶ γὰρ ὁρῶν ἑαυτὸν σκυλευόμενον κατέκοπτεν ἑαυτόν. Ὁρῶν δὲ καὶ τούς ποτε κλαίοντας ὑπ' αὐτὸν, νῦν ψάλλοντας ἐν Κυρίῳ, διέῤῥησσεν ἑαυτόν· ὁρῶν δὲ καὶ τὴν χλεύην τὴν κατ' αὐτοῦ, ἐσπάραττε δεινῶς ἑαυτὸν, καὶ ἀπορῶν (43) ὅ τι πράξει, μόνον ἔτριζε τοὺς ὀδόντας, ὡς ὁ τοῦτον ἑωρακὼς Ψαλμῳδὸς μαρτυρεῖ λέγων· « Παρατηρήσεται ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον,

[87] Psal. CXXV, 1, 2. [88] Luc. II, 14. [89] I Reg. XVIII, 7. [90] Psal. XCIV, 1. [91] Psal. LXVII, 19. [92] Psal. LXV, 1. [93] Psal. XLV, 9, 10. [94] Isa. XIV, 12. [95] Jerem. L, 23. [95*] Jerem. XL, 23.

(38) Regius, ὡς.
(39) Ἦσαν, deest in Regio.
(40) Regius, secunda manu, συνέτρεχον.
(41) Anglicanus, ἀλαλαξώμεθα.
(42) Ita Regius et Anglicanus. Editi vero post Κυρίου, habent, τοῦ Θεοῦ.
(43) Basil. ὅτι πράξαι· ἔτρυζε τοὺς ὀδ.

καὶ βρύξει ἐπ' αὐτὸν τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ. Ὁ δὲ Κύριος ἐκγελάσεται αὐτόν· » καὶ πάλιν· « Ἁμαρτωλὸς ὄψεται, καὶ ὀργισθήσεται· τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ βρύξει καὶ τακήσεται. » Ἔτριζε δὲ μεταμελόμενος, ὅτι κἂν ὅλως τετόλμηκε κατὰ τοῦ Σωτῆρος· (44) εἰδὼς ἑαυτὸν πρὸ τούτου τολμῶντα κατὰ τῶν δικαίων, καὶ μηδὲν τοιοῦτον πεπονθότα. Καὶ γὰρ ἐπιβουλεύσας τῷ Ἄβελ, καὶ τοὺς πατριάρχας θλίψας, ἐπιβουλεύσας δὲ καὶ τῷ Ἡσαΐᾳ, καὶ τὸν Ἱερεμίαν ὑβρίσας, καὶ τὸν Ἰὼβ πειράσας· πάλιν ἴσχυε (45), καὶ ἐβασίλευεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως. Ἄρτι δὲ τολμήσας κατὰ τοῦ Κυρίου, θεωρεῖ ἑαυτὸν γενόμενον Ἶρον, καὶ ἐκβληθέντα τοῦ παντὸς, καὶ ὑπὸ πάντων καταπατούμενον. Ἔργον γὰρ τοῦ Σωτῆρος γέγονε μὴ μόνον (46) αὐτοῦ τοῦ θανάτου καταπαῖξαι, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐπ' αὐτοῦ ἐπιθεῖναι· ἵνα μὴ μόνον ἡμᾶς τῆς δουλείας ἐλευθερώσῃ, ἀλλὰ καὶ τὸν δουλώσαντα ἡμᾶς καταργήσῃ· μήποτε πάλιν ἰσχύσας ἀπατήσῃ ἡμᾶς, καὶ εἰς ἀργὸν αὐτοῦ τὸ κατόρθωμα γένηται. Ὅθεν αὐτὸς, καταπαίξας τοῦ θανάτου, λοιπὸν ἔκδοτον καὶ ἡμῖν αὐτὸν εἰς τὸ πατεῖσθαι δίδωσι λέγων· « Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· » καὶ πάλιν· « Καταπατήσει λέοντα καὶ δράκοντα. » Πάλαι μὲν γὰρ ὁ ὄφις ἠπάτησε τὴν Εὔαν, καὶ τῷ φθόνῳ τούτου ὁ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον· ἄρτι δὲ πατεῖται, καὶ θέλων ἀπατᾷν, ἀκούει· « Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ. » Καὶ πάλαι μὲν ὁ ἀντίδικος ἡμῶν διάβολος ὡς λέων περιεπάτει, διψῶν τὴν ἡμετέραν ψυχήν· ἄρτι δὲ καταπατεῖται σὺν τῷ δράκοντι, καὶ λοιπὸν ὁ Θεὸς ἐν τάχει συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν. Καὶ τοσοῦτον καταφρονεῖται καὶ παίζεται, ὡς καὶ ἐπὶ τρώγλην ἀσπίδων, ἐκβάλλοντά τινα τὴν χεῖρα, μὴ φοβεῖσθαι. Ταῦτα γὰρ Ἡσαΐας προεφήτευσε· καὶ ἔστιν ὁ λόγος ἀληθής.

29. Παιδία γοῦν τὴν πάλαι καὶ γέροντας ἀπατῶσαν ἡδονὴν ἄρτι χλευάζουσι· καὶ μήπω νομίμης ἡλικίας ἐπιβάντες, τὴν ὑπὲρ τὸν νόμον περιζώννυνται (47) σωφροσύνην· καὶ παρθένοι μένοντες, τῷ λόγῳ πατοῦσι τῆς ὀφιώδους ἡδονῆς τὰς ἀπάτας, μὴ φοβούμενοι ταύτης τὰ θανατηφόρα δήγματα. Ἤδη δέ τινες καὶ αὐτὸ τὸ κέντρον τοῦ διαβόλου πατοῦντες, οὐκ ἐδειλίασαν τὸν θάνατον· ἀλλὰ καὶ τὴν ζωὴν αὐτῶν ἤλλαξαν τῷ θανάτῳ, μάρτυρες γενόμενοι τοῦ Λόγου· διὰ τοῦτο γὰρ ἀπέθανεν ὁ Κύριος. Πολλοὶ δὲ τὰ ἐπὶ γῆς καταλιπόντες, ἐλευθέρῳ τῷ βαδίσματι τὸν ἀέρα διαβαίνουσι, καὶ ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται· οὐκέτι φοβούμενοι τὸν ἄρχοντα τοῦ ἀέρος, ἀλλὰ καὶ ἐπιπλήττοντες καὶ λέγοντες, εἰ θέλοι κωλύειν· « Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ· » ὅτι Κύριον τὸν Θεόν μου σπεύδω προσκυνῆσαι· διὰ τοῦτο γὰρ ἐσταυρώθη εἰς τὸν ἀέρα ὁ Σωτήρ. Ἡ δὲ ὁδὸς τοῦ παραδείσου, ἡ πάλαι

A stum, et stridebit super eum dentibus suis. Dominus autem irridebit eum [96]. » Ac rursum : « Peccator videbit, et irascetur; dentibus suis fremet et tabescet [97]. » Stridebat vero, quod doleret se unquam cum Salvatore congredi ausum esse; sciebat autem se antea justos aggredi ausum, nihil ejusmodi passum fuisse. Nam etsi Abeli insidiatus fuisset, patriarchas afflixisset, Isaiæ parasset insidias, Hieremiæ contumeliam fecisset, Jobum tentasset; mors tamen invalescebat, regnabatque ab Adamo usque ad Moysen. Jam vero simili audacia adversus Dominum usus, se plane Irum factum, undequaque pulsum, ab omnibus conculcatum animadvertebat. Salvatoris quippe opus fuit, non ipsi tantum morti illudere, sed etiam nos eidem su-
B periores constituere, ut non solum nos a servitute liberaret, sed etiam eum qui nos in servitutem redegerat opprimeret, ne rursum invalescens nos deciperet, neve sua victoria incassum abiret. Quapropter ipse cum illusisset morti, nobis item eam calcandam tradit dicens : « Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones et supra omnem virtutem inimici [98]. » Ac rursum : « Conculcabis leonem et draconem [99]. » Olim namque serpens Evam decepit, ejusque invidia mors intravit in mundum : jam vero conculcatur et volens decipere audit : « Vade retro me, Satana [1]. » Olim adversarius noster diabolus, quasi leo circumibat, sitiens animam nostram : jam vero con-
C culcatur cum dracone, ac demum brevi Deus conteret Satanam sub pedibus nostris. Tantumque despicitur, tantum illuditur, ut ne quispiam reformidet ad foramen aspidum admovere manum [2]. Hæc enim Isaias prophetavit, cujus verus est sermo.

29. Pueri ergo voluptatem, quæ ipsos olim senes decipiebat, jam irrident : necdum ad legitimam progressi ætatem continentia, quæ legem superat, lumbos præcingunt : manendoque virgines, serpentinæ voluptatis fallacias verbo calcant, nihil ejus lethiferos morsus veriti. Jam vero quidam, ipsum diaboli stimulum calcantes, mortem non exhorruere; sed morte vitam suam commutarunt,
D Verbi martyres effecti : ideo enim mortuus Dominus est. Multi vero terrenis derelictis rebus, libero gressu aerem peragrant et in cœlo vitam degunt : nihil ultra veriti principem aeris, imo potius, si prohibere voluerit, increpantes ac dicentes : « Vade retro me, Satana, » quoniam Dominum Deum meum festino adorare; ideo namque Salvator in aere crucifixus est. Via autem paradisi, olim per peccatum clausa, jam volentibus patet, ut ait Pau-

[96] Psal. xxxvi, 12, 13. [97] Psal. cxi, 10. [98] Luc. x, 19. [99] Psal. xc, 13. [1] Marc. viii, 33. [2] Isa. xi, 8.

(44) Regius, ᾔδει ἑαυτόν.
(45) Basiliensis, ἴσχυσεν. Infra, Ἶρος, sic mendici vocabantur, ex illo Homeri mendico cui nomen, Ἶρος, *Odyss.* Σ.
(46) Regius, αὐτόν.
(47) Regius, εὐφροσύνην· καὶ παρθένοι μένουσι, τῷ λόγῳ πατοῦντες.

lus, qui eo loci raptus est, et ad **79** cœlos ascendit. Ideo Dominus illusit serpenti: cessavitque infernus, non ultra imperante morte, sed resuscitatis omnibus. Diabolus autem non jam inde in nos insurgit: cecidit enim, atque prostratus, in pectus plane et in ventrem suum provolvitur: ea enim de causa surrexit Dominus. Et homines quidem didicerunt aspernari divitias corporales, et ditescunt verbo et scientia: draco autem qui se divitem esse gloriabatur, denudatus est, jamque nudus, Irus et pauper est, ab hominibus exspoliatus. Nam qui olim medius inter cherubinos versabatur, omnique lapide pretioso indutus erat, sardio, jaspide et achate, jam demum in papyro, arundine et silice dormit, ut in Job de illo narratur [a]. Ideo enim Dominus pauper fuit, ut nos ejus inopia ditesceremus [b], diabolusque nudatus est. Quodque mirabile, magnumque contigit in rerum natura, homines ad mortem properant optantes adventum Domini; miser autem diabolus, qui olim mortis imperium habuit, jam metuit eum qui venturus est, judiciumque reformidat: novit enim sibi paratum ignem et angelis suis. Ideo enim Dominus meus judicatus est, ut nos a judicio liberaret, illumque condemnaret.

A δι' ἁμαρτίας κλεισθεῖσα, ἄρτι τοῖς βουλομένοις ἀνέῳγεν, ὡς Παῦλος μαρτυρεῖ, ἁρπαζόμενος ἐκεῖ, καὶ ἀπερχόμενος εἰς τοὺς οὐρανούς. Διὰ τοῦτο γὰρ ἔπαιξεν ὁ Κύριος τὸν ὄφιν. Καὶ ὁ μὲν ᾅδης κατήργηται, οὐκέτι τοῦ θανάτου κρατοῦντος, ἀλλὰ πάντων ἐγειρομένων· ὁ δὲ διάβολος οὐκ ἔτι ἐξανίσταται καθ' ἡμῶν· πέπτωκε γὰρ, καὶ πεσὼν ἀληθῶς ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ πορεύεται· διὰ τοῦτο γὰρ ἀνέστη ὁ Κύριος. Καὶ οἱ μὲν ἄνθρωποι μεμαθήκασι καταφρονεῖν σωματικοῦ πλούτου, καὶ πλουτοῦσι τῷ λόγῳ καὶ τῇ γνώσει· ὁ δὲ καυχώμενος εἶναι πλούσιος δράκων γεγύμνωται, καὶ νῦν γυμνὸς Ἶρος καὶ πένης ἐστὶ, κατεσκυλευμένος ὑπὸ πάντων. Καὶ γὰρ πάλαι τῶν χερουβὶμ ἀνὰ μέσον ὢν, καὶ πάντα λίθον χρηστὸν ἐνδεδυμένος, τὸν σάρδιον, τὸν ἴασπιν, τὸν ἀχάτην, B ἄρτι λοιπὸν ἐπὶ πάπυρον, καὶ κάλαμον, καὶ χάλικα κοιμᾶται, ὡς ἐν τῷ Ἰὼβ περὶ αὐτοῦ λέγεται. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ Κύριος ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμεῖς τῇ πτωχείᾳ (48) αὐτοῦ πλουτήσωμεν, καὶ ὁ διάβολος ἐγυμνώθη. Καὶ τὸ παράδοξον καὶ μέγα γενόμενον ἐν τῇ κτίσει· ἄνθρωποι μὲν γὰρ σπεύδουσιν ἀποθνήσκειν εὐχόμενοι τὴν ἐπιδημίαν τοῦ Σωτῆρος· ὁ δὲ δείλαιος διάβολος, ὁ πάλαι τοῦ θανάτου τὸ κράτος ἔχων, νῦν φοβεῖται τὸν ἐρχόμενον, καὶ τὴν κρίσιν καταπτήσσει. Οἶδε γὰρ τὸ ἡτοιμασμένον αὐτῷ πῦρ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐκρίθη μου ὁ Κύριος, ἵνα ἡμᾶς ἀπὸ (49) τῆς κρίσεως ἐλευθερώσῃ, κἀκεῖνον κατακρίνῃ.

30. Cæterum de divina cognitione in omnes ubique disseminata quid est quod loquamur, cum res gestæ ex se fidem habeant? Nulla enim præterit dies, qua quidam homines idola non deserant propriasque ac paternas leges non abnegent, ut ad Deum confugiant, ac Christi leges accipere postulent, incredibili miraculo in eum credentes. Nam qui hactenus idololatræ fuere, atque Christum ut hominem calumniati sunt, eum deinceps, idolis abnegatis, Deum agnoscunt: et quos in idolis dæmones reformidabant, ipsos, agnito Domino, demum deserunt, atque ex aliis pellunt: quam item, idololatræ dum essent, voluptatem metuebant, eam in Christo despiciunt: peccatumque a quo pridem superabantur, jam signo crucis vincunt ludibrioque habent. Et sane virginitatem quam olim esse non credebant, quod non posse putarent virtutem hujusmodi in hominibus reperiri; in Salvatorem postea credentes ex Virgine natum, non modo exsistere credunt, imo vero ipsi eamdem colunt, quod tamen ethnici qui adhuc in idololatria permanent, credere nolunt. Ad hæc, omnia jam veneficia cessavere, omnis magia abolita, universa Græcorum infatuata sapientia est. In divinis quippe, non verbis, sed factis est opus: neque pronuntiatio linguæ, sed animæ affectus prodest. Græci igitur verbis non percipiunt ea quæ fide Christiani exhibent: et quæ verbis magi efficiunt, hæc, silentibus

30. Περὶ γὰρ τῆς γενομένης εἰς πάντας πανταχοῦ θεογνωσίας τί δεῖ καὶ λέγειν, τῶν γιγνομένων ἀφ' ἑαυτῶν ἐχόντων τὴν πίστιν; Οὐκ ἔστι γὰρ ἡμέραν παρελθεῖν, ἐν ᾗ ὅτε τὰ μὲν εἴδωλα οὐ καταλιμπάνουσιν C ἄνθρωποι, καὶ τοὺς ἰδίους καὶ πατρικοὺς ἀρνοῦνται νόμους, πρὸς δὲ Θεὸν καταφεύγουσι, καὶ τοὺς Χριστοῦ λαμβάνειν νόμους ἀξιοῦσι, παραδόξῳ θαύματι πιστεύοντες εἰς αὐτόν. Ἔτι γὰρ εἰδωλολατροῦντες καὶ ὡς ἄνθρωπον διαβάλλοντες τὸν Χριστὸν, τοῦτον ὕστερον Θεὸν γινώσκοντες, καταλιμπάνουσι τὰ εἴδωλα· καὶ οὓς ἐφοβοῦντο δαίμονας ἐν τοῖς εἰδώλοις, τούτους (50) τὸν Κύριον ἐπιγνόντες λοιπὸν καταλείπουσι, καὶ ἀπὸ ἄλλων διώκουσι· καὶ ἣν εἰδωλολατροῦντες ἡδονὴν ἐφοβοῦντο, ταύτης ἐν Χριστῷ καταφρονοῦσι, καὶ τὴν τότε νικῶσαν αὐτοὺς ἁμαρτίαν ἄρτι τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ νικῶντες παίζουσι. Καὶ γὰρ ἀπιστοῦντες ὅλως τῇ παρθενίᾳ, καὶ ἀδύνατον εἶναι λέγοντες ἐν ἀνθρώποις ταύτην εὑρίσκεσθαι τὴν ἀρετὴν, πιστεύσαντες τῷ ἐκ Παρθένου Σωτῆρι, οὐ μόνον ἐπιγινώσκουσιν, ἀλλὰ καὶ D αὐτοὶ ταύτην πολιτευόμενοι, ἀπιστοῦνται παρὰ τοῖς ἔτι ἔθνεσιν εἰδωλολάτραις. Ἐπὶ τούτοις δὲ ἤργησε πᾶσα μὲν φαρμακεία, πᾶσα δὲ μαγεία κατήργηται, καὶ πᾶσα τῶν Ἑλλήνων μεμώραται σοφία. Ἐν γὰρ τοῖς θείοις (51), οὐ λόγων, ἀλλ' ἔργων ἐστὶ χρεία· καὶ οὐχ ἡ προφορὰ τῆς γλώττης, ἀλλ' ἡ τῆς ψυχῆς διάθεσις ὠφελεῖ. Οἱ γοῦν Ἕλληνες οὐ καταλαμβάνουσι λόγοις ταῦτα, ἃ τῇ πίστει Χριστιανοὶ ἐπιδείκνυνται· καὶ ἃ ἐνεργοῦσι λόγοις οἱ μάγοι, ταῦτα (52), σιωπῶν-

[a] Job VIII, 17. [b] II Cor. VIII, 9.

(48) Regius, τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ.
(49) Ἀπό deest in Basiliensi et Anglicano.
(50) Anglicanus, τούτους.
(51) Anglicanus, τοῖς θεοῖς.
(52) In Anglicano hæc, ταῦτα... περὶ ἀθανασίας, desunt. Ibidem, Regius, καταργεῖται.

των ἡμῶν, τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ καταργεῖται· καὶ [A] ἃ ἀμφιβάλλουσι περὶ ἀθανασίας, ταῦτα οἱ μάρτυρες τοῦ Χριστοῦ οὐ λόγοις, ἀλλ' ἔργοις ἐπιδείκνυνται· καὶ περὶ ἧς διστάζουσι παρθενίας οἱ μάγοι (53), καὶ τῶν Ἑλλήνων φιλόσοφοι, ταύτην ἐν Χριστῷ καὶ γυναῖκες ἐπιδείκνυνται· καὶ οἷς εὔχονται δαίμοσιν. ὡς θεοῖς, τούτους καὶ παιδία ἐν Χριστῷ διώκουσι. Καὶ ὅλως ὁ χριστοφόρος ἀνὴρ ὡς Θεός ἐστιν ἐπὶ γῆς, τοῖς μὲν ἀνθρώποις ἀνεξίκακος γενόμενος, πᾶσι δὲ, ὡς σὺν ἡλίῳ περιπολῶν, τὸν οὐράνιον ἐπιδεικνύμενος βίον.

31. Ἰδοὺ ἓν τοῦτο τοῦ σταυροῦ κατόρθωμα· ἰδοὺ ταῦτα πεποίηκεν ὁ θάνατος τοῦ Σωτῆρος. Οὐ γὰρ ἀνθρώπου ἐστὶ τὸ ἔργον, ἀλλὰ Θεοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο πέπονθεν ὡς ἄνθρωπος, ἵνα τοῖς ἀνθρώποις τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον καὶ θεῖα χαρίσηται. Αὐτοῦ γοῦν ἐστι τὰ νῦν ἐν ἀνθρώποις κατορθώματα. Κἂν γὰρ Παῦλος λαλῇ, [B] ἀλλὰ Χριστός ἐστιν ἐν (54) αὐτῷ λαλῶν· κἂν μεγάλα καὶ θαυμαστὰ ποιῇ, ἀλλ' ἡ τοῦ Χριστοῦ χάρις ἐστὶν ἡ ταῦτα ἐνεργοῦσα· καὶ ἐὰν εἰς πάντας ἔφθασεν ἡ περὶ Θεοῦ γνῶσις, ἀλλ' οὐχ ἀνθρώπων ἐστὶν ἡ διδασκαλία, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Λόγου καταβάντος μεσίτου Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Τοῦτο γὰρ γέγραπται, ὃ οἱ Ἰουδαῖοι μὲν ἐσιώπησαν πάλαι, ἄρτι δὲ πληρούμενον ὁρῶσι· γέγραπται γὰρ, ὅτι « Ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ, » καθάπερ καὶ ὁ Ἱερεμίας λέγει· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος· » καὶ ἐπιφέρει λέγων· « Καὶ οὐ μὴ διδάξει ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ καὶ ἕκαστος (55) τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ λέγων· Γνῶθι τὸν Κύριον· ὅτι πάντες εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου αὐτῶν, ὅτι ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν. » Τίς γάρ ἐστιν ὁ ἐν τοῖς [C] εἰδώλοις κατανύττων, εἰ μὴ ὁ Κύριος; καὶ τίς ὁ ἀνάγων (56) αὐτοὺς ἐκεῖθεν ἔτι δουλεύοντας εἰδώλοις, εἰ μὴ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ὁ λέγων· « Ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν; » Τὸ γὰρ παράδοξόν ἐστι τοῦτο, ὅτι, ἔτι (57) δουλευόντων αὐτῶν εἰδώλοις, διανοίγεται τούτων ὁ νοῦς τῆς ψυχῆς ὡς τὸ νοεῖν, ὅτι οὓς μὲν ἐνόμιζον πάλαι θεοὺς, ξύλα καὶ λίθους εἶναι· ὃν δὲ ἐχλεύαζον ἐσταυρωμένον, τοῦτον οὐχ ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεὸν ἐπιγινώσκειν (58). Νοῦ δὲ διδάσκαλος οὐχ ἄνθρωπός ἐστιν, ἀλλ' ὁ τὸν νοῦν μόνος ὁρῶν Θεός. Μακάριε ἀληθῶς καὶ ζωοποιὲ σταυρὲ τοῦ Σωτῆρος· τὸν μὲν θάνατον ἐθριάμβευσας, τὸν δὲ τοῦτον κατέχοντα διάβολον ἀνεῖλες. Θεῖε Λόγε, καὶ ἀληθῶς σοφία τοῦ Πατρός· σὺ καὶ τοῦ πανούργου τὸ πρόσωπον ἔδειξας, καὶ τὴν πτύξιν τοῦ θώρακος αὐτοῦ ἐγύμνωσας· [D] ὥστε καὶ ἡμᾶς λέγειν· « Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. » Φιλάνθρωπε καὶ ἀγαθὲ Δέσποτα· σὺ καὶ αἰχμαλώτους ἡμᾶς ὄντας ἐλυτρώσω, καὶ δουλεύοντας τῇ ἁμαρτίᾳ, διὰ τοῦ θανάτου ἰδίου, Κύριε, ἠλευθέρωσας. Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ἠλευθερώθημεν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Εἰρηνοποιὲ ἀληθῶς (59) Υἱὲ τοῦ Θεοῦ· σὺ καὶ τὴν υἱοθεσίαν ἡμῖν ἀποδέδωκας, καὶ ἀποκαταλλά-

nobis, signo crucis evanescunt : item quæ de immortalitate in dubium vocant, hæc martyres Christi, non verbis, sed operibus exhibent : et de qua virginitate magi et Græci philosophi dubitant, hanc in Christo mulieres colunt : et quibus dæmonibus, ut diis illi supplicant, eos pueruli in Christo persequuntur. Demum vir qui Christum gestat, quasi Deus est in terra, erga homines quidem patiens et mansuetus : et, ac si cum sole circum omnia gyraret, omnibus cœlestem exhibet vitam.

31. En tibi unum ex præclaris crucis facinoribus : hæc mors effecit Salvatoris. Nequaquam enim hominis est opus, sed Dei. Atque ideo ut homo passus est, ut hominibus quæ supra hominem et divina sunt, largiretur. Illius ergo sunt præclara gesta, quæ apud homines jam emicant. Nam si Paulus loquatur, Christus in ipso loquitur : si magna et mirabilia perpetraverit, Christi gratia est quæ talia operatur : et si in omnes permeavit Dei cognitio, non hominum est **80** ejusmodi doctrina, sed ipsius descendentis Verbi, mediatoris Dei et hominum. Hoc enim scriptum est, quod Judæi quidem olim reticuere, sed jam completum vident; hoc, inquam, scriptum est : « Erunt omnes docibiles Dei [5]; » ut ait Hieremias propheta : « Ecce dies veniunt, dicit Dominus ; » ac deinde subinfert: « Non docebit quisque proximum suum, et quisque fratrem suum, dicentes : Cognosce Dominum, quia omnes me cognoscent, a parvo usque ad magnum eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum [6]. » Quis enim est qui ipsos idola colentes ad pœnitentiam movet, nisi Dominus? Et quis eos ex idolorum servitute educit, nisi ipse Christus, qui ait : « Cum exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum [7]? » Nam id certe summopere mirandum, quod dum idola colunt, eorum mens aperiatur, ut intelligant, quos olim deos arbitrabantur, ligna et lapides esse : quem vero crucifixum irridebant, eum non hominem, sed Deum agnoscant. Mentis autem magister non homo est, sed qui mentem solus videt Deus. Beata vere et vivifica crux Salvatoris, quæ de morte triumphasti, et eum qui in sua potestate mortem tenebat, diabolum nempe, sustulisti. O divinum Verbum et vere sapientia Patris, tu versuti illius faciem ostendisti, et plicas pectoris illius nudasti, ita ut et nos dicamus : « Non enim ejus cogitationes ignoramus [8]. » Hominum amator ac bone Domine, tu nos captivos redemisti, peccato servientes, per propriam mortem, Domine, liberasti. Scimus enim nos a peccato fuisse liberatos. O vere pacis conciliator Fili Dei, tu adoptionem filiorum dedisti nobis, reconciliatisque nobis Patri

[5] Isa. LIV, 13; Joan. VI, 45. [6] Jerem. XXI, 31, 34. [7] Joan. XII, 32. [8] II Cor. II, 11.

(53) Regius, οἱ μεγάλοι, male.
(54) In Anglicano, ἐν deest.
(55) Ita Regius. In editis vero, hæc, τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος, desunt.
(56) Regius, καὶ τίς ὁ ἄγων.
(57) Ἔτι deest in Anglic. Mox idem, ὁ νοῦς, ὡς τὸ νοεῖν, οὓς μέν. Ibidem. Edit. Paris., ὡς τὸ νοεῖν. Regius, ὥστε νοεῖν. Edit. Commel. vero cum aliis mss., εἰς τὸ νοεῖν.
(58) Regius prima manu et Anglic., ἐπιγινώσκουσι.
(59) Ἀληθῶς abest ab Anglicano.

tuo, inimicitiam in carne destruxisti. Ditissime Salvator et vere rex, tu namque pauper fuisti, ut nos tua paupertate ditesceremus; tu nobis regnum cœlorum largitus es. Creator et opifex omnium, Verbum Patris, tu nos iterum creasti, tuaque sumus opificia, conditi ad bona opera. Vere lux et splendor Patris, tu quippe nos in tenebris illustrasti, non videntes nos ad lucem adduxisti. Forma atque imago vera Patris, tu nos perditos formasti, et imaginem Dei iterum reddidisti. Deus Verbum et vere vita, tu mortuos vivificasti nos, corruptos renovasti, induens incorruptione. Vere virtus, brachium et dextera Patris, tu dolores mortis solvisti, portas æreas et vectes ferreos confregisti, quemadmodum ait Scriptura. Tu draconem serpentem diabolum, hamo circumegisti humano, in tropæo crucis. Per te tuamque divinam virtutem, omnes eum calcant, omnes ei illudunt. Te enim ei primum illudente, initium creaturæ Domini incepit esse, conditæ ad ei illudendum. Te illum prosternente, res mirabilis visa omnibus est, ut dicerent: « Quomodo cecidit de cœlo Lucifer, qui mane oriebatur [9]? » Te accipiente ab illo chirographum adversum nos exaratum, affigenteque illud cruci, ludibrio illum habent universi, dicentes: « Quomodo cessavit exactor, quievit accelerator? contrivit Deus jugum peccatorum. Jam enim ei substernitur putredo, et operimentum ejus efficitur vermis [10]. » Nec est ultra qui draconem reformidet; sed te, et per te Patrem adorant.

A ξας ἡμᾶς τῷ σαυτοῦ Πατρὶ, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ κατήργησας. Πλούσιε Σωτὴρ καὶ ἀληθῶς βασιλεῦ· σὺ γὰρ ἐπτώχευσας, ἵνα τῇ σῇ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν· σὺ καὶ τὴν βασιλείαν ἡμῖν τῶν οὐρανῶν ἐχαρίσω, κτίστα καὶ δημιουργὲ τῶν πάντων. Λόγε τοῦ Πατρός· σὺ γὰρ πάλιν ἡμᾶς ἀνέκτισας, καί σου ποιήματά ἐσμεν, κτισθέντες ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς. Φῶς ἀληθῶς καὶ ἀπαύγασμα τοῦ Πατρός· σὺ γὰρ ἡμᾶς ἐν σκότει κατέλαμψας, καὶ μὴ βλέποντας ἡμᾶς εἰς φῶς ἤγαγες. Μορφὴ καὶ εἰκὼν ὄντως τοῦ Πατρός· σὺ γὰρ ἡμᾶς ἀπολλυμένους (60) ἐμόρφωσας, καὶ πάλιν ἐχαρίσω τὸ κατ' εἰκόνα. Θεὲ Λόγε καὶ ἀληθῶς ζωή· σὺ γὰρ ἀποθανόντας ἐζωοποίησας, καὶ φθαρέντας ἀνεκαίνισας, ἐνδύσας τὴν ἀφθαρσίαν. Δύναμις ἀληθῶς, καὶ βραχίων, καὶ δεξιὰ τοῦ Πατρός· σὺ γὰρ καὶ τὰς
B ὠδῖνας ἔλυσας τοῦ θανάτου, θύρας χαλκᾶς καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς κατέαξας, ὡς ἡ Γραφὴ λέγει. Σὺ καὶ τὸν δράκοντα (61), τὸν ὄφιν, τὸν διάβολον, ἐν ἀνθρωπίνῳ ἀγκίστρῳ περιήγαγες ἐν τῷ τροπαίῳ τοῦ σταυροῦ. Διὰ σὲ καὶ τὴν σὴν θείαν ἀνδραγαθίαν πάντες μὲν αὐτὸν πατοῦσι, πάντες δὲ αὐτοῦ καταπαίζουσι. Σοῦ γὰρ πρώτου παίξαντος εἰς αὐτὸν, γέγονε λοιπὸν ἀρχὴ πλάσματος Κυρίου, πεποιημένου εἰς τὸ καταπαίζεσθαι. Καὶ σοῦ τοῦτον καταβαλόντος (62), γέγονε πᾶσι θαῦμα, ὥστε καὶ λέγειν· « Πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ Ἑωσφόρος, ὁ πρωῒ ἀνατέλλων; » Καὶ σοῦ λαβόντος παρ' αὐτοῦ τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, καὶ προσηλώσαντος αὐτὸ τῷ σταυρῷ, πάντες κατ' αὐτοῦ καταχερτομοῦσι (63) λέγοντες· « Πῶς ἀναπέπαυται ὁ ἀπαιτῶν; καὶ ἀναπέπαυται ὁ ἐπισπουδαστής; συνέτριψεν ὁ Θεὸς τὸν ζυγὸν τῶν ἁμαρτωλῶν. Λοιπὸν γὰρ ὑποκάτω αὐτοῦ στρώννυται σῆψις, καὶ τὸ κατακάλυμμα (64) αὐτοῦ γίνεται σκώληξ, » καὶ πάντες οὐκέτι τὸν δράκοντα φοβοῦνται, ἀλλὰ σὲ, καὶ διὰ σοῦ τὸν Πατέρα προσκυνοῦσιν.

32. Sic resurgens Dominus, statim morti illusit, nosque ab ea liberavit. Judæi autem ne ista quidem videntes pudore sunt affecti, ignorantes se ista contra Salvatorem ausos, adversum sese ea ipsa moliri. Non videbant quippe se Dominum
81 tradendo, traditionem Jerusalem provocare, dicente Hieremia propheta: « Traditione tradetur Jerusalem in manus Nabuchodonosor regis Babylonis [11]. » Neque advertebant nolentes Domino servire, sese diabolo in servos subjicere, ipsique ministrare ad insidias adversus Christum. Ignorabant enim se Barabbam postulando, atque Dominum occidendo, Barabbæ vitam acturos esse, omneque seditionis cædisque genus apud se augendum fore, atque repudiare se lucem et veritatem, et quidquid est Dominus, ut ait Isaias: « Ecce dominator Dominus Sabaoth, auferet a Judæa, et a Jerusalem, validum et validam, robur panis et robur aquæ, gigantem et fortem, principem et bellatorem, et judicem et prophetam et ariolum et senem, quinquagenarium

C 32. Οὕτω μὲν οὖν ὁ Κύριος ἐξαναστὰς, ταχέως κατέπαιξε τοῦ θανάτου, καὶ ἡμᾶς ἠλευθέρωσεν ἀπ' αὐτοῦ. Ἰουδαῖοι δὲ, οὐδὲ ταῦτα βλέποντες, ᾐσχύνοντο, ἀλλὰ καὶ ἠγνόουν τολμῶντες κατὰ τοῦ Σωτῆρος, ὅτι καθ' ἑαυτῶν ἐπεχείρουν ταῦτα. Οὐκ ἔβλεπον γὰρ παραδιδόντες τὸν Κύριον, ὅτι τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ παράδοσιν προκαλοῦνται, λέγοντος τοῦ προφήτου Ἱερεμίου· « Παραδιδομένη παραδοθήσεται Ἱερουσαλὴμ εἰς χεῖρας Ναβουχοδονόσωρ βασιλέως Βαβυλῶνος. » Καὶ οὐκ ἔβλεπον, ὅτι, μὴ θέλοντες δουλεύειν τῷ Κυρίῳ, ὑπέβαλλον ἑαυτοὺς τῷ διαβόλῳ δούλους, καὶ ὑπηρέτουν αὐτῷ εἰς τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπιβουλήν. Ἠγνόουν γὰρ τὸν Βαραββᾶν αἰτούμενοι, καὶ τὸν Κύριον ἀποκτείνοντες, ὅτι τὸν μὲν βίον βιώσονται τοῦ Βαραββᾶ, καὶ πᾶσα στάσις καὶ φόνος παρ' αὐτοῖς
D αὐξήσει· ἀποβαλοῦσι δὲ ἀφ' ἑαυτῶν τὸ φῶς καὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν ὁ Κύριος, ὡς ὁ Ἡσαΐας λέγει· « Ἰδοὺ δὴ ὁ δεσπότης Κύριος Σαβαώθ, ἀφελεῖ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας καὶ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν, ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος, γίγαντα

[9] Isa. xiv, 12. [10] ibid., 4, 5, 11. [11] Jerem. xxxii, 4.

(60) Regius, ἀπολλομένους.
(61) Τὸν δράκοντα deest in Anglicano.
(62) Regius, καταβάλλοντος.
(63) Regius, κερτομοῦσι.

(64) Basiliensis, κάλυμμα. Regius, κατάλυμμα. Editi, κατάλυμα, sed legendum cum O', κατακάλυμμα.

καὶ ἰσχύοντα, καὶ ἄρχοντα πολεμιστὴν, καὶ δικαστὴν, A καὶ προφήτην, καὶ στοχαστὴν, καὶ πρεσβύτερον, καὶ πεντηκόνταρχον, καὶ θαυμαστὸν σύμβουλον, καὶ σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ συνετὸν ἀκροατήν. Καὶ ἐπιστήσω νεανίσκους ἄρχοντας αὐτῶν, καὶ ἐμπαῖκται κυριεύσουσιν αὐτῶν. » Ἐνέπαιζον γὰρ οἱ ἄθλιοι τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ ἔβλεπον, ὅτι τὸ προφητικὸν κατ' αὐτῶν ἐπληροῦτο ῥητὸν τὸ λέγον· « Ἐμπαῖκται κυριεύσουσιν αὐτῶν. » Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ παράδοξον τοῦ Σωτῆρος, ὅτι σταυρούμενος ἔπασχε μὲν ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος, κατέπαιξε δὲ τοῦ θανάτου, καὶ κατὰ Ἰουδαίων ἐπληροῦτο τὰ γεγραμμένα. Ὅτι δὲ καὶ τὸ φῶς ἀφῄρηται ἀπ' αὐτῶν, γέγραπται ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ οὕτως· « Ὁ Λόγος ὁ γενόμενος ἐπὶ Ἱερεμίαν ἐπὶ πάντα τὸν λαὸν Ἰούδα. » Εἶτα ἐπιφέρει λέγων· « Ἀφελῶ ἀπ' αὐτῶν φωνὴν εὐφροσύνης, καὶ φωνὴν B χαρᾶς, φωνὴν νυμφίου καὶ φωνὴν νύμφης, ὀσμὴν μύρου καὶ φῶς λύχνου. » Ἀμέλει παρεδίδουν τοῖς ἔθνεσι τὸν Κύριον, καὶ οὐκ ᾔδεισαν, ἀλλ' ἐτύφλωττον, ὅτι αὐτοὶ οὐ μετὰ πολὺ μιανθήσονται ἐν τοῖς ἔθνεσι καὶ εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτῶν εἰσελεύσονται κατ' αὐτῶν τὰ ἔθνη, καθάπερ γέγραπται· « Ὁ Θεὸς, εἰσήλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, ἐμίανον τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου, ἔθεντο Ἱερουσαλὴμ εἰς ὀπωροφυλάκιον. » Ἀρνούμενοι τὸν Κύριον ἔχειν βασιλέα, ἠγνόουν στερισκόμενοι τῆς Δαβιτικῆς (65) τιμῆς. Αὐτῷ γὰρ ἀπέκειτο τοῦ Δαβὶδ ἡ βασιλεία, καὶ μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἔφθανεν αὐτή, ἐπὶ μάρτυρι τῷ Ἰακὼβ λέγοντι· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ, ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » C Καὶ γυμνοῦντες δὲ τὸν Κύριον, καὶ τύπτοντες αὐτὸν, οὐκ ᾔδεισαν ἐκδιδυσκόμενοι παρ' αὐτοῦ, καὶ κοπετὸν καθ' ἑαυτῶν παροξύνοντες· λέγει γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος· « Ἀφελοῦμαι τὰ ἱμάτιά μου καὶ τὰ ὀθόνια, τοῦ μὴ καλύπτειν τὴν ἀσχημοσύνην αὐτῆς· » καὶ πάλιν· « Ἕνεκεν τούτου κόψεται καὶ θρηνήσει, πορεύσεται ἀνυπόδητος, καὶ γυμνή· ποιήσεται κοπετὸν ὡς δρακόντων, καὶ πένθος ὡς θυγατέρων σειρήνων. » Καὶ ποιοῦντες ἐπιβληθῆναι χλαμύδα κοκκίνην, οὐκ ἔβλεπον καθ' ἑαυτῶν τὴν κατηγορίαν τοῦ Πνεύματος πληροῦντες, ὅτι « Αἱ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. » Χαίροντες (66) δὲ καὶ ἐπὶ τῷ περιχεῖσθαι ἀκάνθας τὸν Σωτῆρα, ἐτύφλωττον, καθ' ἑαυτῶν αὐτὰς περιτιθέντες. Γέγραπται γάρ· « Ἔκστητε, λυπήθητε, αἱ D πεποιθυῖαι, ἐκδύσασθε, γυμναὶ γένεσθε, περιζώσασθε τὰς ὀσφύας, καὶ ἐπὶ τῶν μασθῶν κόπτεσθε ἀπὸ ἀγροῦ ἐπιθυμήματος, καὶ ἀπὸ ἀμπέλου γενήματος. Ἡ γῆ τοῦ λαοῦ μου ἄκανθα, καὶ χόρτος ἀναβήσεται, καὶ ἐκ πάσης οἰκίας εὐφροσύνη ἀρθήσεται. » Ἐχλεύα-

et admirabilem consiliarium, et sapientem architectum et prudentem auscultatorem. Et constituam adolescentes principes eorum, et illusores eis dominabuntur [12]. » Illudebant enim miseri Domino, neque advertebant propheticum adversum se sermonem impleri qui ait : « Illusores eorum dominabuntur. » Hoc enim est in Salvatore mirandum, quod cruci affixus pro humano quidem genere pateretur, morti vero illuderet, et in Judæorum malum implerentur quæ scripta essent. Quod autem lux ab illis ablata sit, scriptum est in Jeremia his verbis : « Verbum quod factum est super Jeremiam in omnem populum Juda [13]. » Postea hæc adjicit : « Auferam ab illis vocem lætitiæ et vocem gaudii, vocem sponsi et vocem sponsæ, odorem unguenti et lumen lucernæ [14]. » Revera tradidere Dominum gentibus atque cæcutientes ignorabant se haud diu postea in gentibus polluendos esse, et in suam hæreditatem gentes contra se ingressuras esse, quemadmodum scriptum est : « Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam [15]. » Dum negarent se Dominum regem habere, ignorabant privari se Davidico honore : siquidem illi repositum erat Davidis regnum, quod usque ad Salvatoris adventum perduravit, teste Jacobo : « Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat ille cui repositum est, et ipse est exspectatio gentium [16]. » Et nudantes Dominum, atque verberantes, nesciebant se ab illo nudari, et planctum sibimetipsis concitare ; ait quippe ipse Dominus : « Auferam vestimenta mea, et linteamina, ut ne turpitudinem ejus operiant [17] » ; et rursum : « Propterea planget et lugebit, incedet discalceata et nuda : faciet planctum veluti draconum, et luctum veluti filiarum sirenum [18]. » Et curantes ut imponeretur ei chlamys coccinea, non viderunt se adversum se implere illam Spiritus sancti accusationem : « Manus vestræ sanguine sunt plenæ [19]. » Gaudentes autem quod Salvator spinis circumdaretur, cæcutiebant, non videntes se illas contra sese circumponere : scriptum est enim : « Obstupescite, lugete, quæ in fiducia fuistis, exuite vos, nudæ estote, circumcingite lumbos, et super ubera planctum facite ab agro desiderii, et a vinea germinationis. Terra populi mei spina, et fenum ascendet, et ex omni domo lætitia auferetur [20]. » Dominum irridebant, ut Filium Dei (sese dicentem), neque videbant se adoptionem abjicere, ut ipse testatur his verbis : « Filios gene-

[12] Isa. III, 3, 1-4 [13] Jerem. XXV, 1. [14] ibid. 10. [15] Psal. LXXVIII, 1. [16] Genes. XLIX, 10. [17] Osee II, 9. [18] Mich. I, 8. [19] Isa. I, 15. [20] Isa. XXXII, 11, 12.

(65) Regius et edit. Commel., Δαυϊτικοῦς. Edit. vero Paris. et alii, Δαβιτικῆς. *Porro*, ait Felc., *est in codice quodam Biblioth. Archipalat. codex ms., qui inter alia continet quoque*, ἔρανον ἐκ τοῦ χρυσοκεφαλαίου (*sic inscribitur absque collectoris nomine*) *in particulam quamdam primi cap. Lucæ. Qui cento in illa verba :* Et erat in diebus Herodis regis Juda, *hunc locum sic citat :* Ἀθανασίου εἰς τὸν σταυρόν. Ὧ ἀπόκειται ἡ Δαβιτικὴ βασιλεία, καὶ μέχρι τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ ἔφθανεν αὐτή, ἐπὶ μάρτυρι τῷ Ἰακὼβ, λέγοντι· Οὐκ ἐκλήψει (sic) ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ τὰ ἑξῆς. *Hæc ibi.*

(66) Regius, χαίροντες.

ravi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me [21]. » Et : « Ecce relinquitur vobis domus vestra [22]. » Potabant eum aceto et felle, sed hac in re quoque valde cæci. Nam Deus vineam ex Ægypto transtulerat, et plantaverat illam, et exspectavit ex illa se percepturum fructum, uvam et vinum : illi autem insipientes pro vino acetum, pro uva fel reddidere : argumentum sane Sodomiticæ suæ improbitatis exhibentes ; **82** illorum enim uva fel est, ut in Deuteronomio scriptum est [23]. Ideo namque Dominus et Salvator noster, cum sciret ejusmodi fructum ab illis proventurum, prædixit illis parabolam vitis, et quod ab illis auferendum esset regnum cœlorum, tradendumque genti facienti fructus ejus. Ad hæc, divisere carnificibus vestimenta, ignari divisionis dispersionisque futuræ sibi inter gentes : ait enim propheta : « Ecce venient dies Domini, et dividentur spolia tua in te. Et congregabo omnes gentes ad Jerusalem in prælium, et capietur civitas, et diripientur domus, et mulieres violabuntur [24]. » Et rursum : « Nunc comedet rubigo sortes eorum [25]. » Et ut Michæas ait : « In illa die sumetur super vos parabola, et ploratus cum cantico, his verbis : Ærumna ærumnosa facta est portio populi mei, funiculo dimensi sunt illam, nec erat qui impediret eum ne averteretur : agros vestros dimensi sunt [26]. » Et ut compendio dicam, adversus Dominum ausi, suam ipsi contra sese provocabant diem, quam prædixit propheta : « Dies enim judicii Domini, retributionis judicii Sion. Et convertentur valles in picem, et terra ejus in sulphur. Eritque terra eorum quasi pix ardens nocte et die, et non exstinguetur in sempiternum, ascendetque fumus ejus sursum. Hæc in generationem desolabitur, et habitabunt in ea volucres et erinacei, et ibides et corvi. Et inducetur in eam funiculus geometriæ eremi, et onocentauri habitabunt in ea. Principes ejus non erunt ; reges et magnates ejus erunt in perniciem. Et pullulabunt in civitatibus ejus ligna spinea, et in præsidiis ejus. Et erit stabulum sirenum, et tugurium struthionum, et occurrent dæmonia onocentauris, et clamabunt alter ad alterum. Ibi requiescent onocentauri : invenerunt enim sibi requiem. Ibi nidum fecit erinaceus, et servavit terra campos suos cum securitate [27]. »

A ζον τὸν Κύριον, ὡς Υἱὸν Θεοῦ, καὶ οὐχ ἔϐλεπον ἀποϐαλλόμενοι τὴν υἱοθεσίαν (67), ὡς αὐτὸς διαμαρτύρεται λέγων· « Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· » καὶ, « Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν. » Ἐπότιζον αὐτὸν ὄξος καὶ χολὴν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο σφόδρα τυφλὸν κατ' αὐτῶν. Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρε, καὶ κατεφύτευσεν αὐτὴν, καὶ περιέμενε τοῦ λαϐεῖν παρ' αὐτῶν τὸν καρπὸν, σταφυλὴν καὶ οἶνον· οἱ δὲ ἄφρονες, ἀντὶ οἴνου ὄξος, ἀντὶ δὲ σταφυλῆς χολὴν ἐπεδίδουν, γνώρισμα τῆς κατὰ Σοδομίτας αὐτῶν κακίας ἐμφαίνοντες· καὶ γὰρ αὐτῶν ἡ σταφυλὴ χολή ἐστι, κατὰ τὰ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ γεγραμμένα. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ Κύριος καὶ Σωτὴρ ἡμῶν, εἰδὼς τὸν παρ' αὐτῶν ἐσόμενον τοιοῦτον καρπὸν, προέλεγεν αὐτοῖς τὴν παραϐολὴν τοῦ ἀμπελῶ- B νος, καὶ ὅτι ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν (68) ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. Πρὸς τούτοις διῄρουν τὰ ἱμάτια τοῖς δημίοις, οὐχ ὁρῶντες τὸν κατ' αὐτῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι γιγνόμενον μερισμόν (69)· φησὶ γὰρ ὁ προφήτης· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται τοῦ Κυρίου, καὶ διαμερισθήσεται τὰ σκῦλα σου ἐν σοί. Καὶ ἐπισυνάξω πάντα τὰ ἔθνη εἰς πόλεμον εἰς Ἱερουσαλὴμ (70), καὶ ἁλώσεται ἡ πόλις, καὶ διαρπαγήσονται αἱ οἰκίαι, καὶ αἱ γυναῖκες μολυνθήσονται· » καὶ πάλιν· « Νῦν καταφάγεται ἡ ἐρυσίϐη (71) τοὺς κλήρους αὐτῶν· » καὶ καθὼς ὁ Μιχαίας φησί· « Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ληφθήσεται ἐφ' ὑμᾶς παραϐολὴ, καὶ θρηνήσεται θρῆνος ἐμμεεὶ (72) λέγων· Ταλαιπωρίᾳ ἐταλαιπώρησε μερὶς λαοῦ μου, κατεμετρήθη ἐν σχοινίῳ, οὐκ ἦν ὁ κωλύων αὐτὸν τοῦ C ἀποστρέψαι· οἱ ἀγροὶ ὑμῶν διεμετρήθησαν. » Καὶ συνελόντι φράσαι, τολμήσαντες κατὰ τοῦ Κυρίου, καθ' ἑαυτῶν τὴν ἡμέραν προσεκαλέσαντο, ἣν προέλεγε καὶ ὁ προφήτης· « Ἡμέρα γὰρ κρίσεως Κυρίου, ἀνταποδόσεως κρίσεως Σιών. Καὶ στραφήσονται αἱ φάραγγες εἰς πίσσαν, καὶ ἡ γῆ αὐτῆς εἰς θεῖον. Καὶ ἔσται ἡ γῆ αὐτῆς ὡς πίσσα καιομένη νυκτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ οὐ σϐεσθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, καὶ ἀναϐήσεται ὁ καπνὸς αὐτῆς ἄνω. Αὕτη (73) εἰς γενεὰν ἐρημωθήσεται, καὶ κατοικήσουσιν ἐν αὐτῇ ὄρνεα καὶ ἐχῖνοι, καὶ ἴϐεις, καὶ κόρακες. Καὶ ἐπιϐληθήσεται ἐπ' αὐτὴν σπαρτίον γεωμετρίας ἐρήμου, καὶ ὀνοκένταυροι οἰκήσουσιν ἐν αὐτῇ. Οἱ ἄρχοντες αὐτῆς οὐκ ἔσονται· καὶ οἱ βασιλεῖς καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτῆς ἔσονται εἰς ἀπώλειαν. Καὶ ἀναφύσει εἰς τὰς D πόλεις αὐτῆς ἀκάνθινα ξύλα, καὶ εἰς τὰ ὀχυρώματα αὐτῆς. Καὶ ἔσται ἔπαυλις σειρήνων καὶ αὐλὴ στρουθῶν, καὶ συναντήσουσι δαιμόνια ὀνοκενταύροις, καὶ βοήσουσιν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον. Ἐκεῖ ἀναπαύσονται ὀνοκένταυροι· εὗρον γὰρ αὐτοῖς ἀνάπαυσιν. Ἐκεῖ ἐνόσσευσεν ἐχῖνος, καὶ ἔσωσεν ἡ γῆ τὰ πεδία αὐτῆς μετὰ ἀσφαλείας. »

33. In has calamitates inciderunt Judæi, cum putarent se Dominum occidere : hæc adversum se provocarunt, dum clamarent in Salvatorem :

33. Ταῦτα πεπόνθασιν οἱ Ἰουδαῖοι, δοκοῦντες τὸν Κύριον ἀποκτείνειν· ταῦτα καθ' ἑαυτῶν προεκαλέσαντο, βοῶντες κατὰ τοῦ Σωτῆρος· ἐν τούτοις κατε-

[21] Isa. I, 2. [22] Matth XXIII, 38. [23] Deut. XXXII, 12. [24] Zachar. XIV, 1, 2. [25] Osee V, 7. [26] Mich. II, 4, 5. [27] Isa. XXXIV, 8-15.

(67) Regius, τῆς υἱοθεσίας.
(68) Ita Regius. Editi vero, ἀφ' ἡμῶν.
(69) Regius codex et Anglic. γιγνόμενον διαμερισμόν. Editi vero, γιγνόμενον μερισμόν.
(70) Regius, ἐπὶ Ἱερουσαλήμ.
(71) Ita Regius et Anglic. Editi vero ἐρυσίμη.
(72) Ἐμμεεί, mendose pro ἐν μέλει.
(73) Αὕτη deest in Anglicano.

A κρίθησαν θελήσαντες κρῖναι τὸν Κύριον. Καί μοι παρελθὼν ὁ βουλόμενος γενέσθω δικαστής, οὐκ ἐξ (74) ἀφανῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἐκ τῶν γιγνομένων τὴν ἀλήθειαν ἀναλογιζόμενος. Καὶ σκοπείτω, τίς μὲν ὁ τοῦ Κυριακοῦ θανάτου καρπὸς, τί δὲ τῆς ἐπιβουλῆς τῶν Ἰουδαίων τὸ κέρδος. Ὁ μὲν γὰρ θάνατος τοῦ Σωτῆρος τὴν οἰκουμένην ἠλευθέρωσε, καὶ τὰ ἔθνη τὸν Θεὸν ἐδόξασεν· ὁ δὲ τῶν Ἰουδαίων θυμὸς σὺν αὐτοῖς τοῖς Ἰουδαίοις ἀπώλεσε καὶ τὴν πόλιν, καὶ τῆς θεογνωσίας αὐτοὺς ἐτύφλωσε. Καὶ ὁ μὲν θάνατος τοῦ Κυρίου τοὺς νεκροὺς ἐζωοποίησεν, ἡ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐπιβουλὴ τῆς ζωῆς αὐτοὺς τοὺς Ἰουδαίους ἐστέρησε, καὶ νῦν εἰσι χωρὶς τοῦ Κυρίου (75). Καὶ ὁ μὲν σταυρὸς τοῦ Σωτῆρος τὴν Ἐκκλησίαν τῶν ἐθνῶν ἔρημον οὖσαν κατῴκησεν· Ἰουδαῖοι δὲ τῇ κακίᾳ ἑαυτῶν καὶ τῆς οἰκουμένης ἑαυτοὺς ἐρήμωσαν, καὶ νῦν B εἰσιν οὐκ ἔχοντες πόλιν. Καὶ πάλιν ὁ μὲν θάνατος τοῦ Σωτῆρος τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἀνέδειξεν· Ἰουδαῖοι δὲ τῷ θυμῷ καὶ τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν ἀπώλεσαν, καὶ τοὺς μεγιστᾶνας κατέβαλον. Πρὸς τούτοις ὁ σταυρὸς τοῦ Κυρίου ἀγγέλους συνῆψε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ μεσίτης τῆς φιλίας αὐτῶν γέγονεν· Ἰουδαῖοι δὲ ἐπιβουλεύοντες ἐκέρδαναν τὴν μετὰ δαιμόνων κατοίκησιν. Καὶ ὁ μὲν θάνατος τοῦ Χριστοῦ ἐκούφισε τὴν τῶν ἀνθρώπων διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀλογίαν· Ἰουδαῖοι δὲ ἠλογίσθησαν τῷ θυμῷ, καὶ νῦν μετὰ σειρήνων, καὶ ἐχίνων, καὶ στρουθῶν (76) τοῖς τρόποις συναναστρέφονται, ἀλλόκοτον ἔχοντες καὶ οὕτως τὸν τρόπον, ὡς ὀνοκένταυροι. Καὶ γὰρ ἀντὶ τοῦ νόμου, ἀνομία παρ' αὐτοῖς ἐστιν· ἀντὶ δὲ πραότητος, «Θυμὸς αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως.» Καὶ ὅλως οὐδέν ἐστι C παρ' αὐτοῖς, ὃ μὴ θάνατον αὐτοῖς κατεργάζεται (77). Ἆρ' οὖν οὐκ ἄξιον τῷ θανάτῳ προσκεῖσθαι, καὶ ἀφιέναι τῶν Φαρισαίων τὸ συνέδριον; Ἆρ' οὖν οὐκ ἄξιον τῷ σταυρῷ μᾶλλον προσκυνεῖν ἢ τὴν Ἰουδαίων καὶ τοῦ κόσμου κερδάναι φιλίαν; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος γέγραφε· «Τὰ πάντα ἥγημαι ζημίαν, ἵνα κερδάνω Χριστόν·» διὰ τοῦτο καύχημα ἡγεῖται τὸν σταυρὸν, λέγων· «Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ κόσμῳ.» Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἔλεγεν· «Ὃς ἂν μὴ (78) ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσῃ μοι, οὐκ ἔστι μου ἄξιος, οὐδὲ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι.»

34. Ἀλλ' ἐνταῦθα πολλῆς ἀσφαλείας ἐστὶ χρεία, D μήποτε κατὰ τοὺς Ἰουδαίους αἴρωμεν τὸν σταυρὸν, καὶ μὴ κατὰ τὸν Παῦλον. Ὁ μὲν γὰρ Παῦλος ὡς τρόπαιον τῆς ἁμαρτίας ἐφόρει τὸν σταυρόν· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι ἐπὶ τῷ τὸν Κύριον ἀνελεῖν. Διὰ τοῦτο ἀσφαλίζεσθαι χρὴ καὶ νήφειν, μήποτε, κατηγοροῦντες Ἰουδαίων, τὰ αὐτὰ αὐτοῖς κατὰ τοῦ Κυρίου πράττωμεν. Πολλοὶ γὰρ προσκυνοῦντες τὸν Κύριον, καὶ

in his damnati sunt, dum vellent condemnare Dominum. Quisquis transierit, sit, si velit, judex, nec ex rebus occultis obscurisque, sed ex gestis veritatem colligat. Consideretque, qui sit Dominicæ mortis fructus : quod Judaicarum insidiarum emolumentum. Siquidem mors Salvatoris orbem terrarum liberavit, ita ut gentes Deum glorificent : Judæorum vero furor civitatem cum ipsis Judæis perdidit, et in Dei cognitione ipsos excæcavit. Mors Domini mortuos vivificavit : Judæorum insidiæ Judæos ipsos vita privarunt, et jam absque Domino sunt. Crux Salvatoris Ecclesiam gentium, dum deserta esset, habitatoribus frequentavit ; Judæi vero improbitate sua orbe terrarum sese excluserunt, nec jam civitatem ullam habent. Ac rursum, mors Salvatoris, regnum cœlorum exhibuit : Judæi contra furore suo, reges suos perdiderunt, et magnates amiserunt. Ad hæc, crux Domini angelos cum hominibus sociavit, et conciliatrix ipsa fuit mutuæ illorum amicitiæ : et Judæi insidiis suis, dæmonum contubernium lucrati sunt. Mors Christi allevavit hominum peccandi insipientiam : Judæi vero præ furore insipientes facti sunt, jamque cum sirenis, erinaceis et struthionibus moribus conversantur, moribus absurdi perinde atque onocentauri. Pro lege enim apud illos injustitia obtinet : pro mansuetudine, «Furor illis secundum similitudinem serpentis [28].» In summa, nihil apud illos **83** quod non ipsis mortem inferat. Annon morti Domini adhærere convenit, ac dimittere consessum Pharisæorum? Annon præstat crucem potius adorare, quam Judæorum et mundi amicitiam nobis conciliare? Ideo namque scripsit beatus Paulus : «Omnia arbitratus sum detrimenta, ut Christum lucrifaciam [29] :» quare gloriam sibi crucem arbitratur, aiens : «Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo [30].» Quamobrem ipse Dominus ait : «Quicunque non tulerit crucem suam et secutus me fuerit, non est me dignus, nec potest meus esse discipulus [31].»

34. Sed hic multa cautione est opus, ne sicut Judæi tollamus crucem, non sicut Paulus. Paulus namque ut tropæum peccati gestabat crucem ; Judæi vero ut Dominum occiderent. Quapropter caute ac sobrie agendum, ne, dum incusamus Judæos, paria cum illis contra Dominum faciamus. Multi siquidem adorantes Dominum, nec sicut dignum illo est vitam agentes, non advertunt se

[28] Psal. LVII, 5. [29] Philipp. III, 8. [30] Galat. VI, 14. [31] Matth. X, 38 ; Luc. XIV, 27.

(74) Ἐξ deest in Anglicano.

(75) Anglican. Basil.ens. et Reg., prima manu, χωρὶς τοῦ νεκροῦ. Regius, secunda manu, χωρὶς τοῦ Κυρίου νεκροί. Editi, χωρὶς τοῦ Κυρίου.

(76) Basiliensis, στρουθίων.

(77) Regius, κατ' αὐτῶν ἐργάζεται.

(78) Regius et Basiliensis, Ὃς ἐὰν μή.

reos effici mortis Salvatoris : nam, « Quicunque manducaverit panem, et biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini [32], » testatur Apostolus. Eadem ratione, « Qui odit fratrem suum, non diligit Dominum ; » sed perinde atque Judæi illum odio habet. Qui autem pauperem nihili facit, is Dominum, ut Judæi, contumelia afficit. Hoc Salomon ait : « Qui despicit pauperem, exprobrat factori ejus [33]. » Qui negligit pauperem esurientem, sitientem et nudum, similis est Judæis qui Dominum exuerunt, et potaverunt aceto et felle. Et qui munera super innocentes acceperit, nihil differt ab eo qui Dominum vendidit, Juda : ipse enim quoque justitiam, quæ est Dominus, vendit, ut ille Christum vendidit. Et qui non judicat pupillo, nec viduæ jus suum reddit, is est similis insidiatoribus et calumniatoribus Domini. Demum, quæ quis in proximum operatur, ea reputantur facta in Dominum, qui propter nos descendit, et pro nobis mortuus est. Ita namque ait ipse Dominus in Evangeliis : « In quantum uni ex pusillis istis fecistis, mihi fecistis [34]. » Rursum hoc necessarie sciendum observandumque est. Qui fornicatur, suam ipse animam perdit, contumeliaque afficit, ut Judæi templum et corpus Domini. Qui vero, « templum Domini violaverit, disperdet illum Deus [35], » ut Paulus scribit. Et qui sub regno peccati degit, nihil differt a Judæis abnegantibus dicentibusque se, non Dominum, sed Cæsarem regem habere. Nec ignorandum est, eum qui voluptatibus subjicitur, iisque multum delectatur, ipsum, inquam, ut Judæos, Barabbam postulare, et Dominum occidere. Ita namque Judæi, improbos Barabbæ mores diligentes, demum virtutem sunt persecuti. Sciendum item, eum qui in fide firmus non est, similem iis esse qui increduli aiebant : « Si Filius Dei est, descendat nunc de cruce, et credemus ei [36]. » Nam hæc illi per incredulitatem dicebant. Quid igitur in hisce agendum? Nihil aliud quam credere Christo, et secundum illum vitam instituere, quemadmodum et Paulus ait : « Imitatores mei estote, sicut et ego Christi [37], » et Judæorum aversari amicitiam, incredulitatem, subsannationes, fabulas, genealogias interminatas, quæ potius quæstiones afferunt, quam ædificationem Dei in fide ; adhærere autem cruci, et ut illa dignum est vitam instituere : atque easdem quas Paulus voces proferre : « Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi [38]. » Nam si ita vitam agamus, credamusque in Dominum, cognoscemus ejus in cœlos assumptionem, ejusque ad dexteram majestatis sessionem ; videbimusque angelorum

A ἀναξίως αὐτοῦ πολιτευόμενοι, ἀγνοοῦσιν ὑπεύθυνοι γινόμενοι τοῦ θανάτου τοῦ Σωτῆρος· « Ὃς » γὰρ « ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον, καὶ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ Κυρίου ἀναξίως, ἔνοχός ἐστι τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου, » ὁ Ἀπόστολος μαρτύρεται. Οὕτως· « Καὶ ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ οὐκ ἀγαπᾷ τὸν Κύριον, » ἀλλ' ὥσπερ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ αὐτὸς οὕτως (79) ἐμίσει τοῦτον. Ὁ δὲ τὸν πένητα ἐξουθενῶν ἀτιμάζει καὶ αὐτὸς, ὡς οἱ Ἰουδαῖοι, τὸν Κύριον· τοῦτο λέγει Σαλομών· « Ὁ ἐξουθενῶν τὸν πένητα, ἀτιμάζει τὸν ποιήσαντα αὐτόν. » Ὁ παρορῶν πένητα πεινῶντα καὶ διψῶντα καὶ γυμνὸν, ὅμοιός ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις, τοῖς καὶ τὸν Κύριον ἐκδύσασι, καὶ ποτίσασιν αὐτὸν ὄξος καὶ χολήν. Καὶ ὁ λαμβάνων δῶρα ἐπ' ἀθῴοις οὐκ ἔστιν ἄλλος τοῦ πωλήσαντος τὸν Κύριον, ὡς ὁ
B Ἰούδας· καὶ αὐτὸς γὰρ τὴν δικαιοσύνην, ἥτις ἐστὶν ὁ Κύριος, πωλεῖ, ὡς ἐκεῖνος τὸν Χριστόν. Καὶ ὁ μὴ κρίνων ὀρφανῷ, καὶ τὸ δίκαιον ἀποδιδοὺς τῇ χήρᾳ, ὁ αὐτός ἐστι τοῖς ἐπιβουλεύσασι τῷ Κυρίῳ καὶ συκοφαντήσασιν αὐτόν. Καὶ τέλος, ὁποῖα ἄν τις εἰς τὸν πλησίον ἐργάσηται, ταῦτα εἰς τὸν Κύριον λογίζεται, τὸν δι' ἡμᾶς κατελθόντα καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις λέγει· « Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τῶν μικρῶν τούτων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. » Καὶ πάλιν, ὅπερ ἐστὶν ἀναγκαῖον εἰδέναι καὶ τηρεῖν· « Ὁ πορνεύων τὴν μὲν ἰδίαν ψυχὴν ἀπολλύει, ὑβρίζει δὲ καὶ αὐτὸς, ὡς Ἰουδαῖοι, τὸν ναὸν καὶ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου (80). » Ὁ γὰρ « τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρων, φθείρεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, » ὡς Παῦ-
C λος γράφει. Καὶ ὁ μὲν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας βασιλευόμενος οὐδὲν ἀποδέει τῶν ἀρνουμένων Ἰουδαίων, καὶ λεγόντων μὴ ἔχειν βασιλέα τὸν Κύριον, ἀλλὰ Καίσαρα. Μὴ ἀγνοείτω δὲ ὁ κρατούμενος ὑπὸ τῶν ἡδονῶν, καὶ μᾶλλον αὐταῖς τερπόμενος, ὅτι καὶ αὐτὸς, ὡς οἱ Ἰουδαῖοι, τὸν Βαραββᾶν αἰτεῖται, καὶ τὸν Κύριον ἀποκτείνει. Οὕτω γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι, τὸν φαῦλον τρόπον ἀγαπήσαντες τὸν τοῦ Βαραββᾶ, λοιπὸν τὴν ἀρετὴν ἀπεδίωξαν. Γινωσκέτω δὲ καὶ ὁ μὴ τῇ πίστει ἰσχυρὸς, ὅτι τοιοῦτός ἐστιν, ὡς οἱ ἀπιστοῦντες καὶ λέγοντες· « Εἰ Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ. » Καὶ γὰρ κἀκεῖνοι ἀπιστοῦντες ἐφθέγγοντο ταῦτα (81). Τί οὖν ἐπὶ τούτοις χρὴ ποιεῖν ; Οὐδὲν ἕτερον ἢ πιστεύειν τῷ Χριστῷ, καὶ κατ' αὐτὸν πολιτεύεσθαι, καθὼς καὶ ὁ
D Παῦλος λέγει· « Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ· » καὶ τὴν μὲν Ἰουδαίων ἐκτρέπεσθαι φιλίαν, καὶ ἀπιστίαν, καὶ χλεύην, καὶ μύθους, καὶ γενεαλογίας ἀπεράντους, αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκονομίαν Θεοῦ τὴν ἐν πίστει· ἔχεσθαι δὲ τοῦ σταυροῦ καὶ ἀξίως αὐτοῦ πολιτεύεσθαι, καὶ λέγειν τὰς αὐτὰς τῷ Παύλῳ φωνάς· « Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Οὕτω γὰρ πολιτευσάμενοι καὶ

[32] I Cor. XI, 27. [33] Prov. XIV, 31. [34] Matth. XXV, 40. [35] I Cor. III, 17. [36] Matth. XXVII, 42. [37] I Cor. IV, 16. [38] Galat. VI, 14.

(79) Anglicanus, καὶ αὐτὸς οὗτος.
(80) Anglicanus, τοῦ Ἰησοῦ. Infra in codice Regio, ὡς omissum ante Παῦλος γράφει.
(81) Regius, τοιαῦτα.

πιστεύσαντες εἰς τὸν Κύριον, γνωσόμεθα τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης κάθισιν, καὶ τὴν τῶν ἀγγέλων ὑποταγὴν ὀψόμεθα, καὶ τὴν μετὰ δόξης αὐτοῦ πάλιν παρουσίαν· ἣν ἄγγελοι μὲν προσημαίνουσιν, ἅγιοι δὲ ὑμνοῦσι· πάντες δὲ ὁρῶντες ἀγαλλιῶνται, καὶ χαίρουσιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, δι' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A subjectionem, ejusque secundum adventum cum gloria futurum : **84** quem angeli prænuntiant, sancti decantant : omnes autem qui vident, exsultant, et gaudent in Christo Jesu, per quem Patri gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟ ΠΑΘΟΣ (81*).

ATHANASII DE PASSIONE DOMINI.

(Mai, *Bibliotheca nova Patrum*, II, 578.)

« Ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως. » Ἄρτι δὲ τολμήσας κατὰ τοῦ Κυρίου, θεωρεῖ ἑαυτὸν ἐκβληθέντα τοῦ παντὸς, καὶ ὑπὸ πάντων καταπατούμενον (82), καὶ συντριβόμενον ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν· τό γε μὴν μέγα καὶ παράδοξον, ὅτι καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ] σταυροῦ κρεμαμένου τοῦ Κυρίου, B (αὐτοῦ γὰρ ἦν τὸ σῶμα, καὶ ἐν αὐτῷ ἦν ὁ Λόγος·) ὁ μὲν ἥλιος ἐσκοτίσθη, ἡ δὲ γῆ ἐτρόμαξεν, αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν, καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη, καὶ πολλὰ σώματα τῶν προκεκοιμωμένων ἀνέστη· καὶ οὐδεὶς, ὥσπερ νῦν Ἀρειανοὶ τολμῶσι, διελογίσατο εἰ δεῖ σαρκωθέντι τῷ Λόγῳ πείθεσθαι· ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπον βλέποντες, ἐπεγίνωσκον αὐτὸν ὄντα δημιουργὸν αὐτῶν· καὶ ἀνθρωπίνης φωνῆς ἀκούοντες, οὐ διὰ τὸ ἀνθρώπινον ἔλεγον ὅτι ὁ Λόγος κτίσμα ἐστίν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἔτρεμον, καὶ οὐδὲν ἧττον ἐγίνωσκον, ὅτι ἐκ ναοῦ ἁγίου ἐφθέγγετο· οὐ γὰρ κτίσμα ἡ κτίσις προσκυνεῖ· οὐδὲ πάλιν διὰ τὴν σάρκα, παρῃτεῖτο τὸν Κύριον ἑαυτῆς προσκυνεῖν, ἀλλὰ τὸν ἑαυτῆς δημιουργὸν ἔβλεπεν ἐν τῷ σώματι· καὶ ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ ἔκαμπτε C καὶ κάμψει, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστός· οὐ γὰρ ἀδοξίαν ἤνεγκεν ἡ σὰρξ τῷ Λόγῳ· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ μᾶλλον αὕτη δεδόξασται παρ' αὐτοῦ· οὐδὲ ἐπειδὴ δούλου μορφὴν ἀνέλαβεν ὁ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων Υἱὸς, ἠλαττώθη τῆς θεότητος, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ αὐτὸς ἐλευθερωτὴς πάσης σαρκὸς καὶ πάσης κτίσεως γέγονεν· ὃς καὶ σταυρούμενος, ἐμαρτυρεῖτο Δεσπότης τῆς κτίσεως· συστείλαντος μὲν ἡλίου τὰς ἀκτῖνας, καὶ τῆς γῆς τρεμούσης, τῶν δὲ πετρῶν σχιζομένων, καὶ τῶν δημίων ἐπιγνόντων, ὅτι ἀληθῶς Θεοῦ Υἱός ἐστιν ὁ σταυρωθείς· οὐ γὰρ ἀνθρώπου τινὸς ἦν τὸ βλεπόμενον σῶμα, ἀλλὰ Θεοῦ· ἐν ᾧ τυγχάνων καὶ ὅτε ἐσταυροῦτο, ἤγειρε νεκρούς· ὅτε καὶ ὁ ἥλιος ἀγανακτῶν, D καὶ μὴ φέρων τὰς κατὰ τοῦ κοινοῦ πάντων Δεσπότου γενομένας σωματικὰς ὕβρεις, ἃς ἐκὼν αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέμεινεν, ἀπεστράφη· καὶ τὰς ἀκτῖνας συστείλας, τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἀνήλιον ἔδειξεν.

« Regnavit mors ab Adamo usque ad Moysem. » Nunc vero facinus ausa adversus Dominum, videt se omni ope dejectam, conculcatam ab omnibus, pedibusque nostris protritam. Sed quod magnum est et inexspectatum, ipso in cruce pendente Domino (hujus enim corpus erat, in eoque Verbum exsistebat) sole obtenebrato, terra tremente, petris scissis, velo templi diviso, multisque præmortuorum corporibus ad vitam revocatis, nemo tamen ambigebat, ut nunc audacter faciunt Ariani, an incarnato Verbo esset credendum : sed hominem cernentes, agnoverunt eum Creatorem suum : et humanam vocem audientes, non tamen ob humanitatem aiebant Verbum esse creaturam : sed vehementius imo metuebant : neque eum secius agnoscebant, quam si de templo sancto oracula emitteret. Non enim rem creatam creatura adorat ; neque item carnis causa renuebat Dominum suum venerari, sed Creatorem suum in corpore spectabat : atque in nomine Jesu Christi omne genu tum flectebatur ac porro flectetur, et omnis lingua confitebitur, quod Dominus est Jesus Christus. Etenim caro ingloriam Verbum non effecit ; absit ; sed ipsa magis a Verbo glorificata fuit. Nec quia servi formam accepit, qui in forma Dei erat Filius, ideo divinitate deminutus fuit ; imo vero ipse liberator universæ carnis omnisque creaturæ evasit : quem etiam crucifixum testabantur Dominum esse creatarum rerum, sol radios suos contrahens, terra concussa, petræ scissæ, carnifices agnoscentes vere Dei Filium esse quem crucifixerant. Quippe haud alicujus hominis corpus erat quod spectabatur, sed Dei ; in quo deitas exsistens, tum etiam cum crucifigebatur, mortuos suscitabat. Quo tempore sol indignatus faciem avertit, minime videre sustinens illatas communi omnium Domino corporales injurias, quas hic sponte pro nobis toleravit. Itaque radiis contractis, diem illum sine sole præstitit.

(81*) Ita diserte cod. Vat. 1611. — Jam vero in Veneta S. Athanasii editione t. II, p. 61 seq., sermo habetur *De passione Domini*, quem cum ego cum hac et aliis de passione partibus in codice nostro a Niceta eclogario positis conferrem, deprehendi sermonem illum mutilum esse, partesque aliquot codicis cum editione congruere, partes tamen alias modo novas esse, modo satis diversas. Omissis itaque partibus omnino editis, hæc tamen præclara additamenta in lucem proferenda putavi. Nihil moror alterum de die Parasceves sermonem, qui in eodem Athanasii tomo, p. 385, legitur, qui neque Athanasii nomine dignus est, neque ad excerpta nostra pertinet.

(82) Hactenus ed. cit. p. 78 C. Sequitur deinde nova hæc pars. Id.

IN LIBRUM DE VIRGINITATE MONITUM.

I. *Haud abs re dubitavit Erasmus, sitne Athanasii hic liber, cujus sane stylus simplex et incultus, Athanasiano longe inferior videtur. Post Erasmum vero Sculletus hujusmodi ea de re tulit judicium :* De virginitate, *inquit*, sive de meditatione liber, si Athanasii est, mire dejecit stylum, inquit Erasmus. Ego vero et gravitatem theologicam abjecisse Athanasium dixerim, si istas pueriles præceptiones virgini præscripsit. Certe commune nihil habent cum germanis Patris celeberrimi scriptis. *Sed obstupescas plane si advertas, cujusmodi sint istæ pueriles præceptiones.* Hortatur virgines, *subdit Sculletus*, ad contemptum pecuniæ, jejunium, sobriam vitam, castitatem, preces, conversationem sanctam, eleemosynam, meditationes sanctas, recitationem Psalmorum et alia id genus. Præscribit et certas horas lectioni, synaxi, deprecationi, hymnis. Testificatur, illum in tertio ordine angelorum inventum iri, qui præcepta hæc servaverit. De salute sua neminem ante obitum certum esse posse docet. *En tibi, Sculteti judicio,* pueriles præceptiones, *quæ tamen aliæ non sunt quam eæ quas Dominus in Evangelio, D. Paulus in Epistolis suis tradidit. Unde præceptiones istas arbitramur esse pii cujusdam, rerumque ecclesiasticarum periti viri : Athanasii tamen esse vix crediderimus, cum ob diversum orationis genus, tum quia in antiquis collectionibus Athanasianis non reperitur.*

II. *Cæterum palam est diversum esse hunc librum, a sermonibus consolatoriis ad virginem laudatis a Theodoreto, lib.* II Hist. Eccl., *c.* 4, *de quibus alias. Nulla quippe hic mentio persecutionis, cujus causa illos edidit Athanasius. Porro hoc in opusculo memorantur hymnus* Gloria in excelsis, *cantus* Alleluia, *versiculus* Gloria Patri, *etc.* Et nunc et semper, *etc.*, *et alia id genus, quæ fortassis sequioris quam Athanasiani ævi videbuntur. Sed de his fuse in Præfatione generali.*

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΠΑΡΘΕΝΙΑΣ, ΗΤΟΙ ΠΕΡΙ ΑΣΚΗΣΕΩΣ.

—

S. P. N. ATHANASII

DE VIRGINITATE, SIVE DE ASCESI.

—

1. Exordium sermonis salutis ad virginem. Primum omnium crede in unum Deum Patrem omnipotentem, visibilium et invisibilium conditorem. Et in unigenitum ejus Filium Jesum Christum, qui est substantia Patris, Patrique per omnia potentia æqualis, qui ante sæcula fuit. Et in Spiritum sanctum, qui est in Patre et in Filio, quique a Patre mittitur, et per Filium datur. Pater et Filius et Spiritus sanctus, tres hypostases, deitas una, una potestas, unum baptisma. Ipse enim Deus noster, Pater omnium, intra sex dies fecit cœlum, et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt. Ipse namque cœlum sole, et luna, et sideribus pulcherrimis exornavit, et terram decenter fundavit super aquas, et ornavit eam plantis omnique genere lignorum. Jussu ejus erumpunt fluvii melliflui, et fontes perennes, et injunxit terræ, et produxit carnem, et creavit omnes bestias terræ secundum genus suum, et volucria cœli secundum

A 1. Ἀρχὴ λόγου σωτηρίας πρὸς τὴν παρθένον. Πρῶτον πάντων πίστευσον εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ὄντα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, κατὰ πάντα ἰσοδύναμον τῷ Πατρὶ, τὸν πρὸ αἰώνων ὄντα· καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα (82*) τὸ ἅγιον, τὸ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ ὂν, παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀποστελλόμενον, καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ διδόμενον. Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τρεῖς ὑποστάσεις, μία θεότης, μία δύναμις, ἓν βάπτισμα. Αὐτὸς γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Αὐτὸς γὰρ διεκόσμησεν τὸν οὐρανὸν (83) ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις παγκάλοις, καὶ τὴν γῆν εὐπρεπῶς ἐθεμελίωσεν ἐπάνω τῶν ὑδάτων, δια-
B κοσμήσας αὐτὴν ἐν φυτοῖς καὶ ξύλοις παντοδαποῖς. Καὶ τῇ κελεύσει αὐτοῦ ἐκπορεύονται ποταμοὶ μελίρρυτοι, καὶ πηγαὶ ἀένναοι, καὶ προσέταξε τῇ γῇ, καὶ ἐπήγαγε σάρκα (84), καὶ ἐποίησε πάντα τὰ θηρία

(82*) Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα. Hæc ex Athanasio citantur tom. VII. Concil. Epist. Adriani ad Carolum M. pag. 916.

(83) Ita Anglicanus. Editi vero, καὶ τὸν οὐρανόν.

(84) Felc. 2, καὶ ἐποίησε σάρκα. Paulo post, hæc, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατὰ γένος, desunt in Basiliensi.

τῆς γῆς κατὰ γένος, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ A κατὰ γένος. Ἐκέλευσε τοῖς ὕδασι, καὶ ἐξήγαγον ἰχθύας, καὶ ἐποίησε τὰ κήτη τὰ μεγάλα. Ὕστερον δὲ πάντων ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, καὶ πάντα παρέδωκεν αὐτῷ εἰς ὑπηρεσίαν. Εἶπε γὰρ Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Υἱῷ αὐτοῦ· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἔπλασε Κύριος ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, λαβὼν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς. Ἔβαλε δὲ Κύριος ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ ἔκστασιν, καὶ ὕπνωσε, καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς, καὶ ᾠκοδόμησε τὴν πλευρὰν, ἣν ἔλαβε, εἰς γυναῖκα, καὶ ἤγαγεν αὐτὴν πρὸς τὸν Ἀδὰμ, καὶ εἶπεν Ἀδάμ· Αὕτη νῦν σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου, καὶ ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου. Αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. Ἀντὶ τούτου B καταλείψει ἄνθρωπος τὸν Πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.»

genus suum. Præcepit aquis, et produxerunt pisces, et condidit immanes balænas. Postremo omnium fecit hominem, et omnia ei ad ministerium donavit. Dixit enim Dominus Deus Filio suo : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram : et formavit Deus hominem, sumens limum de terra, et posuit eum in paradiso voluptatis. Immisit autem Deus in Adam stuporem et consopivit eum, et sumpsit unam ex costis ejus, et carnem pro ea substituit, et ædificavit costam, quam sumpserat, in mulierem, eamque ad Adam perduxit, et dixit Adam : Hæc caro nunc ex 85 carne mea, et os ex ossibus meis. Ipsa vocabitur virago, quoniam ex viro suo sumpta est. Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem suam, et conjungetur uxori suæ, eruntque duo in carne una [39]. »

2. Ἄκουε, δούλη τοῦ Χριστοῦ, καὶ πάντες, ὅσοι θέλουσι σωθῆναι, καὶ ἐνωτίζονται τὰ ῥήματα τοῦ (85) στόματός μου· καὶ καταδεξάσθωσαν τὰ ὦτά σου θεοπνεύστους λόγους. « Τὸ μυστήριον γὰρ τοῦτο, φησὶ, μέγα ἐστὶ, » καθὼς εἶπεν ὁ μακάριος Παῦλος, ὅτι πᾶς (86) ὁ κολλώμενος τῇ γυναικὶ, ἓν σῶμά εἰσιν ἀμφότεροι. Οὕτω πάλιν πᾶς ἀνὴρ ἢ γυνὴ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι. Εἰ γὰρ οἱ τῷ κόσμῳ συναπτόμενοι καταλιμπάνουσι τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, καὶ συνάπτονται φθαρτοῖς ἀνθρώποις (87). πόσῳ μᾶλλον ἡ παρθένος ἐγκρατευομένη ὀφείλει καταλιπεῖν τὰ γήϊνα πάντα, καὶ τῷ Κυρίῳ μόνῳ κολληθῆναι; Μαρτυρεῖ δέ μοι τῷ λόγῳ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀπόστολος, λέγων· « Ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι. Ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρὶ (88), καὶ μεμέρισται. » Τοῦτο οὖν λέγω, ὅτι πᾶσα παρθένος, ἢ χήρα ἐγκρατευομένη, ἐὰν ἔχῃ φροντίδα ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, αὐτὴ ἡ φροντὶς ἀνὴρ αὐτῆς ἐστι· κἂν κτήματα, κἂν ὑπάρχοντα ἔχῃ, αὐτὴ ἡ μέριμνα μολύνει αὐτῆς τὴν διάνοιαν. Ὥσπερ γὰρ διὰ τοῦ ἀνδρὸς τὸ σῶμα μολύνεται, οὕτως καὶ αἱ σχέσεις αἱ κοσμικαὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα τῆς ἐγκρατευομένης μιαίνουσι, καὶ οὐκ ἔστιν ἁγία τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι. Ἡ δὲ φροντίζουσα τὸ ἔργον τοῦ D Θεοῦ, νυμφίος αὐτῆς ὁ Χριστός ἐστιν. Ἡ γὰρ ἁρμοσμένη ἀνδρὶ φθαρτῷ τὸ θέλημα τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ποιεῖ· οὕτως γὰρ εἴρηται, ὅτι « Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνήρ. » Καὶ πάλιν· « Ὥσπερ ἡ Ἐκκλησία ὑποτάσσεται τῷ Κυρίῳ, οὕτω καὶ αἱ γυναῖκες τοῖς ἀνδράσιν ἐν παντί. » Ἀπ' αὐτῶν γὰρ τῶν κοσμικῶν, ἐὰν θέλωμεν, καὶ τὰ ἄνω νοοῦμεν. Ἡ δὲ συναπτομένη τῷ ἐπουρανίῳ νυμφίῳ, τὸ θέλημα τοῦ νυμφίου αὐτῆς κατεργάζεται.

2. Audi, ancilla Christi, et quicunque salutem quærunt, et auscultant verba oris mei : et accipiant aures tuæ a Deo inspiratos sermones. « Hoc enim mysterium, » inquit divus Paulus, « magnum est [40], » eo quod omnis, qui agglutinatur uxori, ambo unum corpus sint. Ita quoque omnis vir sive mulier agglutinatus Domino, unus spiritus est. Si enim qui mundo copulantur, relinquunt patrem et matrem, ut mortalibus hominibus copulentur; quanto magis virgo continens relinquere debet terrestria omnia, et Domino soli agglutinari? Hujus mei dicti testis est ipse Apostolus, ita loquens : « Mulier innupta sollicita est eorum, quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu. Nupta vero sollicita est eorum, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro, et divisa est [41]. » Hoc igitur dico, quod omnis virgo, aut vidua continens, si curam suam collocet in hoc mundo, ejus rei cura illi pro marito est : sive possessiones, sive alias substantias possideat, ipsa sollicitudo contaminat ejus animam. Ut enim per virum corpus contaminatur, ita quoque habitus mundani, et animam et corpus continentis conspurcant, neque jam est sancta corpore et spiritu. Quæ autem curat opus Domini, hujus sponsus est Christus. Ea enim, quæ coaptatur viro corruptibili, voluntatem viri sui facit, ita enim scriptum est : « Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir [42] : » ac rursum : « Quemadmodum Ecclesia subjicitur Domino, ita quoque mulieres viris suis in omnibus [43]. » Exemplo namque mundanarum rerum, si ita velimus, cœlestia intellexerimus. Quæ autem conjungitur cœlesti sponso, voluntatem sui sponsi facit.

3. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ, τὸν κολ-

3. Ea autem est voluntas Christi, ut is qui ipsi

[39] Genes. I, 26; II, 7, 8, 21-24. [40] Ephes. V, 32. [41] I Cor. VII, 34. [42] Ibid. 4. [43] Ephes. V, 24.

(85) Basiliensis, Anglicanus et Felc. 2, τὰ ῥήματά μου. Editi vero, τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου.
(86) Πᾶς deest in Basiliensi.
(87) Anglicanus, θνητοῖς ἀνθρώποις.
(88) Sic Basiliensis. Editi vero, τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.

conglutinatus est, nihil secum omnino hujus sæculi ferat, nihil terrestria curet; sed solum ut crucem ejus, qui pro se crucifixus est, bajulare velit: curamque ac sollicitudinem gerat, die ac nocte, ut perpetuis hymnis, et glorificationibus eum celebret, illuminatum habeat mentis oculum, sciat illius voluntatem et ei obsequatur, cor simplex possideat, et mentem puram. Misericors sit, ut quemadmodum ipse miserator et misericors est, ita et nos quoque eum sequamur. Mansuetus et quietus atque patiens sit, nulli malum pro malo reddens, multas contumelias sustinens, quemadmodum ipse a Judæis contumeliis affectus, eas sustinuit. Verbera et cruciatus ferat: nam et ipse quoque hæc passus est: alapa enim a ministro pontificis cæsus, nihil contra fecit, sed tantum dixit: « Si male locutus sum, testimonium perbibe de malo: si autem bene, quid me cædis? [44] » Nonne potuit, qui terræ imperavit, ut Dathan et Abiron vivos deglutiret, rursum imperare, ut eum, qui manum extendit, ut cæderet suum conditorem, vivum deglutiret? Sed sustinuit, nobis relinquens exemplum, ut nos per ejus vestigia incedamus [45]. Tu autem homo non sustines ab ejusdem naturæ homine contumeliis affici. Imitare Dominum tuum. Si enim ille, cum Deus esset, toleravit propter te ab homine peccatore colaphis cædi; tu scilicet indignaris, quod homo similis tibi convicium dicit, et paras ultionem? Proh immensam animi stoliditatem, et stultitiam magnam! Ideo nobis pœna destinata est, et ignem ipsi nobis accendimus, quod cum rationales simus, irrationalibus bestiis nos **86** similes reddamus. In multa humilitate in hunc mundum venit: et opulentus cum esset, egenus factus est propter nos, ut nos illius egestate ditesceremus. Et Deus cum esset, homo factus est propter nos, et natus est ex Deipara Maria, ut nos liberaret a potentia diaboli.

4. Quapropter qui salvus esse cupit, faciat se stultum in hoc mundo, ut a Domino audiat sapiens. Ab hominibus contra, ii, qui in dando et accipiendo, in emendo, vendendo, negotiisque gerendis, in fraudando, fenerando versuti sunt, et ex uno obolo duos facere norunt, prudentes appellari solent. Sed Deus hos ipsos, stultos, imprudentes, et peccatores vocat. Audi enim, inquit, quid Deus per prophetam Jeremiam dicat: « Populus iste filii sunt prudentes ad malefaciendum, cæterum benefacere non noverunt [46]. » Beatusque Paulus ait: « Sapientia mundi hujus, stultitia est apud Deum, et qui vult sapiens esse, fiat stultus, ut sapiens efficiatur [47]. » Idem rursus ait: « Fratres, ne pueri sitis animo, sed

A λώμενον αὐτῷ μηδὲν ὅλως ἐπιφέρεσθαι (89) τοῦ αἰῶνος τούτου, μηδὲ τῶν γηΐνων φροντίζειν· ἀλλὰ μόνον τὸν σταυρὸν τοῦ σταυρωθέντος ὑπὲρ αὐτοῦ βαστάζειν αὐτὸν, καὶ ἔχειν φροντίδα καὶ μέριμναν νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἀκαταπαύστοις (90) ὕμνοις καὶ δοξολογίαις ὑμνεῖν αὐτὸν, πεφωτισμένον ἔχειν τὸ ὄμμα τῆς διανοίας, εἰδέναι τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ποιεῖν αὐτὸ, ἁπλῆν ἔχειν τὴν καρδίαν, καθαρὸν τὸν νοῦν. Ἐλεήμονα εἶναι, ἵνα, καθὼς αὐτὸς οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ἐστὶ, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐξακολουθῶμεν αὐτῷ. Πρᾶον καὶ ἡσύχιον εἶναι, ἀνεξίκακον, μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντα, ὕβρεων πολλῶν ἀνεχόμενον, καθὼς καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ὑβρίσθη, καὶ ὑπέμεινε. Πληγὰς καὶ βασάνους ὑποφέρειν· καὶ γὰρ αὐτὸς ταῦτα ἔπαθε· ῥαπισθεὶς γὰρ ὑπὸ τοῦ δούλου τοῦ B ἀρχιερέως, οὐδὲν ἐποίησεν, ἀλλὰ μόνον εἶπεν· « Εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις; » οὐκ ἠδύνατο ὁ κελεύσας τῇ γῇ, ἵνα τοὺς περὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν ζῶντας καταπίῃ, καὶ τοῦτον τὸν ἐκτείναντα τὴν χεῖρα καὶ τύψαντα τὸν ἑαυτοῦ δημιουργὸν ζῶντα καταπιεῖν; Ἀλλ' ὑπέμεινεν, ἡμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμὸν, ἵν' ἡμεῖς τοῖς ἐκείνου ἴχνεσιν ἐπακολουθήσωμεν. Σὺ δὲ, ἄνθρωπε, οὐ βαστάζεις ὑπὸ τοῦ ὁμογενοῦς σου ἀνθρώπου ὑβρισθῆναι. Μίμησαι τὸν Δεσπότην σου. Εἰ γὰρ ἐκεῖνος Θεὸς ὢν ἐβάσταζε διὰ σὲ ὑπὸ ἀνθρώπου ἁμαρτωλοῦ ῥαπισθῆναι, σὺ ἀγανακτεῖς, ὅτι ὅμοιός σου ἄνθρωπος ἐλοιδόρησέ σε, καὶ ζητεῖς ἀνταποδοῦναι αὐτῷ; Ὢ πολλῆς ἀνοίας καὶ ἀφροσύνης μεγάλης! Διὰ C τοῦτο καὶ κόλασις ἡμῖν ἡτοίμασται, καὶ ἑαυτοῖς τὸ πῦρ ἐξάπτομεν· ὅτι καὶ λογικοὶ ὄντες, τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἑαυτοὺς εἰκάζομεν. Ταπεινοφροσύνῃ πολλῇ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἐλήλυθε, καὶ πλούσιος ὢν, ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς, ἵν' ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. Καὶ Θεὸς ὢν γέγονε ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς, καὶ ἐγεννήθη ἐκ τῆς Θεοτόκου Μαρίας, ἵνα ἠλευθερώσῃ ἡμᾶς ἐκ τῆς δυναστείας τοῦ διαβόλου.

4. Ὅθεν ὁ σωθῆναι θέλων ποιεῖ ἑαυτὸν μωρὸν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἵνα παρὰ τῷ Θεῷ ἀκούσῃ σοφός. Οἱ γὰρ ἄνθρωποι τοὺς εἰδότας δοῦναι, καὶ λαβεῖν καὶ ἀγοράζειν καὶ πωλεῖν, πραγματεύεσθαι, καὶ ἀφυστερεῖν τὰ τοῦ πλησίον, καὶ πλεονεκτεῖν, καὶ δανείζειν, καὶ τὸν ἕνα ὀβολὸν ποιεῖν δύο, τούτους φρονίμους ἀπο- D καλοῦσιν· ὁ δὲ Θεὸς μωροὺς καὶ ἀσυνέτους, καὶ ἁμαρτωλοὺς τοὺς τοιούτους καλεῖ. Ἄκουε γὰρ, φησὶ, τί αὐτὸς ὁ Θεὸς διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου εἴρηκεν· « Ὁ λαὸς οὗτος υἱοὶ ἄφρονές εἰσι (91) τοῦ κακοποιῆσαι· τὸ δὲ καλὸν ποιῆσαι οὐκ ἐπέγνωσαν. » Καὶ ὁ μακάριος Παῦλος· « Ἡ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι, καὶ ὁ θέλων σοφὸς γενέσθαι μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός. » Καὶ πά-

[44] Joan. XVIII, 23. [45] I Petr. II, 21. [46] Jerem. IV, 22. [47] I Cor. III, 18, 19.

(89) Felc. secundus, περιφέρεσθαι. Mox, Anglicanus, μηδὲ τὸ γήϊνον. Paulo post, edit., ὑπὲρ αὐτοῦ βουλήσει βαστ. Sed βουλήσει abest ab Anglicano et Felc. 2.
(90) Basiliensis, ἀκαταπαύστως.
(91) Εἰσι deest in Anglic. Ibid. mss. ut in textu. Editi vero, τὸ δὲ ἔγνωσαν καλὸν ποιῆσαι οὐκ ἐπέγ. Ibidem, Basil., οὐκ ἔγνωσαν. Hic autem locus hic mutilus affertur etiam quod ad sententiam spectat, nam sic habentur, Jerem. IV, 21, υἱοὶ ἄφρονές εἰσι, καὶ οὐ συνετοὶ, σοφοί εἰσι τοῦ, etc.

λιν ὁ αὐτὸς λέγει· « Ἀδελφοὶ, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε. » Ὁ γὰρ Θεὸς εἰς τὰ γήϊνα θέλει μωροὺς εἶναι, εἰς τὰ ἐπουράνια φρονίμους. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ ἀντίδικος ἡμῶν διάβολος φρόνιμός ἐστι τῇ κακίᾳ, καὶ ἡμᾶς δεῖ αὐτῷ φρονίμως ἐπέρχεσθαι (92), πρὸς τὸ νικῆσαι αὐτοῦ τὰς κακοτέχνους ἐπιβουλάς. Λέγει γὰρ ὁ Σωτὴρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· « Γίνεσθε φρόνιμοι, ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. » Ὁ δὲ καλούμενος παρ' αὐτῷ φρόνιμος, οὗτός ἐστιν ὁ σοφιζόμενος ποιῆσαι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσειν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ.

5. Μέγα φάρμακόν ἐστι σωτηρίας ἡ ταπεινοφροσύνη· ὁ γὰρ Σατανᾶς οὐχ ἕνεκεν πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ κλοπῆς κατηνέχθη ἐκ τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ἡ ὑπερηφανία αὐτὸν κατέβαλεν εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς ἀβύσσου. Οὕτω γὰρ εἴρηκεν· « Ἀναβήσομαι, καὶ θήσομαι τὸν θρόνον μου ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ· » καὶ διὰ τοῦτον τὸν λόγον κατεβλήθη, καὶ ἐγένετο ἡ κληρονομία αὐτοῦ τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. Ἡ οὖν ὑπερηφανία ἐν τῷ διαβόλῳ ἐστίν· ἡ δὲ ταπεινοφροσύνη ἐν τῷ Χριστῷ· αὐτὸς γὰρ ὁ Κύριος λέγει, ὅτι « Ὁ θέλων ἐν ὑμῖν εἶναι μέγας, ἔστω πάντων δοῦλος. » Ὁ γὰρ Θεὸς τῶν ταπεινῶν ἐστιν (93).

6. Ἀγαπήσωμεν σφόδρα τὴν νηστείαν· μέγα γὰρ φυλακτήριόν ἐστιν ἡ νηστεία, καὶ ἡ προσευχὴ, καὶ ἡ ἐλεημοσύνη· ἐκ θανάτου γὰρ ῥύονται τὸν ἄνθρωπον. Ὥσπερ γὰρ διὰ βρώματος καὶ παρακοῆς ἐξεβλήθη ὁ Ἀδὰμ ἐκ τοῦ παραδείσου, οὕτω πάλιν διὰ νηστείας καὶ ὑπακοῆς ὁ θέλων εἰσέρχεται εἰς τὸν παράδεισον. Ἐν ταύτῃ τῇ ἀρετῇ κόσμησον τὸ σῶμά σου (94), ὦ παρθένε, καὶ ἀρέσεις τῷ ἐπουρανίῳ νυμφίῳ· αἱ γὰρ τῷ κόσμῳ συναπτόμεναι, καὶ μύροις, καὶ θυμιάμασι, καὶ εὐωδίαις, καὶ ἐν ἱματίοις πολυτελέσιν, καὶ χρυσῷ καλλωπίζουσαι τὰ σώματα ἑαυτῶν πρὸς τὸ ἀρέσαι τοῖς ἀνθρώποις, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. Ὁ δὲ Χριστὸς οὐδὲν τούτων χρήζει παρὰ σοῦ, εἰ μὴ μόνον καρδίαν καθαρὰν, καὶ σῶμα ἀμόλυντον, ὑπωπιαζόμενον ὑπὸ νηστείας. Ἐὰν δὲ ἔρχωνταί τινες καὶ λέγωσί σοι, ὅτι μὴ νήστευε πυκνά· εἰ δὲ μή γε, ἀσθενεστέρα γενήσῃ· οὐ πιστεύσῃς αὐτοῖς, οὐδ' οὐ μὴ ὑπακούσῃς αὐτῶν (95)· ὁ γὰρ ἐχθρὸς αὐτοὺς ὑποβάλλει. Μνήσθητι τὸ γεγραμμένον, ὁπότε οἱ τρεῖς παῖδες καὶ Δανιὴλ ᾐχμαλωτεύθησαν ὑπὸ Ναβουχοδονόσωρ βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ ἄλλα παιδάρια μετ' αὐτῶν, καὶ ἔταξεν αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς ἐσθίειν ἀπὸ τῆς τραπέζης αὐτοῦ, καὶ πίνειν ἀπὸ τοῦ οἴνου αὐτοῦ· Δανιὴλ δὲ καὶ οἱ τρεῖς παῖδες, αὐτοὶ οὐκ ἠθέλησαν (96) ἀλισθῆναι ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ λέγουσι τῷ εὐνούχῳ τῷ παραλαβόντι αὐτούς· « Δὸς ἡμῖν ἀπὸ τῶν σπερμάτων τῆς γῆς, καὶ φαγόμεθα. » Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ εὐνοῦχος· Φοβοῦμαι ἐγὼ τὸν βασιλέα τὸν ἐκτάξαντα τὴν βρῶσιν ὑμῶν καὶ τὴν πόσιν, μήποτε ὀφθῶσι τὰ πρόσωπα ὑμῶν σκυ-

A malitia parvuli sitis [48]. » Deus enim ad terrestria nos stultos esse vult, et ad cœlestia prudentes. Nam et adversarius noster diabolus prudens est in malitia, et nos oportet adversus eum prudenter incedere, ut vincamus illius versutas insidias. Dicit enim Salvator in Evangeliis : « Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ [49]. » Qui autem ab eo prudens vocatur, is est qui sapienter agit ad faciendam voluntatem Dei, et ad servanda præcepta ejus.

5. Ingens remedium est ad salutem animi humilitas : siquidem Satanas non ob scortationem, aut adulterium, aut furtum dejectus est ex cœlis, sed superbia illum inde præcipitavit ad inferiores B abyssi partes, cujus hæc verba fuere : « Ascendam, et ponam thronum meum e regione Dei, et ero similis Altissimo [50]. » Et ob hæc verba dejectus est, ignisque æternus illius hæreditas et portio fuit. Superbia itaque in diabolo est, humilitas contra in Christo · ipse namque Dominus ait : « Si quis inter vos cupiat fieri magnus, sit omnium minister [51]. » Deus enim humilium est.

6. Amemus valde jejunium ; magnum enim munimentum est jejunium, oratio item, et eleemosyna ; ex morte quippe hominem liberant. Ut enim ob esum et inobedientiam exturbatus est Adam ex paradiso, ita rursum per jejunium et obedientiam C in paradisum, qui volet, ingredietur. In hac virtute cultum corporis tui, et ornamenta quære, o virgo, et placebis cœlesti sponso. Nam quæ mundo sociantur, et unguentis, aromatibus et bonis odoribus, et amictu pretioso, et auro venustant sua corpora, ut placeant hominibus : Deo placere non possunt. Christus autem nihil horum a te requirit, nisi solum cor mundum et corpus incontaminatum, jejunioque maceratum. Quod si accedant aliqui et dicant tibi, Ne frequenter jejunes, ne imbecillior fias ; nec illis credas, nec auscultes : istos enim inimicus submittit. Reminiscere ejus, quod scriptum est, cum Daniel et tres pueri capti essent a rege Babylonis Nabuchodonosore, et alii pueri una cum illis : jussissetque rex, ut de sua mensa comD ederent, et de suo vino biberent, Danielem et tres pueros noluisse contaminari ex mensa regia, et ad eunuchum dixisse qui eos curabat : « Da nobis de leguminibus terræ, et vescemur eis [52]. » Quibus respondit eunuchus : Timeo ego regem, qui hunc cibum **87** vobis et potum imperavit dari, ne facies vestræ regi præ cæteris pueris, qui regia mensa aluntur, appareant squalidiores, et puniat me. Cui responderunt : Experire id in servis tuis plus minus decem diebus, et da nobis postulatum. Et de-

[48] I Cor. XIV, 20. [49] Matth. X, 16. [50] Isa. XIV, 14. [51] Matth. XX, 26. [52] Dan. I, 12.

(92) Felckman. 2, ἔρχεσθαι.
(93) Γάρ abest a Basiliensi et Anglicano.
(94) Σου deest in Anglicano.
(95) Felckman. 2, αὐτοῖς.
(96) Anglicanus, ἤθελον. *Forte*, ἀλισγηθῆναι.

dit eis legumina ad cibum, et aquam ad potum, et introduxit eos ad regem, et visæ sunt species illorum eximiæ super eos, qui ex regia mensa vescebantur.

A θρωπὰ ἐνώπιον τοῦ βασιλέως παρὰ πάντα τὰ παιδάρια τὰ ἐσθίοντα ἐκ τῆς τραπέζης τοῦ βασιλέως, καὶ καταδικάσῃ με. Εἶπον δὲ αὐτῷ· Πείρασον τοὺς δούλους σου ἡμέρας ὡσεὶ δέκα, καὶ δὸς ἡμῖν. Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὄσπρια φαγεῖν, καὶ ὕδωρ πιεῖν· καὶ εἰσήγαγεν αὐτοὺς ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, καὶ ὤφθησαν αἱ ἰδέαι αὐτῶν ἐκλεκταὶ παρὰ τὰ παιδάρια τὰ ἐσθίοντα τὴν τράπεζαν τοῦ βασιλέως.

7. Vides quid faciat jejunium, morbos sanat, fluxiones corporis exsiccat, dæmones fugat, malas cogitationes expellit, mentem nitidiorem, cor purgatum, corpus sanctificatum efficit, et ad thronum Dei hominem sistit. Sed ne putes ista temere dici : habes ejus rei testimonium in Evangeliis, ab ipso Salvatore prolatum : « Sciscitati sunt ab eo discipuli, dicentes, Domine, declara nobis quonam pacto immundi spiritus fugantur. » Quibus respondit Dominus : « Hoc genus non ejicitur, nisi orationibus et jejuniis[83]. » Quisquis igitur ab immundo spiritu vexatur, si ei in mentem venerit, atque usus fuerit hoc remedio, id est jejunio, statim spiritus malus angustiatus secedit, veritus jejunium. Multum enim dæmones delectantur crapula, ebrietate et otio corporis. Magna virtus jejunium, et præclara per illud eduntur facinora. Alioquin unde homines tantas virtutes operantur et signa edunt, eorumque opera infirmis sanitatem Dominus tribuit, nisi plane ob ascesin, humilitatem et probum vitæ institutum? jejunium enim angelorum est vita, quo qui utitur angelici ordinis censendus est. Neque arbitrere, dilecte, ea simpliciter in re consistere jejunium. Non enim qui a cibis solum abstinet, is recte agit, sed ejus qui abstinet ab omni opere malo, jejunium acceptum habebitur. Nam si jejunes, nec observes os tuum ne loquatur malum, nec caveas tibi ab iracundia, mendacio, perjurio : si quid mali contra proximum tuum loquare; si, inquam, ex jejunantis ore, horum quidpiam proficiscatur, nihil hinc utilitatis percipit, sed totum laborem suum perdit. Tu itaque, Christi famula, et quotquot salutem consequi cupiunt, si jejunaveris, purifica temetipsam ab omni pecuniæ amore, quia qui pecuniam amat, non potest Deum diligere. « Radix enim omnium malorum est avaritia[84]. »

7. Ὁρᾷς τί ποιεῖ ἡ νηστεία, καὶ νόσους θεραπεύει, καὶ ῥεύματα σωματικὰ ξηραίνει, καὶ δαίμονας ἐκβάλλει, καὶ λογισμοὺς πονηροὺς ἀποδιώκει, καὶ τὸν νοῦν λαμπρότερον ποιεῖ, καὶ καρδίαν καθαρὰν, καὶ σῶμα ἡγιασμένον, καὶ τῷ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ παρίστησι τὸν ἄνθρωπον. Καὶ ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι ταῦτα ἁπλῶς λέγονται, ἔχεις μαρτυρίαν (97) ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις παρὰ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένην· « Ἠρώ- B τησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· Κύριε, δεῖξον ἡμῖν ποίῳ τρόπῳ (98) τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα φυγαδεύονται. » Εἶπε δὲ ὁ Κύριος· « Τοῦτο τὸ γένος οὐκ ἐκβάλλεται εἰ μὴ ἐν προσευχαῖς καὶ νηστείαις. » Πᾶς οὖν ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου ὀχλούμενος, ἐὰν νοήσῃ, καὶ χρήσηται τῷ φαρμάκῳ τούτῳ, λέγω δὴ τῇ νηστείᾳ, εὐθὺς τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν στενοχωρούμενον ἀναχωρεῖ, φοβούμενον τὴν νηστείαν. Πάνυ γὰρ τέρπονται οἱ δαίμονες τῇ κραιπάλῃ, καὶ τῇ μέθῃ (99), καὶ τῇ ἀναπαύσει τοῦ σώματος. Μεγάλη δύναμις νηστεία, καὶ μεγάλα κατορθώματα γίνεται δι' αὐτῆς. Ἐπεὶ πόθεν καὶ οἱ ἄνθρωποι μεγάλας δυνάμεις ἐπιτελοῦσι, καὶ σημεῖα δι' αὐτῶν γίνεται, καὶ ἰάματα τοῖς κάμνουσι δι' αὐτῶν δωρεῖται ὁ Θεὸς, εἰ μὴ πάντως δι' ἀσκήσεως καὶ ταπεινοφροσύνης, καὶ πολι- C τείας ἀγαθῆς; νηστεία γὰρ ἀγγέλων βίος ἐστὶ, καὶ ὁ χρώμενος αὐτῇ ἀγγελικὴν τάξιν ἔχει. Καὶ μὴ νομίσῃς, ἀγαπητὲ, ὅτι οὕτως ἁπλῶς ἐστιν ἡ νηστεία· οὐ γὰρ ὁ νηστεύων ἀπὸ βρωμάτων μόνον (1), ἐκεῖνος κατώρθωσεν· ἀλλ' ὁ ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, τούτῳ λογίζεται ἡ νηστεία. Ἐὰν γὰρ νηστεύσῃς, καὶ μὴ τηρήσῃς τὸ στόμα σου λαλῆσαι λόγον πονηρὸν, ἢ ὀξυχολίαν, ἢ ψεῦδος, ἢ ἐπιορκίαν, ἢ καταλαλήσῃς κατὰ τοῦ πλησίον σου, ἐὰν ταῦτα ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ νηστεύοντος, οὐδὲν ὠφέλησεν· ἀλλὰ καὶ ὅλον τὸν κόπον αὐτοῦ ἀπώλεσε. Σὺ οὖν, δούλη τοῦ Χριστοῦ, καὶ πάντες, ὅσοι θέλουσι σωθῆναι, ἐὰν νηστεύσῃς, ἅγνισον σεαυτὴν ἀπὸ πάσης φιλαργυρίας· ὅτι ὁ ἀγαπῶν ἀργύριον οὐ δύναται τὸν Θεὸν ἀγαπᾷν. « Ῥίζα γὰρ πάντων D τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία. »

8. Ambitionem et arrogantiam summopere fugias. Si tibi cogitatio suggerat, te ob profectum in virtute magnam præclaramque esse, ne credas ei. Inimicus enim est, qui te impedit, et ambitionem subjicit. Ne itaque eam admittas cogitationem, quæ laudes repræsentet tuas. Quod si tibi sese talis offerat cogitatio : Noli tam graves subire labores, cum alias possis salutem consequi; ne illi obsequare. Inimicus namque est, qui tibi mollitiem, se-

8. Τὴν κενοδοξίαν καὶ ἀλαζονείαν ἰσχυρῶς φεῦγε. Ἐὰν ὑποβάλλῃ σοι ὁ λογισμὸς, ὅτι μεγάλη γέγονας καὶ καλὴ, προβεβηκυῖα τῇ ἀρετῇ, μὴ πιστεύσῃς αὐτῷ· ὁ ἐχθρὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐμποδίζων καὶ κενοδοξίαν ὑποβάλλων. Οὐκ ἀνέξῃ οὖν τοῦ λογισμοῦ ἐπαινοῦντός σε. Ἐὰν δὲ ὑποβάλλῃ σοι ὁ λογισμὸς λέγων, ὅτι, Μὴ θέλε κοπιᾷν οὕτω δυσκόλως, δύνασαι σωθῆναι· οὐκ ἀκούσεις αὐτοῦ· ὁ ἐχθρὸς γάρ ἐστιν ὁ ὑποβάλλων χαύνωσιν καὶ ὀλιγωρίαν, ἵνα σε κατα-

[83] Matth. XVII, 18-20. [84] I Tim. VI, 10.

(97) Felckm. 2, ἔχεις γὰρ μαρτ.
(98) Sic Basil. et Anglic. Editi. ἐν ποίῳ τρόπῳ.
(99) Καὶ τῇ μέθῃ abest ab Anglicano et Felc. 2.

(1) In Basil. deest μόνον. Anglic. habet μόνον. Editi, μόνος.

βάλῃ ἀπὸ τῆς ἐναρέτου σου πολιτείας. Πολλὰ γάρ ἐστι μηχανήματα ἐκ τοῦ ἐχθροῦ γινόμενα τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. Ὑποβάλλει γὰρ τοῖς ἀνθρώποις, ἄρχεται καὶ ἐπαινεῖν λόγοις, πρὸς τὸ ὑψωθῆναι τὴν καρδίαν αὐτῶν. Σὺ δὲ μὴ καταδέξῃ ἔπαινον ἀνθρώπων. Ἐὰν δέ τίς σοι εἴπῃ, Μακαρία εἶ (2)· λέγε αὐτῷ· Ἐὰν ἐξέλθω ἐκ τοῦ σώματος τούτου καλῶς τελειώσασα, τότε μακαρισθήσομαι. Ἄρτι γὰρ οὐ πιστεύω ἐμαυτῇ, ὅτι μακαρία εἰμί (3). Οἱ γὰρ ἄνθρωποι, ὡς ἄνεμος, οὕτω μεταβαλλόμεθα. Πολλάκις δὲ ὑποβάλλει σοι ἐξουθενεῖν τοὺς ἐσθίοντας· μὴ πιστεύσῃς αὐτῷ· ἀλλότριος γάρ ἐστι· πάντων γὰρ ἐλαχιστοτέραν σεαυτὴν (4) λογίζου, ἵνα πολλοὺς προάξῃς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ παρὰ Θεῷ ὑψωθήσῃ. Ὑποβάλλει δὲ ὁ ἐχθρὸς καὶ ἄσκησιν μεγάλην, ἵνα τὸ σῶμα ἀσθενὲς καὶ ἀχρήσιμον ποιήσῃ. Σοῦ οὖν ἡ νηστεία μέτρον ἐχέτω. Νήστευσον οὖν (5) ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν χωρὶς πάσης ἀνάγκης· ὥρᾳ δὲ ἐνάτῃ τῆς ἡμέρας, ἐν ὕμνοις καὶ προσευχαῖς διατελέσασα, μεταλάμβανε τῶν ἄρτων σου ἐν λαχάνῳ ἀναπεποιημένῳ ἐλαίῳ. Πάντα ἁγνὰ ὅσα ἄψυχα.

9. Σὺ δὲ, ὦ παρθένε, μηδεὶς καταμανθανέτω τὴν ἄσκησίν σου, μηδὲ αὐτῶν ἰδίων σου συγγενῶν· ἀλλ' εἴ τι ποιεῖς, ἐν κρυπτῷ ποίει· καὶ ὁ Πατήρ σου ὁ οὐράνιος, ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ (6). Ἐὰν δὲ φανερώσῃς σου τὸν βίον, κενοδοξία σοι τίκτεται, καὶ ζημιοῖ· ἐὰν δὲ εὕρῃς ψυχὴν ὁμοσύμφωνον πονοῦσαν τῷ Θεῷ, ὡς καὶ σὺ, ταύτῃ μόνῃ ἀποκάλυψον ἐν μυστηρίῳ· ἐκεῖ οὐκ ἔστι κενοδοξία. Ἐλάλησας γὰρ, ἵνα σωθῇ ψυχή· πολὺν μισθὸν λήψῃ, ἐὰν σωθῇ διὰ σοῦ ψυχή. Τοῖς ἔχουσι πόθον ἀκούειν λάλει τὰ συμφέροντα. Ἐὰν δὲ ἀκούῃ καὶ μὴ ποιῇ, μηδὲν λάλει. Λέγει γὰρ ὁ Κύριος· « Μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσί· μηδὲ βάλλητε (7) τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. » Κύνας γὰρ καὶ χοίρους ἀποκαλεῖ ὁ Χριστὸς (8) τοὺς ἐν ἀτίμῳ βίῳ διάγοντας· μαργαρῖται γὰρ τίμιοί εἰσιν οἱ τοῦ Θεοῦ λόγοι, τοῖς ἀξίοις μόνοις διδόμενοι.

A gnitiemque ejusmodi subjicit, ut te a probo tuo vitæ instituto dejiciat. Multa quippe sunt ejus machinamenta adversus Dei servos. Submittit enim hominibus cogitationes : incipit laudare, ut corda eorum extollat. Tu vero ne hominum laudes admittas. Quod si quis tibi dixerit : Beata es; responde illi : Quando vita probe peracta ex hoc corpore excessero, tunc beata prædicabor. Jam enim non credam me beatam esse. Homines quippe quasi ventus; ita mutamur. Plerumque suadet tibi, ut eos qui comedunt despicias : sed ne credas ei, alienus quippe est; quin potius te omnium minimam reputato, ut multos præmittas in regnum cœlorum, et a Deo exalteris. Si suadet tibi inimicus ingentem ascesin seu exercitationem, ut corpus B tuum infirmum et **88** inutile efficiat : tuum jejunium modum habeat. Jejuna itaque totum annum nisi aliud postulet necessitas; hora autem nona in hymnis et orationibus transacta, sume panes tuos cum oleribus oleo conditis. Omnia pura sunt quæcunque inanimata.

9. Tu autem, o virgo, id age, ut nemo tuam norit ascesin, ne ex cognatis quidem tuis : sed si quid agis, in occulto age : et Pater tuus cœlestis qui videt in occulto, reddet tibi in publico. Quod si vitam tuam manifestaveris, hinc tibi nascetur inanis gloriæ cupiditas, atque detrimentum senties. Si vero animam repereris tibi consentientem, atque Deo eadem ratione servientem, huic soli secreta tua revelato : hac enim in re non est inaC nis gloria. Locuta namque es ut salva fieret anima : magnam mercedem recipies, si per te anima salutem consequatur. Quibus inest audiendi desiderium loquere quæ sint utilia. Quod si ille audierit et audita non exsequatur, ne loquere ultra. Ait enim Dominus : « Ne date sancta canibus, neque projicite margaritas vestras ante porcos [35]. » Canes namque et porcos vocat Dominus eos, qui turpem agunt vitam. Margaritæ quippe pretiosæ sunt, Dei verba, quæ iis tantum qui digni sunt tribuuntur.

10. Ὦ μακαρία ψυχὴ ἡ ἀκούσασα τούτους τοὺς λόγους τοὺς γεγραμμένους ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ, καὶ ποιοῦσα! Μαρτύρομαι παντὶ ἀνθρώπῳ (9), ἀκούοντι τὰ ῥήματα ταῦτα καὶ ποιοῦντι, ὅτι τὸ ὄνομα αὐτοῦ γραφήσεται ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς, καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τάγματι τῶν ἀγγέλων εὑρεθήσεται. Ἐὰν οὖν προσεύχῃ, ἢ ψάλλῃς, ἢ ἀναγινώσκῃς (10), κατ' ἰδίαν κάθου· μηδεὶς ἀκουέτω, εἰ μὴ σὺ μόνη. Καὶ ἐὰν ἔχῃς ἐμψύχους μίαν ἢ δύο παρθένους· λέγει γὰρ ὁ Χριστός· « Ὅπου δύο ἢ τρεῖς εἰσι συνηγμένοι ἐν τῷ ὀνόματί μου (11), ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν· » ἀπό-

10. O beata anima quæ sermones audierit hoc in libro scriptos, atque executa eos fuerit. Testificor omni homini, qui audierit hæc verba et fecerit ea, quod nomen ejus scribendum sit in libro vitæ, et quod ipse in tertio angelorum ordine sit D collocandus. Si igitur ores aut psallas, legasve, seorsum sede : nemo audiat nisi tu sola. Et si habeas concordem unam aut alteram virginem, ait enim Christus : « Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum [36]; » abjice muliebrem sensum, ac fiduciam virileque

[35] Matth. VII, 6. [36] Matth. XVIII, 20.

(2) Basiliensis et Anglicanus, Μακάριος εἶ. Paulo post, Anglic., τελειώσας.
(3) Basil. et Anglic., Μακάριος. Paulo post, Anglic., Εἰ δὲ πολλάκις ὑπ.
(4) Basiliensis et Anglic., ἐλαχιστότερον σεαυτόν.
(5) Οὖν deest in Basil. et Anglic.
(6) In Anglic. et Felc. 2, deest illud, ἐν τῷ φανερῷ.
(7) Anglicanus, βάλητε.
(8) Anglicanus, ὁ Θεός.
(9) Ἀνθρώπῳ abest ab Anglic. et Felc. 2.
(10) Sic Basil. et Anglic. Editi vero, ἢ ψάλλεις, ἢ ἀναγινώσκεις. Mox, Basil. et Anglic., ἔχῃς. Editi, ἔχεις.
(11) Basil., ὑπηγμένοι διὰ τὸ ὄνομά μου.

robur assume. Nam in regno cœlorum non est masculus neque femina, sed quæcunque mulieres Domino placuerunt, virorum ordinem accipiunt. Juvenilia ornamenta obliviscere, ut bonæ viduæ pretium accipias. Ait enim beatus Paulus: « Viduas honora, quæ vere viduæ sunt. Quæ vere vidua est et desolata, in Deo sperat, et permanet in observationibus et orationibus nocte et die. Quæ autem in deliciis est, mortua est. Vidua eligatur non minus annorum sexaginta, quæ fuerit unius viri uxor: si hospites exceperit, si liberos educaverit, si pedes sanctorum laverit, si afflictis opem tulerit, si omne bonum opus prosecuta fuerit. Juniores viduas recusa: cum enim lascivierint adversus Christum, tunc nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt [87]. »

11. Tu autem si non facias tibi juveniles habitus, non audies junior, sed ætate grandior, honorque tibi erit quasi ætate majori. Materia vestimentorum tuorum, ne sit magni pretii. Ependytes tuus niger neque tinctus, sed nativi coloris, aut onychinus. Maforium sine fimbriis ejusdem coloris: manicæ laneæ, brachia usque ad digitos obtegentes: capilli capitis circumtonsi, et vitta lanea caput astringens, cucullula et superhumerale sine fimbriis. Si viro occurras, facies velata demissaque esto, neque homini vultum attollas, sed duntaxat Deo tuo. Cum ad orandum steteris, sint pedes tui calceis operti. Ejusmodi enim vestimenti genus, sanctitatem præfert. Ne exuaris ad usque nuditatem: nocte dieque vestis tegat carnem tuam. Nunquam te alia femina nudam videat **89** nisi in summa necessitate; neque te ipsa consideres, nudo corpore. A quo tempore enim statuisti Deo casta esse, corpus tuum sanctificatum et templum Dei est. Non debet igitur templum Dei ab ullo retegi. Non ibis ad balneum, si quidem sana sis, nisi in summa necessitate; neque immergas totum corpus tuum in aquam, quia sancta es Domino Deo. Non contamines carnem tuam ulla re mundana, sed faciem tantum tuam lava, et manus pedesque. Cum laveris faciem tuam, ne lavato ambabus manibus, neque expoliveris genas vultus tui, ne herbam, ne nitrum, aut quid simile adhibueris: nam quæ mundanæ sunt talia faciunt; sed aqua munda laveris.

12. Ne pretioso unguento corpus tuum unxeris, neve aromatibus magni pretii vestes aspergas tuas. Quod si corpus tuum imbecillius evaserit, vino modico utere ob stomachum [88]. Si vero, quod absit! in malum lucidas; teipsam cura, nec des homini-

[87] I Tim. v, 3-8. [88] I Tim. v, 23.

A θου τὸ γυναικεῖον φρόνημα, καὶ λάβε θάρσος καὶ ἀνδρείαν. Ἐν γὰρ τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, οὐκ ἔστιν ἄῤῥεν καὶ θῆλυ, ἀλλὰ πᾶσαι αἱ ἀρεστήσασαι γυναῖκες ἀνδρῶν τάξιν λαμβάνουσιν. Ἐπιλάθου τὰ νεωτερικὰ σχήματα, ἵνα λάβῃς τιμὴν τῆς καλῆς χήρας. Λέγει γὰρ ὁ ἅγιος Παῦλος (12)· « Τίμα χήρας, τὰς ὄντως χήρας. Ἡ δὲ ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη ἤλπικεν ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Ἡ δὲ σπαταλῶσα τέθνηκε. Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα, γεγονυῖα ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή· εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε. Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ· ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν, B ἔχουσαι κρῖμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. »

11. Σὺ δὲ, εἰ μὲν οὐ ποιεῖς τὰ νεωτερικὰ σχήματα, οὐκ ἀκούεις νεωτέρα, ἀλλὰ καὶ πρεσβύτις ἀποκαλῇ, καὶ τιμὴν ἔχεις, ὡς πρεσβυτέρα. Ἡ ὑπόστασις τῶν ἱματίων σου μὴ ἤτω πολύτιμος· ὁ ἐπενδύτης σου μέλας, μὴ βεβαμμένος ἐν βαφῇ, ἀλλ' αὐτοφυὴς ἰδιόχροος (13), ἢ ὀνυχίζων· καὶ τὸ μαφόριον ἄκροσσον, ὡσαύτως τῆς αὐτῆς χρόας· καὶ χειρίδια ἐρεᾶ περικαλύπτοντα τοὺς βραχίονας ἕως τῶν δακτύλων τῶν χειρῶν, τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς περικεκομμένας, καὶ κεφαλοδέσμιον ἐρεοῦν περισφίγγον τὴν κεφαλὴν, καὶ κουκούλιον, καὶ ἐπώμιον ἄκροσσον. Ἐὰν δὲ συναντᾷς ἀνθρώπῳ, τὸ πρόσωπον κατακεκαλυμμένον ἔστω, κάτω νεῦον, καὶ οὐκ ἐπάρῃς ἀνθρώπῳ τὸ πρόσωπόν σου, εἰ μὴ μόνον τῷ Θεῷ σου. Ὅταν στῇς εἰς προσευχὴν, τοὺς C πόδας σου περικεκαλυμμένους ἔχε ἐν ὑποδήμασιν. Αὐτὸς γὰρ ὁ στολισμὸς ἱεροπρεπής ἐστιν. Οὐκ ἐκδύσῃ γυμνή· νυκτὸς δὲ καὶ ἡμέρας τὸ ἱμάτιόν σου ἔστω καλύπτον τὴν σάρκα σου. Οὐ μὴ ἴδῃ ἄλλη γυνὴ τὸ σῶμά σου γυμνὸν ἄνευ πάσης ἀνάγκης· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὴ κατανοήσεις ἀποκεκαλυμμένη τῷ σώματι. Ἐξ ὅτου γὰρ ἐτάξω τῷ Θεῷ ἐγκρατεύεσθαι, τὸ σῶμά σου ἡγιασμένον ἐστὶ, καὶ ναός ἐστι τοῦ Θεοῦ (14). Οὐ χρὴ οὖν τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ ἀποκαλύπτεσθαι ὑπό τινος. Οὐ πορεύσῃ εἰς βαλανεῖον ὑγιαίνουσα ἄνευ πάσης ἀνάγκης, οὐ μὴ βάψῃς ὅλον τὸ σῶμά σου εἰς ὕδωρ, ὅτι ἁγία εἶ Κυρίῳ τῷ Θεῷ· καὶ οὐ μιανεῖς τὴν σάρκα σου ἐν οὐδενὶ κοσμικῷ, ἀλλὰ μόνον τὸ πρόσωπόν σου νίψαι, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας. Ὅταν νίψῃς τὸ πρόσωπόν σου, οὐ νίψῃ ταῖς δύο χερ- D σὶν, οὐδὲ ἐκτρίψῃ (15) τὰ μῆλα τῆς ὄψεώς σου, οὐδὲ μὴ βάλῃς πόαν, οὐδὲ νίτρον, οὐδὲ τὰ ὅμοια τούτοις· αἱ κοσμικαὶ γὰρ ταῦτα ποιοῦσιν· ἀλλ' ἐν ὕδατι καθαρῷ νίψῃ.

12. Οὐκ ἐπιχρίσῃ τὸ σῶμά σου μύρῳ πολυτελεῖ, οὐδὲ ἐπιβαλεῖς ἐπὶ τὰ ἱμάτιά σου ἀρώματα πολύτιμα. Ἐὰν δὲ τὸ σῶμά σου ἀσθενέστερον γένηται, χρῆσαι οἴνῳ ὀλίγῳ διὰ τὸν στόμαχον. Ἐὰν δὲ, ὃ μὴ γένοιτο! εἰς κάκωσιν ἐμπέσῃς, σεαυτῆς ἐπιμέλου, μὴ

(12) Hæc, Λέγει γὰρ ὁ.... τὰς ὄντως χήρας, desunt in Fele. 2.
(13) Basil. et Angl., ἰδιόχροος. Editi et alii, ἰδιόχρωος. Mox, Basil. et Angl., χρόας. Editi et alii, χρώας.
(14) Basiliensis, καὶ ναὸς τοῦ Θεοῦ.
(15) Ita Anglic. Editi vero, οὐδὲ μὴ ἐκτρ.

δῷς τόπον τοῖς ἀνθρώποις λέγειν, ὅτι ἐκ τῆς ἀσκήσεως αὐτῆς συνέβη αὐτῇ ἡ κάκωσις. Ἀλλὰ πρὶν ἤ τινα εἰπεῖν σοι, σὺ σεαυτῆς φρόντιζον, ἕως ἂν ταχὺ ἀναστῇς, καὶ πάλιν τὸν κανόνα σου ἑλκύσῃς. Ὅλον τὸν χρόνον τῆς ζωῆς σου ἐν νηστείαις, καὶ προσευχαῖς, καὶ ἐλεημοσύναις διατέλει. Μακάριος ὁ ἀκούων ταῦτα καὶ ποιῶν αὐτά. Νυκτὸς καὶ ἡμέρας μὴ ἀποστήτω ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ στόματός σου. Ἤτω δὲ τὸ ἔργον σου διὰ παντὸς μελέτη τῶν θείων Γραφῶν. Ψαλτήριον ἔχε, καὶ τοὺς ψαλμοὺς μάνθανε. Ἀνατέλλων ὁ ἥλιος βλεπέτω τὸ βιβλίον ἐν ταῖς χερσί σου, καὶ μετὰ τρίτην ὥραν συνάξεις ἐπιτέλει, ὅτι ταύτῃ τῇ ὥρᾳ ἐπάγη τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ. Ἕκτῃ (16) ὥρᾳ ὁμοίως ἐπιτέλει σου τὰς προσευχάς· μετὰ ψαλμῶν, καὶ κλαυθμοῦ, καὶ δεήσεως· ὅτι αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐκρεμάσθη ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. Ἐνάτῃ ὥρᾳ πάλιν (17) ἐν ὕμνοις καὶ δοξολογίαις, μετὰ δακρύων ἐξομολογουμένη τὰ παραπτώματά σου, τὸν Θεὸν ἱκέτευε, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὁ Κύριος κρεμάμενος ἐπὶ σταυροῦ ἀπέδωκε (18) τὸ πνεῦμα. Καὶ μετὰ τὴν σύναξιν τῆς ἐνάτης ἔσθιε τὸν ἄρτον σου, εὐχαριστήσασα τῷ Θεῷ ἐπὶ τῆς τραπέζης σου οὕτως· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ ἐλεῶν καὶ τρέφων ἡμᾶς ἐκ νεότητος ἡμῶν (19), « ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί· » πλήρωσον χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν, ἵνα πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες περισσεύωμεν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ σοι πρέπει δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν ἁγίῳ Πνεύματι (20), εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

bus locum dicendi, tibi ex ascesi seu exercitatione eam ægritudinem accidisse. Sed priusquam te aliquis id moneat tute curam habeto tui, donec brevi surgas, et assuetam regulam trahas. Per omne tempus vitæ tuæ in jejuniis, orationibus et eleemosynis persevera. Beatus qui hæc audit et perficit. Nocte dieque ne recedat verbum Dei ex ore tuo. Sit autem opus tuum omni tempore meditatio divinarum Scripturarum. Psalterium habeto et psalmos edisce. Sol oriens librum videat in manibus tuis : et post tertiam horam synaxes confice, quia ea ipsa hora compactum est lignum crucis. Sexta hora similiter tuas absolve orationes cum psalmis, fletu et obsecratione, quia ea ipsa hora Filius Dei in cruce suspensus est. Nona iterum hora in hymnis et laudibus cum lacrymis confitens peccata tua, Deum obsecra, quia ea ipsa hora Dominus pendens in cruce tradidit spiritum. Et post synaxin horæ nonæ, comede panem tuum gratias Deo agens in mensa tua, his verbis : Benedictus Deus, qui miseratur nos, et alit nos a juventute nostra : « qui dat escam omni carni [59]. » Imple gaudio et lætitia corda nostra, ut in omnibus omnem sufficientiam habentes, abundemus in omne opus bonum, in Christo Jesu Domino nostro [60], cum quo te decet gloria, imperium, honor et adoratio, cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum, amen.

13. Καὶ ὅταν καθεσθῇς ἐπὶ τῆς τραπέζης, καὶ ἄρξῃ κλᾶσαι τὸν ἄρτον, σφραγίσασα αὐτὸν τρίτον τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ, οὕτως εὐχαριστοῦσα λέγε· Εὐχαριστοῦμέν σοι, Πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ (21) τῆς ἁγίας ἀναστάσεώς σου· διὰ γὰρ Ἰησοῦ τοῦ Παιδός σου ἐγνώρισας ἡμῖν αὐτήν· καὶ καθὼς ὁ ἄρτος οὗτος διεσκορπισμένος ὑπῆρχεν ὁ ἐπάνω ταύτης τῆς τραπέζης (22), καὶ συναχθεὶς ἐγένετο ἕν· οὕτως ἐπισυναχθήτω σου ἡ Ἐκκλησία ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς τὴν βασιλείαν σου, ὅτι σου ἐστὶν ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν (23). Καὶ ταύτην μὲν τὴν εὐχὴν (24) ἐν τῷ κλᾶν τὸν ἄρτον, καὶ θέλειν ἐσθίειν, ὀφείλεις λέγειν·

13. Porro cum in mensa sederis, cœperisque frangere panem, ipso ter consignato signo crucis, ita gratias age : Gratias tibi agimus, Pater noster, de sancta resurrectione tua, quam per Jesum Filium tuum nobis manifestasti ; et sicut hic, qui supra mensam est, panis, dispersus olim, et coactus, factus est unum ; sic congregetur Ecclesia tua a finibus terræ in regnum tuum, quia tua est virtus et gloria in sæcula sæculorum, amen. Quam quidem orationem in frangendo panem comestura dicere debes : cum autem eum in mensa repones, mox sessura, orationem, « Pater noster, » integram recita : suprascriptam vero orationem, « Benedictus

[59] Psal. cxxxv, 25. [60] II Cor. ix, 8.

(16) Sic Basil. et Anglic. recte. Editi vero, τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ Ἰησοῦς ἡ πάντων ζωή. Ἕκτῃ.

(17) Sic Basil. et Angl. recte. Editi vero, Ἐν αὐτῇ ὥρᾳ δὲ πάλιν.

(18) Felc. 2, παρέδωκε.

(19) Anglic. ὁ Θεὸς ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός μου. Infra idem cum Basil. τὴν καρδίαν μου, ἵνα. Hæc porro benedictio habetur ad calcem *Constitutionum Apost*.

(20) Basil. et Angl. μεθ' οὗ σοι δόξα, κράτος, τιμὴ σὺν ἁγίῳ Πνεύματι.

(21) Hic videtur aliquid desiderari.

(22) Anglic. ὑπάρχει ἐπάνω τῆς τραπέζης.

(23) In Felc. 2, talis est gratiarum actio, Εὐχαριστοῦμέν σοι, Πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου σαρκώσεως τοῦ Υἱοῦ σου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἣν ἡμεῖς κατὰ τὴν θείαν ἐκείνου ἐπαγγελίαν καθ' ἡμέραν ἐσθίοντες εὐφραινόμεθα, εἰς τουτονὶ τὸν ἄρτον μεταβάλλων αὐτὴν διὰ τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν τῇ αὐτοῦ χρηστότητι· καὶ ὅτι δι' ἐκείνου σε ἔγνωμεν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν καὶ Πατέρα ἡμῶν, καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμά σου, τὸ φωτίζον ἡμᾶς καὶ παριγορὸν (sic) καὶ πρὸς τὴν σὴν ὠδηγὸν (sic) ἐπίγνωσιν. Ὅθεν παρακαλοῦμέν σε, ἁρμόδιον τοῦτον γενέσθαι καὶ εὐφραντικὸν τῇ ἡμετέρᾳ οὐσίᾳ τοῦ σώματος, καὶ μηδέποτε αὐτὸν ὑστερούμενον διὰ τὴν ἡμῶν ἀναξιότητα· ἀλλὰ κἀκεῖνον τὸν νοούμενον τὸν ζωοποιὸν καὶ πανάγιον τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ σαρκοφόρον ἄρτον ἀξίως μεταλαμβάνειν ἡμᾶς ἀξίωσον διὰ τὴν σὴν ἀγαθότητα, et postea hæc sequuntur, καὶ ταύτην μὲν τὴν εὐχήν, etc.

(24) Hæc, καὶ ταύτην μὲν τὴν εὐχήν, cum multis lineis intermediis, usque ad, ἐκ τῆς τραπέζης λέγομεν, inclusive, desunt in Basiliensi et Anglic. qui postremus mox habet, συμπαρῶσι. Editi, συμπλῶσι.

Deus, » pransi ac surgentes a mensa dicimus. Quod si adsint tecum duæ vel **90** tres virgines, gratias agant super panem, et una tecum orent. Quod si adsit catechumena in mensa, ne oret cum fidelibus, neque cum illa sedeas ut panem comedas. Neque sedebis item ut comedas cibum tuum cum mulieribus negligentioribus et facetis, absque necessitate. Tu enim sancta es Domino Deo tuo, et cibus tuus atque potus sanctificatus est; nam orationibus sanctisque verbis sanctificatur. Virgines piæ et religiosæ tecum comedant. Non cœnabis cum feminis superbis, neque habebis mulierem arrogantem tibi familiarem. Ait enim divina Scriptura: « Qui tangit picem inquinabitur, et qui communicat cum superbo, similis erit ei [61]. » Sedente tecum in mensa femina divite, si videris pauperem mulierem, voca eam ad cibum, neque pudore ob præsentem divitem retinearis. Ne ames hominum gloriam, plus quam gloriam Dei. Deus enim egenorum et despectorum Deus est.

11. *Ath.* Dei Filius Deusne est, vel non? *Ar.* Deus est creatus a Deo. *Ath.* Prout vis responde mihi ad id quod a te sciscitor. Dei Filius fecitne omnia, an non? *Ar.* Jam supra concessum est om- B nia eum fecisse, quippe qui sit Dei virtus et sapientia. *Ath.* Omnia igitur Dei Filius continet, quæ ab ipso sunt facta, sive visibilia, sive invisibilia. *Ar.* Ita est. *Ath.* Ubique ergo adest natura suæ majestatis. Nam si dicas non ubique adesse : igitur res factas fateberis **162** Creatore majores esse. *Ar.* Adest ubique. *Ath.* Si igitur præsens ubique est Dei Verbum : quomodo illud intelligis : «Pater meus qui misit me, major me est?» Da mihi rationem. *Ar.* Hic hæreo : sed oro, expone mihi qua ratione Salvator dixerit majorem se Patrem esse. *Ath.* Nisi mihi prius dixeris, quod a te postulo : nec ego quod vis tibi sum dicturus. *Ar.* Dic quod vis. *Ath.* Angeline incorporei sunt, an homi- C nes? *Ar.* Homines sunt in corpore : angeli vero cum sint spiritus, incorporei sunt. *Ath.* Quinam igitur fatigantur : hominesne, an angeli? *Ar.* Dixit, angeli incorporei sunt, ut cum illi ministrant, nullum lassitudinis experimentum percipiant. At homini proprium est fatigari, propter gravem nempe corporis molem. *Ath.* Quomodo ergo fatigatus est Dominus? Scriptum enim est : «Jesus vero fatigatus ex itinere, sedebat [18].» *Ar.* Uti voluisti, eo me, angelorum hominumque exemplo, adduxisti, ut fatear Verbum non ut Deum fatigatum esse. Scilicet ut appareret carnem hanc, quam prius Verbum et Deus non habebat, assumpsisse; idcirco carni quæ sibi erant propria pati permisit, ut carnem esse evidens esset.

D 12. *Ath.* Memor sis concessum antea esse Verbum et Deum ubique esse. *Ar.* Recte admodum. *Ath.* Si igitur ubique præsens est, cujus causa ait, «Pater meus qui misit me major me est?» *Ar.* Obsecro te, ne graveris velum a littera quam cito detrahere. Valde enim angor animo. *Ath.* Quis fatigatus est, homone, an Deus Verbum? *Ar.* Homo. *Ath.* Tuum igitur jam est intelligere. *Ar.* Percipio quid tuo hoc responso intelligas, nempe, cum Deus

[18] Joan. IV, 6.

(79) Sic Reg. Angl. et Basil. secunda manu. Editi vero cum aliis, μὴ ἴσον τὸν Υἱόν. At Aug. sic habet, ἴσος οὖν ὁ Υἱὸς τοῦ ἰδίου Πατρὸς τυγχάνῃ.

(80) Ita omn. fere mss.; in editis autem, τὸ φάσκον deest.

(81) Ναὶ abest ab August.

(82) Aug. εἴτε ὁρατὰ, εἴτε.

(83) Ita Reg. In editis vero et in aliis, πάρεστιν deest.

Verbum ubique adsit, clarum esse ipsum propter carnem dixisse : « Pater meus qui misit me, major me est. » Hæc enim gradiebatur et fatigabatur, et a loco in locum migrabat. Certe id se recte habet.

A Τίς ἐστιν ὁ κεκοπιακὼς, ἄνθρωπος, ἢ ὁ Θεὸς Λόγος; Ἄρ. εἶπεν· Ἄνθρωπος. Ἀθ. εἶπεν· Οὐκοῦν σόν ἐστι τὸ νοῆσαι λοιπόν. Ἄρ. εἶπεν· Κατελαβόμην σου τὸν νοῦν ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, ὅτι τοῦ Θεοῦ Λόγου πανταχοῦ παρόντος, δῆλον ὅτι διὰ τὴν σάρκα εἶπεν, « Ὁ Πατήρ μου, ὁ πέμψας με, μείζων μου ἐστίν, » τὴν βαδίζουσαν καὶ κοπιῶσαν, καὶ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον ἕτερον πορευομένην. Ἀληθῶς ὀρθῶς ἔχει τοῦτο.

13. *Ath.* Jam in mentem revoca quod dixisti, Deum Verbum creatum esse. Unde vis sumamus initium? Ego vero non audeo tam fidenter loqui contra æternam ejus Filii divinitatem. *Ar.* Ego quidem id ex Scripturis probo : tu vero undenam habes Filium æternum esse? *Ath.* Ego ex libris divino afflatu scriptis didici æternum esse Dei Filium. *Ar.* Quænam Scripturæ docent æternum esse Filium? *Ath.* Celeberrimus Paulus in medium prodiens, veritatem suo testimonio confirmabit. « Invisibilia enim ipsius, inquit, ex creatione mundi, per res factas intellecta conspiciuntur, sempiternaque ejus virtus, et divinitas : ut sint ipsi inexcusabiles, quia cum Deum cognovissent, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt [29]. » *Ar.* Hæc de Patre dicit Scriptura. *Ath.* Nonne beatus Paulus eos arguit, qui Deum Dei Filium per corpus apparentem non cognoverant, nec sempiternam ejus divinitatem, qui universum adornavit? Siquidem ex magnitudine et pulchritudine rerum creatarum, convenienter cognosci, cum gratiarum actione debet Creator [30]. Manifestum est autem omnia quæ facta sunt per Verbum facta esse, nihilque sine illo esse factum. Quapropter deberes tu quoque ex præclara elementorum coagmentatione Creatorem convenienter intelligere, teque tui ipsius non ignarum esse, percipereque mundum æterni Dei opus esse, nec potuisse creatam naturam tantum opus producere.

13. Ἀθ. εἶπεν· Λοιπὸν λάβε μοι ἐν νῷ τὸ ῥητὸν, ὅπερ ἔφης, ὅτι ὁ Θεὸς Λόγος ἐκτίσθη. Πόθεν λάβωμεν τὴν ἀρχήν; Οὐ τολμῶ οὕτως ἀφόβως φθέγγεσθαι κατὰ τῆς ἀϊδίου θεότητος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ (84). Ἄρ. εἶπεν· Ἐγὼ μὲν ἀπὸ τῶν Γραφῶν τοῦτο λέγω· σὺ δὲ πόθεν ἀΐδιον λέγεις τὸν Υἱόν; Ἀθ. εἶπεν· Ἀπὸ τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν ἔμαθον, ὅτι ἀΐδιός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ B Θεοῦ. Ἄρ. εἶπεν· Ποῖαί εἰσιν αἱ Γραφαὶ, αἱ φάσκουσαι ἀΐδιον τὸν Υἱόν; Ἀθ. εἶπεν· Ἐλθὼν ὁ ἀοίδιμος Παῦλος μαρτυρήσει τῇ ἀληθείᾳ· « Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, φησὶν, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης (85), εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους, διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ ηὐχαρίστησαν. » Ἄρ. εἶπεν· Περὶ τοῦ Πατρὸς λέγει τοῦτο ἡ Γραφή. Ἀθ. εἶπεν· Οὐκοῦν ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος αἰτιᾶται τοὺς τὸ διὰ σώματος ἐπιφανέντα Θεὸν Υἱὸν Θεοῦ μὴ ἐπεγνωκότας ἀΐδιον θεότητα αὐτοῦ, τοῦ τὸ πᾶν διακοσμήσαντος; ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως δεῖ τὸν δημιουργὸν γνωρισθέντα εὐχαριστηθῆναι. Φανερὸν δέ ἐστιν (86) ὅτι πάντα διὰ τοῦ Λόγου τὰ γεγενημένα C γέγονε, καὶ χωρὶς αὐτοῦ γέγονεν οὐδὲ ἕν· ἔδει οὖν καὶ σὲ ἐκ τῆς τῶν στοιχείων ἐναρέτου συμπήξεως ἀναλογίσασθαι τὸν δημιουργὸν ἀναλόγως, καὶ σαυτοῦ ἐπιγνώμονα γενέσθαι, ὅτι ἀϊδίου Θεοῦ τυγχάνει ἔργον ὁ κόσμος, οὐ κτιστῆς δὲ φύσεως, μὴ δυναμένης ἐπαρκέσαι τοσαῦτα δρᾶν.

14. *Ar.* Esto, sit æternus Filius : sed ab æternitate creatus, æternitatem obtinet. *Ath.* Si æternus est Filius, non est res creata : quod si res creata, non est æternus. *Ar.* Num hæc ego ex propria loquor auctoritate? Filius ipse ait se a Deo primum omnium creatum esse. *Ath.* Tibine soli an etiam aliis revelatum est hoc **163** Filii Dei mysterium? *Ar.* Non omnium est fides [31]. Verumtamen non mihi soli, sed etiam aliis cognita est hæc fides. *Ath.* Undenam vobis ea revelata est? Ex Deo, an ex hominibus? *Ar.* Ex Deo. *Ath.* Tune ipse auditor fuisti, an alii tibi narraverunt? *Ar.* Non mihi narraverunt, sed multi sancti, in Spiritu Dei loquentes, Filium creatum esse affirmarunt. *Ath.* Quinam sunt isti? An et nos nosse non possumus? *Ar.* Tute ipse nosti et prophetas et apostolos multis in locis dixisse Christum rem creatam esse. *Ath.* Te paulo ante dicentem audivi id a Filio dictum esse, jam

14. Ἄρ. εἶπεν· Ἔστω ἀΐδιος ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ καὶ ἀϊδίως κτισθεὶς ἔχει τὸ ἀΐδιον. Ἀθ. εἶπεν· Εἰ ἀΐδιός ἐστιν ὁ Υἱὸς, οὐκ ἦν κτίσμα· εἰ δὲ κτίσμα τυγχάνει, οὐκ ἦν ἀΐδιος. Ἄρ. εἶπεν· Μὴ γὰρ ἐγὼ ἐξ οἰκείας αὐθεντίας (87) ταῦτά φημι· ὁ Υἱὸς εἶπεν, ὅτι πρῶτον πάντων ἔκτισεν αὐτὸν ὁ Θεός. Ἀθ. εἶπεν· Τοῦτό σοι μόνῳ ἀπεκαλύφθη, ἢ καὶ ἄλλοις τὸ περὶ τοῦ Υἱοῦ Θεοῦ μυστήριον; Ἄρ. εἶπεν· « Οὐ πάντων D ἡ πίστις· πλὴν οὐκ ἐμοὶ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις πολλοῖς ἐγνωρίσθη ἡ πίστις αὕτη. Ἀθ. εἶπεν· Πόθεν ὑμῖν ἀπεκαλύφθη, ἐκ Θεοῦ, ἢ ἐξ ἀνθρώπων; Ἄρ. εἶπεν· Ἐκ Θεοῦ. Ἀθ. εἶπεν· Σὺ αὐτήκοος γέγονας, ἢ ἄλλοι σοι ὑφηγήσαντο περὶ τούτου; Ἄρ. εἶπεν· Οὐκ ἐμοὶ ὑφηγήσαντο, ἀλλὰ πολλοὶ ἅγιοι, ἐν Πνεύματι Θεοῦ λαλοῦντες, ἔφησαν ὅτι ἐκτίσθη ὁ Υἱός. Ἀθ. εἶπε· Τίνες εἰσὶν οὗτοι; Οὐ δυνάμεθα γνῶναι καὶ ἡμεῖς; Ἄρ. εἶπεν· Οἶσθα καὶ αὐτὸς, ὅτι καὶ οἱ προφῆται, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐλάλησαν πολλαχοῦ (88) τὸν Υἱὸν κτί-

[29] Rom. I, 20. [30] Sap. XIII, 5. [31] II Thess. III, 2.

(84) Aug. τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.
(85) Καὶ θειότης deest in Aug.
(86) Aug. φανερὸν οὖν ἐστιν.
(87) Reg. et Aug. ἐξ ἰδίας αὐθ.
(88) Reg. Gobler. et Aug. πανταχοῦ.

σμα εἶναι. Ἀθ. εἶπεν· Ἤκουσά σου λέγοντος πρὸ βραχείας ὥρας, ὅτι ὁ Υἱὸς εἶπεν. Ἄρτι μετέβης εἰς τοὺς προφήτας καὶ ἀποστόλους. Πλὴν ὑφήγησαι ποῖος προφήτης ἔλεξε τοιάδε περὶ τούτου; Ἄρ. εἶπε· Καὶ νῦν φημι τὸν Υἱὸν λέγειν διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν καὶ ἀποστόλων ὥσπερ καὶ διὰ τοῦ Σολομὼν ἔφη (89)· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. » Ὁρᾷς, ὅτι πρὸ πάντων ἔκτισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς διὰ τὰ δι' αὐτοῦ μέλλοντα γίνεσθαι ἔργα. (90) Ἀθ. εἶπεν· Οὐκοῦν ἡ τῶν κτισμάτων πρόφασις αἰτία γέγονε τοῦ κτισθῆναι τὸν Υἱὸν κατὰ σέ. Ἄρ. εἶπεν· Οὕτως ἔχει. Ἀθ. εἶπεν· Ἄρα οὖν τοῦ Θεοῦ ἐντιμότερα τὰ κτιζόμενα παρ' αὐτοῦ; Πῶς χωρεῖ; Εἰ γὰρ ἐκεῖνος διὰ ταῦτα γέγονε, καὶ οὐκ ἐκεῖνα διὰ τοῦτον, κατὰ σὲ, ἀραρότως ἐντιμότερα ταῦτα ἐκείνου· ἀλλὰ μὴ γένοιτο οὕτως ἡμᾶς φρονῆσαι! Διὰ γὰρ τὸν Υἱὸν τὰ πάντα, καθὼς γέγραπται· « Ἔπρεπε γάρ, » φησὶν ὁ Ἀπόστολος, « δι' ὃν τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι. »

15. Ἄρ. εἶπε· Σύγγνωθί μοι εἰρηκότι, ὅτι διὰ τὰ ἔργα ἐκτίσθη ὁ Υἱὸς, πλὴν ὅτι ἐκτίσθη πρὸ πάντων. Ἀθ. εἶπε· Τίς ἐκτίσθη (91) πρὸ πάντων τῶν δημιουργημάτων; Ἄρ. εἶπεν· Ὁ Υἱὸς, διὰ τοῦτο καὶ πρωτότοκος ἀναγέγραπται. Ἀθ. εἶπεν· Εἴ τις τὸν (92) Σατανᾶν προσκυνεῖ, καλῶς ἢ κακῶς πράττει; Ἄρ. εἶπεν· Ἀσεβὴς καὶ ἄθεος, καὶ μηδὲ τὰς κοινὰς φρένας σώζων τυγχάνει ὁ τοιοῦτος, ὃν οὐκ ἄξιον καλεῖν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἀπάνθρωπον. Ἀθ. εἶπεν· Ὁ Θεὸς τῷ Ἰὼβ χρηματίζων, οὕτως ἔφη περὶ τοῦ Σατανᾶ, τουτέστιν· « Ἀρχὴ πλάσματος Κυρίου πεποιημένη (93) ἐμπαίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων μου. » Σὺ οὖν τὸ πρῶτον ποίημα προσκυνῶν, τὸν Σατανᾶν προσκυνεῖς, καθὼς παρέστησεν ὁ λόγος. Ἐὰν δὲ σοφίσασθαι θελήσειας, ὅτι τοῦ Υἱοῦ πρότερον ποίημά ἐστιν ὁ Σατανᾶς, ἄρα πρεσβύτερον αὐτὸν φῂς (94) τοῦ ἁγίου Πνεύματος; οὕτω γὰρ ὥρισω, τὸν μὲν Υἱὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκτίσθαι· τὸ δὲ Πνεῦμα ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ γεγενῆσθαι διεβεβαιώσω. Ἄρ. εἶπεν· Ἡ ἀλήθειά με περιγράφει, καὶ οὐ σύ. Πλὴν ἐπειδὴ συνήγαγές με ἐν τούτῳ, κἀγὼ σε περικλείσω ἐν ταῖς πολλαῖς μαρτυρίαις, ταῖς φασκούσαις ὅτι κτίσμα ἐστὶν ὁ Υἱός. Ἀθ. εἶπε· Πρόφερε ἐκ τοῦ θησαυροῦ τὰ ἀποτεθησαυρισμένα ὑπὸ τοῦ πατρός σου. Ἄρ. εἶπεν· Ἐμὸς πατήρ ἐστιν, ὃν προσκυνῶ Θεόν· πλὴν σὺ ἀποκρίθητί μοι περὶ τοῦ, « Κύριος ἔκτισέ με, » τοῦ Κυρίου ὁμολογήσαντος ἑαυτὸν ἐκτίσθαι ὑπὸ τοῦ ἰδίου Πατρός. Ἀθ. εἶπε· Τὸ ῥητὸν ἄλλην δύναμιν ἔχει πνευματικὴν ἔνδον, καὶ θεῖον θησαυρὸν ἐναποτεθειμένον κέκτηται. Ἄρ. εἶπεν· Οὐκ ἐπὶ τοῦ ῥητοῦ μόνον ἵστημι τὴν φωνὴν τοῦ Σολομῶντος· οὐ γὰρ ἀσύνετός εἰμι, ἀλλὰ συνίημι, ὅτι πνευματικὸν νόημα θεωρεῖται ἀπὸ τῶν ἐπιστημόνων. Ὅθεν

A transis ad prophetas et apostolos. Verum dic, amabo, quis propheta ea de illo dixerit. *Ar.* Atqui modo etiam aio id ipsum per sanctos prophetas et apostolos Filium dicere, quemadmodum per Salomonem ait: « Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua [32]. » Vides Deum ante res omnes eum creasse, propter opera scilicet quæ per eum efficienda erant. *Ath.* Igitur, si credendum tibi est, res creatæ causa fuere cur creatus est Filius. *Ar.* Ita est. *Ath.* Ergo res a Deo creatæ, ipso sunt pretiosiores? Qui id fieri possit? Namque si ille propter ipsas factus sit, non vero ipsæ propter illum, ut putas, profecto ipsæ illo sunt pretiosiores? Verum absit ut nos ita sentiamus! Namque omnia propter Filium, uti scriptum est: « Decebat enim, »
B inquit Apostolus [33], « eum propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum passiones consummare. »

15. *Ar.* Ignosce mihi, qui dixerim Filium propter opera creatum fuisse. Verumtamen ante omnia creatus est. *Ath.* Quis ante omnia opera creatus est? *Ar.* Filius: quam ob causam primogenitus esse scribitur. *Ath.* Si quis Satanam adoret, rectene an male agit? *Ar.* Impius censendus ille est et atheus, nec communes sensus habere, qui nec dignus sit homo appellari, sed inhumanus. *Ath.* Deus Job respondens ita de Satana locutus est:
C « Ipse est principium figmenti Domini, factus ut illuderetur ab angelis meis [34]. » Tu igitur primam rem factam adorans, Satanam adoras, ut ostendimus. Quod si velis contendere Filio prius factum esse Satanam: eum ergo sancto Spiritu seniorem facis? Sic enim statuisti, Filium quidem a Deo creatum esse; Spiritum vero a Filio esse factum asseverasti. *Ar.* Me veritas circumscribit, non tu. Verumtamen quandoquidem me ad hoc adduxisti: te vicissim ego multis circumcludam auctoritatibus, quibus Christum rem creatam esse asseritur. *Ath.* Profer e thesauro quæ a patre tuo sunt recondita. *Ar.* Meus pater est, quem adoro Deum. Sed enim quid respondendum habes ad hæc verba: « Dominus creavit me, » cum Dominus ipse fateatur se a
D Patre suo creatum esse? *Ath.* Verba illa vim aliam spiritalem intus habent, divinumque in se reconduut thesaurum. *Ar.* Nec ego ad sola verba in hac Salomonis voce attendo: nec enim expers sum intelligentiæ, sed intelligo spiritalem sensum a peritis hic perspici. Quocirca nec ipse sum initiationis expers, sed verba quidem hæc esse dico: « Dominus creavit me: » vim autem his abditam majorem

[32] Prov. VIII, 22. [33] Hebr. II, 10. [34] Job XLVII, 19.

(89) Ita Reg. Bas. et Felc. 2. At Angl. et Aug. Σαλομών, Edit. Comm. Σωλομών, Paris. Σολομῶντος.

(90) Hæc quæstio cum Responsione Arii, abest ab Augustano.

(91) Angl. Τίς οὖν ἐκτίσθη.

(92) Aug. Ἐάν τις τόν.

(93) Aug. πεποιημένου. Reg. πεποιημένον.

(94) Sic omnes fere mss. cum edit. Comm., sed Aug. et edit. Paris. ποιῇς pro φῂς. Mox Aug. οὕτω γὰρ ὥρισθω.

percipio, quam tu cum non intelligas, ignorantia constrictus, erras. Mali autem viri proprium est præstantioribus invidere. *Ath.* Quod igitur sentis, declara mihi absque invidia, quod quidem tibi præclarum videtur esse.

164 16. *Ar.* Nempe hæc verba : « Dominus creavit me, » sic accipio, ac si diceretur, « genuit me. » *Ath.* Si igitur genitus est Filius, non est certe creatus : aut si creatus est, non est genitus. *Ar.* Tu minime intelligis vim hujusce vocis. *Ath.* Ne me, oro, graveris perferre, donec intelligam. *Ar.* Ne passio aliqua intelligeretur, ait : « Creavit me Dominus, » quapropter in Deo idem est creare ac gignere. *Ath.* Si igitur creare et gignere, idem in Deo est : omnes sane res creatæ, genitæ et fetus Dei erunt. Quod si verum est, ergo Dominus frater est, secundum te, omnium quæ per ipsum facta sunt. Quomodo igitur Unigenitus Dei est? *Ar.* Vox unigeniti de re præcipua, excellenti et maxima dicitur. *Ath.* Annon cœlum tibi maximum videtur? *Ar.* Admodum. *Ath.* Igitur Filius est secundum te. Terra vero et mare filiæ dicendæ erunt secundum te. *Ar.* Absit! unum solum Filium fecit Deus. *Ath.* An videntur tibi omnia ejusdem generationis decreto unigenita esse necne? *Ar.* Sane quidem. *Ath.* Igitur si factus est, ut res aliæ creatæ, quomodo Dei est Filius? *Ar.* Obsecro te : quomodo tu ipse intelligis hæc verba : « Dominus creavit me? »

17. *Ath.* Crede mihi : tibi non respondissem; sed in gratiam auditorum respondere non renuo. Salomon cum justus et sapientia plenus esset, dignus habitus est, qui parabola præsignificaret creationem templi, hoc est, corporis Domini Jesu, quemadmodum Dominus ipse ad Judæos dixit : « Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud : hoc autem dicebat de templo corporis sui, » ut ait Joannes [33]. Verum etiam apertius his de rebus ita locutus est Salomon : « Sapientia ædificavit sibi domum, et erexit columnas septem. Immolavit victimas suas. Miscuit in cratere vinum suum, et paravit mensam suam. Misit servos suos, alta voce invitans ad craterem, et dicens : « Quisquis est insipiens, declinet ad me. » His item qui intelligentiæ indigent, ait : « Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis : relinquite insipientiam, ut vivatis [34]. » Scilicet sapientia, Dei Verbum est, quod Verbum cum esset dives, ineffabili sua et Patris benignitate pauper est effectum, ut nos illius paupertate ditaremur : qui item cum in forma Dei esset, in forma servi factus est : et

[33] Joan. II, 19. [34] Prov. IX, 1-6.

(95) Aug. μὴ νομίσας.
(96) Ita Regius, Basil. vero ἐγέννησέ με μεταλ. Editi. ἐγέννησε μεταλ.
(97) Ita Reg. Cæteri autem et editio Comm. τὸ γεννᾷν. Mox ἐστίν, deest in Aug.
(98) Τὸ μονογενὲς τάττεται deest in Aug.

A κἀγὼ οὐκ ἄμοιρος ὢν τῆς μυήσεως, οὕτω φημί, τὸ μὲν, « Κύριος ἔκτισέ με » κατὰ τὸ ῥητὸν, τὴν δὲ ἐν αὐτῷ δύναμιν, μειζοτέραν ὁρῶ ἣν ἔχει, ἣν σὺ μὴ νοήσας (95), ἀγνοίᾳ κατεχόμενος, πλανᾶσαι, ἀνδρὸς δὲ κακοῦ ἴδιον τὸ φθονεῖν τοῖς κρείττοσιν. Ἀθ. εἶπεν· Ἃ οὖν φρονεῖς, φράσον κἀμοὶ ἀφθόνως, ὅπερ δοκεῖ σοι καλὸν φαίνεσθαι.

16. Ἀρ. εἶπε· Τὸ γὰρ, « Κύριος ἔκτισέ με, » ἐπὶ τοῦ, « ἐγέννησέ με, » καταλαμβάνω (96). Ἀθ. εἶπεν· Εἰ οὖν ἐγεννήθη ὁ Υἱὸς, δηλαδὴ οὐκ ἐκτίσθη· εἰ δὲ ἐκτίσθη, οὐκ ἐγεννήθη. Ἀρ. εἶπε· Σὺ οὐ νοεῖς τὴν δύναμιν ταύτην. Ἀθ. εἶπε· Μὴ ὀκνήσῃς ἀνέχεσθαί μου, ἕως νοήσω, παρακαλῶ. Ἀρ. εἶπεν· Ἵνα μὴ πάθος νοηθείη, εἶπεν, « Ἔκτισέ με Κύριος· » ἐπὶ Θεοῦ οὖν τὸ κτίζειν τῷ γεννᾷν (97) ταὐτόν ἐστιν. Ἀθ. εἶπεν· Εἰ οὖν ἐπὶ Θεοῦ
B τὸ κτίζειν καὶ γεννᾷν ταὐτόν ἐστιν, οὐκοῦν πάντα τὰ κτίσματα γεννήματα τοῦ Θεοῦ ὑπάρχουσιν. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, ἄρα πάντων ἀδελφὸς τυγχάνει ὁ Κύριος, κατὰ σὲ, τῶν δι' αὐτοῦ γεγονότων. Ποῦ οὖν ὁ Μονογενὴς τοῦ Θεοῦ; Ἀρ. εἶπε· Τὸ μονογενὲς τάττεται (98) ἐπὶ ἐξαιρέτῳ καὶ ἐξοχωτάτῳ καὶ μεγίστῳ πράγματι. Ἀθ. εἶπεν· Οὐ δοκεῖ σοι μέγιστος εἶναι ὁ οὐρανός; Ἀρ. εἶπε· Καὶ πάνυ. Ἀθ. εἶπεν· Οὐκοῦν ὁ Υἱός ἐστι κατὰ σὲ, καὶ ἡ γῆ δὲ καὶ ἡ θάλασσα θυγατέρες κατὰ σέ. Ἀρ. εἶπε· Μὴ γένοιτο! ἕνα ἐποίησεν ὁ Θεὸς Υἱὸν μόνον. Ἀθ. εἶπε· Δοκεῖ σοι πάντα τῷ αὐτῷ ὅρῳ τῆς γεννήσεως μονογενῆ τυγχάνειν (99), ναὶ ἢ οὔ; Ἀρ. εἶπεν· Οὕτως ἔχει. Ἀθ. εἶπεν· Οὐκοῦν εἰ ἐποιήθη ὡς καὶ τὰ λοιπὰ δημιουργήματα ὁ Υἱὸς, πῶς Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ; Ἀρ. εἶπε· Παρακαλῶ σε, σὺ
C πῶς νοεῖς τὸ, « Κύριος ἔκτισέ με; »

17. Ἀθ. εἶπε· Πέπεισο· οὐκ ἂν σοι ἀπεκρινάμην· ἀλλὰ διὰ τοὺς ἀκροωμένους ἐρῶ. Σολομὼν, δίκαιος ὢν, καὶ σοφίας πληρωθεὶς, κατηξιώθη ἐν παραβολῇ προσημᾶναι τὴν κτίσιν τοῦ ναοῦ, τουτέστι τοῦ σώματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ὡς αὐτὸς ὁ Κύριός φησι τοῖς Ἰουδαίοις· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ, » ὥς φησιν ὁ Ἰωάννης. Ἀλλὰ μὴν καὶ Σολομὼν παῤῥησιέστερον (1) ἔφη περὶ αὐτῶν τούτων διαλαβὼν οὕτως· « Ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, καὶ ὑπήρεισε στύλους ἑπτά. Ἔσφαξε τὰ ἑαυτῆς θύματα, καὶ ἐκέρασεν εἰς κρατῆρα τὸν ἑαυτῆς οἶνον, καὶ ἡτοιμάσατο τὴν ἑαυτῆς τράπεζαν· ἀπ-
D έστειλε τοὺς ἑαυτῆς δούλους συγκαλοῦσα μετὰ ὑψηλοῦ κηρύγματος ἐπὶ κρατῆρα, λέγουσα· « Ὅς ἐστιν ἄφρων, ἐκκλινάτω πρός με, » καὶ τοῖς ἐνδεέσι φρενῶν εἶπε· « Ἔλθετε, φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ πίετε οἶνον, ὃν κεκέρακα ὑμῖν· ἀπολίπετε (2) ἀφροσύνην, ἵνα ζήσητε. » Ἀραρότως ἡ σοφία Θεὸς Λόγος τυγχάνει, ὁ διὰ τὴν ἄῤῥητον αὐτοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ φιλανθρωπίαν πτωχεύσας πλούσιος ὢν, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνου

(99) Sic Aug. Edit. vero Comm. ὅρῳ μονογενῆ. Reg. ὅρῳ τῆς γενέσεως μονογ.—εἰ sequens abest ab Aug. Mox Reg. πῶς Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, et sic legit Nannius. Cæteri et editi, τίνος Υἱός, etc.
(1) Anglic. παῤῥησίᾳ ἕτερον.
(2) Aug. ἀπολείπετε.

πτωχείᾳ πλουτήσωμεν, ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, ἐν A μορφῇ δούλου γέγονεν, ἴσος δὲ ὢν (3) τοῦ ἰδίου Πατρὸς, ὡς δοῦλος καὶ σύνδουλος συνανεστράφη ἡμῖν, τέλειος ὢν ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπότητι. Οὗτος οὖν ὁ Λόγος καὶ Θεὸς, σοφία καὶ δύναμις πατρικὴ ὑπάρχων, ἀσώματος ὢν, ὥσπερ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ αὐτοῦ, διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ᾠκοδόμησε τὸ σῶμα ἐν τῇ γαστρὶ Μαρίας τῆς Θεοτόκου, ἄνευ κοινωνίας ἀνδρὸς, καὶ γέγονεν, ὡς ἔφην, ἄνθρωπος, καὶ ἑαυτὸν ἐποίησεν ὑπόδειγμα πάσης ἀρετῆς· ἵνα οἱ βουλόμενοι ἐξακολουθεῖν ὡς διὰ τρίβου ἔχωσι θείας ἐκτύπωμα (4), πρὸς ὃ ὁμοιούμενοι, γίνονται θείας φύσεως κοινωνοὶ, ὥς φησι τὸ Σκεῦος τῆς ἐκλογῆς· « Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Ἰησοῦ Χριστοῦ (5). » Μετὰ οὖν τὸ πάθος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνάστασιν ἀπέστειλεν ἡ σοφία, ἡ δύναμις, ὁ Λόγος καὶ Θεὸς, τοὺς ἀποστόλους B πρὸς πάντας τοὺς ἄφρονας, τοὺς ἀσυνέτους ἐθνικοὺς, τοὺς μὴ εἰδότας τὸν Θεὸν, προτεθεικὼς τράπεζαν (6), τουτέστι τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἄρτον οὐράνιον καὶ ἄφθαρτον, καὶ πᾶσι ζωὴν χαριζόμενον τοῖς μεταλαμβάνουσιν ἐξ αὐτοῦ, τὸ ἅγιον καὶ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα, οἶνόν τε εὐφραίνοντα καρδίαν, καὶ νῆψιν ἐμποιοῦντα ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ τῶν ἀπογευομένων ἐξ αὐτοῦ, ὡς ἐπὶ κρατῆρα κεράσας τὸ ἑαυτοῦ αἷμα, καλέσας τοὺς κλητούς τε καὶ ἐκλεκτοὺς διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, πᾶσαν μὲν ἀφροσύνην ἀπολιμπάνοντας (7), βασιλείας δὲ οὐρανῶν πολίτας ἀναδεικνυμένους, τοὺς ὑπακούοντας τῆς φωνῆς αὐτοῦ.

18. Ἄρ. εἶπεν· Ἐπειδὴ εἰς τὸ σῶμα συνήγαγες τὸ « Κύριος ἔκτισέ με, » καλῶς, κἀγὼ συντίθεμαί σοι διὰ τῆς ἐγγράφου μαρτυρίας. Λοιπὸν καὶ σὺ ὀρC θοπόδησον πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ μὴ ἄλλως (8) ποίει. Ἀθ. εἶπε· Τί θέλεις ποιήσω; Ὅπερ ἐστὶ τῇ ἀληθείᾳ φίλον, κἀγὼ συντίθεμαι. Ἄρ. εἶπε· Μαρτυρίαν σοι παρέξω, ἣν οὐ δυνήσῃ ἀλληγορῆσαι (9)· φανερὰ γάρ ἐστιν, ὅτι περὶ οὐσιώσεως τοῦ Λόγου φάσκει, ὡς ἐποιήθη ὑπὸ τοῦ Πατρός. Ἀθ. εἶπεν· Ἐάν μοι δῷς ἐκ τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν μαρτυρίαν (10) περὶ ὧν διαβεβαιοῦσαι, οὐκ ἀμνημονῶ· μόνον πρόσεχε, μὴ ἐγράψατε ἄρτι ὑμεῖς πρὸς τὸ ὑμέτερον βούλημα, καὶ οὐκ ἀνέχομαι τὰ ὑφ' ὑμῶν (11) λεγόμενα. Ἄρ. εἶπε· Μὴ κατάλεγε ἡμῶν ὡς μὴ φοβουμένων τὸν Θεόν. Ἀποστόλου ἐστὶ φωνὴ, ἣν εἶπον προσφέρειν (12). Ἀθ. εἶπε· Λέξον ἐξ αὐτῆς. Ἄρ. εἶπεν· Ὁ ἐπιφανέστατος τῶν ἀποστόλων Πέτρος, διαμαρτυρόμενος περὶ τοῦ προκειμένου τῷ Ἰσραὴλ, οὕτως D ἔφη· « Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς ὁ οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι καὶ Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε. » Μήτιγε ἡμεῖς διεχαράξαμεν τὴν φωνὴν ταύτην; Ἀθ.

qui proprii Patris erat æqualis, ut servus et conservus nobiscum est versatus : perfectus exsistens in divinitate, et perfectus in humanitate. Ille igitur, qui Verbum et Deus, sapientia et virtus paterna exsistit, et incorporeus est, ut Deus et Pater ejus, nostræ salutis causa, corpus in utero Mariæ Deiparæ, sine viri commercio ædificavit, factusque est, ut dixi, homo, seque exemplar exhibuit omnis virtutis : ut qui sequi voluerint, habeant divinæ veluti viæ exemplar, cui si similes efficiantur, divinæ naturæ fiunt participes, quemadmodum ait Vas electionis : « Imitatores mei estote, sicut et ego Christi [26]. » Itaque post suam passionem et resurrectionem sapientia, virtus, Verbum et Deus, apostolos misit ad omnes insipientes, stultos scilicet ethnicos, Deum ignorantes : quibus mensam apposuit, hoc est, sanctum altare, et in eo panem cœlestem et incorruptum : omnibus, qui ejus fiunt participes, vitam impertientem, sanctum videlicet imo sanctissimum ipsius corpus, ac vinum lætificans cor, sobriasque reddens eorum animas qui ex ipso degustaverint : itaque suum sanguinem veluti **165** in cratere miscet, suosque per apostolos invitat eos qui vocati sunt et electi, qui dimissa insipientia, regni cœlorum cives efficiuntur, ejusque vocem audiunt.

18. *Ar*. Quandoquidem hæc verba : « Dominus creavit me, » recte de corpore intellexisti : idcirco tibi assentior ob scriptum testimonium. Restat ut recta ad veritatem incedas, nec aliter facias. *Ath*. Quid me vis facere? Quidquid veritati gratum et amicum erit, amplectar libentissime. *Ar*. Locum tibi afferam, quem allegorice non poteris exponere : diserte enim docet ipsam Verbi essentiam esse a Patre factam. *Ath*. Si mihi ex libris divino instinctu scriptis attuleris testimonium, ut probes id quod contendis, non ego repugnabo : tantummodo attende, ne vos locum ad vestrum arbitrium scripseritis : alioquin quæ a vobis dicentur, minime feram. *Ar*. Noli nobis obtrectare, tanquam Deum non timentibus. Vox est Apostoli quam proferendam dixi. *Ath*. Profer ergo ipsam. *Ar*. Petrus apostolorum clarissimus, Israeli de re proposita testificans, sic loquitur : « Certissime ergo sciat omnis domus Israel, quia et Dominum eum et Christum Deus fecit [27]. » Nunquid nos hanc vocem exaravimus? *Ath*. Non exarastis, sed adulterastis. *Ar*.

[26] I Cor. XI, 1. [27] Act. II, 36.

(3) Anglic. ἐν μορφῇ ἀνθρώπου. Ibid. Reg. Angl. et Aug. καὶ ἴσος ὤν. Editi et reliqui codd. ἴσος δὲ ὤν.

(4) August. ὑπόδειγμα.

(5) Ἰησοῦ abest a Regio et ab Anglic.

(6) Aug. προστεθεικώς (sic). Infra idem ὅμενος Mox, αὐτοῦ post πανάγιον deest in Ang.

(7) Ita Regius et Augustanus. Editi et alii, ἀπολιμπάνουσι. Mox Reg., ἀναδεικνυμένους. Editi, ἀναδείκνυσι. Basil. ἀναδεικνύουσι.

(8) Aug. μὴ οὕτως.

(9) Aug. ἀντερῆσαι. Paulo post, idem, ὡς ἐκτίσθη παρὰ τοῦ Πατρός.

(10) Aug. μαρτυρίας. Ibid. Reg. διαβεβαιοῦται. Ibid. Aug. οὐκ ἀμνημονῶν. Mox idem, ἐγγράψητε, et, ἡμέτερον.

(11) Sic omnes mss. Editi vero, ἡμῶν.

(12) Reg. et Aug. προφέρειν. Ed. vero et alii, προσφέρειν.

Te conclusum vides, et ad injurias te vertis. Quin potius, si vales, ad hæc responde, vel sponte ad veritatem profuge. *Ath.* Perlege integrum capitulum. *Ar.* « Certissime ergo sciat omnis domus Israel, quia et Dominum eum et Christum Deus fecit. » *Ath.* Noli Scripturæ verba mutilare. Enimvero si corpus manet, ut primo formatum est, formosum certe est : at si per partes discindatur, avellaturque manus, pes vel digitus, informe redditur. Quocirca recita Scripturæ verba quæ sequuntur. *Ar.* Hæc sunt : « Jesum quem vos crucifixistis. »

εἶπεν· Οὐχ ὑμεῖς ἐχαράξατε αὐτὴν, ἀλλὰ παρεχαράξατε (13). Ἄρ. εἶπεν· Ἐθεώρησας περιγραφόμενον σεαυτὸν, καὶ εἰς ὕβρεις ἐτράπης. Μᾶλλον δὲ, εἰ δύνασαι, λέγε πρὸς ταῦτα, ἢ αὐτομόλησον πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ἀθ. εἶπεν· Ἀνάγνωθι τὸ κεφάλαιον ὅλον. Ἄρ. εἶπεν· « Ἀσφαλῶς οὖν (14) γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι καὶ Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ἐποίησεν ὁ Θεός. » Ἀθ. εἶπε· Μὴ ἀκρωτηρίαζε τὰ ῥήματα τῆς Γραφῆς. Καὶ γὰρ τὸ σῶμα ὡς παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐπλάσθη, ἐὰν μείνῃ, εὔμορφον τυγχάνει· ἐὰν δὲ παρὰ μέλος γένηται, τουτέστι χεῖρα, ἢ πόδα, ἢ δάκτυλον, ἄσχημον δείκνυται. Εἶπον οὖν καὶ τὰ ἑπόμενα τῶν Γραφῶν (15). Ἄρ. εἶπε· Τουτέστι, « Τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. »

19. *Ath.* Quis est qui crucifixus est, Verbumne Deus, an corpus quod Verbum Deus ex Maria virgine accepit? *Ar.* Num tu Verbum non fateris fuisse crucifixum? *Ath.* Ego Deum Verbum confiteor hominem factum, carne esse crucifixum. *Ar.* Quid est, carne? nonne Verbum passum est? *Ath.* Tu autem quid sentias primum fatere. *Ar.* Etiamsi tu non dicas, ego affirmo Verbum una cum carne clavis fuisse affixum et passum esse. *Ath.* Parabola tibi demonstrandum est, utrum Verbum et Deus passus sit. *Ar.* Dic quod lubet. *Ath.* Vidisti nunquam quempiam cruci affixum? *Ar.* Ita sane. *Ath.* Num ergo quandiu corpus clavis in cruce detinetur, anima simul detinetur, nec a corpore potest recedere? *Ar.* Recedit cum anima sit spiritus. *Ath.* Si recedit, clarum est eam in cruce non detineri, id est, in ligno et clavis, quod quidem verum est. Nam corpore in cruce detento, anima, quæ libera est nec detineri potest, corpore relicto, discedit ad suum locum. *Ar.* Id ita se habet. *Ath.* Quod si ergo in condemnato homine concedis animam nihil pati præsenti corporis supplicio; quomodo ais Verbum et Deum simul cum corpore fuisse clavis affixum? *Ar.* Demus ergo **166** Deum Verbum non passum esse una cum corpore. *Ath.* Igitur apostolus Petrus cautissime locutus est, neminem volens præ ignorantia perire. Cum enim filii Israel Christum arbitrarentur hominem esse nobis similem, suo ille testimonio declaravit, illum electum Dei esse, hæcque erant quæ aiebat : Quamvis vos, ut hominem, justum suspendistis, ne ignoretis quia Deus hunc Christum et Dominum fecit. *Ar.* En igitur, Christus et Dominus a Deo factus est. *Ath.* Deus Verbum, Dei Filius, eratne Dominus ante passionem, an non? *Ar.* Certe Dominus erat. *Ath.* Atqui Petrus ait eum, quem Judæi crucifixerunt, factum fuisse Dominum. *Ar.* Quid sibi vult quod ais, crucifixerunt Christum et Dominum factum? Cupio nosse quid dicas.

19. Ἀθ. εἶπε· Τίς ἐστιν ὁ σταυρωθεὶς, ὁ Λόγος Θεὸς, ἢ τὸ σῶμα ὅπερ ὁ Λόγος Θεὸς ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου ἔλαβεν; Ἄρ. εἶπε· Σὺ τὸν Λόγον οὐχ ὁμο-
B λογεῖς ἐσταυρῶσθαι; Ἀθ. εἶπεν· Ἐγὼ τὸν Θεὸν Λόγον ὁμολογῶ, ἄνθρωπον γενόμενον, ἐσταυρῶσθαι σαρκί. Ἄρ. εἶπε· Τί ἐστι σαρκί; οὐχ ὁ Λόγος ἔπαθεν; Ἀθ. εἶπε· Σὺ τί φρονεῖς ὁμολόγησον ἐν πρώτοις. Ἄρ. εἶπε· Κἂν μὴ σὺ λέγῃς, ἐγώ φημι, ὁ Λόγος συγκαθηλώθη, καὶ συνέπαθε τῇ σαρκί. Ἀθ. εἶπε· Διὰ παραβολῆς χρὴ παραστῆσαι τὴν ἀπόδειξιν, εἰ πέπονθεν ὁ Λόγος καὶ Θεός. Ἄρ. εἶπε· Λέγε ὃ βούλει. Ἀθαν. εἶπε· Σταυρῷ προσηλωμένον ἐθεάσω ποτέ; Ἄρειος εἶπε· Ναί. Ἀθαν. εἶπεν· Ἆρα ἕως ὅτε τὸ σῶμα (16) κεκράτητο ὑπὸ τῶν ἥλων ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ ἡ ψυχὴ κατείχετο μὴ δυναμένη ἀναχωρῆσαι ἀπὸ τοῦ σώματος; Ἄρ. εἶπεν· Ἀναχωρεῖ, ἐπειδὴ πνεῦμα τυγχάνει ἡ ψυχή. Ἀθαν. εἶπεν· Εἰ ἀναχωρεῖ, δῆλόν ἐστιν, ὅτι οὐ κρατεῖται ἐπὶ τοῦ σταυ-
C ροῦ, τοῦτ' ἔστιν ἐπὶ τοῦ ξύλου καὶ τῶν ἥλων, καὶ οὕτως ἔχει. Τοῦ γὰρ σώματος κατεχομένου, ἡ ψυχὴ τὸ ἐλεύθερον ἔχουσα καὶ τὸ ἀκράτητον, καταλείψασα τὸ σῶμα, πορεύεται εἰς τὸν ἑαυτῆς τόπον. Ἄρ. εἶπεν· Οὕτως ἐστὶ καὶ τοῦτο. Ἀθαν. εἶπεν· Εἰ οὖν ἐπὶ ἀνθρώπου καταδίκου ἔδωκας μὴ πάσχειν τὴν ψυχὴν ἐν τῇ παρούσῃ σωματικῇ καταδίκῃ, πῶς τὸν Λόγον καὶ Θεὸν ἔφης συμπεπῆχθαι τῷ σώματι; Ἄρ. εἶπε· Δεδόσθω μὴ συμπεπονθέναι τὸν Θεὸν Λόγον τῷ σώματι. Ἀθ. εἶπεν· Οὐκοῦν ὁ ἀπόστολος Πέτρος ἠσφαλίσατο τὸν λόγον, μὴ βουλόμενός τινας ὑπὸ ἀγνοίας ἀπολέσθαι. Νομιζόντων γὰρ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἄνθρωπον εἶναι τὸν καθ' ἡμᾶς Χριστὸν, ἐσήμανε διὰ τῆς μαρτυρίας, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ἐκλεκτὸς τοῦ Θεοῦ· καί φησιν· Εἰ καὶ ὑμεῖς ὡς ἄνθρωπον ἐκρεμά-
D σατε (17) τὸν δίκαιον, μὴ ἀγνοήσατε, ὅτι τοῦτον Χριστὸν καὶ Κύριον ἐποίησεν ὁ Θεός. Ἄρ. εἶπεν· Ἰδοὺ οὖν, Χριστὸς καὶ Κύριος γέγονεν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἀθ. εἶπεν· Ὁ Θεὸς Λόγος, ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, πρὸ τοῦ πάθους (18) Κύριος ἦν, ναὶ ἢ οὔ; Ἄρ. εἶπε· Ναί, Κύριος ἦν. Ἀθ. εἶπεν· Ὁ Πέτρος ἔφη, ὃν οἱ Ἰουδαῖοι

(13) Reg. et Basil. ἀλλ' ἐπεχαράξατε. Editi aliique, ἀλλὰ παρεχαράξατε. Ibid. Aug. ὁ θεωρήσας περιγραφόμενον ἑαυτὸν, καὶ εἰς ὕβρεις ἐτράπη.
(14) Ἀσφαλῶς οὖν deest in Aug.
(15) Aug. τῆς Γραφῆς. Ibid. Ἀθανάσιος εἶπεν et Ἄρειος εἶπεν abest ab eodem. Mox idem, Τίς οὖν ἐστιν. Ibid. Aug. ὁ Λόγος ὁ Θεός. Alii cum edit. Comm. ὁ Λόγος Θεός.
(16) Aug. Οὐκοῦν ἕως ὅτου τὸ σῶμα. Reg., Οὐκοῦν ἕως ὅτε τὸ σῶμα. Mox Aug. ὑπὸ τοῦ σταυροῦ.
(17) Aug. ἐσταυρώσατε. Ibid. Angl. μὴ ἀγνοήσατε. Cæteri et editio Comm. μὴ ἀγνοήσητε.
(18) [illegible]

ἐσταύρωσαν, γεγενῆσθαι Κύριον. Ἄρ. εἶπε· Τί ἐστι τὸ, Ἐσταύρωσαν Χριστὸν καὶ Κύριον γεγονότα (19); Ἤθελον γνῶναι τί λέγεις.

20. Ἀθαν. εἶπεν· Ὁ Θεὸς Λόγος Κύριός ἐστι τῶν A ἁπάντων ἀεὶ Κύριος ὤν. Ἐπειδὴ δὲ ἐκ τῆς ὑπὸ ἁμαρτίας βεβασιλευμένης σαρκὸς ἔλαβε τὴν σάρκα, καθὼς γέγραπται· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· » σάρκα δέ φημι ἄνθρωπον τέλειον, οἷοι (20) καὶ ἡμεῖς τυγχάνομεν, κατὰ τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀνθρώπους μόνον· αὐτὸς γὰρ ἄνευ ἁμαρτίας γέγονεν ἄνθρωπος· τοῦτον οὖν Χριστὸν καὶ Κύριον ὁ Θεὸς ἐποίησε, τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἄνθρωπον, ὑποτάξας αὐτῷ ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας καὶ κυριότητας, καὶ ἀνθρώπους, καὶ ἀγγέλους, καὶ πάντων ἁπλῶς ὑποταγέντων γέγονε Χριστὸς καὶ Κύριος (21)· Χριστὸς μὲν διὰ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, δίκην ἐλαίου, ἐπ' αὐτῷ γενομένην οὐρανόθεν ἔγχυσιν· Κύριος δὲ διὰ τὸ κατὰ πάντων εἰληφέναι τὸ κῦρος (22). Ἄρ. εἶπεν· Ἰδίως οὖν Υἱὸς καὶ Κύριός ἐστιν ὁ Λόγος, καὶ Θεὸς, καὶ ἰδίως ἄνθρωπος; Ἀθ. B εἶπε· Μὴ γένοιτο! Ἄρ. εἶπεν· Εἰπὲ οὖν, πῶς. Ἔφης γὰρ Κύριον τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ τὸν ναὸν αὐτοῦ Κύριον, τουτέστι τὸν ἄνθρωπον. Ἐγὼ δὲ νομίζω, ὅτι δύο Κύριοί εἰσιν. Ἀθ. εἶπεν· Οὐχ εἰσὶ δύο· μὴ γένοιτο! Εἷς γάρ ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, ὁ γενόμενος δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος. Ὁ γὰρ ἐπίγειος βασιλεὺς, εἰπέ μοι, ἰδίως ὁ ἄνθρωπος βασιλεύει, καὶ ἰδίως ἡ πορφυρὶς, ναὶ ἢ οὔ; Ἄρ. εἶπεν· Πῶς ἐγχωρεῖ, ἢ τὸν ἄνθρωπον ἐκτὸς βασιλεύειν (23), ἢ τὴν πορφυρίδα ἰδίως ἄρξαι; Πλὴν ἔγνων τί θέλεις παραστῆσαι ἐκ τοῦ παραδείγματος. Ἀθ. εἶπεν· Εἰ οὖν ἀνεγχώρητον δύο βασιλεῖς φῆσαι ἐπὶ βασιλέως ἑνὸς, λέγω δὴ ἀνθρώπου καὶ πορφύρας, πῶς ἐγχωρεῖ ἰδίως μὲν τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ κυριότητα φάσκειν, κεχωρισμένην δὲ τὴν C δίκην πορφύρας ἔνδυμα γεγονυίας, ἁγίας καὶ τιμίας σαρκὸς, ἀρχὴν καταγγέλλειν, ἥτις ἐστὶν ἔνδυμα τοῦ βασιλέως Λόγου Θεοῦ γεγενημένη; Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος, τὴν ἑνότητα τῆς κυριότητος, ἣν ἔχει ὁ Κυριακὸς ἄνθρωπος σὺν τῷ Θεῷ Λόγῳ, ἀκραιφνέστατα ἐσήμανε, τῷ φῆσαι αὐτόν (24)· « Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. » Ὁρᾷς, ὅτι καὶ Θεὸν ἐπὶ πάντων οἶδε τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, ὁ Ἀπόστολος;

21. Ἄρ. εἶπεν· Οὐ φοβῇ ἐπὶ πάντων Θεὸν λέγειν τὸν ἄνθρωπον; Ἀθ. εἶπε· Παῦλος οὐκ ἐφοβήθη, οὔτε ἐγὼ φοβοῦμαι, ὅτι βλέπω ἐκ μέρους τὴν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν. Ἄρ. εἶπε· Ποίαν οἰκονομίαν; Ἀθ. εἶπε· D Περὶ τῆς τοῦ πάντων (25) Θεοῦ ἐνανθρωπήσεως. Ἄρ. εἶπε· Περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Λόγου κἀγὼ ὁμολογῶ· περὶ δὲ τοῦ εἶναι ἐπὶ πάντων Θεὸν τὸν σταυρωθέντα φοβοῦμαι λέγειν. Ἀθ. εἶπεν· Ἄκουε, καὶ περισσότερον θαύμαζε, ὅτι καὶ Θεὸν ἐπὶ πάντων

20. *Ath.* Deus Verbum Dominus est omnium, cum sit semper Dominus. Postquam autem, ex carne peccati imperio subjecta, carnem assumpsit, quemadmodum scriptum est: « Verbum caro factum est [38]: » (carnem autem intelligo perfectum hominem quales nos sumus, quatenus non homines tantum sumus: ipse enim absque peccato factus est homo) hunc igitur Christum et Dominum Deus fecit, hominem semine David prognatum, subjectis ei principatibus, potestatibus, dominationibus, hominibus, angelisque, unde omnium ipsi subjectorum factus est Christus et Dominus: Christus, inquam, propter sancti Spiritus factam in ipsum de cœlo, instar olei, effusionem; Dominus autem, propter rerum omnium quem accepit dominatum. *Ar.* Seorsum igitur Filius et Dominus est Verbum et Deus, et seorsum homo? *Ath.* Absit! *Ar.* Dic igitur quanam ratione. Dixisti enim Dominum Deum Verbum, et templum ejus, nempe hominem, similiter Dominum. Ego vero censeo duos esse Dominos. *Ath.* Non sunt duo: absit! Unus enim est Dei Filius, homo propter nos factus. Num enim terrenus imperator, dic mihi, seorsum homo imperat, et seorsum purpura, necne? *Ar.* Qui fieri queat ut vel homo absque purpura imperet, vel seorsum regnet purpura? Nec tamen me fugit quid hujusmodi exemplo velis indicare. *Ath.* Si igitur fieri non potest, ut duo imperatores (hominem scilicet intelligo et purpuram) de uno imperatore dicantur: cur, quæso, seorsum Verbi et Dei agnoscemus dominatum, carnisque sanctæ et pretiosæ imperium distinguemus, quæ, instar purpuræ, indumentum facta est; quippe quæ imperatoris Verbi Dei facta sit indumentum? Sed et apostolus Paulus disertissime unitatem dominatus, quem Dominicus homo cum Deo Verbo obtinet, his declarat verbis: « Quorum patres, et ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus in sæcula. Amen [39]. » Videsne Apostolum eum agnoscere Deum, qui est super omnia, qui ex semine sit David?

21. *Ar.* dixit: Nihil vereris Deum qui est super omnia, hominem dicere? *Ath.* Paulus non est veritus, nec ego vereor, quippe qui ex parte videam Dei œconomiam sive dispensationem. *Ar.* Quam dispensationem? *Ath.* Loquor de Dei, qui est super omnia, incarnatione. *Ar.* Confiteor quoque ipse Verbi incarnationem: sed Deum, qui est super omnia, crucifixum dicere non audeo. *Ath.* Audi, eoque magis admirare, quod Deum, qui est super

[38] Joan. I, 14. [39] Rom. IX, 5.

(19) Sic Reg. At in aliis et editis καί deest. Paulo post Regius, Ἐπειδὴ δὲ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας. Augustan. Ἐπειδὴ ἀπὸ ἁμαρτίας. Infra Reg. et Basil. καθὰ γέγραπται.

(20) Sic Reg. At alii et editi, οἷον.

(21) Sic Reg. In aliis et editis, καί deest.

(22) Basil. et Angl. κύρος.

(23) Reg. ἐκ τῆς πορφυρίδος βασιλεύειν. Mox idem et Basiliensis, Εἰ οὖν ἀνεγχείρητον.

(24) Aug. ἐν τῷ φῆσαι.

(25) Sic Aug. Editi vero et alii, περὶ τῆς ἐπὶ πάντων.

omnia, confiteor, nec alium posse adversus illum æstimari, qui Deus cum semper sit, homo pro nobis est factus et crucifixus. *Ar.* Ubinam recentius istud scriptum est? **167** *Ath.* Apud Jeremiam prophetam, cujus hæc sunt verba: « Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius adversus eum. Adinvenit omnem viam disciplinæ, et tradidit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est [40]. » Isne igitur, qui visus est, Deus erat et est, adversus quem non alius æstimabitur Deus, an non? *Ar.* Ut ait propheta, ipse est Deus. Nec enim fas est dicere Patrem ipsum visum esse, factumque hominem, cum hominibus versatum esse, cum res sit manifesta Deum Verbum hominem esse factum. *Ath.* Igitur unus Filius, qui ante omnia sæcula una cum Patre exsistebat, Deusque erat invisibilis, factus est homo visibilis. *Ar.* Unum esse Filium Dei concessum est quidem: at certe non simul cum Patre infinite exsistit. *Ath.* An non sapientia et virtus simul cum Patre et Spiritu sancto exsistit? *Ar.* Ita est. *Ath.* Unus ergo est invisibilis Filius Dei, qui idem et visus est; incorporeus, qui et corpus assumpsit; immortalis, qui et carne mortem est expertus; intactus idem et tactus. *Ar.* His quæ dixisti assentior. *Ath.* Ille igitur et Dominus et Deus est ob carnem cum Verbo conjunctam: nec separate aut dominationes dicuntur, at Dei Filius Jesus Christus, Verbum et Deus, unus est.

22. *Ar.* Recte admodum mihi se habere videtur hæc de incarnatione definitio: verumtamen Filius minime est verus Deus, qualis est Pater. *Ath.* Unde hoc acceptum attulisti nobis? *Ar.* Nunquamne legisti Evangelium, ubi Dominus ita Patrem alloquitur: « Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti, Jesum Christum [41]? » Vides solum verum Deum dixisse Patrem, utpote cum ipse non sit verus Deus? *Ath.* Id conjunctio est, verba quæ ante sunt posita et quæ sequuntur nullo modo dividens. Profecto qui recte sentiunt, illam agnoscunt conjunctionem in voce Dominica. Nihilominus æquo animo audias quæ sum dicturus. Si quis alicui ita de Constantino præciperet: Certo agnosce solum Augustum et dominum terræ et maris imperatorem Constantinum et Constantium filium ejus, num is filium cum patre confiteretur, an non? *Ar.* Non leve est periculum dicere Constantium non imperare cum Constantino patre suo, eo quod una cum ipso numeretur. *Ath.* An ergo gravissimum periculum cernis impendere, si de Constantino et Constantio ita ausis loqui, nihil autem times qui talia de Jesu Christo et ejus Patre loque-

A ὁμολογῶ, καὶ μὴ δυνάμενον ἕτερον λογισθῆναι· τὸν πρὸς τὸν γενόμενον ἄνθρωπον καὶ σταυρωθέντα δι' ἡμᾶς Θεὸν ἀεὶ ὄντα. Ἀρ. εἶπε· Ποῦ γέγραπται τοῦτο τὸ καινότερον; Ἀθ. εἶπε· Παρὰ Ἱερεμίᾳ τῷ προφήτῃ· φησὶ γάρ· « Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. » Ὁ οὖν ὀφθεὶς (26) οὗτος ἦν Θεὸς, καὶ ἔστιν, ᾧ οὐ προσλογισθήσεται ἕτερος Θεὸς, ναὶ ἢ οὔ; Ἀρ. εἶπε· Καθὼς ὁ προφήτης λέγει, αὐτός ἐστιν ὁ Θεός. Ἀθέμιτον γάρ ἐστι περὶ τοῦ Πατρὸς λέγειν, ὅτι ὤφθη, ἢ ὅτι ἄνθρωπος γεγονὼς συνεπολιτεύσατο τοῖς ἀνθρώποις, φανεροῦ ὄντος τοῦ πράγματος, ὅτι ὁ Λόγος Θεὸς B ἐνηνθρώπησεν. Ἀθ. εἶπεν· Οὐκοῦν εἷς ὁ Υἱὸς ὁ πρὸ πάντων αἰώνων συνυπάρχων τῷ Πατρὶ αὐτοῦ, Θεὸς ὢν ἀόρατος, ἄνθρωπος γέγονεν ὁρατός. Ἀρ. εἶπεν· Ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὡμολόγηται· οὐ συνυπάρχει δὲ τῷ Πατρὶ ἀπεράντως. Ἀθ. εἶπεν· Ἡ σοφία καὶ ἡ δύναμις συνυπάρχει τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ; Ἀρ. εἶπεν· Οὕτως ἔχει. Ἀθ. εἶπεν· Εἷς οὖν ὢν ὁ ἀόρατος Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ καὶ ὀραθεὶς, ἀσώματος καὶ σῶμα λαβὼν, ἀθάνατος καὶ θανάτου πεῖραν λαβὼν σαρκὶ, ὁ ἀψηλάφητος καὶ ψηλαφηθείς. Ἀρ. εἶπε· Σύμφημι ἅπερ εἶπας. Ἀθ. εἶπεν· Οὗτος οὖν καὶ Κύριος (27) καὶ Θεὸς, διὰ τὸ συναφθῆναι τὴν σάρκα τῷ Λόγῳ· καὶ οὐ διῃρημένως, καὶ κυριότητες μὲν λέγονται· ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ Λόγος καὶ Θεὸς, εἷς τυγχάνει. C

22. Ἀρ. εἶπε· Δοκεῖ μοί πως ὀρθότατα καταφαίνεσθαι ὁ περὶ τῆς σαρκώσεως ὅρος· μέντοιγε οὐκ ἀληθινὸς Θεός ἐστιν ὁ Υἱὸς, ὥσπερ ὁ Πατήρ. Ἀθ. εἶπε· Πόθεν τοῦτο εἰληφὼς ἐκόμισας ἡμῖν; Ἀρ. εἶπεν· Οὐδέποτε ἀνέγνως τὸ Εὐαγγέλιον, ὥς φησιν ὁ Κύριος πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα· « Αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν; » Ὁρᾷς, ὅτι μόνον ἀληθινὸν Θεὸν ἔφη τὸν Πατέρα, ὡς αὐτοῦ μὴ ὄντος ἀληθινοῦ Θεοῦ; Ἀθ. εἶπε· Τοῦτο σύνδεσμός ἐστι, τῶν προειρημένων ῥημάτων καὶ τῶν ἐπαχθέντων οὐ διαίρεσιν ἐμποιῶν. Ἀραρότως δὲ παρὰ τοῖς εὐφρονοῦσιν ὡμολόγηται (28) σύνδεσμος τὸ ἐπὶ τῆς D Κυριακῆς φωνῆς. Πλὴν ἄκουε μετὰ μακροθυμίας ὃ φημι. Εἴ τις τῷ πλησίον ἐντέλλεται περὶ Κωνσταντίνου λέγων· Ἀσφαλῶς γίνωσκε τὸν μόνον Αὔγουστον καὶ αὐτοκράτορα γῆς καὶ θαλάσσης βασιλέα Κωνσταντῖνον καὶ Κωνστάντιον τὸν υἱὸν αὐτοῦ, συνωμολόγησε τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, ναὶ ἢ οὔ; Ἀρ. εἶπεν· Οὐ μικρὸς κίνδυνος τὸ εἰπεῖν, ὅτι οὐ συμβασιλεύει Κωνστάντιος Κωνσταντίνῳ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ ὑπαριθμηθῆναι αὐτῷ (29). Ἀθ. εἶπεν· Ἐπὶ μὲν Κωνσταντίνου καὶ Κωνσταντίου κίνδυνον μέγιστ-

[40] Baruch III, 36-38. [41] Joan. XVII, 3.

(26) Hæc Ὁ οὖν ὀφθεὶς, desunt in Aug.
(27) Ita Reg. Edit. vero Comm., Οὗτος Κύριος. Edit. Paris. cum aliis mss. Οὗτος οὖν Κύριος.

(28) Aug., ὁμολογεῖται.
(29) Reg., αὐτόν.

ὁρᾷς, ἐπὶ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ οὐ φοβῇ τοιαῦτα φθεγγόμενος; Δεῖ σε τοιαύτην ἔχειν εὐσέβειαν εἰς τὸν Κύριον, οἵαν καὶ εἰς Κωνσταντῖνον ῥηθέντα. Οὐκ ἀφῄρησας ἀπὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίου, τουτέστιν αὐτὸν Αὔγουστον, καὶ πάντα ὅσα εἰς τὸν πατέρα αὐτοῦ προεῤῥήθη, οὐκ ἄλλοθεν τὴν ἑνότητα τῆς ἀξίας ἐπιγνοὺς ἢ δι' αὐτοῦ. Ἄρ. εἶπεν· Ἐκκλίνας ἀπὸ τῶν συλλογισμῶν, ἔγγραφόν μοι δὸς ἀπόδειξιν, εἰ ἀληθινὸς Θεός ἐστιν ὁ Υἱὸς, ὥσπερ κἀγώ σοι φωνὴν παρεθέμην εὐαγγελικήν. Ἀθ. εἶπεν· Ἄκουε καὶ περὶ τούτου ἔγγραφον τὴν ἀπόδειξιν, καὶ μὴ πλανῶ. Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος οὕτως ἔφη· « Καὶ οἴδαμεν, ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ἥκει, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινὸν Θεόν· καί ἐσμεν ἐν τῷ ἀληθινῷ Υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ. Οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος. » Ὁρᾷς, ὅτι αὐταὶ αἱ φωναὶ φέρονται περὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ Πατρὸς, θεολογοῦσαι ἴσον τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς ἔφη· « Αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν, » καὶ ἐνταῦθα περὶ τοῦ Υἱοῦ φησιν· « Οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ζωὴ αἰώνιος. » Τὸ οὖν, « Καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστὸν, » σύνδεσμος τυγχάνει, ἀντὶ τοῦ λέγειν, « Σὲ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστὸν, » ἵνα γινώσκωσι τὸν Υἱὸν ἀληθινὸν Θεὸν, ὥσπερ καὶ σὲ τὸν Πατέρα· καθάπερ καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ ἔλεξεν ὁ Κύριος· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. » Ἀλήθεια δὲ οὐκ ἂν ψεῦδος ἐγένετό ποτε.

23. Ἄρ. εἶπεν· Ὁμολογῶ κἀγώ (30), ὅτι ἀληθινὸς Θεός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· μή γε δύνασαι φάναι, ἅμα Θεὸς, ἅμα Υἱός; Ἀθ. εἶπε· Τί λέγεις ἅμα Θεὸς, ἅμα Υἱός; Ὅτι ὁ Υἱὸς ἅμα Υἱὸς Θεοῦ ἐστι; Ναί. Ὁ γὰρ Θεοῦ Λόγος (31) Θεὸς τυγχάνει, Υἱὸς τοῦ Πατρὸς ὤν. Ἄρ. εἶπεν· Οὐχ οὕτως φημὶ, ἀλλ' ὅτι μὴ δύνασαι φῆσαι (32), ἅμα Θεὸς Πατὴρ, ἅμα Υἱὸς σὺν Πατρί. Ἀθ. εἶπε· Διὰ τί οὐ δύναμαι τοῦτο εἰπεῖν; Ἄρ. εἶπεν· Ὅτι ὁ Θεὸς Πατὴρ ἀγέννητος τυγχάνει, ὁ δὲ Υἱὸς γεννητός ἐστιν. Ἀθ. εἶπεν· Ἡ *ἀγέννητος* φωνὴ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ μόνου τάττεται, ἢ καὶ ἐπὶ ἄλλων τινῶν; Ἄρ. εἶπεν· Ἄλλο τι μὴ γένοιτο φῆσαι ἀγέννητον· ὃ γὰρ ἀγέννητον, τοῦτο καὶ ἄναρχον τυγχάνει. Ἀθ. εἶπεν· Ἡ φωνὴ, ἡ *ἀγέννητος*, οὐσία ἐστὶν, ἢ οὐσίας σημαντική; Ἄρ. εἶπεν· Οὐσία τυγχάνει. Ἀθ. εἶπεν· Ψεύδῃ· οὐκ ἔστιν οὐσία, ἀλλ' οὐσίας σημαντική. Ἄρ. εἶπε· Τί σημαίνειν θέλεις (33); Ἀθ. εἶπεν· Ὅτι οὐ γέγονεν, οὔτε μὴν ἐγεννήθη ἡ τοῦ Θεοῦ οὐσία· ὅθεν προσφόρως λέγομεν ἀγέννητον τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ. Εἶτα εἰπέ μοι· Ἀδὰμ ἐγεννήθη, ναὶ ἢ οὔ; Ἄρ. εἶπεν· Οὐκ ἐγεννήθη, ἀλλ' ἐπλάσθη. Ἀθ. εἶπε· Περὶ τοῦ *ἐγεννήθη* ἐπηρώτησα, οὐ περὶ τοῦ *ἐπλάσθη* (34). Ἄρ. εἶπεν· Οὐκ ἐγεννήθη. Ἀθ. εἶπεν· Οὐκοῦν ἔσται ἄναρχος κατὰ σέ. Ἀλλὰ καὶ ἡ Εὔα οὐκ ἐγεννήθη, ἀλλ' ἐδημιουργήθη. Τί δὲ φῇς καὶ

ris? Eamdem adversus Dominum exhibere debes pietatem, ac in memoratum Constantinum. Non abstulisti ab ejus filio Constantio Augusti majestatem, nec alia omnia quæ de patre ejus antea sunt dicta: nec aliunde dignitatis unitas tibi nota fuit, quam per ipsum. *Ar.* Omissis syllogismis, proba mihi Scripturæ auctoritate Filium verum esse Deum, quemadmodum ego tibi vocem evangelicam proposui. *Ath.* Audi itaque Scripturæ hac de re verba, nec erra. Joannes apostolus hæc ait: « Et scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum: et sumus in vero Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus et vita æterna [42]. » Vides easdem voces de Patre et Filio proferri, Filiumque æque ac Patrem Deum dicere? Nam quemadmodum de Patre ait: « Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum: » ita et ibi de Filio dicit: « Hic est verus Deus et vita æterna. » Hæc igitur verba: « Et quem misisti Jesum Christum, » conjunctio est, quæ idem significat atque hujusmodi verba: « Te solum verum Deum et quem misisti Jesum Christum, » id est, ut cognoscant Filium tuum verum **168** Deum, quemadmodum et te Patrem. Sicut et alibi ait Dominus, « Ego sum veritas [43]. » Veritas autem nunquam possit esse mendacium.

23. *Ar.* Confiteor et ego Filium Dei verum esse Deum: num vero dicere potes, simul Deus, simul Filius? *Ath.* Quid dicis, simul Deus, simul Filius? Num quod Filius simul sit Filius Dei? Ita est. Nam Deus Verbum Deus est, cum sit Patris Filius. *Ar.* Non hæc dico, sed, quod ipse dicere nequeas, simul Deus Pater, simul Filius cum Patre. *Ath.* Cur id dicere nequeam? *Ar.* Quia Deus Pater ingenitus est, Filius vero est genitus. *Ath.* Hæc vox, *ingenitus*, de solone Deo usurpatur, an etiam de aliis quibusdam? *Ar.* Nihil certe aliud fas est dicere ingenitum. Nam quod ingenitum est, idem et principii est expers. *Ath.* Vox, *ingenitus*, substantiane est, an substantiam significans? *Ar.* Substantia est. *Ath.* Falsa dicis: non est substantia, sed substantiam significans. *Ar.* Quid intelligis? *Ath.* Intelligo nec factam nec genitam esse Dei substantiam: unde convenienter Dei substantiam dicimus ingenitam. Deinde responde mihi: Genitusne est Adam, an non? *Ar.* Non est genitus, sed formatus. *Ath.* Interrogavi utrum esset genitus, non utrum esset formatus. *Ar.* Non est genitus. *Ath.* Erit igitur principii expers secundum te. Eva item non est genita, sed creata. Quid vero dicis de eo qui nondum genitus est, genitumne esse an ingeni-

[42] I Joan. v, 20. [43] Joan. xiv, 6.

(30) Κἀγώ deest in Aug.
(31) Reg. et Anglic., Ὁ γὰρ Θεὸς Λόγος.
(32) Anglic. δύνασθαι. Infra idem semper habet, ἀγένητος.
(33) Angl., θέλῃ. Paulo post idem, ἐγενήθη, et infra, γενητόν semper.
(34) Reg. et Aug., ἐπλάσθη. Alii cum editis, ἐκτίσθη.

tum? *Ar.* Recte se habet vox *ingenitus.* Erit igitur A Pater quidem ingenitus, Filius vero genitus. *Ath.* Quid inde vis concludere? *Ar.* Genitusne est Filius, an non? *Ath.* Genitus est. *Ar.* Vides eum non fuisse antequam esset genitus: nam si fuisse ais, erit secundum te ingenitus. Quod si ita est, Filius non erit genitus. *Ath.* Deus simulne Pater est, an non? *Ar.* Potentia quidem semper est Pater, actu vero non semper.

24. *Ath.* An mundus potentia erat infinite apud Deum, vel non? *Ar.* Ita est. *Ath.* Igitur quemadmodum mundum Deus voluntate est fabricatus, sic et Filium secundum te fabricatus est. *Ar.* Non sicut mundum: nam memini quæ prius demonstrata sunt. B At dico Filium voluntate habuisse ante sæcula: exiguum vero Filii generandi statuo intervallum, ut sit genitus. *Ath.* Rectane res est Deum Patrem esse, an vituperatione digna? *Ar.* Absit ut Deo affingatur aliquid vituperatione dignum! sed recta omnino res est Deum esse Patrem. *Ath.* Igitur ex tua sententia Deus a deterioribus in meliora profecit. Nam si cum Pater non esset, factus est postea Pater, ergo a minoribus ad maxima est conversus. Quod si dicas ipsum, antequam Pater fieret, honoratiorem fuisse, ergo ab honoratioribus ad deteriora devenit: quæ si vera sunt, qua ratione dicere poterimus Numen esse immutabile, ex se perfectum, nec in melius proficiens, nec a deterioribus ad optima C desinens? Rerum siquidem corruptioni obnoxiarum proprium est mutari, modoque a melioribus ad deteriora converti, modo ab inferioribus ad majora. *Ar.* Nec oculi ictum vis concedere, quo non fuit Filius antequam esset genitus? *Ath.* Quod non est, concedere non possum. *Ar.* Quare? *Ath.* Quia scriptum est: « Non erit in te Deus recens [44]. » Si enim minimum concesserim temporis intervallum quo non fuerit, certe recens erit quem ego confiteor. Absit vero ut ita sentiat Christianus homo, et contraria divinis Scripturis confiteatur! *Ar.* Quid contrarium, si Filium ictu oculi fuisse dicamus, antequam gigneretur, ne scilicet eum ingenitum esse intelligamus? *Ath.* Id mihi valde videtur contrarium esse divinarum Scripturarum pietati, quæ D ubique testantur **169** Filium semper fuisse, nullumque unquam fuisse tempus, cum non esset. An non tibi videtur, si id dicamus, contraria nos sentire Scripturis divinitus inspiratis?

25. *Ar.* Profer testimonia. *Ath.* Joannem audi dicentem, « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum [44*]. » Quis sanctorum prophetarum vel apostolorum talia unquam dixit, qualia

[44] Psal. LXXX, 10. [44*] Joan. I, 1, 2.

(35) Edit. Comm. cum quibusdam manuscriptis, προαποδεδομένων. Edit. Paris. cum aliis, προαποδεδειγμένων.

A περὶ τοῦ μηδέπω γεννηθέντος, γεννητὸν ἢ ἀγέννητον; Ἄρ. εἶπεν· Ὀρθῶς ἔχειν τὴν *ἀγέννητος* φωνήν. Ἔσται οὖν ὁ μὲν Πατὴρ ἀγέννητος, ὁ δὲ Υἱὸς γεννητός. Ἀθ. εἶπε· Τί οὖν θέλεις συναγαγεῖν ἐκ τούτου; Ἄρ. εἶπεν· Ὁ Υἱὸς ἐγεννήθη, ναὶ ἢ οὔ; Ἀθ. εἶπεν· Ἐγεννήθη. Ἄρ. εἶπεν· Ὁρᾷς, ὅτι, πρὶν ἢ γεννηθῆναι, οὐκ ἦν· εἰ δὲ ἦν, ἀγέννητος ἔσται κατὰ σέ. Εἰ δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει, οὐκ ἔσται γεννητὸς ὁ Υἱός. Ἀθ. εἶπεν· Ὁ Θεὸς ἅμα Πατήρ ἐστι, ναὶ ἢ οὔ; Ἄρ. εἶπε· Δυνάμει μὲν ἀεὶ Πατὴρ, ἐνεργείᾳ δὲ οὐκ ἀεί.

C 36. Itaque pacis et festi veluti tempore venit Jesus Jerosolymam cum suis discipulis, non veluti ignorans quæ sibi ventura erant, sed maxime ea explorata habens. Hinc certe quæ sequuntur discipulis prædixit : « Ecce ascendimus Jerosolymam, et Filius hominis tradetur in manibus seniorum et scribarum, et tradent eum gentibus, et condemnabunt eum morte [67]. » Ut ergo injustæ Judæorum turbæ appareret iniquitas, pax Jerosolymam introivit, quam ubi conspexere ipsius hostes, turbati sunt : pax enim hostibus et homicidis inimica est. Hi enim malis potius quam bonis operibus et fructibus pacis solent delectari. Illi vero postquam ipsum observassent, ensibus armati subito in locum irruunt, ubi erat Jesus cum suis discipulis. D Tum omnes circumspicientes, impuras manus in ipsum in primis injiciunt, cum adhuc essent cum eo discipuli. At ille homicidas pacifice his verbis alloquitur : « Si me quæritis, sinite hos abire [68]. » Discipuli vero gravissima contuentes pericula, cum ipsis non adesset sancti Spiritus virtus, magistro ac Domino relicto, se in fugam dederunt. Illi vero Satanæ domestici comprehenderunt Jesum, quem in Calvariæ locum duxerunt, ut eum

[66] Luc. IV, 30. [67] Matth. XX, 18. [68] Joan. XVIII, 8.

(82) Reg. τοῖς δεσποτικοῖς χρωμένοις ἑτοιμότατα.
(83) Aug. λιθάσασθαι.
(84) Aug. ἐξεληλυθότος.
(85) Reg. ἐσόμενα.
(86) Ita mss. Editi vero, ἅπαντα.

ibi crucifigerent, quo facto omnia adimpleverunt A quæ antea de illo scripta erant, suspensumque in cruce, veluti vitem in pedamento, fixerunt. Ille autem solus in cruce relictus, duos vel tres palmites veluti habens, **176** manus in transversum expandit, caput vero cum pectore et pedibus in rectum. Cæterorum vero palmitum coma spoliatus, clavis et lancea vulneratus, sancto sanguine, scatebræ instar, lacrymari cœpit. Repente autem post triduum resurrexit, in nullo, quod antea erat, diminutus, sed majori potius cum gloria apparens, seque vitam esse cordibus discipulorum fidem faciens. Majore deinde quam antea producto numero, discipulorum nimirum turma, post resurrectionem, non in Judæa tantum, sed « extendit palmites suos usque ad mare, operuit montes umbra ejus, et arbusta ejus cedros Dei [60]. » Hæc de vera vite commentatio, prout potui, a me pie instituta est.

ριον φυγῇ ἐχρήσαντο. Οἱ δὲ οἰκεῖοι τοῦ Σατανᾶ, συλλαβόμενοι τὸν Ἰησοῦν, ἄγουσιν ἐπὶ τὸν Κρανίου τόπον, εἰς τὸ σταυρῶσαι αὐτὸν ἐκεῖ, ἅπαντα ἐκπληρώσαντες τὰ πρὶν ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα, καὶ ἀναρτήσαντες, κατέπηξαν αὐτὸν, ὡς ἐπὶ χάρακι ἄμπελον, ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. Ὁ δὲ καταλειφθεὶς μόνος ἐπὶ τοῦ σταυροῦ (87), ὥσπερ δικλήματος ἢ τρικλήματος ἐκπετάσας κατὰ μὲν τοῦ πλαγίου τὰς χεῖρας, κατὰ δὲ τοῦ ὀρθοῦ κεφαλὴν σὺν θώρακι ἅμα ποσί. Περιαιρεθείσης δὲ τῆς κόμης ἁπάσης τῶν λοιπῶν κλημάτων, πληγεὶς πρὸς τῶν ἥλων καὶ τῆς λόγχης, ἐδάκρυε τῷ ἁγίῳ αἵματι κρουνηδόν. Αἰφνιδίως δὲ ἀνέστη τριήμερος, μηδὲν μειωθεὶς, ὅπερ ἦν τὸ πρὶν, μᾶλλον δὲ ἐνδοξότερος ἐκφανεὶς, πίστει πληροφορήσας τὰς καρδίας τῶν μαθητῶν εἶναι αὐτὸν τὴν ζωήν. B Πολὺν δὲ ἀριθμὸν βλαστήσας, ὄχλον μαθητῶν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἢ τὸ πρὶν, οὐκ ἔτι ἐν Ἰουδαίᾳ μόνον, ἀλλ' « ἐξέτεινε τὰ κλήματα αὐτῆς ἕως θαλάσσης· ἐκάλυψεν ὄρη ἡ σκιὰ αὐτῆς, καὶ αἱ ἀναδενδράδες αὐτῆς τὰς κέδρους τοῦ Θεοῦ. » Αὕτη ἡ πραγματεία τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου κατὰ τὸ δυνατὸν εὐσεβῶς νενόηται.

37. *Ar.* Valde bene ista se habere assentior. Jam mihi inquirendum superest de Spiritu sancto. Nam quod ad Filium spectat, confiteor et ego eum in omnibus Patri æqualem esse, nisi quod ille sit omnipotens. *Ath.* Nihil certe confessus es quod pietati sit consentaneum. *Ar.* Quare? *Ath.* Scilicet Filius suo Patri æqualis est, omniumque est Dominus, quibus ipsius Pater dominatur. *Ar.* Ego de omnipotentia loquor, non de eo quod his omnibus dominatur Filius, quibus Pater suus dominatur. C *Ath.* Quid est, omnipotens? *Ar.* Is est qui omnia sub potestate habet. *Ath.* An non ergo Filius omnia secundum te sub potestate habet? *Ar.* Recte et id cum cæteris dixisti : omnia enim sub potestate habet Filius, idemque est omnipotens, ut et Pater. Nam cum una sit Patris et Filii divinitatis natura, una quoque est omnipotentia. Jam igitur de Spiritu sancto disseramus : præsertim cum tu initio definieris ipsum esse Patri et Filio consubstantialem, quod ipse pernego, sanctarum Scripturarum auctoritate innixus, ex quibus habeo ipsum creatum esse : idque tibi paucis probo. Nempe Joannes asseverat omnia per Filium facta esse, quo quidem verbo Spiritum minime comprehendit, ipsum item D e cœlis a Patre ad apostolos in auxilium missum esse : atqui id quod e loco ad locum transgreditur, transeuntis est naturæ. Unde evidens est creatæ ipsum esse naturæ, non autem increatæ, qualis illa est quæ beatæ illius naturæ Patris et Filii dicitur, quæque omnia continet, et ubique substantia præsens est; quemadmodum supra a te concessum est : in quo et me non tecum, sed cum veritate

37. Ἄρ. εἶπε· Σφόδρα ὀρθῶς ἔχειν φημί. Ἔτι δὲ ὑπολέλειπταί μοι περὶ τῆς ζητήσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος· περὶ γὰρ τοῦ Υἱοῦ συνομολογῶ κἀγὼ τὸ ἴσον αὐτὸν εἶναι τῷ Πατρὶ κατὰ πάντα, ἐκτὸς τοῦ παντοκράτορα αὐτὸν εἶναι. Ἀθ. εἶπεν· Οὐδὲν ὡμολόγησας τῶν τῇ εὐσεβείᾳ ἀνηκόντων. Ἄρ. εἶπε· Τίνος ἕνεκεν; Ἀθαν. εἶπεν· Ἴσος τυγχάνει τοῦ ἰδίου Πατρὸς (88) ὁ Υἱὸς ἀπαρτί(?)ως, καὶ πάντων Κύριος ἐστιν, ὧν κυριεύει ὁ Πατὴρ αὐτοῦ. Ἄρ. εἶπεν· Ἐγὼ περὶ παντοκρατορίας ἔφην, οὐ περὶ τοῦ κυριεύειν (89) τὸν Υἱὸν ἁπάντων, ὧν κυριεύει ὁ Πατὴρ αὐτοῦ. Ἀθ. εἶπε· Παντοκράτωρ τί ἐστιν; Ἄρ. εἶπεν· Ἐκ τοῦ πάντων κρατεῖν. Ἀθαν. εἶπεν· Ὁ Υἱὸς οὖν κατὰ σὲ πάντων οὐ κρατεῖ; Ἄρ. εἶπε· Καλῶς ἔφης σὺν τοῖς λοιποῖς καὶ τοῦτο· πάντων γὰρ κρατεῖ καὶ παντοκράτωρ ἐστὶν ὁ Υἱὸς, ὥσπερ καὶ ὁ Πατήρ. Ὁπότε μιᾶς οὔσης οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τῆς θεότητος (90), καὶ μία παντοκρατορία τυγχάνει. Λοιπὸν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ζητήσωμεν· ἐπειδὴ μάλιστα ὡρίσω σὺ ἐν ἀρχῇ ὁμοούσιον αὐτὸ εἶναι Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ἐγὼ δὲ ἀντιλέγω, ἔχων τὴν ἀπόδειξιν ἐκ τῶν ἁγίων Γραφῶν, ὅτι κτιστὸν τυγχάνει· καὶ διὰ συντόμου ἐρῶ τὴν περὶ τούτου παράστασιν, ἐν τῷ τὸν Ἰωάννην δισχυρίσασθαι φάσκοντα, πάντα διὰ τοῦ Υἱοῦ γεγενῆσθαι, μὴ συμπαραλαβόντα καὶ τὸ Πνεῦμα ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ, ἔτι μὴν καὶ ἀποστελλόμενον πρὸς τοῦ Πατρὸς ἐκ τῶν οὐρανῶν πρὸς βοήθειαν τῶν ἀποστόλων· τὸ δὲ ἀπὸ τόπου εἰς ἕτερον τόπον μετιὸν μεταβατικῆς οὐσίας τυγχάνει. Ἐκ τούτου καταδήλου ὄντος κτιστῆς αὐτὸν φύσεως εἶναι, καὶ οὐκ ἀκτίστου, τῆς μακαρίας οὐσίας ἐκείνης Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λεγομένης (91), καὶ περιεχούσης τὰ ὅλα, καὶ πανταχοῦ

[60] Psal. LXXIX, 11.

(87) Sic Regius quem sequimur. Basil. et Aug. Ὁ δὲ καταλειφθεὶς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. In Augustano tamen deest ὁ δέ. In editis hæc desunt.

(88) Reg. τῷ ἰδίῳ Πατρί.

(89) Reg. μὴ κυριεύειν.

(90) Reg. et Angl. ἡ θεότης.

(91) Reg. et Anglic. λέγω μόνης.

παρούσης κατ' οὐσίαν· καθὼς προαποδέδοται ὑπὸ σοῦ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις, κἀμοῦ συνευδοκήσαντος οὐ σοὶ, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ· ἔτι δὲ καὶ τοῦ Θεοῦ λέγοντος διὰ τοῦ προφήτου· « Ἐγὼ στερεῶν βροντὴν καὶ κτίζων πνεῦμα, » οἷς ἐγὼ νομίζω μὴ δύνασθαί σε ἀντειπεῖν.

38. Ἀθ. εἶπε· Γέγραπται· « Γένεσθε ἅγιοι, ὅτι ἐγὼ ἅγιος ἁγιάζων ὑμᾶς. » Καὶ πάλιν ὁ Σωτὴρ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα ὑπὲρ τοῦ ἁγιασθῆναι τοὺς μαθητὰς ἔφη οὕτω· « Πάτερ, ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου· » καὶ πάλιν περὶ ἑαυτοῦ (92) ὁ Σωτήρ φησιν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. » Κατὰ ταῦτα ἡ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ θεότης ἐστὶν ἡ ἁγία καὶ ἁγιοποιὸς, ἡ ἁγιάζουσα πάντα τὰ λογικὰ, τὰ καταξιούμενα ἐξ αὐτεξουσίου γνώμης τε καὶ σπουδῆς τὴν ἁγίαν δέξασθαι καὶ μακαρίαν οὐσίαν εἰς κοινωνίαν ἁγιασμοῦ. Εἰ οὖν οὐκ ἔστι τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ οὐσίας τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τίνος ἕνεκεν συνηρίθμησεν αὐτὸ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ συμβόλῳ τοῦ ἁγιασμοῦ; Φησὶ γὰρ ὁ Κύριος πρὸς τοὺς μαθητάς· « Πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Εἰ οὖν πάντα τὰ ἔθνη τὰ πιστεύοντα καὶ ἁγιαζόμενα ἁγιάζονται τῇ τρισμακαριωτάτῃ ὀνομασίᾳ, δῆλόν ἐστιν ὅτι καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ θεότητος ὑπάρχει, ἐκ τοῦ ἅγιον αὐτὸ εἶναι κατ' οὐσίαν, καὶ ἁγίους ποιεῖν πάντας τοὺς προσβάλλοντας αὐτοῦ τῇ κοινωνίᾳ, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος πρὸς οὓς ἔφη· « Ἀλλ' ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἡγιάσθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι αὐτοῦ τῷ ἁγίῳ. » Εἰ δὲ οὐκ ἔστι τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὑποστάσεως (93), πάλιν φημὶ, πῶς συνηριθμήθη Πατρὶ καὶ Υἱῷ· ὡς μὴ δυναμένης τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ θεότητος ἐπαρκέσαι πρὸς ἁγιασμὸν τοῖς πιστοῖς, προσέλαβε τὸν Παράκλητον, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας εἰς συμπλήρωσιν ἁγιασμοῦ, τὸν οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ὄντα; Εἰ δὲ τοῦθ' οὕτω νομισθείη, πῶς φαμεν ἀπροσδεὲς τὸ Θεῖον; αὐτοτελὲς, μηδαμῶς χρῇζον παρ' ἑτέρου τινός τι τῶν ὁ προσδεόμενος (94) τοῦ εὐεργετεῖν δυναμένου.

39. Ἀρ. εἶπεν· Εἰ τῆς ἀϊδίου θεότητος ἦν τὸ Πνεῦμα ὁμοούσιον, πάντως οὖν (95) πανταχοῦ κατ' οὐσίαν παρῆν, καὶ οὐκ ἀποστελλόμενον ἀπὸ τόπου εἰς ἕτερον τόπον ἐπορεύετο. Ἀθ. εἶπεν· Οἱ ἅγιοι ἄγγελοι τὸ Πνεῦμα ἔχουσι; ναὶ ἢ οὔ; Ἀρ. εἶπε· Καὶ πάνυ. Ἀθ. εἶπε· Διαπαντὸς συνὸν αὐτοῖς τυγχάνει, ἢ πρὸς καιρὸν συνῆν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ταῖς ἁγίαις δυνάμεσιν; ἆρα πῆ μὲν λέξεις τοὺς ἀγγέλους ἁγίους, πῆ δὲ οὐχ ἁγίους; Τῇ μὲν γὰρ παρουσίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἅγιοι τυγχάνουσιν, ἐν τῇ ἀπουσίᾳ δὲ αὐτοῦ δῆλόν ἐστι μὴ εἶναι ἁγίους αὐτοὺς, κατὰ τὸ εἰρημένον πρὸς τοῦ Θεοῦ· « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ

A consentientem habuisti. Adde Deum ita per prophetam locutum esse : « Ego firmans tonitru et creans spiritum [70], » quibus non puto te posse contradicere.

38. *Ath.* Scriptum est, « Estote sancti, quia ego sanctus vos sanctificans [71]. » Rursum Salvator pro discipulorum sanctificatione Patrem sic alloquitur : « Pater, sanctifica eos in veritate tua [72]. » Iterum de seipso ait Salvator, « Ego sum veritas [73]. » Ex his igitur clarum est Patris et Filii divinitatem esse sanctam et sanctitatis effectricem, quæ nimirum illos omnes rationis participes sanctificat, qui ex libero arbitrio et diligentia digni
B habentur qui sanctam et beatam essentiam in sanctificationis communionem suscipiant. Si igitur Spiritus sanctus non est substantiæ Patris et Filii, quare ipsum Dei Filius annumeravit in symbolo sanctificationis? Ait enim ad discipulos Dominus : « Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti [74]. » Quod si omnes gentes, quæ credunt et sanctificantur, ter beatissima illa nomenclatura sanctificantur, evidens est Spiritum ad Patris et Filii divinitatem pertinere, cum ipsum substantia sit sanctum, et omnes sanctos efficiat, qui ad ejus communionem
177 accedunt : quemadmodum Apostolus ad eos ait quos sic alloquitur : « Sed abluti estis, sed
C sanctificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu sancto ejus [75]. » Qui si non est substantiæ Dei et Patris ac Filii, rursum interrogo, cur cum Patre et Filio sit numeratus, quasi scilicet, Patris et Filii divinitate non sufficiente ad fidelium sanctificationem, Paracletum, Spiritum veritatis assumpserit Deus in complementum sanctificationis, qui ipsius substantiæ non sit? Quod si admittatur, quomodo possumus dicere, Numen nulla re egere, ex se perfectum esse, nihilque a quoquam mutuari, qui possit id quo indiget sibi subministrare?

39. *Ar.* Si Spiritus sempiternæ veritati esset consubstantialis, certe ubique secundum substantiam adesset, nec missus e loco in alium locum abiret.
D *Ath.* Sancti angeli habentne Spiritum, annon? *Ar.* Certe habent. *Ath.* Semperne cum illis est, vel num ad tempus cum sanctis virtutibus erat Spiritus sanctus? An dices angelos aliquando sanctos, et aliquando non sanctos? Siquidem sancti Spiritus præsentia sancti illi sunt : eo autem absente, certum est sanctos illos non esse, juxta hanc Dei sententiam : « Non permanebit Spiritus meus cum hominibus generationis hujus, quia ipsi carnes sunt [76]. »

[70] Amos IV, 13. [71] Levit. XI, 44; Ezech. XX, 12. [72] Joan. XVII, 17. [73] Joan. XIV, 6. [74] Matth. XXVIII, 19. [75] I Cor. VI, 11. [76] Genes. VI, 3.

(92) Ita Reg. Basil. et Angl. Alii et editi, περὶ αὐτοῦ.
(93) Ita Regius, Anglicanus et Augustanus. Alii vero cum editis, καὶ Υἱοῦ θεότητος ὑποστάσεως.
(94) Aug. προσδεόμενον.
(95) Reg. πάντως ἄν.

Ait quoque Paulus apostolus : « Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus [77]. » Si igitur malarum actionum causa hæc est, quod scilicet Spiritus non sit cum peccantibus : ex eo quod Spiritus sanctus in aliquibus nec sit nec habitet, Christi non esse ostenditur. Quapropter angeli peccati erunt ministri, nisi semper Spiritum sanctum habuerint. Quomodo ergo Dei gloriam sine fine contemplantur, nisi semper sint sancti, et Spiritus sancti participes? *Ar.* Sanctæ virtutes Spiritum semper habent. *Ath.* Et sancti Patres, qui a mundo condito placuerunt Deo, num secum habuere sanctum Spiritum et etiamnum habent, annon? *Ar.* Omnes sancti et habuere et habent Spiritum sanctum absque ulla separatione. *Ath.* Aderatne cum apostolis Spiritus sanctus, cum essent in carne, annon? *Ar.* Nefas est dicere Spiritum sanctum cum apostolis non fuisse. *Ath.* Simulne omnes profecti sunt ad prædicandum regnum cœlorum, an in duodecim mundi partes dispersi sunt? *Ar.* A se invicem carne separati sunt, ut omnes gentes fidem Christi docerent. *Ath.* Itaque si cum angelis est Spiritus sanctus, si item est cum sanctis Patrum animabus, quæ Deo placuerunt : si item aderat apostolis a se invicem longis intervallis dissitis, ad annuntiandum regnum cœlorum : igitur omnia implet, præsensque est ubique secundum substantiam, sicut Deus Pater, ita unigenitus ejus Filius.

Πνεῦμά μου μετὰ τῶν ἀνθρώπων τῆς γενεᾶς ταύτης, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. » Καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολός φησιν· « Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. » Εἰ οὖν ἡ τῶν κακῶν πράξεων αἰτία γίνεται μὴ συνεῖναι τὸ Πνεῦμα τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἐκ τοῦ μὴ εἶναι καὶ ἐνοικεῖν ἔν τισι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, δείκνυται μὴ εἶναι Χριστοῦ. Ἆρα οὖν ἅγιοι (96) ἄγγελοι ἁμαρτίας διάκονοι, εἰ μὴ διαπαντὸς ἔχουσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Πῶς οὖν ἀδιαλείπτως προσέχουσι τῇ δόξῃ τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ ἅγιοι καὶ κοινωνοὶ Πνεύματος ἁγίου εἶεν διαπαντός; Ἄρ. εἶπε· Διαπαντὸς ἔχουσιν αἱ ἅγιαι δυνάμεις τὸ Πνεῦμα. Ἀθ. εἶπεν· Οἱ ἅγιοι Πατέρες οἱ ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστήσαντες τῷ Θεῷ συνὸν ἔσχον τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ νῦν ἔχουσιν αὐτό; ναὶ ἢ οὔ; Ἄρ. εἶπε· Καὶ ἔσχον καὶ ἔχουσι πάντες οἱ ἅγιοι τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἀχωρίστως. Ἀθ. εἶπε· Τοῖς ἀποστόλοις συνῆν τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐν σαρκὶ οὖσι; ναὶ ἢ οὔ; Ἄρ. εἶπεν· Ἀθέμιτόν ἐστι φάναι μὴ συνεῖναι τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοῖς ἀποστόλοις. Ἀθ. εἶπεν· Ἅμα πάντες ἐπορεύοντο κηρύττοντες τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἢ διεσπάρησαν εἰς τὰ δώδεκα μέρη τοῦ κόσμου (97); Ἄρ. εἶπεν· Ἐχωρίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων σαρκὶ, πρὸς τὸ μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὴν ἐν Χριστῷ πίστιν. Ἀθ. εἶπεν· Εἰ οὖν ἀγγέλοις σύνεστι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ταῖς ἁγίαις ψυχαῖς τῶν Πατέρων τῶν εὐαρεστησάντων τῷ Θεῷ συνὸν τυγχάνει τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ τῶν ἀποστόλων διαστάντων μακραῖς διαστάσεσιν ἀπ' ἀλλήλων, πρὸς τὸ κηρύξαι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, παρῆν αὐτοῖς τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ἄρα τὰ σύμπαντα πληροῖ πανταχοῦ παρὸν κατ' οὐσίαν, ὥσπερ ὁ Θεὸς ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ μονογενὴς Υἱὸς αὐτοῦ.

40. *Ar.* dixit : Esto, ubique secundum substantiam præsens sit Spiritus sanctus; cur ergo propheta ex persona Dei ait : « Ego Dominus Deus vester, firmans tonitru, et creans spiritum [78], » nisi sit creata virtus? *Ath.* Semperne creatur Spiritus sanctus secundum te, an semel duntaxat creatus est? *Ar.* Noli mihi quæstiones proponere, quæ rectæ mentis alienæ sint. Ego ante omnia sæcula creatum dico fuisse Spiritum. *Ath.* Propheta dixit, « creans, » quæ vox prophetæ Deum semper creantem indicat. Igitur non de sancto Spiritu hanc vocem, « creans, » intelligit, sed de ventorum flatu, ad recreandam universam rerum creatarum naturam. Id autem tibi exploratissimum erit, si propheta accepto, quæ sequuntur legas. Nam si, ut concessisti, ante omnia sæcula Spiritus creatus est, **178** dixisset profecto, Ego Deus, qui firmo tonitru et creavi Spiritum. Verum non ita locutus est. *Ar.* Belle id a te observatum est. Verum his verbis : « Omnia per ipsum facta sunt [79], » omnia prorsus comprehenduntur, veluti Spiritu cum omnibus collocato, etiamsi maxima fuerit virtus ad creandum. *Ath.* Num igitur putas universorum Dominum, Pa-

40. Ἄρ. εἶπε· Δεδόσθω κατ' οὐσίαν πανταχοῦ παρεῖναι τὸ ἅγιον Πνεῦμα· διὰ τί οὖν ὁ προφήτης ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ ἔλεξεν· « Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, στερεῶν βροντὴν καὶ κτίζων πνεῦμα, » εἰ μὴ ἦν κτιστὴ δύναμις; Ἀθ. εἶπεν· Ἀεὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κτίζεται, ἢ ἅπαξ ἐκτίσθη κατὰ σέ; Ἄρ. εἶπε· Μὴ παρὰ τὸν ὀρθὸν νοῦν πεύσεις πρόσαγε. Πρὸ πάντων τῶν αἰώνων φημὶ ἐκτίσθαι τὸ Πνεῦμα. Ἀθ. εἶπεν· Ὁ προφήτης εἶπε, « κτίζων, » ὡς διαπαντὸς κτίζοντος τοῦ Θεοῦ ἡ τοῦ προφήτου δηλοῖ φωνή. Ἆρα οὖν οὐ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φάσκει τὸ « κτίζων, » ἀλλὰ περὶ πνοῆς ἀνέμων πρὸς ἀνάκτησιν ἁπάσης (98) τῆς κτίσεως. Ἔσται δέ σοι σαφεστάτη ἡ περὶ τούτου γνῶσις, ἐὰν, λαβὼν τὸν προφήτην, ἐντύχῃς ἐκ τῶν ἑπομένων. Εἰ γὰρ, καθὼς ἔδωκας, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἔκτισται (99) τὸ Πνεῦμα, εἰρήκει ἂν, Ἐγὼ ὁ Θεὸς στερεῶν βροντὴν καὶ κτίσας Πνεῦμα. Νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔφη. Ἄρ. εἶπε· Παρατετηρημένως οὖν τοῦτο καλῶς ἔφης. Τὸ δέ· « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » ἅπαντα περιγράφει, ὡς καὶ τοῦ Πνεύματος σὺν πᾶσι ταγέντος, εἰ καὶ μεγίστη δύναμις ὑπέστη πρὸς δημιουργίαν. Ἀθ. εἶπεν· Ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης, ὁ Πατὴρ τοῦ Κυρίου

[77] Rom. VIII, 9. [78] Amos IV, 13. [79] Joan. I, 3.

(96) Ἅγιοι deest in Aug. Paulo post, Aug. Πῶς οὖν διὰ παντὸς καὶ ἀδιαλείπτως.
(97) Aug. τῆς οἰκουμένης.

(98) Ita Reg. et Aug. In cæteris et in editis male legitur ἀπάσης. Ibid. Bas. et Angl. ἀνάκτισιν.
(99) Reg. ἐκτίσθη.

ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὑπὸ κτιστῆς οὖν φύσεως καταλαμβάνεται κατὰ σέ; Ἀρ. εἶπε· Μὴ γένοιτο τοῦτο φῆσαί ποτε! Καὶ γὰρ ἀκούομεν τὸ παρὰ τοῦ Σωτῆρος λεχθὲν, «Οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατήρ· οὐδὲ τὸν Πατέρα τις ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ Υἱός.» Ἀθ. εἶπεν· Ἔστιν ἄνθρωπος, ὅστις ἐκτὸς ἢ ἔνδον γινώσκεται πρὸς τοῦ ἰδίου πνεύματος; ναὶ ἢ οὔ; Ἀρ. εἶπεν· Ἀποστόλου φωνή ἐστιν ἡ φάσκουσα ἕτερον μὴ ἐπίστασθαι τὰ ἑτέρου (1), εἰ μὴ μόνον γινωσκόμενον ἕκαστον πρὸς τοῦ ἰδίου πνεύματος. Καὶ πῶς ἐγχωρεῖ λέξαι μὴ οὕτως ἔχειν;

41. Ἀθ. εἶπε· Τοῦ Θεοῦ οὖν τὰ βάθη τίς γινώσκει, κτιστὴ φύσις, ἢ ἄκτιστος οὐσία; Ἢ τὴν ἄκτιστον οὐσίαν πρὸς τῆς (2) κτίσεως καταλαμβάνεσθαι λέξεις; Εἰ δὲ πρὸς ἀκτίστου λέξεις, λείπεται λοιπὸν ὁμοούσιον ὁμολογεῖσθαι ὑπὸ σοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα Πατρὶ καὶ Υἱῷ. Πάντα γὰρ τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τὰ βάθη ἐπίσταται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον φάσκοντα· «Οὐδεὶς ἀνθρώπων οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ἐν αὐτῷ· οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Τὸ γὰρ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ.» Ἀρ. εἶπε· Τὰ τοῦ Θεοῦ πάντα ἅπερ ἂν δόξῃ αὐτῷ, ταῦτα οἶδε τὸ Πνεῦμα (3), τουτέστι τὰς βουλὰς, ἅσπερ ἂν καταδήλους αὐτῷ ποιήσῃ ὁ Θεός. Ἀθ. εἶπεν· Οὐκοῦν οὐδὲν περισσὸν δίδως τῷ Πνεύματι παρὰ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων. Εἰ ποιήσει γὰρ πρᾶγμα ὁ Θεὸς, ἐὰν μὴ ἀποκαλύψῃ τοῖς δούλοις (4) αὐτοῦ τοῖς προφήταις. Ἀρ. εἶπεν· Οὐ δοκεῖ σοι «τὰ τοῦ Θεοῦ πάντα» τὰς βουλὰς αὐτοῦ εἶναι; Ἀθ. εἶπε· «Τὰ τοῦ Θεοῦ» λέγονται «πάντα,» καὶ αἱ ἐνέργειαι, καὶ τὰ ποιήματα αὐτοῦ, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ μὴ ὁρώμενα· λέγονται δὲ καὶ αἱ βουλαὶ αὐτοῦ, καὶ πολλά ἐστιν, ἅπερ ὀνομάζεται Θεοῦ. Εἰπέ μοι οὖν σὺ ἐπὶ τοῦ παρόντος· Τῷ πνεύματι τοῦ ἀνθρώπου ὁ ἄνθρωπος τὰ ἴδια ἀποκαλύπτει, ἢ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ πάντα ἐπίσταται ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ πραττόμενα ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ (5) πνεύματος δηλαδὴ κινουμένου τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τὸ ἅπαντα δρᾷν. Ἀρ. εἶπεν· Ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπίσταται τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὰ ἐν αὐτῷ. Ἀθ. εἶπε· Τῷ μὲν πνεύματι τοῦ ἀνθρώπου ἀποδέδωκας ἀφ' ἑαυτοῦ εἰδέναι πάντα, τῷ δὲ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ οὐδὲ οὕτω παρεχώρησας ἔχειν τὴν γνῶσιν; Πρὸς δὲ τούτοις λέγε μοι, «βάθη Θεοῦ» τί νοεῖς; Ἀρ. (6) εἶπε· Πρῶτον φιλαλήθως ὁμολογῆσαι δεῖ, ὅτι πάντα ἀφ' ἑαυτοῦ γινώσκει τὰ τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα· ἔπειτα δὲ δεῖ φάναι «βάθη Θεοῦ» τὸ ἀπέραντον καὶ ἀκατάληπτον, ὅπερ ἐστὶ, καὶ ὥσπερ ἐστὶν ὁ Θεός (7)· ταῦτα εἰδέναι φημί. Ἀθ. εἶπεν· Εἰ οὖν τὸ ἀπέραντον καὶ ἀκατάληπτον, καὶ ὅπερ ἐστὶ καὶ ὡς ἔστι ταῦτα φῆς,

A trem Domini nostri Jesu Christi, a creata natura comprehendi? *Ar.* Absit ut hæc unquam dicam! Nec enim ignoramus quod Salvator dixerit: « Nemo cognoscit Filium, nisi Pater; neque Patrem quis novit, nisi Filius [80]. » *Ath.* Estne homo, qui foris et intus a proprio cognoscatur spiritu, annon? *Ar.* Vox est Apostoli aientis neminem ea quæ alterius sunt cognoscere, sed unumquemque tantum a proprio cognosci spiritu [81]. Quis vero negare audebit ita se rem habere?

41. *Ath.* Quis ergo Dei profunda novit, creatane natura, an increata substantia? An vero increatam substantiam a creata comprehendi dices? Quod si ab increata comprehendi respondeas, restat igitur ut confi-
B tearis Spiritum sanctum Patri et Filio esse consubstantialem. Omnia enim quæ Dei sunt et ipsa profunda scit Spiritus sanctus juxta beatum Paulum aientem: « Nemo hominum novit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est: sic etiam nemo novit quæ sunt Dei, nisi Spiritus Dei. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei [82]. » *Ar.* Omnia quæ Dei sunt, quæ ipsi placuerit, novit Spiritus, scilicet, consilia quæ ei manifesta fecerit Deus. *Ath.* Nihil igitur singulare tribuis Spiritui supra genus humanum. Siquidem non faciet quidpiam Deus, nisi revelaverit servis suis prophetis [83]. *Ar.* Annon tibi videtur « omnia Dei, » esse ejus consilia? *Ath.* Dicuntur « omnia Dei, » cum ejus effectus et opera visibilia et invisibilia, tum ejus consilia, multaque sunt quæ Dei appellantur. Nunc
C mihi igitur velim dicas, num spiritu hominis, homo revelet propria, vel num spiritus hominis, qui in ipso est, omnia ex seipso noverit quæ ab homine aguntur, ipso videlicet spiritu hominem ad omnia agenda movente? *Ar.* Ex seipso novit spiritus hominis, quæ in ipso sunt homine. *Ath.* Itaque concedis spiritum hominis omnia ex seipso cognoscere. Hanc autem cognitionem Spiritui Dei denegas? Præterea dic mihi quid « profunda Dei » esse intelligas? *Ar.* Primo sincere fatendum est, omnia quæ Dei sunt Spiritum Dei ex seipso cognoscere: deinde dicendum est « profunda Dei, » esse et quod infinitus sit et incomprehensus, quod item est et quemadmodum est Deus: hæc illum nosse dico. *Ath.* Si igitur hæc dicis esse, quod infinitus sit et incomprehensus, quod item est et quemad
D modum est: Deum utique dices a creata natura comprehendi. Quod si verum est, non amplius secundum te Deus erit incomprehensus. Namque si Deus ab aliqua creata natura, quælibet illa fuerit, comprehenditur, certe incomprehensus dici non potest. *Ar.* Propter mihi testimonium ex sanctis Scripturis, quem-

[80] Matth. XI, 27. [81] I Cor. II, 11. [82] ibid. 11, 10. [83] Amos III, 7.

(1) Basiliensis, Anglicanus et Augustanus. ἑτέρου ἀνθρώπου. Ibid. Reg. ἢ μόνον. Aug. εἰ μόνον.
(2) Aug. πρὸ τῆς. Paulo post, in eodem hæc desunt, Εἰ δὲ πρὸς ἀκτίστου λέξεις, propter ὁμοιοτέλευτον.
(3) Aug. τοῦτο δὲ οἶδε τὸ ἅγιον Πνεῦμα.
(4) Aug. ἀποκαλύψῃ αὐτῷ.
(5) Aug. ὑπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ.
(6) Aug. ἔχειν. Ἄρειος, omissis intermediis.
(7) Aug. Καὶ ὅπερ ἐστὶ, καὶ ὡς ἔστιν. Ἀθανάσιος. Ταῦτά φησι τὸν Θεὸν ὑπὸ κτιστῆς φύσεως· multis omissis.

admodum de Filio fecisti, quo ostendas Spiritum A Deo esse consubstantialem.

τὸν Θεὸν ὑπὸ κτιστῆς φύσεως καταλαμβάνεσθαι ἐρεῖς. Εἰ δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει, οὐκέτι ἀκατάληπτός ἐστι κατὰ σέ. Τὸ γὰρ πρὸς οἵας δήποτ' οὖν καταλαμβάνεσθαι κτιστῆς φύσεως τὸν Θεὸν, οὐ δύναται λέγεσθαι ἀκατάληπτος. Ἀρ. εἶπε· Δός μοι μαρτυρίαν ἐκ τῶν ἁγίων Γραφῶν, ὡς περὶ τοῦ Υἱοῦ (8), ὅτι ὁμοούσιον τυγχάνει τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ.

42. *Ath.* Scriptum est in lege Dei : « Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum : nec enim habebit insontem Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra [84]. » Scriptum quoque de Spiritu reperimus Salvatoris testimonium. Sic enim ad filios Beelzebul loquitur, qui ipsum contumelia volebant afficere : « Omne regnum in se divisum desolatur, et omnis civitas vel domus **179** in se divisa, cadit. Et si Satanas Satanam ejicit, et adversum se insurrexit et divisus est, quomodo ergo stabit regnum ejus? Aut quomodo potest quisquam vasa fortis diripere, nisi prius domum ingressus, fortem ligaverit, et postea domum ejus diripuerit? Et si ego in Beelzebul ejicio dæmonia, B filii vestri in quo ejiciunt? » Et paulo post subjicit : « Ideo dico vobis, omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus : Spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei : qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo neque in futuro [85]. » Vides hic et in futuro sæculo Spiritum esse æqualem Deo? Ut enim qui in Deum Patrem profert blasphemiam non insons habebitur, sed æterni supplicii reus erit : sic et ille qui in Spiritum sanctum protulerit blasphemiam, æterni peccati reus fiet, nec ea culpa ipsi condonabitur. Nam si servus esset, nequaquam is, qui eum offenderet, æterno puniretur supplicio, ut ille qui in increatam Dei majestatem blasphe- C miam profert. Quem vero hic Dei Filius Spiritum Dei dicit, quidam e Christi discipulis de eodem loquens, digitum Dei appellavit. Recogitare velis quæ de Filio in itinere disputata sunt, inveniesque æternam sancti Spiritus virtutem consubstantialem esse Patri, eo quod digitus dictus ipse fuerit. Certe cum magi in Ægypto vim invictam sancti Spiritus contuiti essent, exclamaverunt in hæc verba : « Hic digitus Dei est [86]. » Quibus verbis, « digitus Dei, » nihil aliud agnoscebant quam consubstantialem Deo Patri sancti Spiritus virtutem, contra quam nemo est qui possit obtueri. Ne vero quis captiose velit contendere, non recte id a magis dictum esse : apostoli, imo ipse Dominus qui in illis erat, quæ dixerunt illi, tanquam recte dicta confirmavit hu- D jusmodi verbis : « Si ego in digito Dei ejicio dæmonia [87]. »

42. Ἀθ. εἶπε· Γέγραπται ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ· « Οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ· οὐ γὰρ μὴ καθαρίσῃ Κύριος τὸν λαμβάνοντα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ ματαίῳ. » Καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος εὑρίσκομεν γεγραμμένον πρὸς τοῦ Σωτῆρος. Φησὶ γὰρ πρὸς τοὺς τοῦ Βεελζεβοὺλ υἱοὺς, τοὺς ἐνυβρίζειν θέλοντας αὐτόν· « Πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν (9) μερισθεῖσα ἐρημοῦται, καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτὴν πίπτει. Καὶ εἰ ὁ Σατανᾶς τὸν Σατανᾶν ἐκβάλλει, καὶ ἐφ' ἑαυτὸν ἀνέστη καὶ μεμέρισται, πῶς οὖν σταθήσεται αὐτοῦ ἡ βασιλεία; Ἢ πῶς δύναταί τις τὰ σκεύη τοῦ ἰσχυροῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρότερον, εἰσελθὼν ἐν τῇ οἰκίᾳ, δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει (10); Καὶ εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; » Καὶ μετ' ὀλίγα φησί· « Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται. Καὶ ὃς ἂν εἴπῃ λόγον εἰς τὸν Υἱὸν ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. » Ὁρᾷς, ὅτι καὶ ἐνταῦθα ἰσότιμον τοῦ Θεοῦ γνωρίζομεν τὸ Πνεῦμα καὶ ἐν τῷ μέλλοντι; Ὡς γὰρ ὁ εἰς τὸν Θεὸν Πατέρα βλασφημῶν οὐ καθαρισθήσεται τοῦ εἶναι αὐτὸν αἰωνίου κολάσεως ἔνοχον, οὕτω καὶ ὁ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημήσας ὑπεύθυνος γίνεται αἰωνίου ἁμαρτίας, μὴ συγχωρουμένου τοῦ πταίσματος. Εἰ γὰρ ἦν δοῦλον, οὐκ ἂν ὁ σφαλεὶς εἰς (11) αὐτὸ αἰωνίῳ κολάσει ἐτιμωρεῖτο, ὥσπερ ὁ εἰς τὴν ἄκτιστον τοῦ Θεοῦ μεγαλειότητα βλασφημῶν. Ὅπερ δὲ ἐνταῦθα ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς φάσκει Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, περὶ αὐτοῦ (12) τις διαλαβὼν τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ, δάκτυλον Θεοῦ ἔφη. Ἀναλογίσασθαι θέλησον τὴν περὶ τοῦ Υἱοῦ συνοδοιπορήσασαν συνεξέτασιν, καὶ εὑρήσεις τὴν ἀΐδιον τοῦ ἁγίου Πνεύματος δύναμιν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, ἐκ τοῦ δάκτυλον αὐτὸ εἰρῆσθαι. Ἀμέλει γοῦν τὴν ἀκαταμάχητον δύναμιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος θεωρήσαντες οἱ μάγοι ἐν Αἰγύπτῳ, ἐβόων λέγοντες· « Τοῦτο δάκτυλος Θεοῦ ἐστιν. » Οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν ὁμοούσιον τοῦ ἁγίου Πνεύματος δύναμιν ὡμολόγουν, ἣν ἔχει πρὸς τὸν Θεὸν Πατέρα διὰ τῆς τοῦ δακτύλου Θεοῦ φωνῆς, ἧς ἀντοφθαλμῆσαί τινα ἀδύνατον. Καὶ ἵνα μή τις σοφίσασθαι θέλων μὴ ὀρθῶς εἰρῆσθαι πρὸς τῶν μάγων, οἱ ἀπόστολοι, μᾶλλον δὲ ὁ ἐν αὐτοῖς Κύριος, ὡς ὀρθῶς εἰρημένων ὑπ' αὐτῶν, ἐβεβαίωσε τὰ λεχθέντα πρὸς αὐτῶν, διὰ τὸ καὶ αὐτὸν φάναι· « Εἰ ἐγὼ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. »

[84] Exod. xx, 7. [85] Matth. xii, 25-32. [86] Exod. viii, 19. [87] Luc. xi, 20.

(8) Bas. Angl. et Aug. ὥσπερ τοῦ Υἱοῦ. Infra Aug. ἐν αὐτῷ τῷ νόμῳ.

(9) Aug. ἀμφ' αὐτήν.

(10) Aug. διαρπάσῃ. Mox post ἐκβάλλουσιν, omnes mss. habent Εἰ δ' ἐγὼ ἐν πν... δαιμόνια, quæ desunt in editis.

(11) Aug., τοῦ Πνεύματος... ἂν ἐσφάλη εἰς.

(12) Aug., περὶ αὐτούς. Paulo post, illud, ἀναλογίσασθαι θέλησον, etc., sic vertit Nannius : *Fac ut animo repetas inquisitionem de Filio in Exodo habitam, et invenies*, etc.

43. Ἄρ. εἶπε· Θεὸς ποῦ γέγραπται τὸ Πνεῦμα; Ἀθ. εἶπε· Πανταχοῦ ἀπαγγέλλουσιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ ὅτι Θεός ἐστι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ οὐ κεχώρισται τῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς, καὶ τῆς τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ δόξης. Λέγει γὰρ Πέτρος ἐν ταῖς Πράξεσι πρὸς Ἀνανίαν· « Οὐχὶ μένον σοι ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε; τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο, ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. » Ὁρᾷς πῶς ἐν τοῖς ἀνωτέροις ὅπερ ἔφη Πνεῦμα ἅγιον, ἐν τοῖς μεταγενεστέροις ἔφη Θεόν; Ἔτι μὴν καὶ τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος ἐν τῇ πρὸς Θεσσαλονικεῖς δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ οὕτως· « Ὁ δὲ Κύριος κατευθύναι ὑμῶν (13) τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ καὶ εἰς τὴν ὑπομονὴν τοῦ Χριστοῦ. » Τί θέλεις ἐν τῇ Ἐπιστολῇ νοῆσαι; Τίνα Κύριον ὀνομαζόμενον; τὸν τῶν ἁπάντων δεσπότην Θεὸν Πατέρα, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Τὸν μὲν γὰρ Χριστὸν ὑπηρίθμησεν. Εἰ μὲν γὰρ τὸν Πατέρα προτάξειας, Θεός ἐστι τὸ Πνεῦμα· εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα προομολογήσειας, Κύριος τυγχάνει· εἰ δὲ Κύριός ἐστι, καὶ Θεὸς ὑπάρχει· γέγραπται γάρ· « Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου. » Ζήτησον δὲ, καὶ εὑρήσεις ἁπανταχοῦ γεγραμμένον, ὅτι καὶ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας τυγχάνει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ δόξης οὐκ ἀπέζευκται. Ἄρ. εἶπε· Διὰ τί οὖν ἡ Γραφὴ οὐδαμοῦ λέγει τιμᾶσθαι τὸ Πνεῦμα σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ; Ἀθ. εἶπεν· Αἱ ἅγιαι Γραφαὶ πάντα σαφῆ διαλέγονται· εἰς ὃ δὲ ἐσμεν τοῦ ἐπὶ παρόντος, αἱ ἅγιαι δυνάμεις πᾶσαι, αἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἀπαύστως τιμῶσι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὡς Ἡσαΐας λέγει, σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ. Ἄρ. εἶπε· Σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ οὐ γέγραπται οὐδαμοῦ (14) τιμᾶσθαι τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

44. Ἀθ. εἶπε· Πεπλάνησαι. Ἡνίκα εἶδεν Ἡσαΐας τὴν δόξαν Κυρίου, καὶ τὰ στρατόπεδα τῶν ἁγίων δυνάμεων, τί ἔφη λέγειν βοώσας ἐν ταῖς θείαις ὑμνῳδίαις; Οὐχ, « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος; » Διὰ τί οὔτε ἀνωτέρω τοῦ ἀριθμοῦ τούτου ἐπανιόντα ὑμνοῦσιν, οὔτε μὴ κατωτέρω ὑποβαίνοντα μειοῦσι τὸν αἶνον; Πάντως τῷ μὴ ἐκτὸς τῆς Τριάδος θέμις τοιούτῳ γέρα τιμηθῆναί τινα, μήτε ἐλαττῶσαί τινα τὸν ὕμνον, διὰ τὴν ἁγίαν καὶ μακαρίαν θεότητα τῆς Τριάδος, ἐν μονάδι οὖσαν αὐτάρκη (15). Ἔτι δὲ καὶ Μωσῆς τίνος ἕνεκεν τὸν λαὸν ἐδίδαξε, τρὶς κάμψαντα ἐπὶ γῆς τὸν αὐχένα καὶ τὰ γόνατα, προσκυνῆσαι; Οὐ διὰ τὴν τῆς Τριάδος προσκύνησιν τῆς ἐν μιᾷ θεότητι; Ἀλλὰ καὶ ὁ θεοφόρος Ἠλίας, τρίτῳ φυσήματι ἐγείρει τὸν υἱὸν τῆς χήρας; οὐδὲν ἕτερον δεικνὺς, ἢ μὴ δύνασθαί τινα τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀξιωθῆναι, εἰ μὴ ἄρα πρῶτον ἀναλήψεται τὴν ἰσότιμον (16) καὶ ὁμοούσιον καὶ ζωοποιὸν Τριάδα διὰ τῆς σεβασμιωτάτης πίστεως ἐν ψυχῇ, ἥτις πυρὸς δίκην ἀναλίσκει τὰ νεκρὰ πάντα πταίσματα, τὰ νεκροῦντα τὴν ψυχὴν, καὶ ζωοποιεῖ τὴν κεκτημένην αὐτὴν ἀΐδιον ζωήν; Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν

43. *Ar.* Ubinam scriptum est Spiritum esse Deum? *Ath.* Ubique divinæ Scripturæ prædicant Deum esse Spiritum sanctum, nec separatum esse a Dei et Patris et Unigeniti gloria. Sic enim Petrus in Actibus loquitur ad Ananiam: « Nonne manens tibi manebat, et venumdatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem, mentiri te Spiritui sancto? Non es mentitus hominibus, sed Deo [88]. » Vides quomodo quem antea Spiritum sanctum dixerat, eumdem postea Deum appellet? Sic item beatus Paulus, Epistola secunda ad Thessalonicenses scribit: « Dominus autem dirigat corda vestra in charitatem Dei et patientiam Christi [89]. » Quem vis hac in Epistola intelligere? Quem Dominum appellatum putas? Deumne Patrem rerum omnium Dominum, an Spiritum sanctum? Nam Christum ibidem nominavit. Si enim priore in loco Patrem intelligas, Deus certe est Spiritus sanctus: sin Spiritum sanctum ibi velis significari, ipse ergo Dominus est: quod si Dominus est, Deus profecto est. Scriptum enim est, « Ego sum Dominus Deus tuus [90]. » Inquire porro, et ubique scriptum invenies eamdem vim Spiritus sancti esse, nec a Patris et Filii gloria esse disjunctum. *Ar.* Cur ergo nusquam ait Scriptura Spiritum cum Patre et Filio honorari? *Ath.* Sanctæ Scripturæ omnia aperte loquuntur: quod autem ad præsentem spectat quæstionem, omnes sanctæ virtutes, quæ in cœlis sunt, sanctum Spiritum, ut docet Isaias, cum Patre et Filio indesinenter honorant. *Ar.* Nusquam scriptum est Spiritum sanctum cum Patre et Filio honorari.

180 44. *Ath.* Erras. Cum vidisset Isaias Domini gloriam, et sanctarum virtutum exercitus, quid ait illas, inter divinas laudes, dicere? Nonne, « Sanctus, sanctus, sanctus [91]? » Quare nec numerum istum in cantando transcendunt, nec quid ex eo detrahunt? Profecto ea de causa quod præter Trinitatem nefas sit quemquam hujusmodi honore affici, ut et quid ex illo hymno detrahi, propter sanctam et beatam Trinitatis divinitatem, in unitate seipsa contentam. Quam item ob causam Moyses populum docuit cervicem et genua ter in terra flectendo, adorare? Nonne ut Trinitatem in una divinitate adorarent? Deifer quoque Elias terno afflatu filium viduæ a mortuis excitavit [92], nihil aliud indicans quam neminem posse æterna vita dignum æstimari, nisi quis primum æqualem, consubstantialem vivificamque Trinitatem in anima per venerandam admodum fidem receperit, quæ ignis instar, mortua omnia peccata, quæ animam interimunt, consumit, ipsamque vivificat, quæ æternam vitam nacta est? Quinetiam nec aliter potuerit christifer Paulus ad tertium us-

[88] Act. v, 4. [89] II Thess. III, 5. [90] Exod. xx, 2. [91] Isa. VI, 3. [92] III Reg. XVII, 21.

(13) Basil. et Angl. ἡμῶν.
(14) Aug., εἶπεν· Αἱ ἅγιαι Γραφαὶ οὐδαμοῦ.
(15) Aug. αὐτάρκειαν. Mox idem, κάμψαντας
(16) Aug. τὴν ἰσότητα.

que cœlum ascendere; nisi suo in pectore retinuisset indeficientem et consubstantialem Trinitatis fidem. Scilicet hujusmodi exemplo indicare voluit Deus neminem in regnum cœlorum posse pervenire, nisi qui eam amplexus fuerit fidem, quæ in Paulo habitavit. Quid vero loquar de vivifico et sanctificante ac peccatorum remissionem præbente lavacro, sine quo nemo videbit regnum cœlorum? Annon in ter beatissima nomenclatura fidelibus datur? Adde his omnibus quod ait Joannes: « Et hi tres unum sunt [88]. »

45. *Ar.* Vere beati omnes qui fidem istam habent, eamque ad mortem usque confitentur, et dignam ipsa vitam agunt. Ego enim nunc revixi, ex mortuis excitatus. Mortua siquidem res est error, eum, quem occupat occidens, animamque ejus qui cum illo ambulat, ita afficit ut impudicitiis inquinetur, efficitque ne signa æternæ vitæ, quæ ante oculos exstant, homo cognoscat: unde futurum esset, ut nec mortem desererem, nec ad fidem vivificam accederem (17). Cum enim homo sit unus, unam debere habet fidem æternæ et consubstantialis Trinitatis. In illa enim infidelitate, ex qua me Deus eripuit, non una fides, sed tres prædicantur: una nempe de Patre æterno, alia de Filio creato, tertia de Spiritu facto. Ex quibus manifestum est, nullam omnino illic fidem esse ex multis. Quocirca gratias ago sanctæ Trinitati: Patrem, Filium et Spiritum sanctum adoro. Jam ergo, charissime, simul oremus. Ego enim, deposita omnia erroris indumenta, Dei misericordia, abjeci.

46. *Ath.* Gestas adhuc erroris indumentum; sed si grati animi es, id cum cæteris apostasiæ rebus projicies, tuncque simul orare poterimus. *Ar.* Nisi id mihi liquidissime declaraveris, non mihi conscius sum quidquam furiosæ illius hæresis retinere. *Ath.* Annon tibi videtur cleri, ut vocant, dignitas, quæ tibi ab hæresi data est, esse pars erroris; idque speciem quidem pietatis foris præ se ferre, intus autem plenum esse impietatis, ita ut homo gigantæi spiritus fiat instrumentum, parati ad bellum adversus Deum sacrilegio suscipiendum? *Ar.* Tibi in præsentia profiteor, quod non acquiescet animus, nisi istam vanæ gloriæ tyrannidem diligenter ex anima mea ejecerim. *Ath.* Itaque si **181** erroris partes cum virtute consentire non queunt, multo magis virtutis et veritatis partes cum erroris partibus convenire non possunt. Mendacium enim adversatur veritati, et veritas mendacio.

A χριστοφόρον Παῦλον μὴ ἄλλως δεδυνῆσθαι ἕως τρίτου οὐρανοῦ ἀνεληλυθέναι, εἰ μὴ ἐκέκτητο ἐν στέρνοις αὐτοῦ τὴν τῆς Τριάδος ἀνέκλειπτον καὶ ὁμοούσιον πίστιν· ὁ Θεὸς βουλόμενος δεικνύναι διὰ τοῦ τοιούτου πράγματος, μηδένα εἰσελάσαι (18) δύνασθαι εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, τὸν ἐκ τῆς πίστεως τῆς ἐνοικησάσης ἐν Παύλῳ μὴ γεγονότα. Τί δὲ καὶ τὸ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν παρεκτικὸν, καὶ ζωοποιὸν, καὶ ἁγιαστικὸν λουτρὸν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, οὐκ ἐν τῇ τρισμαχαρίᾳ ὀνομασίᾳ δίδοται (19) τοῖς πιστοῖς; Πρὸς δὲ τούτοις πᾶσιν Ἰωάννης φάσκει· « Καὶ οἱ τρεῖς τὸ ἕν εἰσιν. »

45. Ἄρ. εἶπεν· Ἀληθῶς μακαριοι πάντες οἱ ἔχοντες ταύτην τὴν πίστιν, καὶ ἕως θανάτου ὁμολογοῦντες αὐτὴν, καὶ ἀξίως αὐτῆς πολιτευόμενοι· νῦν γὰρ B ἐγὼ ἀνέζησα ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν. Νεκρὰ γὰρ ἡ πλάνη, καὶ νεκροῦσα τὸν κεκτημένον αὐτὴν, καὶ ῥυθμίζουσα τὴν ψυχὴν τοῦ συνοδοιποροῦντος αὐτῇ ἐν ἀσελγείαις φύρεσθαι (20), πρὸς τὸ παρ' ὀφθαλμοῖς ζωῆς αἰωνίου σύμβολα μὴ γνωρισθέντα πρὸς τοῦ ἀνθρώπου, (21) καταλεῖψαί με τὸν θάνατον, καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα πλάνην, προσοικειῶσαι δὲ ἑαυτὸν τῇ ζωοποιῷ πίστει. Εἷς γὰρ ὢν ὁ ἄνθρωπος, μίαν ἔχειν ὀφείλει πίστιν τῆς αἰωνίου καὶ ὁμοουσίου Τριάδος. Ἐξ ἧς γὰρ ἐῤῥύσατό με ὁ Θεὸς ἀπιστίας, οὐ μία πίστις, ἀλλὰ τρεῖς ὁμολογοῦνται, ἑνὸς μὲν Πατρὸς αἰωνίου, ἑτέρου δὲ κτιστοῦ Υἱοῦ, καὶ Πνεύματος πεποιημένου. Ἐκ δὲ τούτων κατάδηλόν ἐστι μὴ εἶναι πίστιν ἐκεῖ ἐκ πολλῶν μηδὲ μίαν. Ἐγὼ οὖν εὐχαριστῶ τῇ ἁγίᾳ C Τριάδι, προσκυνῶ Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Λοιπὸν, ἀγαπητὲ, ἅμα εὐξώμεθα. Ἐγὼ γὰρ, πάντα τὰ ἐνδύματα τῆς πλάνης ἀποδυσάμενος, ἀπέῤῥιψα διὰ τοῦ ἐλεήμονος Θεοῦ.

46. Ἀθ. εἶπεν· Ἀχμὴν ἔτι ἔνδυμα (22) φορεῖς τῆς πλάνης· συνευγνωμονήσαις ῥίψεις καὶ αὐτὸ πρὸς τοῖς λοιποῖς τῆς ἀποστασίας πράγμασι, καὶ δυνησόμεθα ἐπὶ τὸ αὐτὸ εὔξασθαι. Ἄρ. εἶπεν· Ἐὰν μή μοι φράσῃς ἀκραιφνεστάτως, οὐ συνεπίσταμαι ἐμαυτῷ ἔχειν τι τῆς μανιώδους αἱρέσεως ἐκείνης. Ἀθ. εἶπε· Τὴν τοῦ καλουμένου κλήρου ἀξίαν τὴν πρὸς τῆς αἱρέσεως δεδομένην σοι οὐ δοκεῖ σοι μόριον εἶναι τῆς ἀπάτης, ἔξωθεν μὲν δεικνύντα σχῆμα εὐσεβείας, ἔσωθεν δὲ μεστὸν τυγχάνοντα δυσφημίας (23), ὡς εἶναι τὸν ἄνθρωπον ὄργανον πνεύματος γιγαντιαίου D πρὸς θεομαχίαν τῇ ἱεροσυλίᾳ ἕτοιμον; Ἄρ. εἶπεν· Ὁμολογῶ σοι ἐπὶ τοῦ παρόντος, οὐ συνεπιδίδωσί μου ἡ ψυχὴ, εἰ μὴ ἄρα καὶ εἰ σκέψει (24) ἐξώσω καὶ ταύτην τὴν τυραννίδα τῆς κενοδοξίας ἐκ τῆς ψυχῆς μου. Ἀθ. εἶπεν· Εἰ οὖν οὐ συγκατατίθεται τὰ μέρη τῆς πλάνης εἰς τὴν ἀρετὴν, πολὺ μᾶλλον οὐ συντρέχει τὰ μέρη τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς

[88] I Joan. v, 7.

(17) Locus obscurus.
(18) Aug. εἰσεληλυθέναι.
(19) Ita Regius. Editi vero et alii, δέδοται Ibid. August. πιστοῖς ἡ ἄφεσις.
(20) Aug. καὶ νεκροῦσα τοὺς ὁμολογοῦντας αὐτὴν καὶ ῥυθμίζουσα τὴν ὁδοιπορίαν ἐν ἀσελγείαις.
(21) Hic addendum videtur μή.
(22) Reg. τὸ ἔνδυμα.
(23) Reg. δὲ γέμοντα δυσφημίας.
(24) Aug. εἰ σκέψῃ. Mox τὴν ante τυραννίδα deest in editis, sed legitur in quibusdam mss.

ἀληθείας τοῖς μέρεσι τῆς πλάνης. Ἀντίκειται γὰρ τῇ ἀληθείᾳ τὸ ψεῦδος, καὶ τῷ ψεύδει ἀντίκειται ἡ ἀλήθεια· ἕκαστον γὰρ τούτων ἐκ τοῦ καρποῦ γινώσκεται, καθὼς ἔφη ἡ Ἀλήθεια.

Ἐπληρώθη σὺν Θεῷ ἡ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου κατὰ Ἀρείου ἀριστεία (25).

A Nam utrumque illorum ex fructu cognoscitur, quemadmodum dixit Veritas.

Completa est cum Deo sancti Athanasii adversus Arium disputatio.

(25) Hæc ad finem usque desunt in Anglicano et Augustano, quorum loco in Reg. legitur, Τέλος τοῦ διαλεκτικοῦ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου καὶ Ἀρείου.

IN SEQUENS OPUSCULUM ADMONITIO.

I. *Sermo contra omnes hæreses habetur in antiquis codicibus, et in Athanasianis collectionibus, sed in plerisque cum nota abjudicati Athanasio opusculi. Sic in Segueriano codice legitur ad marginem,* ξένος καὶ χυδαῖος, *supple* λόγος, *id est,* Liber extraneus et fusiore stylo descriptus. *Quid in Commelinianis codicibus notetur, accurate explicat Felckmannus, his verbis :* Exstat hic in codicibus Basiliensi, Gobleriano et 1. Cæterum ad initium ejus hæc notata in Basil., ἄφες, μὴ γράψῃς. Quæ, quid sibi velint, nescio (*imo hæc plana et aperta sunt, significantque :* hunc relinquito, nec describas) : nisi forte idem quod Romanus anagnostes, similiter ad ejus initium, in codice Gobleriano his verbis : Οὗτος ὁ λόγος, ὡς ἐμοί γε δοκεῖ, οὐ τοῦ μεγάλου Πατρὸς Ἀθανασίου ἐστὶν, ἀλλὰ ξένος, ὡς καὶ χυδαῖος ὡς τὰ πλεῖστα. (*Id est,* Hic sermo, ut mihi quidem videtur, nequaquam est magni Patris Athanasii, sed alienus, atque ut plurimum, fusiore stylo descriptus.) Hæc ibi. Quibus similia ad eumdem in Basil. cod. statim initio, ubi præmittitur catalogus librorum in eo contentorum, hæc : Ἐν τῇ βίβλῳ τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐστὶν ἐπιγραφὴ ἄνωθεν τοῦ παρόντος λόγου, ἔχουσα οὕτως· Ὁ παρὼν λόγος οὐκ ἔστι τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου· ἀλλὰ ξένος καὶ χυδαῖος. Ἡμεῖς δὲ πρόσταγμα πληροῦντες μετεγράψαμεν καὶ τοῦτον. (*Id est,* In libro monasterii sancti Athanasii, huic libro hæc præponitur inscriptio : Hic liber non est magni Athanasii, sed spurius, et fusiore stylo conscriptus. At nos ut jussa compleremus, eum quoque transcripsimus.) Quæ postrema videntur esse τοῦ Δοξαπάτρου verba, excusantis se cur hunc sermonem descripserit, cum sit spurius, et ad ejus frontispicium sit notatum ne describatur. *Hæc Felckmannus, cujus locis Græce tantum allatis, Latinam significationem nos adjecimus.*

II. *Porro ex hisce codicum notulis palam est jamdiu hunc librum inter Athanasiana comparere, cum in iis codicibus, ex quibus Commelinianorum antiquissimi transcripti sunt cum Athanasii operibus, locum habuerit. Orationis autem genus, ut monent amanuenses, multum abhorret a sancti doctoris stylo, quod nemo sane non videat. Patet tamen ex Athanasii operibus expressum opusculum fuisse; in eo quippe eædem hæreses impugnantur, quas in variis Athanasii operum locis confutatas videmus; quarum nonnullas* ἐκ παρέργου *tantum sanctus doctor aggressus est. Hic primo loco Ariani exagitantur, quos item priores Athanasius adortus est; postremo, Apollinaristæ, qui postremi ab Athanasio confutantur. Hic Pneumatomachi vocantur Tropici, quam vocem nusquam memini me hac sententia legisse, nisi apud Athanasium in Epistolis* ad Serapionem. *Eadem quoque in hoc opere adversus hæreticos usurpantur argumenta, quæ ab Athanasio. Cæterum qui hic confutantur hæretici, hi sunt : Ariani, Tropici, Paulus Samosatensis, Manichæi, Marcion, Valentinus, Basilides, Hieracas, Novatus, Phryges, Apollinaristæ , de quibus omnibus agitur in præfatione generali.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΚΑΤΑ ΠΑΣΩΝ ΤΩΝ ΑΙΡΕΣΕΩΝ.

S. P. N. ATHANASII

CONTRA OMNES HÆRESES.

1. Τὸ προκείμενον ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ κατὰ Ἰωάννην· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος (26), καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν

1. Quod proponitur ex Evangelio secundum Joannem tale est : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.

(26) Gobl. et Felc. 1, Ἐν ἀρχῇ, φησὶν, ἦν.

Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est [94]. » Singuli sanctorum prophetarum et evangelistarum cum perspicaces essent, et Spiritu sancto afflati, magnam sanctamque salutem enarrant hominum generi futuram. Sed dixerit aliquis, Quomodo? Interpretare nobis. Audi, dilecte. Prophetæ, uti supra dixi, perspicaces cum sint, ante tot generationes, quæ futura sunt prænuntiant, clareque **182** futura exhibent, quasi præsentia essent. Itidemque magni evangelistæ, quæ de adventu Verbi a prophetis prædicta fuere, singuli confirmant, allegata illa prænuntiatione. Exempli causa: magnus Isaias propheta ait: « Quasi ovis ad occisionem ductus est, et quasi agnus coram tondente se sine voce, sic non aperit os suum. Et in humilitate judicium ejus sublatum est. Generationem ejus quis enarrabit? Vibice ejus nos omnes sanati sumus [95]. » Cum advenisset autem qui prænuntiatus fuerat, eumque prætereuntem conspexisset magnus Joannes Baptista, illud implens quod prædictum fuit per Isaiam prophetam, dicit: « Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi [96]. » En tibi prophetæ vocem confirmat magnus Baptista. Similiter sacrorum ille antistes Moyses de ejusmodi vibice, per quem universum humanum genus salutem consecuturus erat, quid ait? « Maledictus omnis qui pendet in ligno [97]: » ac rursum: « Videbitis vitam vestram suspensam in ligno [98]. » Non posuit primo loco vitam, deinde maledictionem; sed primo maledictionem, postea vitam. Decuit enim primo chirographum affigi cruci, et latus Verbi lancea perforari, ut livor in perfossione, expiatio foret mundo: sanguis et aqua, humano generi.

2. Miseri ingrati illi Judæi, qui tot tantisque signis ac beneficiis sibi collatis, nedum illum qui apud se peregrinatus esset, laudarent ac benedicerent ob res gestas, ex adverso dicebant: « Si Filius Dei es, descende de cruce [99]. » Atque sol interim contractis radiis, non sustinuit videre suspensum in cruce Dominum. Duo quoque latrones cum eo suspensi erant, quorum altero exsecrante [1], ait

A ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν (27). Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν. » Ἕκαστος τῶν ἁγίων προφητῶν καὶ εὐαγγελιστῶν, διορατικοὶ ὄντες, καὶ ἐνηχούμενοι ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, διηγοῦνται πᾶσαν τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην σωτηρίαν, τὴν μέλλουσαν γίνεσθαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων (28). Ἀλλ' ἐρεῖ τις, Πῶς; Ἑρμήνευσον ἡμῖν. Ἄκουσον, ἀγαπητέ. Οἱ μὲν προφῆται, καθὼς προεῖπον, διορατικοὶ ὄντες, σημαίνουσι τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι πρὸ τοσούτων γενεῶν, δεικτικῶς δεικνύοντες ὡς παρόντα τὰ μέλλοντα. Ὁμοίως καὶ οἱ μεγάλοι εὐαγγελισταὶ (29) ἐπὶ τῇ ἐπιδημίᾳ τοῦ Λόγου, τὰ προκηρυχθέντα διὰ τῶν προφητῶν βεβαιοῦσιν ἕκαστος τὴν προσημασίαν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις. Οἷον· ὁ μέγας προφήτης Ἡσαΐας λέγει· « Ὡς πρόβατον ἐπὶ (30) σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Καὶ ἐν τῇ ταπεινώσει (31) ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; Τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἰάθημεν. » Ἐπιδημήσαντος δὲ τοῦ προσημανθέντος πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἑωρακὼς (32) αὐτὸν παρερχόμενον ὁ μέγας Βαπτιστὴς Ἰωάννης, πληρῶν τὸ προσημανθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγει· « Ἰδοὺ ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. » Ἰδοὺ βεβαιοῖ τὴν προφητευθεῖσαν φωνὴν ὁ μέγας Βαπτιστής. Ὁμοίως (33) καὶ ὁ ἱεροφάντης Μωσῆς περὶ τούτου τοῦ μώλωπος, δι' οὗ πᾶν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος σωτηρίας ἔμελλε μέτοχον γίνεσθαι, τί (34) ἔλεγεν; « Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου· » καὶ πάλιν λέγει· « Ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην ἐπὶ ξύλου (35). » Οὐκ εἶπε πρῶτον τὴν ζωήν, εἶτα τὴν κατάραν (36)· ἀλλ' εἶπε πρῶτον τὴν κατάραν, ἔπειτα τὴν ζωήν. Ἔπρεπε γὰρ πρότερον προσηλωθῆναι τὸ χειρόγραφον τῷ σταυρῷ, καὶ νυχθῆναι τὴν πλευρὰν τοῦ Λόγου τῇ λόγχῃ, ἵνα ὁ μώλωψ ἐν τῇ νύξει καθάρσιον γένηται τῇ οἰκουμένῃ, τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων.

2. Τάλανες οἱ ἀχάριστοι Ἰουδαῖοι, τοιούτων καὶ τηλικούτων σημείων καὶ εὐεργεσιῶν γενομένων παρ' αὐτοῖς, ἀντὶ τοῦ τὸν ἐπιδημήσαντα παρ' αὐτοῖς δοξάζειν καὶ εὐλογεῖν ἐπὶ τοῖς γινομένοις (37), ἐκ τῶν ἐναντίων ἔλεγον· « Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. » Ὁ μέντοι ἥλιος συνέστελλε τὰς ἀκτῖνας, μὴ φέρων ὁρᾷν τὸν Κύριον κρεμάμενον ἐπὶ τοῦ ἰκρίου. Καὶ δύο σὺν αὐτῷ ἦσαν λησταὶ κρεμά-

[94] Joan. I, 1-3. [95] Isa. LIII, 5, 7, 8. [96] Joan. I, 29. [97] Deut. XXI, 23; Galat. III, 13. [98] Deut. XXVIII, 66. [99] Matth. XXVII, 40. [1] ibid. 44.

(27) Ita Seguer. In editis, hæc, οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν, desunt.

(28) Gobler. et Felck. 1, σωτηρίαν τὴν γενομένην ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων. Paulo post, Seguer. ἀγαπητέ μου. Οἱ μὲν ἀνδρειότατοι καὶ μεγάλοι προφ.

(29) Goblerian. et Felc. 1, οἱ εὐαγγελισταί. Paulo post Seguer. τῶν μεγάλων προφητῶν.

(30) Gobler. et Felc. 1, ἐν Εὐαγγελίοις· Ὡς πρόβατον ἐπί, omissis interpositis. Mox iidem, τοῦ κείραντος.

(31) Hæc, ἐν τῇ ταπεινώσει desunt in Gobler. et Felc. 1. Mox δέ deest in Seg.

(32) Ita Seg. Editi vero, προσημανθέντος, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἑωρακώς. Mox μέγας deest in Gobl. et Felc 1.

(33) Gobl. et Felc. 1, ὁ Βαπτιστής. Ὁμοίως καὶ ὁ μέγας. Ibid. post Βαπτιστής, Seg. addit Ἰωάννης.

(34) Τί deest in Gobleriano et Felc. 1. Mox Seguerian., Πᾶς ἄνθρωπος ὁ κρεμ.

(35) Ἐπὶ ξύλου deest in Gr. Scripturæ textu.

(36) Seguer., ἔπειτα. Mox Gobler. et Felc. 1, ἀλλὰ τὴν κατάραν πρῶτον, ἔπ. Ibidem post ζωήν, Seguer. habet ἀληθές. Mox Gobler. et Felc. 1, πρότερον προσηλωθῆναι, Seg. πρῶτον προσηλωθῆναι, prius editi, πρότερον προσημανθῆναι.

(37) Gobler. et Felc. 1, γενομένοις. Paulo post, Seg. pro κατάβηθι, habet κατάβαλε σεαυτόν. Paulo infra, Seg. Gobl. et Felc. 1, μὴ φέρων ἰδεῖν.

Resp. Eo modo quo publicanus salvatus est et juxta prophetam aientem: « Humiliatus sum et salvavit me Dominus[50]. » Quemadmodum enim incruentum sacrificium eleemosyna Deo offertur in remissionem peccatorum nostrorum: ita et humilitas cordis: « Sacrificium enim, inquit, Deo spiri- D tus contribulatus: cor contritum et humiliatum Deus non despiciet[51]. » Et rursus: « Juxta est Dominus iis qui tribulato sunt corde, et humiles spiritu salvabit[52]. » Et iterum quemadmodum beati prædicantur misericordes et mundi corde, ita præ cæteris beati prædicantur pauperes spiritu, « quia ipsorum est regnum cœlorum[53]. » Hanc igitur salutis viam inire et persequi possunt pauper, infirmus, senex et idiota.

[47] I Cor. XIII, 1-3. [48] Luc. VI, 36. [49] II Cor. VIII, 14. [50] Psal. CXIV, 6. [51] Psal. L, 19. [52] Psal. XXXIII, 19. [53] Matth. V, 3.

(30) Reg. 2, τῷ ἀνθρώπῳ.
(31) Reg. 2, δεκτοί.

(32) Ita Reg 2. Editi, εἰ καὶ μετὰ τὸν εἰπόντα.

Quæst. XCIII. Quid est humilitas?

Resp. Humilitas anima est quæ nec observat nec judicat aliorum hominum peccata, sed sua duntaxat perspicit, seque æterni supplicii ream æstimat, et hæc ad Deum dicit: Salva me propter misericordiam tuam, non propter merita mea. Qui porro se ita reum esse credit, is minime offensarum, quas ab homine acceperit, recordabitur, nec damnabit peccantem hominem, tribusque modis remissionem peccatorum consequitur. Nam quia alios non judicat, nec ipse judicatur; quia humilis est, justificatur; et quia condonat aliis, Deus quoque ipsi peccata condonat.

Quæst. XCIV. Si quis sæpe peccaverit, ac deinde sæpe pœnitentiam agere aggressus fuerit, rursusque inciderit in peccatum: ad quot usque peccata, pœnitentem Deus rursus admittet?

Resp. Licet decies millies homo ceciderit, licet decies millies pœnitentiam egerit: nequaquam tamen ipsum projiciet Dominus, quippe cui maxime nota sit humanæ naturæ mutabilitas. Nam qui Petro præcepit ut septuagies septies fratri ignosceret, multo magis ipse decies millies septies homini ignoscet, si modo pœnitentiam egerit. Id autem accurate sciendum est, animam quæ sæpius peccandi sæpiusque pœnitendi contraxerit consuetudinem, cum Deum contemnat redeatque ad peccatum, certe difficulter hujusmodi anima a peccato discedit, veluti canis macellarius fetori assuetus. Denique cum incertus sit vitæ nostræ finis, nos muniri oportet, ne forte in peccato præoccupemur, et absque pœnitentia inveniamur, tradamurque in supplicium sempiternum.

238 Quæst. XCV. Quotuplex est adulterium?

Resp. Duplex. Nam si mulier viro nupta scortetur, adulterium est. Rursusque si vir, qui uxorem habeat, scortetur, adulterium est erga propriam uxorem.

Quæst. XCVI. Aiunt aliqui peccatum corporeum præ omnibus aliis peccatis facilius condonari, quippe cum naturalis motus sit in homine.

Resp. Contrarium docet Apostolus, qui hoc peccatum gravius omnibus aliis peccatis vocat, hisce verbis: « Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat [34]: » quandoquidem ex ipsa sua carne, veluti quoddam sacrificium, semen suum Satanæ offert. Præterea naturale item est comedere, attamen prævaricantem Adamum condemnavit Deus.

Quæst. XCVII. Quot sunt judicia et peccata fornicationis?

Resp. Multa et varia. Graviori enim judicio obnoxius est qui uxorem habens scortatur, quam qui uxorem non habet. Graviori item obnoxius est ju-

[34] I Cor. vi, 18.

A Ἐρώτ. Ϟγʹ. Τί ἐστι ταπεινοφροσύνη;

Ἀπόκ. Ταπεινοφροσύνη ἐστὶ ψυχὴ μὴ προσέχουσα μηδὲ κρίνουσα ἄλλων ἀνθρώπων πταίσματα· ἀλλὰ μόνον τὰ ἑαυτῆς βλέπουσα καὶ ὑπεύθυνον τῆς αἰωνίου κολάσεως ἑαυτὴν ἔχουσα, καὶ τοῦτο πρὸς Θεὸν λέγουσα· Σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου (33), καὶ οὐχ ἕνεκεν τῶν κατορθωμάτων μου. Ὁ δὲ οὕτως ἑαυτὸν ὑπεύθυνον λογιζόμενος οὐδὲ μνησικακήσει ἀνθρώπῳ ποτὲ, οὐδὲ κατακρινεῖ ἄνθρωπον ἁμαρτάνοντα, καὶ λοιπὸν ἐκ τριῶν τρόπων, τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν κομίζεται. Ὡς γὰρ μὴ κρίνων, οὐ κρίνεται· καὶ ὡς ταπεινοφρονῶν, δικαιοῦται· καὶ ὡς συγχωρῶν, συγχωρεῖται.

Ἐρώτ. Ϟδʹ. Ἐάν τις πολλάκις ἁμαρτήσας, πολλάκις μετανοεῖν ἐπεχείρησε, καὶ πάλιν εἰς ἁμαρτίαν
B ἔπεσε· μέχρι πόσων πταισμάτων πάλιν μετανοοῦντα ὁ Θεὸς προσδέχεται τοῦτον;

Ἀπόκ. Ὁ τὸ εὔτρεπτον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐπιστάμενος Κύριος, κἂν μυριάκις ὁ ἄνθρωπος πέσῃ, κἂν μυριάκις μετανοήσῃ, οὐδαμῶς αὐτὸν ἀποβάλλεται. Ὁ γὰρ ἐντειλάμενος (34) τῷ Πέτρῳ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ τῷ ἀδελφῷ συγχωρεῖν, πολλῷ πλεῖον αὐτὸς συγχωρήσει μυριοντάκις ἑπτὰ τῷ ἀνθρώπῳ, μετανοοῦντι μέντοιγε. Καὶ τοῦτο δεῖ ἀκριβῶς ἐπίστασθαι· ὅτι ψυχὴ εἰς συνήθειαν ἐλθοῦσα τοῦ πολλάκις ἁμαρτάνειν, καὶ πολλάκις μετανοεῖν, καταφρονοῦσα τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ὑποστρέφουσα, δυσχερῶς ὄντως ἡ τοιαύτη ψυχὴ τῆς ἁμαρτίας ἀφίσταται, ὥσπερ κύων μακελλικὸς ἐν τῷ βρόμῳ συνεθίσας.
C Λοιπὸν δὲ, ὅτι τὸ τέλος τῆς ζωῆς ἡμῶν ὑπάρχει ἄδηλον, χρὴ ἡμᾶς ἀσφαλίζεσθαι, μή πως ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ φθάσωμεν καὶ εὑρεθῶμεν ἀμετανόητοι, καὶ παραδοθῶμεν εἰς κόλασιν ἀτελεύτητον.

Ἐρώτ. Ϟεʹ. Πόσαι μοιχεῖαί εἰσιν;

Ἀπόκ. Δύο. Καὶ γὰρ ἡ γυνὴ ἡ ὕπανδρος ὅπου κἂν πορνεύσῃ, μοιχεία ἐστί. Καὶ πάλιν, ὁ ἀνὴρ ὁ ἔχων γυναῖκα ὅπου κἂν πορνεύσῃ, μοιχεία ἐστὶ τῆς ἰδίας γυναικός.

Ἐρώτ. Ϟϛʹ. Λέγουσί τινες, ὅτι συγγνώμην ἔχει ἡ σωματικὴ ἁμαρτία ὑπὲρ πάσας τὰς ἁμαρτίας, ὡς φυσικῆς ὑπαρχούσης τῆς κινήσεως ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

Ἀπόκ. Τοὐναντίον ὁ Ἀπόστολος βαρυτέραν πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτὴν ὀνομάζει, λέγων· « Πᾶσα
D ἁμαρτία, ἣν ἂν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει· » ἐπειδὴ ἐξ αὐτῆς τῆς ἰδίας Σαρκὸς, ὥσπερ θυσίαν τινὰ, παρέχει τῷ Σατανᾷ τὴν ἑαυτοῦ σποράν. Καὶ πάλιν τὸ φαγεῖν φυσικόν ἐστι, καὶ ἰδοὺ ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ παραβάντα κατεδίκασεν.

Ἐρώτ. Ϟζʹ. Πόσα κρίματα καὶ ἁμαρτήματα πορνικά εἰσιν;

Ἀπόκ. Πολλὰ καὶ διάφορα. Μείζονι γὰρ κρίματι ὑπόκειται ὁ γυναῖκα ἔχων καὶ πορνεύων παρὰ τὸν μὴ ἔχοντα· καὶ μείζονι ὁ ἀγαθὴν γυναῖκα ἔχων ὑπὲρ τὸν

(33) Reg. 2, ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. Editi, διὰ τοῦ ὀνόματός σου. Mox mutilum contextum in ed. ex mss. quibusdam restituimus.

(34) Sic mss. Editi vero, ἐπαγγειλάμενος.

πονηρὰν ἔχοντα· καὶ μείζονι ὁ ἐν γήρᾳ πορνεύων παρὰ τὸν ἐν νεότητι· καὶ μείζονι ὁ ἀδιαλείπτως ὑπὲρ τὸν διὰ χρόνου· καὶ μείζονι ὁ μὴ θερμῆς ὑπάρχων κράσεως, ἀλλὰ ψυχρᾶς, ἑαυτὸν δὲ διὰ βρωμάτων θερμαίνων, καὶ εἰς ἡδονὴν προτρεπόμενος. Καὶ ἄλλα δὲ πολλά ἐστιν εἰπεῖν καὶ διάφορα περὶ πορνείας παρὰ Θεῷ κρίματα. Ἄλλο γὰρ κρῖμα τῷ εἰς μίαν γυναῖκα ἁμαρτάνοντι ὑπὲρ τὸν εἰς πολλὰς καὶ διαφόρους κατατρέχοντα, καὶ πολλὰς ψυχὰς μετὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀπολλύοντα· καὶ ἄλλο πάλιν κρῖμα τοῦ μετὰ παρατηρήσεως ἁμαρτάνοντος παρὰ τὸν ἀναισχύντως ἑαυτὸν τῇ ἁμαρτίᾳ ἐκδιδόντα (35), καὶ ἕτερον τοῦ σύμβιον ἔχοντος (36) καὶ εἰς ὕπανδρον πταίοντος· ὅπερ καὶ διπλῆ μοιχεία τῷ ἐργαζομένῳ τὴν ἁμαρτίαν λογίζεται. Φρικτὸν δὲ πάλιν τὸ κρῖμα τὸ κανονικῇ γυναικὶ κατεπέρχεσθαι· καὶ πάλιν τὸ ἀδικουμένῃ γυναικὶ βοηθεῖν καὶ μισθὸν τῆς προστασίας πρὸς ἁμαρτίαν αὐτῇ συγγενέσθαι. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τόπος πρὸς ἁμαρτίαν ἐστὶ διάφορος (37). Πολλοὶ γὰρ καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ τὴν ἁμαρτίαν ἐργάζονται, καὶ διττὸν κρῖμα ἀποφέρονται. Πολλάκις γὰρ καὶ φίλων γυναῖκας μολύνουσιν ἕτεροι, Ἰουδαϊκὴν ἀγάπην ὑποκρινόμενοι. Ἅπερ ἅπαντα ἀνακρίνει καὶ σκοπεῖ ὁ δίκαιος τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμὸς, κατὰ τὸ ἄρρητον αὐτοῦ κρῖμα τὸ ἀπροσωπόληπτον, καὶ τὸν ζυγὸν αὐτοῦ τὸν ἀκριβῆ καὶ ἀχλεύαστον.

Ἐρώτ. ϟη'. Πολλῶν δικαίων δύο γυναῖκας ἐν τῇ Παλαιᾷ καὶ τρεῖς ἐχόντων, πῶς ἡμῖν οὐκ ἐπιτέτραπται δύο γυναῖκας ἔχειν, ἀλλ' οὐδὲ παλλακὰς κτήσασθαι;

Ἀπόκ. Οὐ μόνον τὸ δύο γυναῖκας ἔχειν τοὺς θεοσεβεῖς ὁ Χριστὸς διεκώλυσεν, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς μιᾶς ἀπέχεσθαι προετρέψατο, λέγων· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅστις οὐ μισεῖ πατέρα καὶ μητέρα καὶ γυναῖκα, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. » Εἰ δὲ βούλει τὸ μειζότερον, ἄκουσον· « Ἐῤῥέθη, φησὶ, τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ μοιχεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ἐμβλέψας γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. » Εἰ οὖν τὴν τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐπιθυμίαν μοιχείαν ὁ Χριστὸς τοῖς πιστοῖς λογίζεται, ποίαν λοιπὸν φιλοσοφίαν καὶ πολιτείαν οἱ πιστοὶ παρὰ τοὺς ἐν τῇ Παλαιᾷ ἀπαιτούμεθα; Εἰ γὰρ ἐξὸν τὸν ἄνθρωπον δύο γυναῖκας ἔχειν, πρόδηλον ὅτι καὶ τῇ γυναικὶ δύο ἄνδρας. Ἄκουσον γοῦν τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς λέγοντος, ὅτι « Ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. » Καὶ οὐκ εἶπεν, « Ἔσονται οἱ τρεῖς εἰς σάρκα μίαν (38). » Ὅμως μία γυνὴ, δοθεῖσα τῷ ἀνδρὶ, αὐτῷ τε καὶ τῷ κόσμῳ ἐπεβούλευσε· τί ἔμελλεν ὁ κόσμος παθεῖν, εἰ ἐποίησε ὁ Θεὸς δύο γυναῖκας ἀπ' ἀρχῆς λαβεῖν τὸν ἄνθρωπον; Εἰ δὲ ζητεῖς τίνος χάριν οἱ ἀρχαῖοι καὶ δύο καὶ τρεῖς γυναῖκας εἶχον, μάνθανε ἀκριβῶς, ὅτι πολλὴ ἦν τότε τοῦ διαβόλου ἡ τυραννὶς, ἣν ὁ Χριστὸς ἐπιδημήσας κατήργησε, πολ-

A dicio qui bonam habet conjugem, quam qui malam : graviori qui in senectute scortatur, quam qui in juventute : graviori qui assidue, quam qui interdum : graviori, qui cum calidi non sit temperamenti, sed frigidi, se ipsum cibis calefacit, et ad voluptatem accendit. Multa quoque alia et varia afferri possunt Dei judicia de scortatione. Aliud enim est judicium ejus qui in unam peccat mulierem, quam qui in plures et diversas irruit, multasque animas cum sua perdit. Aliud rursus judicium ejus est, qui cum aliqua observatione peccat, quam qui impudenter se ipse peccato mancipat. Aliud iterum judicium ejus est qui uxorem habet et in nuptam peccat, quod ut duplex adulterium imputatur hujusmodi peccatum committenti. Horrendum autem B judicium ejus qui ad canonicam accedit mulierem; ut et qui mulieri afflictæ opem fert, ejusque causa præsidii peccat cum ea. Imo vero ratione loci, varius quoque est peccati modus. Multi enim peccant in ecclesia, duplexque judicium subeunt. Sæpe enim alii Judaicam simulantes charitatem amicorum conjuges contaminant. Quæ quidem omnia dijudicat et videt justus Dei oculus, juxta ineffabile ejus judicium qui personam non accipit, et juxta accuratam ejus et minime ridendam trutinam.

Quæst. XCVIII. Cum multi justi duas vel etiam tres uxores in Veteri Testamento habuerint, quare nobis non licet duas habere uxores, nec etiam concubinas possidere?

C

Resp. Non modo pios duas habere uxores vetuit Christus, sed etiam hortatus est ut ab ipsa una abstineant. « Amen, inquit, dico vobis, qui non odit patrem et matrem et uxorem nec sequitur me, non est me dignus [85]. » Quod si majus aliquid optas, hæc audi : « Dictum est, inquit, antiquis : Non mœchaberis : ego autem dico vobis quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo [86]. » Si igitur oculi concupiscentiam Christus in fidelibus censet esse adulterium, quænam, quæso, philosophia, quinamve vivendi modus a nobis fidelibus præ antiquis exigitur? Si enim licet homini duas habere uxores, certe et uxori duos maritos. Audi ergo quid dicat D Deus de viro et de uxore, « Erunt duo in carne una [87]. » Non dixit, « Erunt tres in carne una. » Verumtamen una mulier viro tradita, ipsi et mundo insidiata est : quid igitur passurus erat mundus, si Deus ab initio duas mulieres homini dedisset? Quod si quæris cujus rei gratia antiqui duas vel tres uxores habuerint, disce accurate causam esse, quod multa tunc diaboli vigeret tyrannis, quam Christus adventu suo destruxit, qui et multos dæmones e medio sustulit, aliosque in abyssum exterminavit, alios in

[85] Luc. XIV, 26. [86] Matth. V, 27, 28. [87] Genes. II, 24.

(35) Sic mss. Editi vero, ἐκδώσαντα.
(36) Ita editi. Mss. vero, τὸν σύμβιον ἔχοντα.
(37) Mss., ἔστι κρῖμα διάφορον.
(38) Ita mss. In editis, εἰς σάρκα μίαν desunt.

deserta loca, alios in terras inhabitabiles et inaccessas.

239 Quæst. XCIX. Qui fit ut sæpe somnia vera sint?

Resp. Id sæpe ex Deo venit : sæpe etiam casu : nonnunquam anima, utpote intelligentia prædita, futura prænoscit : quædam etiam dæmones in somnis prædicunt.

Quæst. C. Quid igitur? num dæmones et diabolus præscii rerum sunt, et cordium cognitores, eaque quæ futura sint possunt prædicere?

Resp. Solus Deus res præscit, et cordium cognitor est. Neque enim ipsi angeli norunt ea quæ sunt in corde, nec quæ futura sunt. At dæmones quæ prædicere arbitrantur, ea ex astutia conjiciunt. B Verbi gratia, cum, ut spiritus, multos apud Indos imbres vident, illi in Ægypto præveniunt, ac per incantationes et insomnia magnam fore Nili inundationem vaticinantur : aliaque his similia peragunt. Sæpe autem etiam mentiuntur. Hinc si quis illos velit convincere, secum determinet, ac supponat quot nummos crastina die distribuere cupiat. Quo facto accitum magum vel vatem interroget ea de re de qua determinavit, nihilque omnino illos posse rescire comperiet.

Quæst. CI. Cum quidam et Judæi et gentiles beneficia sæpe tribuant, nunquid idcirco in regnum cœlorum ingrediuntur? aut quid nobis de illis judicandum est?

Resp. Cum Dominus ad Nicodemum dicat : «Amen dico tibi, nisi quis natus fuerit per aquam et Spiritum, non intrabit in regnum cœlorum[58] : » manifestum est neminem non baptizatum in illud ingressurum. Id autem de bonis infidelium operibus est sentiendum, vel prospera qua hic utuntur fortuna, propriam percipere mercedem, vel in futuro sæculo levius esse puniendos quam cæteros infideles, qui nihil boni egerunt. Quod si scriptum sit, «Gloria et honor et pax omni operanti bonum, Judæo primum et Græco[59], » ne mireris. Hæc enim dixit Apostolus de iis qui ante Christi adventum exstiterunt.

Quæst. CII. Habetne finem peccatorum pœna D necne?

Resp. Cum Dominus dicat de iis, qui sunt in gehenna : «Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur[60]; » et rursus : «Peccatores autem ibunt in pœnas æternas ; » cum item Apostolus dicat : «Nolite errare, neque adulteri, neque scortatores, neque molles, neque masculorum concubitores, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt[61] : » ex his liquet justorum æternam esse beatitudinem, et peccatorum

A λοὺς τῶν δαιμόνων ἐκ μέσου ἐξορίσας· τοὺς μὲν ἐν τῇ ἀβύσσῳ, τοὺς δὲ ἐν ἐρήμοις, καὶ ἀοικήτοις καὶ ἀβάτοις τόποις.

Ἐρώτ. ϞΘʹ. Πῶς πολλάκις τὰ μὲν τῶν ἐνυπνίων ἀληθεύουσιν;

Ἀπόκ. Τοῦτο πολλάκις γίνεται καὶ ἐκ Θεοῦ· πολλάκις δὲ καὶ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος. Ἔστι δ' ὅτε καὶ ὡς νοερὰ οὖσα ἡ ψυχὴ προγινώσκει· τινὰ δὲ καὶ οἱ δαίμονες προδεικνύουσι δι' ἐνυπνίων.

Ἐρώτ. ρʹ. Τί οὖν; προγνώστης (39) ἐστὶν ὁ διάβολος καὶ οἱ δαίμονες, καὶ δύνανται εἰπεῖν τὰ μέλλοντα γενέσθαι;

Ἀπόκ. Προγνώστης καὶ καρδιογνώστης μόνος ὁ Θεὸς ὑπάρχει· ἐπεὶ οὐδὲ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι τὰ ἐν καρδίᾳ, ἢ τὰ μέλλοντα ἐπίστανται. Οἱ δὲ δαίμονες, ὅσα προδεικνύειν νομίζουσιν, ἐκ πανουργίας στοχαζόμενοι ταῦτα λέγουσιν. Οἷόν τι πολλάκις ὡς πνεύματα ὁρῶσι τοὺς ὄμβρους τοὺς Ἰνδικοὺς πολλοὺς γινομένους, καὶ προλαμβάνουσιν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ διὰ φαρμακειῶν (40) ἢ ὀνειράτων, μεγάλην ἀνάβασιν τοῦ Νείλου ποταμοῦ μαντεύονται (41)· καὶ ἄλλα δέ τινα ὅμοια τούτοις διαπράττονται. Πολλάκις δὲ καὶ ψεύδονται. Καὶ ὁ βουλόμενος τούτους ἐλέγξαι ὁρισάτω ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, ὑπόθου· πόσα νομίσματα διαδοῦναι εἰς τὴν αὔριον· καὶ προσκαλεσάμενος τὸν φαρμακὸν ἢ τὸν μάντιν, ἐρωτησάτω αὐτὸν, περὶ οὗ ὥρισε· καὶ πάντως εὑρήσεις αὐτὸν μηδὲν ἐπιστάμενον εἰπεῖν

Ἐρώτ. ραʹ. Ἐπειδή τινες καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ Ἕλληνες, πολλάκις εὐποιίας ἐργάζονται, ἆρα διὰ τοῦτο εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰσέρχονται; ἢ τί χρὴ περὶ αὐτῶν λογίζεσθαι;

Ἀπόκ. Τοῦ Κυρίου λέγοντος πρὸς Νικόδημον· «Ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· » εὔδηλον ὅτι οὐδεὶς ἀβάπτιστος εἰς αὐτὴν εἰσελεύσεται. Τοῦτο δὲ χρὴ περὶ ἀπίστων ἀγαθοποιῶν λογίζεσθαι· ἢ ὅτι διὰ τῆς ἐνταῦθα αὐτῶν εὐημερίας τὸν ἴδιον μισθὸν λαμβάνουσιν· ἢ ὅτι ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἐλαφροτέρως κολάζονται παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀπίστους, τοὺς μηδὲν ἀγαθὸν ποιήσαντας. Εἰ δὲ καὶ γέγραπται· «Δόξα καὶ τιμὴ, καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθὸν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι, » μὴ θαυμάσῃς. Περὶ γὰρ τῶν πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας ταῦτα εἶπεν ὁ Ἀπόστολος.

Ἐρώτ. ρβʹ. Ἆρα δὲ ἔχει τέλος τῶν ἁμαρτωλῶν ἡ κόλασις, ἢ οὔ;

Ἀπόκ. Τοῦ Κυρίου λέγοντος περὶ τῶν ἐν τῇ γεέννῃ ὅτι «Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται· » καὶ πάλιν· «Οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ εἰς κόλασιν αἰώνιον ἀπελεύσονται· » καὶ πάλιν τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· «Μὴ πλανᾶσθε, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε πόρνοι, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες, βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν· » εὔδηλον ὅτι αἰώνιος καὶ ἡ τῶν δικαίων ἀπόλαυσις, καὶ ἡ τῶν ἁμαρτωλῶν

[58] Joan. III, 5. [59] Rom. II, 10. [60] Marc. IX, 47. [61] I Cor. VI, 10.

(39) Προγνώστης καὶ καρδιογνώστης quidam mss.
(40) Reg. 2, φαρμακῶν καὶ ἐνυπνίων.

(41) Hæc vide in *Vita Antonii*, tom. I [II], p. 821.

ὑπάρχει κόλασις. Καὶ πάλιν δέ φησιν ὁ Κύριος περὶ τοῦ Ἰούδα, ὅτι « Καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. » Εἰ δὲ τέλος ἔχει ἡ κόλασις, συμφέρει, ὅτι ἐγεννήθη καὶ ὁ Ἰούδας, ἐὰν ὀψέ ποτε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν μέλλει ἀποκατασταθῆναι μετὰ τὴν κόλασιν, ὥσπερ οἱ αἱρετικοὶ πλανώμενοι τοῦτο μυθεύονται.

Ἐρώτ. ργʹ. Πόθεν γίνονται θανατικά; Καὶ διὰ τί ἔν τισι χώραις ἐρημικαῖς ἐθνῶν πολλάκις οὐ γίνονται, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐν ταῖς οἰκουμέναις καὶ πολυόχλοις πόλεσι καὶ πολυκόπροις (42);

Ἀπόκ. Βαθεῖα ὄντως ἡ τοῦ ἐρωτήματος ἀπόκρισις, καὶ ὀλίγοις τῶν ἐπὶ γῆς χωρητή· ὅμως, καθώς φησιν ὁ Κύριος, « Ὁ χωρῶν χωρείτω. » Ἐὰν γὰρ εἴπωμεν, ὅτι πολλάκις καὶ ἐξ ἀέρων (42*) φθοροποιῶν, καὶ κονιορτῶν, καὶ δυσωδίας θνησιμαίων, καὶ ὄμβρων B θερινῶν, καὶ ἀναθυμιάσεων, καὶ ἀποφορῶν γῆς καὶ θαλάσσης, νόσοι σωμάτων καὶ φθοραὶ καὶ θάνατοι γίνονται, εὐθέως ἀμύητοί τινες ἐπιλαμβάνονται ἡμᾶς ὡς ἀπρονόητα τὰ καθ' ἡμᾶς λέγοντας. Οὕστινας καὶ ἐρωτῆσαι βουλόμεθα· Εἴπατε ἡμῖν, ὦ οὗτοι, πῶς ἐν πόλει τινὶ θανατικὸν γίνεται; ἐκ δὲ τῆς πόλεως ἐκείνης ὑπάρχουσιν ἐν ἑτέραις χώραις δύο ἢ τρεῖς χιλιάδες πραγματευομένων ἀνδρῶν, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἐτελεύτησεν; Εἰ γὰρ θεϊκὴ ὀργὴ κατὰ τῆς πόλεως ἐκείνης ἔφθασεν, ἐχρῆν πάντως καὶ τοὺς πόῤῥωθεν ὄντας τῆς ὀργῆς γεύσασθαι· εἰ δὲ καὶ μὴ πάντας, ἀλλὰ κἂν τινας ἐξ αὐτῶν. Πλὴν ἵνα μὴ δώσωμεν ἀφορμὴν τοῖς ταῦτα ζητοῦσι, φαμὲν ὅτι πολλάκις τὰ μὲν τῶν θανατικῶν καὶ κατὰ Θεοῦ ἀπειλὴν γίνονται· τὰ δὲ καὶ κατὰ ἀέρων καὶ τῶν C λοιπῶν αἰτιῶν, ὧν προειρήκαμεν (43), ἅπερ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον καὶ καταφθείρει τὰ νήπια, ὡς ἀσθενέστερα. Πλὴν καὶ τῶν ἀέρων καὶ τῶν ἀναθυμιάσεων ποιητής ἐστιν ὁ Θεὸς ὁ εἰπών· « Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τῆς γῆς ἄνευ τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς; ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσί. »

Ἐρώτ. ρδʹ. Ἆρα δὲ ἀφελεῖται, ἢ λυτροῦται ἐκ θανατικοῦ ἀπὸ πόλεως εἰς ἄλλην φεύγων χώραν;

Ἀπόκ. Τοῦ Προφήτου πρὸς Θεὸν λέγοντος· « Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου; καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; » εὔδηλον μὲν ὅτι τὸν Θεὸν ἐκφυγεῖν οὐδεὶς δύναται. Εἰ δὲ ἀήρ τις, ἢ ἄλλη κτίσματος αἰτία ἐστὶν ἡ τὸ λοιμικὸν ποιήσασα, ἴσως D ἐκφεύγει αὐτήν, εἰς ἑτέραν χώραν μεταβάς.

Ἐρώτ. ρεʹ. Πόθεν ὁρῶμέν τινας μὲν δικαίους ψυχομαχοῦντας ἐπὶ ἡμέρας καὶ κρινομένους· τινὰς δὲ ἁμαρτωλοὺς εἰρηνικῶς καὶ συντόμως ἀποθνήσκοντας (44);

Ἀπόκ. Πάντα τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ γινώσκειν μὲν ἀδύνατόν ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο καλὸν ὑπάρχει μὴ

A pœnam. Rursus de Juda ait Dominus : «Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille[62].» Quod si finem habet pœna, certe prodest Judæ quod natus sit, si sero tandem post supplicium regnum cœlorum est ingressurus, quemadmodum errantes fabulantur hæretici.

Quæst. CIII. Unde oriuntur mortifera, et quare in quibusdam desertis gentium regionibus sæpe non eveniunt, sed ut plurimum in populosis et magnis urbibus, fimoque repletis?

Resp. Difficilis certe est hujus quæstionis solutio, paucique eam possunt capere ; tamen, ut ait Dominus, « qui potest capere capiat[63]. » Si enim dicamus sæpe ex aere corrupto, et pulveribus, et fetore cadaverum, imbribusque æstivis ac exhalationibus et vaporibus terræ et maris, morbos corporum, corruptionemque et mortem exoriri, statim inauspicati quidam homines nos adoriuntur quasi negemus providentia regi quæ nos spectant. At ego hos velim ita interrogare : Dicite, quæso, nobis, quonam modo in aliqua civitate corruptio mortifera oritur ? Ex illa autem civitate duo vel tria millia negotiatorum **240** hominum in aliis regionibus degunt, nemoque illorum moriatur ? Nam si divina ira civitatem illam impugnavit, profecto illos etiam qui procul morantur, iram hujusmodi experiri æquum erat, vel si non omnes, saltem ex ipsis nonnullos. Verum ne iis qui ista quærunt, occasionem præbeamus, respondemus sæpe mortiferam corruptionem ex Dei comminatione oriri, nonnunquam vero aerem aliasque causas habere, quæ, ut plurimum, infantes utpote imbecilliores exstinguunt. Verumtamen et aeris et exhalationum auctor est Deus qui ait, «Nonne duo passeres asse veneunt, et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro qui in cœlis est? vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt[64].»

Quæst. CIV. Num qui ex civitate in aliam fugit regionem, eximitur ex mortifera corruptione ?

Resp. Cum Propheta ad Deum dicat, «Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam[65]?» liquet neminem Deum posse effugere. At si aer vel alia res creata causa est corruptionis, forte ipsam effugiet, si in aliam transeat regionem.

Quæst. CV. Undenam videmus justos aliquos diutius in extremo vitæ halitu anima pugnare et judicari ; contra autem, peccatores interdum quiete et cito mori?

Resp. Omnia quidem Dei judicia cognosci non possunt, ideoque nec nos hæc curiose inquirere

[62] Matth. xxvi, 24. [63] Matth. xix, 12. [64] Matth. x, 29, 30. [65] Psal. cxxxviii, 6.

(42) Ita mss. Editi vero, πολλοιόχλοις καὶ πολυκώμοις.

(42*) Ita manuscripti. Editi vero, ἐξ ἄστρων. Infra iidem, φθοραί. Editi, φθορά.

(43) Ita mss. Editi vero, κατ' ἀστέρων καὶ τῶν λοιπῶν αἰτιῶν προφάσεις, ὧν. Infra item editi, ἀστέρων, mss., ἀέρων.

(44) Reg. 2, ἐκπνέοντας.

decet : si quid tamen conjectare valemus, respondemus pios viros vel ante mortem vel in morte cruciari, ut nos, qui ea videmus, timeamus et emendemur. Fortassis autem sancti, ut homines, levi aliquo defectu inquinati, hujusmodi cruciatu, quo in morte afficiuntur, perfecte purgati, puri demum decedunt.

QUÆST. CVI. Quare homines, ut plurimum nocte nascuntur, et nocte moriuntur?

RESP. Mihi videtur id ideo fieri ut hoc exemplo discamus tenebrosam esse præsentis vitæ nativitatem et dormitionem, sive in hanc vitam ingressum et exitum ex eadem.

QUÆST. CVII. Cur aliqui difficulter contra fornicationis vitium decertant : aliqui autem fere naturaliter ab hujusmodi abstinent voluptate, tametsi obeso sæpe sunt corpore?

RESP. Humanorum corporum libido oritur vel ex calido corporis temperamento, vel ex abundantiori cibo, somno et quiete, forte etiam ex Satanica instigatione. Quarta vero sæpe causa est, quod alios condemnemus. Quinta ex superbia oritur, cum quis scilicet insolentius se effert ob castitatem. Is enim cadere permittitur, ut per fornicationem superbiam deponat, et ad humilitatem perductus salutem consequatur. Si enim duo illa compares vitia, naturalis libido corporis levior est lapsus quam superbia. Nonnulli autem casti sunt vel quod a Deo protegantur, vel quod frigidi sint temperamenti, vel quod multa exercitatione sibi ipsis vim fecerint, nec quemquam condemnaverint. Quod si superbi aliqui sint casti, sciendum est illos a diabolo negligi, quod sola superbia præ aliis omnibus vitiis sufficiat ad illos æterni supplicii reos constituendos.

QUÆST. CVIII. Quale signum habendum est homini, ne deceptus suscipiat Antichristum, ratus Christum ipsum esse?

RESP. Hoc ipsum quod nobis Dominus his verbis dedit, scilicet quod «sicut fulgur exit ab oriente et paret usque in occidentem, ita erit et secundus adventus Filii Dei[44].» **241** Inde discimus omnem venturum Christum, qui non statim, eadem hora, in universo mundo reperiatur, talem absque dubio Antichristum esse. Nam in secundo Christi adventu omne genus hominum simul conveniet, in cujus medio Christus ab omnibus conspicietur.

QUÆST. CIX. Verumne est ex Ægypto proditurum Antichristum, signumque aliquod in una manu, unove oculo habiturum?

RESP. Hæc omnia aniles sunt fabulæ. Anti-

A πολυπραγμονεῖν ἡμᾶς αὐτά· ὅμως δὲ καὶ στοχαζόμενοι λέγομεν· ὅτι πολλάκις καὶ ἄνδρες εὐσεβεῖς βασανίζονται πρὸ θανάτου ἐν τῷ θανάτῳ· ἵνα ἡμεῖς οἱ ὁρῶντες φοβηθῶμεν καὶ σωφρονισθῶμεν. Ἴσως δὲ καὶ ὡς ἄνθρωποι οἱ ἅγιοι, μικρόν τε ἐλάττωμα ἔχοντες, διὰ τῆς τοιαύτης βασάνου τῆς ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θανάτου τελείως καθαίρονται ἄμωμοι λοιπὸν ἀπερχόμενοι.

Ἐρώτ. ρς'. Τίνος χάριν οἱ πλείους τῶν ἀνθρώπων ἐν νυκτὶ τίκτονται, καὶ ἐν νυκτὶ τελευτῶσιν;

Ἀπόκ. Ἐμοὶ δοκεῖ, ἵνα μάθωμεν διὰ τοῦ τοιούτου ὑποδείγματος, ὅτι σκοτεινὴ ὑπάρχει τοῦ παρόντος βίου καὶ ἡ γέννησις καὶ ἡ κοίμησις, ἤγουν ἡ ἐν αὐτῷ εἴσοδος καὶ ἐξ αὐτοῦ ἔξοδος.

(45) Ἐρώτ. ρζ'. Πόθεν τινὲς μὲν χαλεπῶς εἰς τὸ
B πάθος τῆς πορνείας πολεμοῦνται· τινὲς δὲ φυσικῶς σχεδὸν τῆς τοιαύτης ἡδονῆς ἀπέχονται, καίπερ πολλάκις περιπληθὲς σῶμα περικείμενοι;

Ἀπόκ. Ἡ τῶν σωμάτων τῶν ἀνθρώπων ἐπιθυμία γίνεται ἢ ἐκ θερμῆς κράσεως τοῦ σώματος, ἢ ἐκ πλειοτέρας τροφῆς καὶ ὕπνου καὶ ἀνέσεως· ἴσως δὲ καὶ ἐξ ἐνεργείας σατανικῆς· τέταρτον δὲ πολλάκις καὶ ἐκ τοῦ κατακρίνειν ἑτέρους· πέμπτον καὶ ἐξ ὑψηλοφροσύνης, ὅταν τις μεγαλοφρονῇ ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ἁγνείᾳ· ὁ γὰρ τοιοῦτος παραχωρεῖται πεσεῖν, ὅπως διὰ τῆς πορνείας ἀπωθεῖται τὴν ὑπερηφανίαν, καὶ ὁδηγηθεὶς εἰς ταπεινοφροσύνην τεύξηται τῆς σωτηρίας· ἐν γὰρ συγκρίσει δύο κακῶν κουφότερον ὑπάρχει παρὰ τὴν ὑπερηφανίαν πταῖσμα ἡ κατὰ σῶμα φυσικὴ ἐπιθυμία. Ἀγνεύουσι δέ τινες ἢ ὑπὸ
C Θεοῦ σκεπόμενοι, ἢ ψυχρᾶς τινος ὑπάρχοντες κράσεως, ἢ διὰ πολλῆς ἀσκήσεως, ἑαυτοὺς βιαζόμενοι, καί τινα μὴ κατακρίνοντες. Εἰ δὲ καί τινες ὑπερηφανίαν ἔχοντες ἁγνεύουσι, χρὴ γινώσκειν τοὺς τοιούτους, ὅτι περ ὑπὸ τοῦ διαβόλου κατεφρονήθησαν, ἱκανῆς οὔσης τῆς ὑπερηφανίας ὑπὲρ ὅλα τὰ πάθη ἐνόχους αὐτοὺς ποιῆσαι τῆς αἰωνίου κολάσεως.

Ἐρώτ. ρη'. Ποῖον σημεῖον ὀφείλει κρατεῖν ὁ ἄνθρωπος, ἵνα μὴ πλανηθῇ καὶ δέξηται τὸν Ἀντίχριστον, νομίζων ὅτι ὁ Χριστός ἐστιν;

Ἀπόκ. Ὅπερ ὁ Κύριος ἡμῖν παρέδωκεν εἰπὼν, ὅτι «ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ ἡ δευτέρα παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.» Ὅθεν μανθάνομεν, ὅτι πᾶς Χριστὸς ἐρχόμενος, καὶ μὴ ἐξαίφνης ἐν ὅλῳ
D τῷ κόσμῳ ἐν μιᾷ ὥρᾳ εὑρισκόμενος (46), τοιοῦτος ἀναμφιβόλως Ἀντίχριστός ἐστιν. Ἐπὶ γὰρ τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ Χριστοῦ πᾶσα ἡ ἀνθρωπότης ἐν τῷ ἅμα εὑρίσκεται, καὶ ἐν μέσῳ αὐτῆς ὁ Χριστὸς ὑπὸ πάντων ὁρώμενος.

Ἐρώτ. ρθ'. Ἀληθὲς δὲ, ὅτι ἐξ Αἰγύπτου ἐξέρχεται ὁ Ἀντίχριστος, καὶ σημεῖόν τι ἐν τῇ χειρὶ (47) τῇ μιᾷ, καὶ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τῷ ἑνὶ κέκτηται;

Ἀπόκ. Πάντα ταῦτα γραώδεις μῦθοί εἰσιν. Ὁ γὰρ

[44] Matth. xxiv, 27

(45) Quæstio 106 (jam 107) aoest a veteribus editis Latinis; itemque quæst. 108.

(46) Duo mss., ἐν μιᾷ ὥρᾳ φαι. Editi, ἐν μιᾷ πόλει.

(47) Cod. unus, οὐδὲν σημεῖον ἐν τῷ μετώπῳ, ἀλλ' ἐν τῇ χειρί.

Ἀντίχριστος οὐδὲν σημεῖον τοιοῦτον κέκτηται· ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς Γαλιλαίας, ὅθεν ὁ Χριστὸς ἐξῆλθεν, ἐξέρχεται, ὥς φησιν ἡ Γραφή· « Σκύμνος λέοντος Δὰν, καὶ ἐκπηδήσει ἐκ Βασάν. » Αὕτη δέ ἐστιν Σκυθόπολις.

Ἐρώτ. ρι'. Λέγουσί τινες, ὅτι οὐ δύναται ὁ Ἀντίχριστος νεκρὸν ἄνθρωπον ἀναστῆσαι· ἐπεὶ πάντα τὰ λοιπὰ σημεῖα ποιεῖ.

Ἀπόκ. Τὸ εἰπεῖν τὸν Ἀπόστολον περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, ὅτι ἐν πᾶσι σημείοις καὶ δυνάμεσι πλάνης, εὔδηλον (48) ὅτι καὶ νεκρὸν δείκνυσιν ἐγειρόμενον, οὐκ ἐν ἀληθείᾳ, ἀλλ' ἐν φαντασίᾳ.

Ἐρώτ. ρια'. Πῶς καί τινες αἱρετικοὶ ποιοῦσι πολλάκις σημεῖα;

Ἀπόκ. Τοῦτο ἡμᾶς οὐκ ὀφείλει ξενίζειν. Ἠκούσαμεν γὰρ τοῦ Κυρίου λέγοντος· ὅτι πολλοὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐροῦσι· « Κύριε, οὐκ ἐν τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; » καὶ ἐρεῖ αὐτοῖς (49)· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ, ἐργάται τῆς ἀνομίας. » Πολλάκις γὰρ οὐχ ἡ πολιτεία τοῦ θαυματουργοῦντός ἐστιν ἡ τὴν ἴασιν ἐργαζομένη, ἀλλ' ἡ πρὸς αὐτὸν πίστις τοῦ προσερχομένου ἀνθρώπου. Γέγραπται γάρ· « Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. » Πλὴν δεῖ καὶ τοῦτο γινώσκειν, ὅτι πολλάκις τινὲς κακόπιστοι καμάτους πολλοὺς δι' ἀσκήσεως τῷ Θεῷ προσήγαγον, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν αὐτῶν ἔλαβον ἐν τῷ νῦν αἰῶνι ἐκ Θεοῦ, τὸ τῶν ἰαμάτων καὶ προῤῥήσεων χάρισμα· ἵνα ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι ἀκούσωσιν· Ἀπελάβετε τὰ ἀγαθὰ ὑμῶν καὶ τοὺς καμάτους ὑμῶν· νῦν δὲ λοιπὸν οὐδὲν ὑμῖν κεχρεώστηται.

Ἐρώτ. ριβ'. Ἐὰν ἐν καιρῷ ἑορτῆς καταληφθῇ ἄνθρωπος ἐν χώρᾳ, ἐν ᾗ ἡ κοινωνία τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας οὐχ εὑρίσκεται, τί ὀφείλει διὰ τὴν ἑορτὴν σκέψασθαι, κοινωνῆσαι τοῖς αἱρετικοῖς, ἢ μεῖναι ἀκοινώνητος;

Ἀπόκ. Εἰ πολὺς καὶ χαλεπὸς ὁ κίνδυνος, τὸ τὴν ἰδίαν γυναῖκα μοιχεῦσαι, καὶ ἄλλῃ (50) συγγενέσθαι, κἂν ἐν ἀποδημίᾳ τυγχάνῃ ὁ ἀνήρ· πόσῳ γε μᾶλλον τὴν ὀρθὴν πίστιν προδοῦναι διὰ τὸ τοῖς αἱρετικοῖς συγκοινωνῆσαι; Ὥσπερ οὖν οἱ τὴν ἑαυτῶν πραγματείαν πωλῆσαι βουλόμενοι, ὅσον ἂν χρόνον ἐπὶ ξένης βραδύνωσιν, οὐ καταδέχονται λαβεῖν ἀντὶ τοῦ βασιλικοῦ χαράγματος τὸ ἔξω χάραγον· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς Χριστοῦ κοινωνίας χρὴ λογίζεσθαι. Τὸ γὰρ εἰπεῖν τὸν Ἀπόστολον, ὅτι « Εἷς Κύριος, καὶ μία πίστις, καὶ ἓν βάπτισμα, » ἐσήμανεν ἀκριβῶς, ὅτι μία καὶ μόνη ἐν κόσμῳ ἀψευδὴς ὑπάρχει πίστις, ἣν ἡ ἁγία (51) καὶ μόνη κρατεῖ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία· καὶ ἓν βάπτισμα καθαρτικὸν καὶ ἁμαρτιῶν λυτρωτικόν· καὶ εἷς Κύριος, ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ

christus enim nullum hujusmodi signum est habiturus : sed ex Galilæa, unde exivit Christus, proditurus ipse est, ut ait Scriptura : « Catulus leonis Dan, et exsiliet ex Basan [66*], » quæ ipsa est Scythopolis.

Quæst. CX. Aiunt nonnulli Antichristum non posse aliquem defunctum hominem a mortuis excitare, etiamsi cætera omnia edat signa.

Resp. Verba Apostoli quibus ait Antichristum in omnibus signis et virtutibus deceptorem fore, manifeste ostendunt illum mortuos quoque ad vitam revocaturum, licet non revera, sed specie duntaxat.

Quæst. CXI. Quomodo quidam hæretici signa sæpe edunt?

Resp. Id mirum nobis esse non debet. Audivimus enim dicentem Dominum, multos illa die dicturos : « Domine, nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus et virtutes multas fecimus? » ipsumque ad eos responsurum : « Amen dico vobis, nunquam novi vos : discedite a me, qui operamini iniquitatem [67]. » Sæpe enim non vita edentis miracula, sanitatem operatur, sed fides hominis qui ad ipsum accedit : scriptum siquidem est, « Fides tua te salvum fecit [68]. » Id etiam intelligendum est, sæpe nonnullos pravæ fidei multos exercitationis labores Deo obtulisse, quorum mercedem in præsenti sæculo gratiam sanitatum et prædictionum perceperunt ; ut nimirum in futuro sæculo audiant : Recepistis bona vestra et labores vestros, nunc vero nihil vobis amplius debitum est.

Quæst. CXII. Si accidat ut homo die festo sit in regione, in qua non reperiatur communio Ecclesiæ catholicæ, quid propter festum ipsi agendum est? Num cum hæreticis communicabit, an manebit absque communione?

Resp. Si magnum et grave est periculum, propriam uxorem scortari, et cum alio rem habere, si vir sit in peregrina regione : quanto majus est periculum rectam fidem prodere propter communionem cum hæreticis habitam? Quemadmodum ergo qui suas merces cupiunt vendere, quandiu in externa morantur regione, accipere recusant pro regio numismate, externum numisma : ita et de Christi communione censendum est. Nam Paulus hisce verbis, « Unus Dominus, et una fides, et unum baptisma [69], » clare significat unam et solam in mundo sinceram esse fidem, quam sancta et sola tenet catholica et apostolica Ecclesia : unum item esse baptisma, quo peccata purgantur et expiantur : unum denique Dominum, Patrem et

[66*] Deut. xxxiii, 22. [67] Matth. vii, 22. [68] Marc. x, 52. [69] Ephes. iv, 5.

(48) Palat. 2, καὶ δυνάμεσι ψεύδους, δῆλον, ὅτι καὶ νεκρ. Quæstio 110, 111, 112, 113, 114, 115 et 116, absunt a Palat. 2.

(42) Reg. 1, καὶ ἐρεῖ αὐτοῖς. Editi, καὶ λέγω.

(50) Ἄλλῃ. Editi, ἄλλην. Reg. 2, ἄλλῃ.

(51) Ita Reg. 2. In editis vero, hic multa omittuntur.

Filium et Spiritum sanctum esse. Qui ita non sentit, errat omnino.

Quæst. CXIII. Magna et celebris atque omnibus fere vulgata quæstio est, utrum dicendum sit terminum habere vitam hominis, necne (52). Nam si terminus est, quomodo David ait, « Ne reducas me in dimidio dierum meorum [70]? » Si vero nullus est terminus, quomodo rursus David ait, « Ecce mensurabiles posuisti dies meos [71]? » Rursus si terminus aliquis est, quid his verbis vult Salomon, « Ne sis crudelis, neque impie agas multum, ne moriaris in tempore non tuo [72]? » Si igitur potest quis mori in tempore non suo, quomodo quibusdam placet dicere mortem hominibus induci, cum impleti fuerint vitæ termini? Quomodo similiter et Ezechiæ **242** et Ninivitis vitam Deus petentibus prorogavit?

Resp. Fons ille sapientiæ magnumque vas cognitionis Paulus apostolus hæc ad Corinthios scribit: « Qui enim indigne manducat panem et bibit sanguinem Domini, judicium sibi manducat et bibit: ideoque inter vos multi infirmi et imbecilles et dormiunt multi [73]. » Attendite diligenter. Quia vos, inquit, indigne ad communionem acceditis, idcirco morimini multi; atque adeo si digne communicassent, tunc non fuissent morituri. Quid jam ergo amplius terminum vitæ quærimus, quem nobis multi objiciunt? Rursus ad Eliphaz Themanitem dixit Deus: « Peccasti tu, et duo amici tui, et sine Job servo meo vos interemissem [74]. » Itaque propter Job virtutem Deo acceptam non sunt mortui, non autem quod non absolutus esset terminus vitæ ipsorum. Sin autem, ut quibusdam videtur, præfixi sunt et definiti dies hominis, nemo jam in peccatis moriturus ad sanctos viros accederet, ut vitam et conversionem sibi a Deo peteret: nemo Deum pro liberorum vita rogaret. Quippe terminus, terminus est, nihilque secundum illos illi potest addi. Cur ergo Scriptura præcipit, « Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longævus [75]? » Itaque terminus vitæ hominis, est voluntas Dei, qui dies addit cui voluerit, aufert vero a quo auferri libuerit, omnia ad uniuscujusque utilitatem agens. Ac quemadmodum gregis dominus, cum voluerit, mittit et accersit quas voluerit oves; ita et Deus se erga homines gerit, tuncque mors homini advenit, cum terminus ejus vitæ completus fuerit. Nam, ut antea dictum est, terminus uniuscujusque vitæ est jussus et voluntas Dei.

Quæst. CXIV. Quidam existimant corruptorum corporum resurrectionem impossibilem omnino esse. Quomodo enim, inquiunt, aut undenam resurget caro, quam sæpe naufragio sub-

τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὑπάρχει. Καὶ ὁ μὴ οὕτω φρονῶν πεπλάνηται.

Ἐρώτ. ριγ'. Τὸ μέγα καὶ πολυθρύλλητον, καὶ σχεδὸν παρὰ πάντων ζητούμενον ὅρον θέλομεν λέγειν ἔχειν τὴν τοῦ ἀνθρώπου ζωὴν, ἢ οὔ (52); Εἰ μὲν γὰρ ὅρος ἐστὶ, πῶς φησιν ὁ Δαβὶδ τῷ Θεῷ· « Μὴ ἀναγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν μου; » εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ὅρος, πῶς πάλιν ὁ αὐτὸς λέγει· « Ἰδοὺ παλαιστὰς ἔθου τὰς ἡμέρας μου. » Εἰ δὲ πάλιν ὅρος ἐστὶ, πῶς ὁ Σολομὼν φησι· « Μὴ γίνου σκληρὸς, μηδὲ ἀσεβὴς ἐπὶ πολὺ, ἵνα μὴ ἀποθάνῃς ἐν οὐ καιρῷ σου. » Εἰ οὖν ἔστιν ἐν οὐ καιρῷ ἀποθανεῖν, πῶς τισιν ἔδοξε λέγειν, ὅτι θάνατοι ἐπάγονται, τῶν ὅρων τῆς ζωῆς πληρωθέντων; Πῶς δὲ καὶ τῷ Ἐζεκίᾳ καὶ τοῖς Νινευΐταις ζωὴν ὁ Θεὸς αἰτησαμένοις προσέθηκεν;

Ἀπόκ. Ἡ τῆς σοφίας πηγὴ, τὸ μέγα δοχεῖον τῆς γνώσεως, Παῦλος ὁ ἀπόστολος, πρὸς Κορινθίους γράφων φησίν· « Ὁ γὰρ ἀναξίως ἐσθίων τὸν ἄρτον καὶ πίνων τὸ αἷμα τοῦ Κυρίου, κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει· καὶ διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. » Προσέχετε μετὰ ἀκριβείας. Διὰ τὸ ἀναξίους ὑμᾶς μεταλαμβάνειν, φησὶν, ἀποθνήσκετε οἱ πολλοί. Ὥστε εἰ ἀξίως μετελάμβανον, οὐκ ἂν ἀπέθνησκον τότε. Καὶ ποῦ λοιπὸν ζητοῦμεν τὸν ὅρον τῆς ζωῆς τὸν παρὰ πολλοῖς ἡμῖν προβαλλόμενον; Πάλιν πρὸς τὸν Ἐλιφὰζ τὸν Θεμανίτην φησὶν ὁ Θεός· « Ἥμαρτες σὺ καὶ οἱ δύο φίλοι σου, καὶ εἰ μὴ διὰ Ἰὼβ τὸν θεράποντά μου, ἐξωλόθρευσα ἂν ὑμᾶς. » Ὥστε διὰ τὴν τοῦ Ἰὼβ πρὸς Θεὸν ἀρετὴν οὐκ ἀπέθανον, καὶ οὐ διὰ τὸ μὴ πληρωθῆναι (53) τὸν ὅρον τῆς ζωῆς αὐτῶν. Εἰ δὲ, ὡς τισι δοκεῖ, πεπηγμέναι εἰσὶ καὶ ὡρισμέναι αἱ ἡμέραι τοῦ ἀνθρώπου, μηδεὶς λοιπὸν ἐν ἀνομίαις μέλλων τελευτᾷν ἁγίοις ἀνδράσι προσδράμῃ ζωὴν καὶ ἐπιστροφὴν αὐτοῦ ἐκ Θεοῦ αἰτήσασθαι· μηδεὶς περὶ ζωῆς τῶν ἑαυτοῦ τέκνων τὸν Θεὸν δυσωπήσῃ. Ὁ γὰρ ὅρος, ὅρος ἐστὶ, καὶ προσθήκην ἀδύνατον κατ' αὐτοὺς γενέσθαι. Καὶ πῶς φησιν ἡ Γραφὴ, « Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ὅπως ἔσῃ πολυχρόνιος; » Ὅρος τοίνυν ἐστὶ τῇ ζωῇ (54) τοῦ ἀνθρώπου ἡ βουλὴ τοῦ Θεοῦ, καὶ ᾧτινι βούλεται, προστίθησι, καὶ ἔνθα σκοπήσῃ, ὑφελεῖται, πάντα ποιῶν πρὸς τὸ ἑκάστου συμφέρον. Καὶ ὥσπερ ὁ δεσπότης τῆς ποίμνης, ὅτε βουληθῇ, ἀποστέλλει καὶ φέρει, οἷα βούλεται, πρόβατα· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ποιεῖ, καὶ τότε ἐπάγεται ὁ θάνατος τῷ ἀνθρώπῳ, τοῦ ὅρου, ἤγουν τοῦ χρόνου τῆς ζωῆς αὐτοῦ, πληρωθέντος. Ὅρος τοιγαροῦν, ὡς προλέλεκται, τῆς ἑκάστου ζωῆς ἐστιν ἡ κέλευσις καὶ ἡ βουλὴ τοῦ Θεοῦ.

Ἐρώτ. ριδ'. Ἀμήχανόν τι πρᾶγμα τοῖς πολλοῖς καὶ ἀδύνατον νομίζεται τῶν καταφθαρέντων σωμάτων ἡ ἀνάστασις. Πῶς γὰρ, φησὶν, ἢ πόθεν ἀναστήσεται ἡ σάρξ, ἣν πολλάκις ναυαγήσασαν ἔφαγον χ-

[70] Psal. ci, 25. [71] Psal. xxxviii, 6. [72] Eccle. vii, 17. [73] I Cor. xi, 29, 30. [74] Job xlii, 7. [75] Exod. xx, 12.

(52) Hæc expressa sunt ex *Apologia de Fuga*. tom. I.

(53) Ita manuscripta recte. In editis vero μὴ deest

(54) Reg. τῆς ζωῆς. Infra, idem, καὶ ἔνθα κελεύει ὑφαιρεῖται.

λιοι ἰχθύες (55) καὶ πάλιν τοὺς χιλίους ἰχθύας χίλιοι ἄνδρες, καὶ τοὺς χιλίους ἄνδρας χίλιοι λέοντες;

Ἀπόκ. Ὁμολογεῖτε, ὦ ἀνόητοι, παντοδύναμον εἶναι τὴν τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ οὐσίαν; Πάντως ἐρεῖτε, ὅτι ναί. Ὥστε μάθετε ἀκριβῶς, ὦ ἄφρονες, ὅτι περ ὁ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρενέγκας Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, αὐτὸς ἀῤῥήτῳ τινὶ λόγῳ καὶ ἀναπλάσαι αὐτὸν δύναται. Τί γάρ ἐστιν, εἰπέ μοι, εὐκοπώτερον τῷ κεραμεῖ, τὸ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγεῖν τὸ σκεῦος, ἢ τὸ συντριβὲν πάλιν ἀνακαινίσαι; Πρόδηλον ὅτι τὸ ἀναπλάσαι τὸ γενόμενον ἤδη, κἂν εἰς πολλὰ μέρη διεσκορπίσθη (56). Ἵνα δὲ καὶ φυσικῇ τινι ἀκολουθίᾳ χρήσωμαι, καὶ ὑποδείγματι, ὥσπερ παντὸς τοῦ ἐπὶ γῆς πυρὸς καὶ τῆς θέρμης πηγὴ καὶ ῥίζα ὁ ἥλιος ὑπάρχει, καὶ σβεννυμένης μὲν καμίνου, εὔδηλον ὅτι ἡ θέρμη αὐτῆς πρὸς τὸν ἥλιον ἀοράτως ἀνέδραμε· καὶ πάλιν ἁπτομένης αὐτῆς ἐκ τοῦ ἡλίου, δῆλον ὅτι τὸ πῦρ παραγίνεται, τὸ ἐξ αὐτῆς ἀναχωρῆσαν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν καταφθειρομένων σωμάτων ἀνθρωπίνων καὶ διαλυομένων μοι νόησον, ὅτι περ εἰς ὅσας ἂν θηρίων, ἢ ἰχθύων, ἢ ὀρνέων γαστέρας διαμερισθῇ ὁ ἄνθρωπος, εἰς τὰ τέσσαρα πάντως στοιχεῖα ἀναλύεται, καὶ ἀπέρχεται, ἐξ ὧν καὶ συνέστηκε κατὰ τὸ τοῦ ἡλίου ὑπόδειγμα. Καὶ εἰς μὲν τὰ ὕδατα ἀπέρχεται τὸ ὑγρόν· εἰς δὲ τὸν ἀέρα τὸ ψυχρόν (57)· εἰς δὲ τὸ πῦρ πρόδηλον τὸ θερμόν· εἰς δὲ τὴν γῆν λοιπὸν τὸ ξηρόν. Τῷ οὖν καιρῷ τῆς ἀναστάσεως κελεύσει Θεοῦ ἀοράτως ἀποδίδωσιν ἕκαστον τῶν στοιχείων, ὅπερ ἔλαβεν ἀποθανόντος τοῦ ἀνθρώπου (58), καὶ προστρέχει ἡ ψυχὴ καὶ ἀνίσταται ὁ ἄνθρωπος, ὡς οἶδε μόνος ὁ πλάσας τὸν ἄνθρωπον, σπαρεὶς μὲν εἰς γῆν φθορᾷ, ἐγειρόμενος δὲ ἐν ἀφθαρσίᾳ. Ὅθεν καὶ Σαμαρείτας ἐντεῦθεν δυνάμεθα ἐλέγξαι, ὅτι τοῦτο τὸ σῶμα ἀνίσταται, ἐκ τοῦ καὶ αὐτοὺς ὥσπερ τινὰ κόκκον ἐπὶ γῆς κατακρύπτειν τὰ σώματα. Τούτου γὰρ χάριν ὁ Θεὸς καὶ ἀπ' ἀρχῆς διὰ τῶν πατέρων ἐνομοθέτησε σκάπτοντας ἡμᾶς κατακρύπτειν τὰ τεθνεῶτα σώματα, ὅπως καὶ ἄκων ὁ ἄνθρωπος ὁμολογῇ τὴν ἀνάστασιν. Πᾶν γὰρ τὸ ἐν τῇ γῇ ὑφ' ἡμῶν χωννύμενον, εὔδηλον ὅτι ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως κρύπτεται. Εἰ δὲ οὐκ ἔστι νεκρῶν ἀνάστασις, καθὼς αἱρετικοὶ λέγουσιν, ἄδικος λοιπὸν ὁ Θεὸς εὑρεθήσεται, πολλοὺς μὲν δικαίους ἐνταῦθα ταλαιπωρῆσαι καὶ ἀναιρεθῆναι κακῶς συγχωρήσας, πολλοῖς δὲ ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς εὐζωΐαν καὶ εὐτεκνίαν καὶ εὐπραγίαν δωρησάμενος. Ἀλλὰ μὴ πλανάσθωσαν Σαμαρειτῶν παῖδες (59)· ἔσται γάρ ποτε ἀναστάσεως καὶ κρίσεως καιρὸς, ὅπως καὶ οἱ ἐνταῦθα κακοπαθήσαντες εὐσεβεῖς στεφανωθῶσι, καὶ οἱ πάλιν εὐημερήσαντες ἀσεβεῖς τῷ αἰωνίῳ πυρὶ εἰς αἰῶνας αἰώνων καταδικασθῶσι, κατὰ τὸ δίκαιον κρίμα τοῦ Θεοῦ.

Ἐρώτ. ριε'. Ποῦ ὑπάγουσι τὰ τελευτῶντα πι-

A mersam devorarint mille pisces, quos rursus mille pisces comederint mille homines, qui mille homines postea a mille leonibus fuerint devorati?

Resp. Num fatemini, o insani, omnipotentem esse Dei opificis essentiam? Omnino concedetis. Itaque discite, o insipientes, Deum qui hominem e nihilo fecit ut esset, ipsum ineffabili quadam ratione reficere posse. Quid enim, amabo, facilius est figulo, vas ex nihilo facere ut sit, an contritum rursum reficere? Certe facilius est vas jam factum, licet in multas partes dispersum, reficere. Ut autem naturali aliquo ordine et exemplo utar, quemadmodum ignis et caloris, qui in terra est, fons et radix est sol, constatque exstincti camini B calorem ad solem invisibiliter reverti, eoque rursus accenso, ignem qui recesserat, ex sole rursus redire: ita et in corruptis dissolutisque hominum corporibus intellige: in quorumvis animalium, piscium vel avium ventres dispersus sit homo, tamen in quatuor omnino elementa, ex quibus et constat dissolvi et abire, juxta allatum solis exemplum; ita ut quod humidum est, in aquas abeat: quod frigidum, in aerem; quod calidum, in ignem; denique quod siccum est, in terram. Itaque resurrectionis tempore, Deo imperante, singula elementa invisibiliter reddent quidquid ex humanis corporibus acceperint, accurretque anima, atque ita resurget homo, prout solus ipse novit qui formavit hominem, seminatum quidem C in terra in corruptione, resurgentem vero in incorruptione. Quapropter hinc quoque possumus convincere Samaritas, quod hoc **243** corpus resurgat, ex eo quod ipsi corpora, veluti quoddam granum, in terra abscondant. Hujus enim rei gratia Deus initio per nostros patres lege sancivit, ut mortua corpora terra effossa abderemus, ut vel invitus homo resurrectionem fateatur. Quidquid enim terra obruimus, in spem resurrectionis contegimus. Sed si nulla est mortuorum resurrectio, ut volunt hæretici, certe injustus Deus reperietur, quippe qui multos justos hic ærumnas pati et e medio tolli sinat, multis autem impiis et peccatoribus felicem vitam, liberorum copiam, et prosperam fortunam concedat. Verum ne decipiantur D Samaritæ: erit enim aliquando resurrectionis et judicii tempus, ut et pii qui hic mala perpessi sunt, coronis donentur; qui autem fortunati fuerint impii, æterno igne in sæcula sæculorum damnentur, juxta justum Dei judicium.

Quæst. CXV. Quo vadunt morientes fideles in-

(55) Ita Reg. 2, recte. Editi vero, χίλιοι ἰχθύας, omissis intermediis.

(56) Ita Reg. 2. Editi vero, καὶ εἰς πολλὰ μέρη σκορπισθέν.

(57) Sic mss. In editis hæc desunt, εἰς δὲ τὸν ἀέρα τὸ ψυχρόν.

(58) Sic Reg. 2. Editi, τοῦ σώματος.

(59) Reg. 2, οἱ Σαμαρεῖται καὶ οἱ αὐτῶν παῖδες.

fantes? Ad pœnamne, an in regnum? Quo vero eunt infidelium infantes? Quo item in loco collocantur morientes fidelium infantes, num cum infidelibus, an vero cum fidelibus?

Resp. Cum Dominus dicat: « Sinite parvulos venire ad me: talium enim est regnum cœlorum [76]; » cum item dicat Apostolus: « Nunc autem liberi vestri sancti sunt [77], » constat ut immaculatos et fideles in regnum cœlorum ingredi baptizatos fidelium infantes. Qui autem baptizati non sunt, ut et infideles, neque in regnum ingrediuntur, nec rursus in supplicium: namque peccatum non egerunt.

Quæst. CXVI. An omnes hæretici in perditionem abeunt, necne?

Resp. Est hæresis, et hæresis: est item judicium, et judicium. Alia est enim perditio Manichæorum, Montanistarum, Simonianorum, Arianorum, et Pneumatomachorum, aliorumque id genus detestandorum hæreticorum. Aliud rursus judicium est eorum qui aiunt Dominum nostrum et Deum Jesum Christum corpus incorruptum ex sancta Deipara accepisse. Verumtamen qui in paucis infidelis est, et in multis est infidelis. Nec id tantum, sed etiam in una eademque hæresi multa et varia sunt judicia. Siquidem aliud est peccatum episcopi populum in errorem inducentis; aliud judicium clerici qui possit orthodoxam fidem discere; aliud autem judicium clerici qui discere non possit. Aliud item ejus qui veritatem anathematizat, nobisque adversatur; aliud iterum ejus qui sciens errat; aliud ejus qui ob ignorantiam. Denique mulieris judicium, aliis omnibus est levius. Quæ omnia solus accurate novit Deus, qui orbem terrarum in justitia judicaturus est [78].

Quæst. CXVII. Licetne magistratibus munera accipere, eaque in pauperes insumere?

Resp. Si qui post accepta beneficia, copiam rerum habent, sponteque dona magistratibus offerunt, iis, inquam, a quibus beneficium acceperunt; forte qui munera suscipient, non grave subibunt judicium, si nempe ea distribuerint pauperibus. Quæ autem ab agricolis et fabris oppressis opemque implorantibus dona acceperint, ignem et supplicium sibi ipsi comparabunt, licet ipsa in sexcentis beneficiis conferendis insumant, quemadmodum ait Scriptura: « Ignis devorabit domos eorum qui munera accipiunt [79]. »

Quæst. CXVIII. Si quis vir sanctus miserit castigationem aliquam, aut pœnam, vel dæmonem, aut mortem vel aliam aliquam castigationem in domum vel substantiam hominis, aut in ejus liberos, potestne homo ille ad alium sanctum confugere, atque ita sententiam evitare, quam Dei servus ad eum miserat?

A στὰ (60) νήπια; εἰς κόλασιν, ἢ εἰς βασιλείαν; Καὶ ποῦ τὰ τῶν ἀπίστων νήπια; Καὶ ποῦ τὰ τῶν πιστῶν ἀβάπτιστα ἀποθνήσκοντα τάττονται, μετὰ τῶν πιστῶν, ἢ ἀπίστων;

Ἀπόκ. Τοῦ Κυρίου λέγοντος· « Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· » καὶ πάλιν τοῦ Ἀποστόλου φάσκοντος· « Νῦν δὲ τὰ τέκνα ὑμῶν ἅγιά ἐστι· » πρόδηλον ὅτι ὡς ἄσπιλα καὶ πιστὰ εἰς τὴν βασιλείαν εἰσέρχονται τὰ τῶν πιστῶν βεβαπτισμένα νήπια· τὰ δὲ ἀβάπτιστα καὶ τὰ ἐθνικὰ οὔτε εἰς βασιλείαν εἰσέρχονται· ἀλλ' οὔτε πάλιν εἰς κόλασιν· ἁμαρτίαν γὰρ (61) οὐκ ἔπραξαν.

Ἐρώτ. ρις'. Ἆρα πάντες οἱ αἱρετικοὶ εἰς ἀπώλειαν ἀπέρχονται, ἢ οὔ;

B Ἀπόκ. Ἔστιν αἵρεσις καὶ αἵρεσις· καὶ ἔστι κρῖμα καὶ κρῖμα. Ἄλλη γὰρ ἀπώλεια τῶν Μανιχαίων καὶ τῶν Μοντανῶν, καὶ Σιμωνιανῶν, καὶ Ἀρειανῶν, καὶ Πνευματομάχων (62), καὶ τῶν τοιούτων θεοκαταράτων αἱρετικῶν· καὶ ἄλλο πάλιν τῶν λεγόντων ἄφθαρτον σῶμα ἀναλαβεῖν ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστόν. Πλὴν ὁ ἐν ὀλίγῳ ἄπιστος καὶ ἐν πολλῷ ἄπιστός ἐστιν. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο· ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ μιᾷ αἱρέσει πολλὰ καὶ διάφορα ὑπάρχουσι κρίματα. Ἄλλη γὰρ ἡ ἁμαρτία τοῦ ἐπισκόπου τοῦ πλανῶντος τὸν λαὸν, καὶ ἄλλο κρῖμα τοῦ κληρικοῦ τοῦ δυναμένου μαθεῖν τὴν ὀρθόδοξον πίστιν· καὶ ἄλλο πάλιν τοῦ μὴ δυναμένου, καὶ ἄλλο τοῦ ἀναθεματίζοντος τὴν ἀλήθειαν καὶ ἀντιμα-
C χομένου ἡμῖν· καὶ ἄλλο τοῦ ἐν γνώσει σφαλλομένου, καὶ ἄλλο τοῦ ἐν ἀγνοίᾳ· καὶ ἄλλο πάλιν τὸ πάντων κουφότερον τὸ τῆς γυναικός. Ἅπερ ἅπαντα γινώσκει ἀκριβῶς ὁ μέλλων κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ.

Ἐρώτ. ριζ'. Εἰ ἐξὸν ἄρα τοῖς ἄρχουσι δῶρα δέχεσθαι, καὶ ταῦτα εἰς πτωχοὺς ἀναλίσκειν;

Ἀπόκ. Εἰ μέν τινες εὐεργετηθέντες ἐν εὐπορίᾳ τυγχάνουσι, καὶ ἑκουσίως αὐτοῖς ταῦτα προσφέρουσι, λέγω δὴ τοῖς εὐεργετήσασιν· ἴσως οὐ πολὺ κρῖμα ἔχουσιν οἱ δεχόμενοι· δῆλον ὅτι, ἐὰν εἰς πτωχοὺς αὐτὰ διανείμωσιν. Ἐπεὶ ὅσα ἐκ γεωπόνων ἢ χειροτεχνῶν δέξονται δῶρα, καταπονουμένων καὶ ἀντίληψιν ζητούντων, πῦρ καὶ κόλασιν ἑαυτοῖς συνάγουσι, κἂν
D εἰς μυρίας εὐποιίας (63) αὐτὰ διαδώσουσι, καθώς φησιν ἡ Γραφὴ, ὅτι « Πῦρ καταφάγεται οἴκους δωροδεκτῶν. »

Ἐρώτ. ριη'. Ἐὰν ἀνὴρ ἅγιος ἀποστείλῃ παιδείαν, ἢ τιμωρίαν, ἢ δαίμονα, ἢ θάνατον, ἢ ἄλλην τινὰ παίδευσιν εἰς οἶκον, ἢ οὐσίαν ἀνθρώπου, ἢ εἰς τέκνα· ἆρα δύναται ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος παρακαλέσας ἕτερον ἅγιον ἐκφυγεῖν τὴν ἀπόφασιν, ἣν (64) ἀπέστειλεν αὐτῷ ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ;

[76] Matth. xix, 14. [77] I Cor. vii, 14. [78] Psal. xcvii, 9. [79] Job xv, 34.

(60) Ita Reg. 2. In editis, πιστά, deest.
(61) Ita mss. In editis, γάρ, deest.
(62) Ita mss. In editis vero καὶ Ἀρειανῶν, καὶ Πνευματομάχων.
(63) Sic mss. Editi vero, εὐσεβείας.
(64) Sic mss. Editi vero, τῆς ἀποφάσεως ἧς.

Ἀπόκ. Ἐὰν ἀνὴρ ἅγιός ἐστιν ὁ τὴν τιμωρίαν ἀνθρώπῳ ἀποστείλας, εὔδηλον ὅτι βουλῇ (65) Θεοῦ τοῦτο πεποίηκε. Καὶ τίς ἔσται λοιπὸν ὁ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἀναλῦσαι δυνάμενος; Πλὴν οὔτε αὐτοὶ οἱ ἅγιοι ἀλλήλοις ποτὲ ἀντιπολεμοῦσι γινώσκοντες τὸν τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος σύνδεσμον, καὶ ὅτι οὐκ εἰσακούσεται Κύριος ἁγίου, τοῦ δι' εὐχῆς ἀναλῦσαι βουλομένου ἄλλου ἁγίου εὐχήν. Οὔτε γὰρ πρέπον Θεῷ τοῦτο, ἕνα μὲν θλίψαι, ἕνα δὲ ἀναπαῦσαι ἑαυτοῦ θεράποντα. Ὅθεν τὸν ἐν Κορίνθῳ πορνεύσαντα Παῦλος ὁ δήσας αὐτὸς καὶ ἔλυσε· καὶ τὸν οὐρανὸν ἐν τῇ Παλαιᾷ πρὸς ἀβροχίαν Ἠλίας ἔδησε, καὶ Ἠλίας πάλιν ἔλυσε, καίπερ ἔχοντος τότε τοῦ Θεοῦ ἑπτακισχιλίους ἁγίους, οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ. Καὶ πάλιν, ὑβρισθέντος τοῦ Ἰὼβ ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ φίλων, αὐτὸν πεποίηκεν ὁ Θεὸς συγχωρῆσαι αὐτοῖς τὸ ἁμάρτημα, λέγων αὐτοῖς, ὅτι « Πορεύεσθε πρὸς τὸν θεράποντά μου Ἰὼβ, καὶ προσεύξεται περὶ ὑμῶν. » Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων οὐκ ἀντιπράττει ἕτερος ἑτέρῳ, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων νοήσωμεν.

Ἐρώτ. ριθʹ. Πόθεν τινὲς φύσει ἀβιάστως ὑπάρχουσιν ἐλεήμονες· τινὲς δὲ πάλιν φυσικῶς εἰσιν ὠμοί τε καὶ ἄσπλαγχνοι εἰς μετάδοσιν;

Ἀπόκ. Οὐδεὶς ὑπὸ Θεοῦ ἄνθρωπος γέγονε φύσει ἀσυμπαθὴς καὶ ἄσπλαγχνος· φύσει δὲ μᾶλλον ὁ Θεὸς τὸ φιλάλληλον εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου οὐσίαν ἔθηκεν· οὐκ ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τῶν ἀλόγων καὶ πετεινῶν. Ὅθεν πολλάκις καὶ ἐξ ἀλλήλων χωριζόμενα, στυγνάζουσι, καὶ βοῶσι, καὶ νηστεύουσι· τινὰ δὲ καὶ δακρύουσι. Κορωνῶν δὲ γένος, καὶ βρῶμα εὑροῦσαι, εὐθέως ἀλλήλας τῇ φωνῇ κράζουσι πρὸς μετάληψιν. Καὶ πῶς λοιπὸν, εἰπέ μοι, οὐ μέλλουσι πολλὰ καὶ τῶν ἀλόγων ἡμᾶς κατακρίνειν, τοὺς κατ' εἰκόνα Θεοῦ κτισθέντας, οὐ μόνον διὰ τὴν ἀσπλαγχνίαν ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἄγνοιαν (66) καὶ ἀκολασίαν, ἣν ἔχομεν; Ἐκεῖνα γὰρ οὐ μόνον ἄρσεν ἄρσενος εἰς συνουσίαν οὐχ ἅπτεται, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς θηλείας πρὸς ὀλίγας καὶ μόνον ἡμέρας ἐφίεται· τινὰ δὲ καὶ χηρεύουσι. Πλεονεξίαν οὐκ οἶδε, λοιδορίαν οὐ μετέρχεται. Τὸ δὲ χαλεπώτερον, ὅτι περ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ γενόμενοι, καὶ ἄρχειν ἀλόγων τεταγμένοι, παρασυνεβλήθημεν τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθημεν αὐτοῖς.

Ἐρώτ. ρκʹ. Ποῖαι πλεῖστον πάντων ἀρεταὶ τοῖς ἄρχουσι πρέπουσί τε καὶ ἁρμόζουσιν;

Ἀπόκ. (67) Προηγουμένως τὸ συμπαθητικὸν καὶ φιλάνθρωπον, τὰ καὶ Θεῷ ὑπάρχοντα· εἶτα τὸ ἀμνησίκακον καὶ ἀόργητον, καὶ ἀπροσωπόληπτον, καὶ ἀδωροδόκητον, καὶ πρὸ πάντων τὸ μὴ εὐχερῶς, μηδὲ

Quæst. LIV. Cum præstantius et mirabilius opificium Dei sit homo (regem enim ipsum terræ constituit et secundum imaginem similitudinemque suam creavit ipsum), cur omnium postremum creavit eum Deus?

Ἀπόκ. Ἐπειδὴ ὥσπερ βασιλεὺς, ὅταν μέλλει ἀπελθεῖν ἐν πόλει τινὶ, πρῶτον εὐτρεπίζουσιν αὐτοῦ τὴν ἑτοιμασίαν, καὶ κατασκευάζοντες αὐτοῦ τὴν δωροφορίαν, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ὑπηρεσίαν καὶ ἀνάπαυσιν, μετὰ τοῦτο δὲ παραγίνεται ὁ βασιλεὺς, οὕτω γέγονε καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου. Πρῶτον ἐφρόντισεν ὁ Θεὸς τὰ τῆς ἀναπαύσεως αὐτοῦ, καὶ εἰργάσατο τὴν κατοικίαν αὐτοῦ καὶ πᾶσαν τὴν χρείαν καὶ ἀνάπαυσιν αὐτοῦ, καὶ μετὰ ταῦτα ἔπλασεν αὐτόν.

Resp. Quemadmodum rex quando in aliquam urbem adventurus dicitur, primum omnem ejus apparatum instruunt, parantes dona quæ conferant, et totum satellitium et hospitium, ac tum B demum advenit rex : ad eumdem modum cum homine quoque factum est. Primo habitaculum ei procuravit Deus, fecitque sedem habitationis, ac de omnibus necessariis ei prospexit, postea ipsum creavit.

Ἐρώτ. νε'. Τί ἐστι τό· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν; » Τί τὸ « κατ' εἰκόνα; » καὶ τί τὸ « καθ' ὁμοίωσιν; »

(87) Quæst. LV. Quid illud est : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [74]? » Quid est « ad imaginem? » Et quid illud, « ad similitudinem? »

Ἀπόκ. Οὐχ ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι, οὕτως καὶ ὁ Θεός ἐστιν ἀνθρωπόμορφος· ἄπαγε! Ἀλλὰ τὸ « κατ' εἰκόνα » τοῦτό ἐστιν· ὥσπερ γὰρ ὁ Θεὸς βασιλεύει ἐν παντὶ κόσμῳ, καὶ ἄρχει, καὶ ἐξουσιάζει πάντων τῶν ἐν οὐρανῷ καὶ τῇ γῇ· οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος ἄρχων καὶ βασιλεὺς καθέστηκε πάντων τῶν ἐπιγείων πραγμάτων, καὶ αὐτεξουσίως ὃ βούλεται πράττει, καθάπερ καὶ ὁ Θεός· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ « κατ' εἰκόνα. » Τὸ δὲ « καθ' ὁμοίωσίν » ἐστι τὸ ἀγαθὸν καὶ ἐνάρετον. Ὥσπερ γὰρ ὁ Θεὸς ἀγαθός ἐστι καὶ ἐλεήμων, καὶ εὔσπλαγχνος, καὶ δίκαιος, μακρόθυμός τε καὶ πρᾶος, ἀγαπητικός τε καὶ συμπαθὴς, εἰρηνικός τε καὶ ἐπιεικὴς, ἐλεῶν καὶ τρέφων πάντας ἀνθρώπους, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸ ἀγαθὸν ἐνδεικνύμενος· τοιούτῳ τρόπῳ εἰργάσατο καὶ ἔπλασε, καὶ θέλει εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἵνα πάσῃ ἀρετῇ ὑπάρχῃ καταχεκοσμημένος, καὶ .....μιμεῖται Θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ ἐν πάσῃ ἀγαθοεργίᾳ καὶ σεμνότητι.

Resp. Non est Deus, sicuti sunt homines, humanam habens figuram; absit! Sed quod dicit, « ad imaginem : » hoc est, sicut in toto mundo Deus regnat, imperat, et potestatem exercet in omnia, quæ in cœlo sunt et quæ in terra ; sic etiam homo, C princeps et rex constitutus est super omnes res terrestres, et libera sua voluntate facit quod vult sicut ipse Deus. Et hoc est quod dicitur, « ad imaginem. » Quod vero « ad similitudinem » dicitur, est illa bonitas et justitia. Sicut enim Deus bonus est, miserator, misericors, justus, æquanimis, mansuetus, et qui nos amat, et nobis condolet, pacificus, et placidus, qui nostri miseretur, et alit omnes homines, atque hanc bonitatem omnibus exhibet : ad eumdem modum fecit et formavit, et talem vult esse hominem, ut omnibus virtutibus exornatus sit, et imitetur Deum, quantum quidem humanarum est virium, in omni bono opere et honestate.

Ἐρώτ. νς'. Τίνι ὁ Θεὸς εἴρηκε· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν; »

(88) Quæst. LVI. Ad quem dixit Deus : « Faciamus D hominem ad imaginem et similitudinem nostram? »

Ἀπόκ. Τινὲς τῶν δυσωνύμων αἱρετικῶν πρὸς τοὺς ἀγγέλους αὐτὸ εἰρηκέναι καὶ τοὺς πονηροὺς δαίμονας ἔφθασαν· οὐ συνιέντες οἱ ἐμβρόντητοι, ὅτι οὐ κατ' εἰκόνας ἡμετέρας ἔφη, ἀλλὰ κατ' εἰκόνα ἡμετέραν. Θεοῦ δὲ καὶ ἀγγέλων καὶ δαιμόνων οὔτε οὐσία οὔτε εἰκὼν ἡ αὐτή. Ἐγὼ δέ φημι, ὅτι, προθεωρῶν τὴν τοῦ Μονογενοῦς σάρκωσίν τε καὶ ἐνανθρώπησιν, καὶ ὡς ταύτην τὴν φύσιν ἐκ Παρθένου λήψεται, καὶ οὕτως ἑαυτῷ ἓν μὲν πρόσωπον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου νοήσας, καὶ μίαν αὐτῷ προσκύνησιν παρὰ τῆς κτίσεως ἀπά-

Resp. Infames quidam hæretici ad angelos et ad malos dæmones dictum esse contenderunt. Nec intelligunt illi stupidi, eum non dixisse, ad imagines nostras, sed ad imaginem nostram. Dei enim et angelorum ac dæmonum, neque essentia neque imago est eadem. Ego autem dico, quod prævidens unigeniti Filii incarnationem, et humanæ naturæ assumptionem, quam ex Virgine naturam assumpturus esset, cum sic unam et eamdem Dei et hominis personam, ac unam et eamdem ipsi adorationem

[74] Gen. I, 26.

(87) Vide Quæst. 20 Theod. *in Genes.*

(88) Est Quæst. 19 Theod. *in Genes.*

ab omni creatura oblatum iri intelligeret, ad ipsum unigenitum Filium hunc dixit sermonem.

(89) Quæst. LVII. Utra est principium et primas habet, nox vel dies?

Resp. A primitiva quidem mundi creatione, ab eo tempore videlicet quo factus est Adam usque ad adventum Christi, prior fuit dies sicut etiam divina Scriptura loquitur dixisse Deum: « Fiat lux, et facta est lux, » et quod « lucem Deus vocaverit diem, tenebras vero vocaverit noctem [75]. » Ubi primum ponitur lux, per hanc enim exstitit primus dies. Nam a luce primum inchoante, in tenebras postea devenimus. A recta namque via aberrantes, ad idola et ad fallaces tenebras delati sumus. A Christi vero adventu incipit rursus et diem præcedit nox. Ideo a vespera incipientes, solemniter celebramus dies sequentes. Id quomodo factum sit, audias. Quandoquidem primo a luce delapsi sumus ad tenebras; ab initio quidem fuit lux, tenebræ vero sunt insecutæ. Ex eo autem tempore quo sol justitiæ Christus Deus noster mundo exortus est, et ex tenebris erroris ad lucem cognitionis Dei nos reduxit, a tenebris inchoamus, et in luce terminum habemus. Ibi non refert, etiamsi præcedat nox, cum hæc nobis initium det lucis, et ad lucem **267** deducat. Etenim præsens nostra vita, in Scriptura tenebræ vocatur, quemadmodum divus Paulus inquit: « Abjiciamus opera tenebrarum, et induamur arma lucis [76]: » hoc est, futuri sæculi. Lux enim dicitur, sæculum futurum. Arma vero illius lucis sunt virtutes. Ideo Christus quoque dixit: « Dum lucem habetis, ambulate, ne tenebræ vos apprehendant [77]. » Ubi lucem virtutes vocavit, quas virtutes homo, dum vivit, habere potest. Post mortem enim non poterit eas invenire. Tenebræ vero sunt præsens hoc sæculum, propter tenebricosas et nefarias illius actiones. Sicut rursus inquit Christus: « Qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ [78]. » Sequi namque Christum est quæ placita sunt ei facere, et ejus mandata servare. Talis non ambulabit in tenebris, hoc est in vanis hujus vitæ viis, sed inhabitabit et accipiet æternam lucem vitæ futuri sæculi, et interminatam quæ ibi futura est, lætitiam et exsultationem.

A σης προσφέρεσθαι, πρὸς αὐτὸν τὸν μονογενῆ Υἱὸν ποιεῖται τὸν λόγον.

Ἐρώτ. νζ'. Ποία ἐστὶν ἀρχὴ καὶ προτερεύει, ἡ νὺξ ἢ ἡ ἡμέρα;

Ἀπόκ. Ἀπὸ μὲν τῆς ἀρχῆθεν κοσμοποιίας, ἤτοι τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδὰμ, ἕως τῆς Χριστοῦ παρουσίας πρώτη ὑπῆρχεν ἡ ἡμέρα, καθὼς λέγει καὶ ἡ θεία Γραφή· καὶ ὅτι εἶπεν ὁ Θεός· « Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς, » καὶ ὅτι « ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα· » πρῶτον τιθεῖσα τὸ φῶς· καὶ γὰρ διὰ τοῦτο ὑπῆρχε πρώτη ἡμέρα. Ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ φωτὸς ἠρξάμεθα, καὶ εἰς σκοτασμὸν κατηνέχθημεν ὕστερον. Πλανηθέντες γὰρ ἀπὸ τῆς εὐθείας ὁδοῦ εἰς εἴδωλα καὶ σκοτασμὸν ἀπάτης ἐνεπέσαμεν. Ἀπὸ δὲ τῆς Χριστοῦ παρουσίας ἄρχεται πάB λιν καὶ πρωτεύει ἡ νὺξ τῆς ἡμέρας. Διὰ τοῦτο καὶ ἀφ' ἑσπέρας ἀρχόμεθα ἑορτάζοντες τὰς ἐπαύριον ἡμέρας. Ποίῳ δὲ τρόπῳ γέγονεν οὕτως, ἄκουσον. Ἐπειδὴ τὸ πρῶτον ἀπὸ τοῦ φωτὸς πρὸς τὸ σκότος ἐνεπέσαμεν, διὰ τοῦτο καὶ τὸ φῶς ἔχει τὴν ἀρχὴν, τὸ δὲ σκότος ὕστερον. Ἀφ' οὗ δὲ ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν τῷ κόσμῳ ἀνέτειλε, καὶ ἀπὸ τοῦ σκότους τῆς πλάνης πρὸς τὸ φῶς τῆς θεογνωσίας ἡμᾶς ἐπανήγαγε, διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ σκότους ἀρχόμεθα, καὶ πρὸς τὸ φῶς καταλήγομεν. Ἐν τούτῳ κἂν ἡ νὺξ πρωτεύει, ἀρχὴν διδοῦσα ἡμᾶς, καὶ παραπέμπουσα πρὸς τὸ φῶς. Καὶ γὰρ ὁ βίος οὗτος σκότος παρὰ τῇ Γραφῇ ὀνομάζεται, καθὼς ὁ θεσπέσιος Παῦλος οὕτω φησίν· « Ἀποθώμεθα τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός· » τουτέστι τοῦ μέλB λοντος αἰῶνος. Φῶς γὰρ ὁ μέλλων ἐστί. Τὰ δὲ ὅπλα τοῦ φωτὸς ἐκείνου εἰσὶν αἱ ἀρεταί. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· « Ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε, ἵνα μὴ σκοτεία ὑμᾶς καταλάβῃ. » Φῶς δὲ τὰς ἀρετὰς ἐκάλεσεν, ἃς δύναται ἔχειν ὁ ἄνθρωπος ἕως οὗ ζῇ· μετὰ θάνατον γὰρ οὐ δύναται ταῦτα εὑρεῖν. Σκότος δὲ ὁ αἰὼν οὗτος διὰ τὰς σκοτεινὰς αὐτοῦ πράξεις καὶ ἀθεμίτους· ὡς πάλιν εἴρηκεν ὁ Χριστός· « Ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτείᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. » Καὶ γὰρ τὸ ἀκολουθεῖν τῷ Χριστῷ τοῦτό ἐστι τὸ ποιεῖν τὰ εὐάρεστα αὐτοῦ, καὶ φυλάσσειν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Ὁ τοιοῦτος γὰρ οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτείᾳ, τουτέστιν ἐν ταῖς ματαίαις ὁδοῖς τοῦ βίου τούτου, ἀλλὰ κατασκηνώσει καὶ ...λαβεῖ τὸ αἰώνιον φῶς τῆς ζωῆς τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ τὴν ἐκεῖ ἀπέραντον εὐφροσύνην καὶ ἀγαλλίασιν.

(90) Quæst. LVIII. Quod Adam et Eva, postquam comedissent, cognoverint se nudos esse: nunquid antequam comedissent, hoc sensu præditi erant?

Resp. Quemadmodum infantuli non erubescunt, etiamsi nullis vestibus tegantur, donec paulatim increscente corpore et pudor adveniat: sic sane de Adam et Eva sentiendum. Nam cum primum creati essent, sicut modo natus infans, peccati non-

C Ἐρώτ. νη'. Ὅτι μετὰ τὴν βρῶσιν ἔγνωσαν, ὅτι γυμνοὶ ἦσαν ὅ τε Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα, ἢ καὶ πρὸ τῆς βρώσεως εἶχον ταύτην τὴν αἴσθησιν;

Ἀπόκ. Ὥσπερ τὰ κομιδῆ νήπια ἐρυθριᾷν οὐ πέφυκε τῆς ἐσθῆτος γυμνούμενα, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν τοῦ σώματος αὐξανομένου, καὶ τὴν ἐντροπὴν προσλαμβάνουσιν· οὕτω δὴ καὶ περὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας. Εὐθὺς μὲν πλασθέντες, οἷα δὴ νήπιοι καὶ εὐθυγενεῖς,

[75] Gen. I, 3, 5. [76] Rom. XIII, 12. [77] Joan. XII, 36. [78] Joan. VIII, 12.

(89) Huic similis est Quæst. 52 *Ad Antiochum* superius.

(90) Est Quæst. 28 Theodoreti *in Genes.*

καὶ τῆς ἁμαρτίας ἀμέτοχοι, οὐκ ᾐσχύνοντο δίχα περιβολαίου· μετὰ δὲ τὴν πεῖραν τῆς ἁμαρτίας φύλλοις συνεκάλυψαν τὰ ἑαυτῶν μόρια.

Ἐρώτ. νθ'. Τί ἐστιν, ὅτι « Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν; »

Ἀπόκ. Ἐλεγκτικῶς τὴν εἴκασιν τοῦ Ἀδὰμ μεμφόμενος λέγει ὁ Θεός· Μὴ ὃ ἐνόμισας γενέσθαι ἐγένετο; Μὴ Θεὸς ἐγένου, καθὼς ὁ πονηρὸς εἶπέ σοι, καὶ ἐπλάνησέ σε; Ἐπιθυμήσας γὰρ ὑψηλότερος γενέσθαι, εἰς τὸ ἧττον ἐξέπεσεν.

Ἐρώτ. ξ'. Τί ἐστι τὸ, « Πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ αὐτοῦ ἄρξεις; »

Ἀπόκ. Τοῦ προσενεχθέντος δώρου εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Κάϊν, ὅτι, Αὐτοῦ τοῦ δώρου οὗ προσήγαγες, προσγένηταί σοι ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἐξουσιάσεις αὐτοῦ. Ὡς θέλεις ποίησον. Ἐγὼ γὰρ αὐτὸ οὐ προσεδεξάμην.

Ἐρώτ. ξα'. Διὰ τί, ἁμαρτήσαντος τοῦ Ἀδὰμ, Ἄβελ ὁ δίκαιος ἐτελεύτησεν;

Ἀπόκ. Ἐπειδὴ οὐκ ἠθέλησεν ὁ Θεὸς γενέσθαι τοῦ θανάτου τὸ θεμέλιον ἰσχυρόν· εἰ γὰρ ὁ Ἀδὰμ πρῶτος ἐτελεύτησεν, ἰσχυρὰν ἐκεῖνος ἂν τὴν κρηπῖδα ἔσχεν, ὡς πρῶτον νεκρὸν τὸν ἡμαρτηκότα δεξάμενος. Ἐπειδὴ δὲ τὸν ἀδίκως ἀνῃρημένον πρῶτον ἐδέξατο, σφαλερὸν ἔχει καὶ σαθρὸν αὐτοῦ τὸ θεμέλιον.

Ἐρώτ. ξβ'. Τί λέγει, ὅτι « Πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει; »

Ἀπόκ. Τοῖς παρὰ τοῦ Κάϊν τετολμημένοις πρῶτον ἁμάρτημα φθόνος ἐπὶ τῇ προτιμήσει τοῦ Ἄβελ· δεύτερον δόλος, μεθ' οὗ διηλέχθη τῷ ἀδελφῷ εἰπών· « Διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον· » τρίτον φόνος, προσθήκη τοῦ κακοῦ· τέταρτον, ὅτι τοῦ ἀδελφοῦ μείζων ἡ ἐπίτασις· πέμπτον, ὅτι γονεῦσι πένθος ἐποίησεν· ἕκτον, ὅτι τὴν γῆν αἵμασιν ἐμίανεν· ἕβδομον, ὅτι Θεὸν ἐψεύσατο. Ἐρωτηθεὶς γὰρ, ὅτι « Ποῦ ἐστιν Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; » εἶπεν· « Οὐκ οἶδα. » Ἑπτὰ οὖν ἐκδικούμενα παρελύετο ἐν τῷ ἀναιρεθῆναι τὸν Κάϊν.

Ἑπτὰ ἐκδικούμενά εἰσι ταῦτα· πρῶτον, ὅτι τὸν Θεὸν παρώργισε· δεύτερον, ὅτι τὸν πατέρα ἐλύπησε· τρίτον, μητέρα ἄτεκνον ἀπέδειξε· τέταρτον, ἀδελφὸν ἀπέκτεινε· πέμπτον, αἷμα ἐξέχεεν· ἕκτον, φόνον εἰργάσατο· ἕβδομον, ᾅδην ἐνεκαίνισεν.

Ἐρώτ. ξγ'. Τί ἐστι· « Μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί μοι ζῆν, καὶ μὴ ἀποθανεῖν; »

Ἀπόκ. « Μείζων ἐγένετο ἡ καταδίκη μου· » καὶ γὰρ τοιοῦτος γέγονεν ὁ Κάϊν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ Θεοῦ, ὅτι ὁ τρόμος καὶ ὁ κλόνος τῶν μελῶν αὐτοῦ, οὐκ εἶχεν, οὐδὲ βρῶμα βαλεῖν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἠδύνατο.

Ἐρώτ. ξδ'. Τί λέγει Λάμεχ, ὅτι « Ἄνδρα ἀπ-

A dum participes, non pudebat sine vestitu degere. Post admissam vero peccati experientiam foliis membra sua contegebant.

(91) Quæst. LIX. Quid est: « Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis [79]? »

Resp. Per increpationem Deus vanam opinionem Adami reprehendens, dicit: Num factum est quod tu fore putabas? Nunquid enim Deus es factus, sicut malignus ille dixit tibi, et te decepit? Nam excelsior fieri cum cuperet, in minorem decidit conditionem.

Quæst. LX. Quid est illud: « Conversio ejus ad te erit, et tu dominaberis ei [80]? »

Resp. Oblato dono, dixit Deus ad Cain: Munus illud tuum, quod obtulisti, ad te respiciat, et tu

B dominaberis ei, agito cum eo quod voles: nam illud ego non admisi.

(92) Quæst. LXI. Quare cum peccasset Adam, Abel, qui justus erat, mortuus est?

Resp. Quia noluit Deus mortis fundamentum esse firmum: nam si Adam primus fuisset mortuus, firmam illa certe basin habuisset, tanquam quæ primum mortuum, eum qui peccasset, abripuisset. Quia vero eum qui injuste fuit interemptus, primum recepit; lubricum habet et debile fundamentum.

Quæst. LXII. Quid est quod dicit: « Omnis qui occiderit Cain septem ultiones exsolvet [81]? »

Resp. In iis quæ perpetraverat Cain, primum peccatum fuit invidia, propter prærogativam Abelis;

C secundum, dolus quo fratrem allocutus est, dicendo: « Eamus in agrum [82]; » tertium, cædes, prioris mali additamentum; quartum, peccati augmentum quia occidit fratrem; quintum, quod parentibus luctum pepererit; sextum, quod terram sanguine polluerit; septimum, quod mentitus sit Deo. Interrogatus enim, « Ubinam est Abel frater tuus? » respondit: « Nescio [83]. » Septem igitur ultiones exsoluturus erat qui interficeret Cain.

Ultiones illæ septem, sunt istæ: Prima, quod ad iram provocaverit Deum; secunda, quod dolore patrem affecerit; tertia, quod orbam fecerit matrem; quarta, quod interemerit fratrem; quinta, quod effuderit sanguinem; sexta, quod cædem patraverit; septima, quod Infernum dedicaverit.

D Quæst. LXIII. Quid est quod dixit: « Major est culpa mea quam ut concedatur mihi vita, et non moriar [84]. »

Resp. « Major, inquit, est condemnatio mea: » etenim talis per maledictionem Dei factus fuerat Cain, ut terror **268** et membrorum tremor non admitteret, ut vel cibum sibi in os ingerere posset.

(93) Quæst. LXIV. Quid est quod dicit Lamech:

[79] Genes. III, 22. [80] Genes. IV, 7. [81] ibid. 15. [82] ibid. 8. [83] ibid. 9. [84] ibid. 13.

(91) Vide Quæst. 40 Theodor. *in Genes.*
(92) Est Quæst. 46 Theod. *in Genes.* immutatis paulolum verbis.
(93) Vide Quæst. 44 Theodoreti *in Genes.*

« Occidi virum in vulnus meum, et adolescentulum in livorem meum [85]? »

RESP. Non dicit hic duo, sicut existimant quidam: neque Cain intelligit, ut quidam fabulantur, sed dicit quemdam et hunc adolescentem. Nam illud: « Virum in vulnus meum, et adolescentem in livorem meum: » hoc est, virum junioris ætatis. Declinavit vero pœnam, propter confessionem peccati, et ipsa sua sententia sententiam Dei cohibuit.

(94) QUÆST. LXV. Quosnam filios Dei vocavit Moses, dicens: « Videntes vero filii Dei filias hominum, acceperunt eas sibi uxores [86]? »

RESP. Ex Adam quidem natus est Seth, qui tertius erat post Abel. Ex Seth autem natus est Enos, qui in Dominum Deum spem habuit et invocavit eum. Unde qui ex hoc nati sunt liberi, filii Dei vocati sunt, quemadmodum etiam nos ex Christi Domini nostri nomine, Christiani nominamur. Segregatum est enim genus Seth, nec est cum iis commistum qui erant ex Cain, quod ille a Deo universorum esset maledictus. Postea vero videntes filias ex cognatione Cain pulchras esse, atque blanditiis decepti, duxerunt eas uxores, et suum ita genus corruperunt.

QUÆST. LXVI. Quid est quod dicit: « Cum respexisset Abraham, vidit: et ecce aries unus cornibus implicitus hærebat ad plantam Sabec [87]? »

RESP. Planta Sabec est veneranda crux: juxta Hebræos vero videtur Sabec remissio esse et condonatio. Aries vero qui in Sabec hærebat ad plantam, qui etiam pro Isaac holocaustum oblatus est, præfigurabat Christum, immolatum pro nobis sacrificium immaculatum, et qui pro nobis in cruce mortem subiit. « Nam ejus vibice nos omnes sanati sumus, » inquit Isaias, « et pro nobis cruciatur, et propter peccata nostra vulneratus est [88]. » Sicut igitur aries ille pro Isaac oblatus est, ita Christus immolatus est pro nobis omnibus.

(95) QUÆST. LXVII. Quid est quod inquit Isaac: « Ecce odor filii mei sicut odor agri plenus, cui benedicat Dominus: et det tibi Dominus de rore cœli et de pinguedine terræ et abundantiam frumenti et olei, et serviant tibi populi, » etc. [89]?

RESP. Ager est mundus: ros vero cœli divinitas est: pinguedo autem terræ est humanitas. Quemadmodum igitur ros quidem invisibiliter descendit et in terra consistens apparet, eodem modo Deus Verbum, qui invisibilis est, per carnem in terra conspectus est, et cum hominibus conversatus. Frumentum vero et vinum, sacramentorum divinorum sunt ænigmata. Et omnes populi serviunt Christo.

A ἔκτεινα εἰς τραῦμα ἐμοὶ, καὶ νεανίσκον εἰς μώλωπα ἐμοί; »

Ἀπόκ. Οὐ δύο λέγει, καθώς τινες ὑπειλήφασιν, οὐδὲ τὸν Κάϊν, ὡς ἕτεροι μεμυθολογήκασιν, ἀλλ' ἕνα, καὶ τοῦτον νέον· « ἄνδρα » γὰρ « εἰς τραῦμα ἐμοὶ, καὶ νεανίσκον εἰς μώλωπα ἐμοί· » τουτέστιν, ἄνδρα νέον ἔχοντα τὴν ἡλικίαν. Διέφυγε δὲ τὴν τιμωρίαν διὰ τὴν ὁμολογίαν τῆς ἁμαρτίας, καὶ καθ' ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐπενεγκὼν, τὴν θείαν ἐκώλυσε ψῆφον.

Ἐρώτ. ξε'. Τίνας υἱοὺς Θεοῦ κέκληκεν ὁ Μωσῆς, εἰπών· « Ἰδόντες δὲ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας; »

Ἀπόκ. Ἐκ μὲν τοῦ Ἀδὰμ ἐγεννήθη ὁ Σήθ· τρίτος γὰρ ἦν ἀπὸ τοῦ Ἄβελ· ἐκ δὲ τοῦ Σὴθ ὁ Ἐνώς. Οὗτος B ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸν Κύριον καὶ Θεόν. Ὅθεν οἱ ἐκ τούτου γεννηθέντες παῖδες υἱοὶ Θεοῦ ἐχρημάτισαν, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἐκ τῆς τοῦ δεσπότου Χριστοῦ προσηγορίας Χριστιανοὶ καλούμεθα. Καὶ γὰρ κεχώριστο τοῦ Σὴθ τὸ γένος, καὶ οὐκ ἐμίγνυτο τοῖς ἐκ τοῦ Κάϊν διὰ τὴν ἐπενεχθεῖσαν αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἀράν. Ὕστερον καὶ εὐειδεῖς θεασάμενοι τὰς θυγατέρας τῆς τοῦ Κάϊν συγγενείας, καὶ καταθελχθέντες, ἔλαβον αὐτὰς ἑαυτοῖς εἰς γυναῖκας, καὶ διέφθειραν τὴν οἰκείαν συγγένειαν.

Ἐρώτ. ξς'. Τί ὃ λέγει· « Ἀναβλέψας Ἀβραὰμ, εἶδε· καὶ ἰδοὺ κριὸς εἷς κατεχόμενος τῶν κεράτων αὐτοῦ ἐν φυτῷ Σαβέκ; »

Ἀπόκ. Φυτὸν Σαβὲκ ὁ τίμιός ἐστι σταυρός· κατὰ C δὲ Ἑβραίους δοκεῖ τὸ Σαβὲκ ἀφέσεως καὶ συγχωρήσεως. Ὁ δὲ ἐν τῷ Σαβὲκ τῷ φυτῷ κατεχόμενος κριὸς, ὅστις καὶ εἰς θυσίαν προσήχθη ἀντὶ Ἰσαὰκ, τὸν Χριστὸν προετύπου, τὸν προσενεχθέντα ὑπὲρ ἡμῶν ἄμωμον ἱερεῖον, καὶ ἐν τῷ σταυρῷ θάνατον ὑποστάντα ἕνεκεν ἡμῶν. « Τῷ γὰρ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἰάθημεν, » φησὶν Ἡσαΐας, « καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. » Ὥσπερ ὁ κριὸς ἐκεῖνος οὖν προσήχθη ἀντὶ Ἰσαὰκ, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς προσήχθη ὑπὲρ ἡμῶν ἁπάντων.

Ἐρώτ. ξζ'. Τί λέγει ὁ Ἰσαὰκ, ὅτι « Ἰδοὺ ὀσμὴ τοῦ υἱοῦ μου ὡς ὀσμὴ ἀγροῦ πλήρης, ὃν εὐλογῆσαι Κύριος, καὶ δῴη σοι Κύριος ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς, καὶ πλῆθος D σίτου καὶ οἴνου, καὶ δουλευσάτωσάν σοι ἔθνη, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἀπόκ. Ἀγρός ἐστιν ὁ κόσμος· δρόσος δὲ οὐρανοῦ ἡ θεότης· πιότης δὲ τῆς γῆς ἡ ἀνθρωπότης. Ὥσπερ τοίνυν ἡ δρόσος μὲν ἀοράτως κάτεισι, κάτω δὲ συνισταμένη γίνεται δήλη· οὕτως ἀόρατος ὢν ὁ Θεὸς Λόγος, διὰ τῆς σαρκὸς ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Καὶ ὁ σῖτος δὲ καὶ ὁ οἶνος τῶν θείων μυστηρίων αἰνίγματα. Δουλεύουσι πάντα τὰ ἔθνη τῷ Χριστῷ.

[85] Genes. IV, 23. [86] Gen. VI, 2. [87] Genes. XXII, 13. [88] Isa. LIII, 5. [89] Genes. XXVII, 27.

(94) Huic quæst. similis est 57 *ad Antiochum*, et Quæst. 47 Theodoreti *in Genesin*.

(95) Vide quæst. 82 Theodoreti *in Genes.*

'Ερώτ. ξη'. Τί δηλοῖ, ὅτι ἔλαβεν ὁ Ἰακὼβ τρεῖς ῥάβδους, χλωρὰν στυρακίνην, καὶ καρυΐνην, καὶ πλατανίαν, καὶ (44) ἐλέπτυνεν αὐτάς;

'Απόκ. Αἱ τρεῖς ῥάβδοι συμβολικῶς εἰσιν αἱ τρεῖς δυνάμεις τῆς ψυχῆς, τὸ λογικὸν, καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν, καὶ τὸ θυμητικόν· ἤτοι αἱ τρεῖς θεωρίαι, τῶν σωμάτων, τῶν ἀσωμάτων, καὶ τῆς ἁγίας Τριάδος· ἤτοι γενικῶς ἡ πρακτικὴ διὰ τῆς καρυΐνης, ἡ θεωρητικὴ δὲ διὰ τῆς στυρακίνης· διὰ δὲ τῆς πλατάνου τὸν κόσμον τοῦτον καὶ τὴν θεωρίαν αὐτοῦ ᾐνίξατο.

'Ερώτ. ξθ'. Τίνος χάριν ὁ Ἰακὼβ ἀναβλέψας εἶδε παρεμβολὴν Θεοῦ παραβεβληκυῖαν, καὶ εἶπε· «Παρεμβολὴ Θεοῦ αὕτη;»

'Απόκ. Διὰ τοῦτο ἡ παρεμβολὴ τῶν ἀγγέλων φαίνεται τῷ Ἰακὼβ, ἵνα θαρσήσῃ, καὶ μὴ φοβηθῇ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἠσαῦ. Ἐβούλετο γὰρ ὁ Ἠσαῦ ἀποκτεῖναι αὐτὸν, καὶ διὰ τοῦτο ἐπάλαισε καὶ μετ' ἀγγέλου, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος· «Ἐμὲ νενίκηκας, καὶ ἄνθρωπον δέδοικας;» ἔγνω δὲ ὅτι τὸν Θεὸν ἔχει βοηθόν.

'Ερώτ. ο'. Τί ἐστι· «Σκύμνος λέοντος Ἰούδα, ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης, ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων,» καὶ τὰ ἑξῆς;

'Απόκ. Τοῦτο ἁρμόττει ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. Ὥσπερ γὰρ ὁ λέων καὶ καθεύδων φοβερός ἐστιν, οὕτως ὁ δεσποτικὸς θάνατος φοβερὸς καὶ τῷ θανάτῳ καὶ τῷ διαβόλῳ. Λέοντα δὲ αὐτὸν ἐκάλεσε καὶ σκύμνον λέοντος ὡς βασιλέα καὶ ὡς βασιλέως υἱόν. Τὸ δὲ, «Τίς ἐγερεῖ αὐτόν;» τὴν ἄφατον αὐτοῦ δείκνυσι δύναμιν. Αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν ἀνέστησε κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόῤῥησιν· φησὶ γάρ· «Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.»

'Ερώτ. οα'. Τί ἐστι· «Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ;»

'Απόκ. Ἄμπελον μὲν τὴν Ἱερουσαλὴμ λέγει· πῶλον δὲ τὸν ἐξ ἐθνῶν λαὸν, ὡς ἀδάμαστον. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Κύριος ᾐνίξατο, ἀποστείλας τοὺς μαθητὰς πρὸς τὸ λῦσαι τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον, ἐφ' ᾧ οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐκάθισεν. Οὔτε πατριάρχης, οὔτε νομοθέτης, οὔτε προφήτης τῶν ἐθνῶν ἐφρόντισε σωτηρίας· ἀπόστολοι προσταχθέντες ἔλυσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, δεδεμένην ταῖς ἁμαρτίαις.

'Ερώτ. οβ'. Τί ἐστιν ὃ λέγει· «Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ,» καὶ τὰ ἑξῆς;

'Απόκ. Τὰ κατὰ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ λέγει· καὶ τὸ μὲν σῶμα στολὴν ὀνομάζει, τὸ δὲ αἷμα οἶνον· ἐπειδὴ καὶ τὸν μυστικὸν οἶνον αἷμα κέκληκεν ὁ δεσπότης. Τὸ δὲ, Χαροποὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου, τὴν μετὰ τὸ πάθος εὐφροσύνην δηλοῖ.

A Quæst. LXVIII. Quid per illud significatur, quod Jacob tres virgas accepit: styracinam viridem, nuceam, et ex platanis, et decorticavit eas [89]?

Resp. Tres virgæ, symbolice, sunt tres facultates animæ, rationalis, appetitiva et irascibilis: vel tres contemplationes; corporum, rerum incorporearum, et sacræ Triadis: vel generaliter per nuceam virgam, activam vitam; per styracinam, contemplativam, et per eam quæ ex platanis erat, mundum hunc et ejus contemplationem innuit.

Quæst. LXIX. Quare Jacob respiciens vidit castra Dei posita, et dixit: «Castra Dei hæc sunt [90]?»

Resp. Ideo apparent Jacob angelorum castra, ut B considat et non timeat fratrem suum Esau. Erat enim consilium Esau ipsum occidere. Ideo enim cum angelo luctatus est, qui dixit ei: «Me victo, num hominem times?» cognoscebat vero se Deum habere adjutorem.

(96) Quæst. LXX. Quidnam est: «Catulus leonis Juda, de germine, fili mi, ascendisti, accumbens obdormivisti, ut leo,» etc. [91]?

269 Resp. Hoc Christo congruit. Quemadmodum enim leo etiam cum dormit terribilis est: sic etiam mors Dominica terrori est tum morti, tum diabolo quoque. Leonem vero ipsum et catulum leonis vocavit tanquam regem et tanquam regis filium. Hoc C vero: «Quis excitabit eum?» ineffabilem ejus potentiam declarat. Nam ipse semetipsum excitavit, sicut ipse prædixit, cum inquit: «Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud [92].»

Quæst. LXXI. Quid est illud: «Ligans ad vineam pullum suum, et ad vitem pullum asinæ suæ [93]?»

Resp. Vineam quidem Jerusalem, pullum vero vocat populum qui est ex gentibus, tanquam indomitum. Hoc namque Dominus quoque adumbravit, missis discipulis ad solvendam asinam et pullum, super quem adhuc nullus hominum sedisset, nullus videlicet patriarcha, nec legislator vel propheta de salute gentium cogitavit, sed apostoli ad id ordinati solverunt humanam naturam, peccatis alligatam.

D Quæst. LXXII. Quid est quod dicit: «Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ pallium suum,» etc. [94]?

Resp. Hoc de passione Christi dicit, et corpus quidem stolam vocat: sanguinem vero vinum: quandoquidem etiam mysticum illud vinum sanguinem vocavit Dominus. Illud vero, Pulchriores vino sunt ejus oculi, lætitiam quæ passionem ejus secuta est, significat.

[89] Genes. xxx, 37. [90] Genes. xxxii, 2. [91] Genes. xlix, 9. [92] Joan. ii, 19. [93] Genes. xlix, 11. [94] ibid.

(96) Horum quædam habentur in quæst. 110 Theodoreti *in Genesin*.

(97) Quæst. LXXIII. Quis primus nominavit Deum in terra?

Resp. Diabolus, cum ad Evam diceret: « Quid est, quod dixit Deus ne comederitis de hoc ligno [96]? »

(98) Quæst. LXXIV. Quid futurum est de elementis, sole, luna et stellis in secundo adventu?

Resp. Simul dabitur ipsis locus aliquis et domicilium, sed non in perpetuum abolebuntur.

Quæst. LXXV. Quare Cain quidem maledixit Deus, dicens: « Maledictus tu super terram [97]: » Adamo autem loquens, maledictionem imposuit terræ, dicens: « Maledicta terra in operibus tuis [98]? »

Resp. Eo quod Cain negaverit Deum et peccatum suum absconderit, quapropter majorem quoque in se pœnam derivavit. Adam vero quia confessus est, magnum illud a se supplicium depulit: nam qui sua peccata confitetur, remissionem consequitur.

Quæst. LXXVI. Quidnam est: « Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania [99]? »

Resp. Gentes dicit Romanorum, Francorum videlicet genus, qui Christum crucifixerunt. Populum vero dicit, caput Judæorum. Astiterunt reges terræ, Pilatus et Herodes; principes vero, Annas et Caiphas.

Psalmus pro torcularibus.

Quæst. LXXVII. Quænam dicit torcularia?

Resp. Ecclesias in quibus vinum funditur, nempe sacrosanctus Domini nostri Jesu Christi sanguis, et sanctum corpus ejus immolatur. Quod vero dicit Isaias propheta: « Torcular ego calcavi prorsus solus [1], » hunc habet sensum: Sicuti torcular est receptaculum et in eo calcantur botri, sic etiam Christus conculcavit inimicos suos, tum intelligibiles, tum sensibiles. Dicamus autem et illud, quod botrus et uva Christus est, qui seipso compresso, voluntaria plaga et morte distillavit divinum mustum, suoque seipsum sanguine rubere fecit. Est vero omnino solus: nam solus ipse Christus pro nobis mortuus est: « Non enim angelus vel legatus aliquis, sed ipse Christus salvavit nos. » Petrus namque Christum negavit ipso passionis tempore, cæteri quoque apostoli dedere se in fugam.

Quæst. LXXVIII. Quid est: « Sitientes, venite ad aquas [2]? »

270 Resp. Aqua sacrum baptisma significat, aut lacrymarum fontem, videlicet pœnitentiam. Hoc vero: « Euntes emite, edite et bibite absque argento [3], » sanctum baptismum Domini nostri Jesu Christi significat.

Similiter illud, « Dominus diluvium inhabitare faciet [4], » significat sacrum baptisma, quia inundat omnia peccata.

Interpretatio LXXIX. Quid, « Vox Domini intercidentis flammam ignis [5]? »

A Ἐρώτ. ογʹ. Τίς Θεὸν πρῶτος ὠνόμασεν ἐπὶ τῆς γῆς;

Ἀπόκ. Ὁ διάβολος εἰπὼν τῇ Εὔᾳ· « Τί ὅτι εἶπεν ὁ Θεὸς μὴ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ ξύλου; »

Ἐρώτ. οδʹ. Τί μέλλουσι γενέσθαι τὰ στοιχεῖα, ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη, καὶ τὰ ἄστρα ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ;

Ἀπόκ. Δοθήσεται αὐτοῖς τόπος κατοικίας ἐν ἑνὶ μέρει, πλὴν οὐκ εἰς τέλος ἀφανισθήσονται.

Ἐρώτ. οεʹ. Διὰ τί τῷ μὲν Κάϊν κατηράσατο ὁ Θεὸς, λέγων· « Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ τῆς γῆς· » ἐπὶ δὲ τοῦ Ἀδὰμ τῇ γῇ ἐπέθετο τὴν κατάραν εἰπών· « Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου; »

Ἀπόκ. Ὅτι ὁ μὲν Κάϊν ἠρνήσατο τὸν Θεὸν, κρύψας τὸ ἁμάρτημα· διὸ καὶ μείζονα τὴν καταδίκην εἰργάσατο· B ὁ δὲ Ἀδὰμ ὁμολογήσας, τὴν πολλὴν ἐξ αὐτοῦ ἀπώσατο τιμωρίαν· ὁ γὰρ τὰ ἑαυτοῦ πταίσματα ἐξομολογησάμενος ἐπιτυγχάνει ἀφέσεως.

Ἐρώτ. οϛʹ. Τί ἐστιν· « Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; »

Ἀπόκ. Ἔθνη λέγει τῶν Ῥωμαίων, ἤγουν τῶν Φράγγων τὸ γένος, τῶν σταυρωσάντων τὸν Χριστόν. Λαὸν δὲ λέγει τῶν Ἰουδαίων τὴν κεφαλήν. Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, ὁ Πιλᾶτός τε καὶ ὁ Ἡρώδης, ἄρχοντες δὲ Ἄννας καὶ Καϊάφας.

Ψαλμὸς ὑπὲρ τῶν ληνῶν.

Ἐρώτ. οζʹ. Τίνας λέγει ληνούς;

Ἀπόκ. Τὰς ἐκκλησίας, ἐν αἷς ἐκχεῖται ὁ οἶνος, ἤτοι τὸ ἅγιον αἷμα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ C θύεται καὶ τὸ ἅγιον σῶμα αὐτοῦ. Ὃ δὲ λέγει ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ὅτι « Ληνὸν ἐπάτησα μονώτατος, » τοῦτο ἑρμηνεύει. Ὥσπερ ἡ ληνὸς δοχεῖόν ἐστι, καὶ ἐν ταύτῃ καταπατοῦνται αἱ σταφυλαί· οὕτως κατεπάτησε καὶ ὁ Χριστὸς τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, νοητούς τε καὶ αἰσθητούς. Εἴπωμεν δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι βότρυς καὶ σταφυλὴ ὁ Χριστὸς, ὅστις ἀποθλίψας ἑαυτὸν ἑκουσίᾳ πληγῇ καὶ θανάτῳ, ἀπέσταξε τὸ θεῖον γλεῦκος, καὶ ἐφοίνιξεν ἑαυτὸν τῷ ἰδίῳ αἵματι. Μονώτατος δέ ἐστιν, ὅτι μόνος αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν· « Οὔτε γὰρ ἄγγελος, οὔτε πρέσβυς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς. » Ὁ δὲ Πέτρος ἠρνήσατο ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ, καὶ οἱ λοιποὶ ἔφυγον ἀπόστολοι.

Ἐρώτ. οηʹ. Τί ἐστιν· « Οἱ διψῶντες, πορεύεσθε ἐφ' D ὕδωρ; »

Ἀπόκ. Ὕδωρ τὸ ἅγιον βάπτισμα δηλοῖ, ἢ τὴν τῶν δακρύων πηγήν, ἤτοι τὴν μετάνοιαν. Τὸ δὲ, « Βαδίσαντες, ἀγοράσατε, καὶ φάγετε καὶ πίετε ἄνευ ἀργυρίου, » τὸ ἅγιον βάπτισμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ὡσαύτως καὶ τὸ, « Κύριος τὸν κατακλυσμὸν κατοικιεῖ, » τὸ ἅγιον ἐμφαίνει βάπτισμα· ἐπειδὴ κατακλύζει πάσας τὰς ἁμαρτίας.

Ἑρμην. οθʹ. Τί, « Φωνὴ Κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρός; »

[96] Genes. III, 1. [97] Genes. IV, 11. [98] Genes. III, 17. [99] Psal. II, 1. [1] Isa. LXIII, 3. [2] Isa. LV, 1. [3] ibid. [4] Psal. XXVIII, 10. [5] Ibid. 7.

(97) Hæc quæstio est 46 *ad Antiochum*.

(98) Hæc quæstio superius edita

'Απόκ. Τοῦτο δηλοῖ τὴν μέλλουσαν κόλασιν τοῦ πυρός· ἐπειδὴ τῇ τοῦ Χριστοῦ προστάξει μέλλει διαιρεθῆναι. Τὸ πῦρ γὰρ ἔχει δύο ἐνεργείας· καὶ τὸ μὲν φωτίζον μέλλει δοῦναι τοῖς δικαίοις, τὸ δὲ καῖον τοῖς ἁμαρτωλοῖς.

Ἑρμηνεία π'. « Ὁ ποταμὸς τοῦ Θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων. »

'Απόκ. Ὑετοί εἰσιν οἱ ἀπόστολοι. Ἐπλήσθησαν γὰρ παντοίων δωρεῶν καὶ χαρισμάτων. Ἐντεῦθεν καὶ πᾶς ἄνθρωπος καθαρὸς καὶ ἐνάρετος τοιοῦτος ὑπάρχει· καὶ γὰρ τὸ ὕδωρ καὶ ἡ δρόσος ἐν τῇ Γραφῇ, ποτὲ μὲν δηλοῖ τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ποτὲ δὲ τοὺς πειρασμοὺς καὶ τὴν ταραχὴν τῆς ψυχῆς.

Ὅταν δὲ λέγει, ὅτι « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ· » καὶ, « Ὡς δρόσος Ἀερμῶν ἡ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιὼν, » τὰ χαρίσματα λέγει τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὄρη δὲ Σιὼν λέγει τοὺς κατὰ Θεὸν ζῶντας πνευματικούς.

Πάλιν ὅταν λέγει· « Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου· » καὶ, « Ἄρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον, » τοὺς πειρασμοὺς λέγει τῆς ψυχῆς.

Ἐρώτ. πα'. Τί ἐστιν· « Ἀναβὰς εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν; »

'Απόκ. Τοῦτο λέγει, ὅτι ἀναβὰς ὁ Χριστὸς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τὸν ᾅδην ἐσκύλευσε, καὶ ᾐχμαλώτευσε. Τοῦτό ἐστι καὶ τὸ λέγον· « Εἶπεν ὁ Κύριος· Ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, » τουτέστιν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ ἐπιστρέψω εἰς ᾅδην. Βασὰν γὰρ ἑρμηνεύεται *αἰσχύνη*. Οἱ γὰρ Ἰουδαῖοι τὸν σταυρὸν ὡς αἰσχύνην εἶχον, καὶ κατάρας ὄργανον τοῦτο ὠνόμαζον. Ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἡγίασεν αὐτὸν, ὡς ἐν αὐτῷ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων πραγματευσάμενος.

Ἐρώτ. πβ'. Τί λέγει· « Πλούσιοι ἐπτώχευσαν καὶ ἐπείνασαν; »

'Απόκ. Πλουσίους ἐνταῦθα τοὺς Ἰουδαίους καλεῖ· ἐπτώχευσαν δὲ, ἐπειδὴ ἀπέκτειναν τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, καὶ ἦλθεν ἐπ' αὐτοὺς ὁ λιμός.

Ἐρώτ. πγ'. Τί λέγει, « Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως Κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν; »

'Απόκ. Ὃ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ὥσπερ ἡ πρωΐα ἀρχὴ τῆς ἡμέρας ἐστὶν, οὕτω καὶ πάσης ἁμαρτίας ἐστὶν ἀρχὴ ὑποβολὴ τοῦ ἐχθροῦ. Διὸ λέγει· « Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον, » τουτέστιν εἰς τὰς ἀρχὰς τῶν λογισμῶν ἔσκόπουν, καὶ ἐδίωκον τὰς προσβολὰς αὐτῶν, καὶ πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ἤτοι τοὺς δαίμονας, τοὺς ποιοῦντας ἐν ἐμοὶ τὴν ἁμαρτίαν, « ὅπως ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως Κυρίου πάντας, » τουτέστιν ἐκ τῆς ψυχῆς. Πόλις γὰρ Κυρίου ἐστὶν ἡ ψυχή. Ἐδίωκον γὰρ, φησὶ, καὶ ἀπέκτεινον τὰς κεφαλὰς αὐτῶν,

Resp. Significat futurum supplicium ignis, qui tandem jussu Christi dividetur. Ignis namque duplicem vim habet, ad lucendum videlicet, quod dabitur justis, et ad cremandum, quod peccatoribus deputabitur.

Interpret. LXXX. Quid, « Flumen Dei repletum est aquis[18]? »

Resp. (99) Per aquam apostoli notantur, qui omnigenis donis et divina gratia impleti sunt. Ac quivis homo qui purus et justus est, non aliunde quam hinc talis efficitur : nam aqua et ros, aliquando quidem in Scriptura donum Dei, aliquando vero animæ tentationes et animæ perturbationem significat.

Quando vero inquit : « Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent[19]; » et, « Ut ros Hermon descendens super montes Sion[20], » indicat dona Spiritus sancti. Montes vero Sion dicit, spirituales, qui secundum Deum vivunt, homines.

Rursus quando dicit, « Salvum me fac, Deus, quoniam ingressæ sunt aquæ usque ad animam meam[21]; » et, « Forsitan pertransisset anima nostra aquam fundo carentem[22], » animæ tentationes indicat.

Quæst. LXXXI. Quid est quod dicit : « Ascendens in altum, captivam duxisti captivitatem[23]? »

Resp. Hoc dicit, quia Christus, conscensa cruce, deprædatus est infernum et captivum duxit (1). Et hoc est et illud quod ait : « Dixit Dominus, ex Basan revertar, » hoc est, de cruce ad infernum redibo. Basan enim explicatur, *turpitudo*. Nam Judæi crucem ut turpitudinem reputant, et ideo maledictionis organum vocabant eam. Sed Christus eam sanctificavit, eo quod in ea salutem hominum perfecerit.

Quæst. LXXXII. Quid est quod dicit : « Divites eguerunt et esurierunt[24]? »

Resp. (2) Divites hoc loco vocat Judæos, qui inopes facti sunt, eo quod occiderint panem vitæ, et venit super eos fames.

Quæst. LXXXIII. Quid est quod inquit : « In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem[25]? »

Resp. Hujus dicti hæc est sententia : sicut matutinum tempus, diei est initium, sic omnis peccati initium est inimici fraudulenta suggestio. Ideo, inquit : « In matutino interficiebam, » hoc est, respiciebam ad principia cogitationum, et persequebar earum impetus, atque adeo peccatores omnes, nempe dæmones, qui faciunt in me peccatum, « ut disperderem de civitate Domini omnes, » hoc est ex anima. Anima namque, Domini civitas est. Persequebar enim, inquit, et abscindebam ipsorum ca-

[18] Psal. LXIV, 10. [19] Joan. VII, 38 [20] Psal. CXXXII, 3. [21] Psal. LXVIII, 2. [22] Psal. CXXIII, 5. [23] Psal. LXVII, 19. [24] Psal. XXXIII, 11. [25] Psal. C, 8.

(99) Ex Theodoreto *in psalmum* LXIV, v. 10.
(1) Theodoret. *in ps.* LXVII, v. 23.
(2) Theodoret. in hunc versum.

pita, scilicet principia, ad disperdendum eos ex anima, ne operarentur omnem iniquitatem et peccatum.

QUÆST. LXXXIV. Quid est quod inquit: « Catuli leonum rugientes ut rapiant, et quærant a Deo escam sibi. Ortus est sol, et congregati sunt, et in speluncis suis cubabunt[26]? »

RESP. Catulos leonum, dicit prophetas. Rugiebant vero clamantes et loquentes, ac prophetantes incarnationem Filii Dei. Exortus vero est sol, hoc est, venit Christus et tacuerunt. Prophetæ usque ad Joannem prophetarunt. Hoc est, quod etiam alibi dicit Scriptura: « Tenebrosa aqua, in nubibus aeris. Præ fulgore **271** ejus nubes transierunt[27]. » Tenebrosam aquam dicit divinam Scripturam, quoniam in caligine Moses legem accepit a Deo in monte Sina. Quin ipsi prophetæ quoque non manifeste, sed obscure et tenuiter quodammodo viderunt adventum Christi, et manifestarunt. Nubes enim vocat prophetas, qui prædicarunt, et quasi aquam effuderunt, spiraruntque veluti venti divinum sermonem et legem super terram, quæ est illa tenebrosa aqua. A fulgore vero ejus in conspectu ejus, ut ab ejus in carne adventu coram eo nubes, prophetæ videlicet, cessaverunt et abscesserunt.

QUÆST. LXXXV. Quid est, « Mons Sion iste, in quo habitasti in eo[28]? »

RESP. Divina Scriptura multis modis vocem montis interpretatur. Et hic quidem mons Sion, est locus Jerusalem, in quo habitavit Dominus ac Deus noster Jesus Christus incarnatus super terram. Montem rursus proprie vocat sanctissimam Deiparam, ut cum inquit: « Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, etenim Dominus habitabit in finem[29]. » Et alibi habetur: « Deus a Theman veniet et Sanctus ex monte opaco et denso[30]. » Mons autem dicitur sancta Deipara. Quia quemadmodum ii qui in campo ambulant, et calore æstuant, si montem subeunt, velut rore conspersi umbra arborum montis, vel aqua sedant æstum flammæ: eodem modo se habuit erga homines immaculata Virgo, quæ rore quodam sui partus animas hominum æstu peccati confectas in vitam revocavit, et in umbra alarum sui Filii fovit. Montes vero dicuntur etiam dæmones, propter tumorem superbiæ. « Qui tangit montes, et fumigant[31], » hoc est, qui dæmonibus appropinquat, qui tanquam fumus dissipantur et evanescunt. Mons item virtus dicitur, quemadmodum sanctus Gregorius inquit. Siquidem etiam in hoc monte Deus apparet hominibus, ipse quidem a sui domicilii specula descendens, nos vero ex ima humilitate nostra in sublime tollens.

QUÆST. LXXXVI. Quare virtus dicitur mons?

RESP. Quia sicut mons etsi excelsus est supra

A ἤτοι τὰς ἀρχὰς, ὅπως ἐξολοθρεύσω αὐτοὺς ἐκ τῆς ψυχῆς, τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι πᾶσαν ἀνομίαν καὶ ἁμαρτίαν.

Ἐρώτ. πδ'. Τί λέγει· « Σκύμνοι ὠρυόμενοι τοῦ ἁρπάσαι, καὶ ζητῆσαι παρὰ τῷ Θεῷ βρῶσιν αὐτοῖς. Ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος, καὶ συνήχθησαν, καὶ εἰς τὰς μάνδρας αὐτῶν κοιτασθήσονται; »

Ἀπόκ. Σκύμνους λέγει τοὺς προφήτας. Ὠρύοντο δὲ κράζοντες καὶ λέγοντες, καὶ προφητεύοντες τὴν σάρκωσιν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ἀνέτειλεν δὲ ὁ ἥλιος, τουτέστιν, ἦλθεν ὁ Χριστὸς, καὶ ἐσιώπησαν. Οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν. Τοῦτό ἐστι καὶ ὁ λέγει ἡ Γραφὴ ἀλλαχοῦ· « Σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων· Ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως αὐτοῦ αἱ νεφέλαι B διῆλθον. » Σκοτεινὸν ὕδωρ λέγει τὴν θείαν Γραφὴν, ἐπειδὴ ἐν γνόφῳ ἐδέξατο ὁ Μωσῆς τὸν νόμον ἐν τῷ Σινᾶ παρὰ Θεοῦ. Ἔτι δὲ καὶ οἱ προφῆται ἀμυδρῶς πως καὶ σκοτεινῶς καὶ λεπτῶς πως τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ ἔβλεπον, καὶ ἐδήλουν. Νεφέλας γὰρ τοὺς προφήτας λέγει, ἐπειδὴ ἐκήρυξαν, καὶ ὡς ὕδωρ ἐξέχεον, πνεύσαντες ὡς ἀέρες τὸν θεῖον λόγον καὶ νόμον ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπερ ἐστὶ τὸ σκοτεινὸν ὕδωρ. Ἀπὸ δὲ τῆς τηλαυγήσεως αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ, ἢ ὡς ἀπὸ τῆς διὰ σαρκὸς ἐπιδημίας αὐτοῦ ἔμπροσθεν αὐτοῦ αἱ νεφέλαι, ἤγουν οἱ προφῆται, ἔπαυσαν καὶ ὑπεχώρησαν.

Ἐρώτ. πε'. Τί ἐστιν· « Ὄρος Σιὼν τοῦτο, ὃ κατεσκήνωσας ἐν αὐτῷ; »

Ἀπόκ. Ἡ θεία Γραφὴ πολλαχῶς ἑρμηνεύει τὸ C ὄρος. Καὶ τοῦτο μὲν ὄρος Σιών ἐστιν ὁ τόπος Ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾧ κατῴκησεν ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς σαρκωθεὶς ἐπὶ τῆς γῆς. Ὄρος πάλιν δὲ κυρίως ὀνομάζει τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, ὡς ὅταν λέγει· « Τὸ ὄρος, ὃ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ· καὶ γὰρ ὁ Κύριος κατασκηνώσει εἰς τέλος· » καὶ ἀλλαχοῦ· « Ὁ Θεὸς ἀπὸ Θεμὰν ἥξει, καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους κατασκίου καὶ δασέως. » Ὄρος δὲ λέγεται ἡ ἁγία Θεοτόκος. Ἐπεὶ ὥσπερ οἱ ἐν τῷ κάμπῳ περιπατοῦντες, καὶ φλεγόμενοι ὑπὸ τοῦ καύματος, προσεγγίζοντες ἐν τῷ ὄρει, δροσίζονται ὑπὸ τὴν σκιὰν τῶν δένδρων τοῦ ὄρους, ἢ καὶ διὰ τοῦ ὕδατος παραμυθοῦνται τὸν καύσωνα τῆς φλογός· τοιούτῳ τρόπῳ γέγονε καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἡ ἁγνὴ Παρθένος, τῷ δροσισμῷ τῆς κυοφορίας αὐτῆς τὰς ψυχὰς τῶν D ἀνθρώπων καταφλεγομένας ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἀνεζώωσε, καὶ τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων τοῦ Υἱοῦ αὐτῆς περιέθαλψεν. Ὄρος δὲ λέγονται καὶ οἱ δαίμονες διὰ τὸν ὄγκον τῆς ὑπερηφανίας. « Ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων, καὶ καπνίζονται· » τουτέστιν ὁ προσεγγίζων τοῖς δαίμοσι, καὶ ὡς καπνὸς διαλύονται καὶ ἀφανίζονται. Ὄρος δὲ λέγεται, καὶ ἡ ἀρετὴ, καθὼς ὁ ἐν ἁγίοις Γρηγόριός φησιν· ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ ὄρει τούτῳ Θεὸς ἀνθρώποις φαντάζεται, τὸ μέντοι καταβαίνων ἀπὸ τῆς οἰκείας περιωπῆς, τὸ δὲ ἡμᾶς ἀνάγων ἐκ τῆς κάτωθεν ταπεινώσεως.

Ἐρώτ. πς'. Διὰ τί λέγεται ὄρος ἡ ἀρετή;

Ἀπόκ. Ἐπειδὴ ὥσπερ τὸ ὄρος ὑψηλὸν τῆς γῆς,

[26] Psal. CIII, 21, 22. [27] Psal. XVII, 12, 13. [28] Psal. LXXIII, 3. [29] Psal. LXVII, 17. [30] Habac. III, 3. [31] Psal. CIII, 32.

χαμηλότερον δὲ τοῦ οὐρανοῦ, οὕτως ἐστὶ καὶ ὁ ἐργαζόμενος τὴν ἀρετήν· ὑψηλότερος μὲν ἔστι τῆς γῆς, διότι ἀνώτερος ὑπάρχει τῶν βιωτικῶν φροντίδων, καὶ τῶν τοῦ κόσμου ὑλῶν· χαμηλότερος δὲ ὑπάρχει τοῦ οὐρανοῦ, ἐπειδὴ ἀκμὴν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐστὶ, καὶ οὐκ ἀπέθανε, ἵνα ἐλευθερωθῇ παντελῶς τοῦ κόσμου τούτου· καὶ ἐν τούτῳ ἵσταται μέσον οὐρανοῦ καὶ γῆς, καθάπερ τι ὄρος, ὡς εἴρηται· ἐπειδὴ καὶ, « Ὄρη τὰ ὑψηλὰ ταῖς ἐλάφοις, » ὅταν λέγει, τὰς ὑψηλὰς ἀρετὰς ὀνομάζει· ἐλάφους δὲ τὰς ψυχὰς τῶν ἁγίων· ἐπειδὴ ἐν ταῖς ὑψηλαῖς τῶν ἀρετῶν ἐργασίαις, ὥσπερ ἔλαφοι ἐν τῷ ὄρει, τριβοβατοῦσιν αἱ ψυχαὶ τῶν ἁγίων. Πέτρα δὲ καταφυγὴ τοῖς λαγωοῖς ἐστιν ὁ Χριστός. Ὑπάρχει δὲ καταφυγὴ τῶν ἐν ἐρήμῳ καθεζομένων.

Ἐρώτ. πζ'. Τί λέγει τοῦ ἐρωδιοῦ ἡ κατοικία;

Ἀπόκ. Ὁ ἐρωδιὸς ὄρνεόν ἐστιν, ὡς λέγουσί τινες· τὸ δὲ ὄρνεον φωλεύει ἐν ἐρήμῳ τόπῳ ἐν κορυφῇ τινος δένδρου. Ἔρχονται δὲ τὰ μικρὰ στρουθία, καὶ φωλεύουσιν ὑποκάτω αὐτοῦ γύριωθεν ἐν τῷ δένδρῳ. Ἡγεῖται δὲ αὐτῶν καὶ ἐπικαθέζεται ἡ κατοικία τοῦ ἐρωδιοῦ, φυλάττει δὲ ταῦτα ἀπὸ τῶν φθοροποιῶν ἑρπετῶν, τῶν θελόντων κακῶσαι αὐτά.

Ἐρώτ. πη'. Τί λέγει ὁ Προφήτης, ὅταν λέγει· « Εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς τῷ Δαβίδ; »

Ἀπόκ. Τέλος λέγει ὁ Προφήτης τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς. Ἐπεύχεται τοίνυν ὁ Προφήτης, ἵνα μὴ γένηται τὸ τέλος τῆς ζωῆς καὶ περιπέσῃ εἰς βλάβην τινά. Πᾶσα γὰρ ἡ ζωὴ τοῦ ἀνθρώπου, ἐὰν δαπανηθῇ κακῶς, καὶ τὸ τέλος αὐτοῦ γένηται χρηστὸν, χάρις καὶ δόξα ἐστίν. Ἐὰν δὲ τὸ τέλος καταστραφῇ, τοῦτο ἀθλιότης. Διὰ τοῦτο ἐπεύχεται ὁ Προφήτης γενέσθαι τὸ τέλος τῆς ζωῆς αὐτοῦ καλόν· ἐπὶ τοῦτο καὶ γὰρ ψαλμὸν συνεγράψατο.

Ἐρώτ. πθ'. Τί λέγει· « Καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ, καὶ ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τῶν κοιτῶν αὐτῶν; »

Ἀπόκ. Ὁσίους λέγει τοὺς πνευματικοὺς καὶ ἁγίους ἀνθρώπους, οἵτινες καυχῶνται μετὰ θάνατον ἐπὶ ταῖς κοίταις αὐτῶν. Κοῖται δέ εἰσιν αἱ μοναὶ τῶν ἁγίων, ἃς εὑρίσκουσι μετὰ θάνατον, καὶ ἀγάλλονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

Τὴν ἐν Θεῷ τελείωσιν διδάσκουσα ἡ θεία Γραφὴ, καὶ δηλοῦσα, ὠνόμασεν αὐτὴν ὕπνον, καὶ κοίτην, καὶ κλίνην, καὶ θάνατον. Ὕπνον μὲν, ὡς ὅταν λέγει ὁ Δαβίδ· « Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω· » ἤτοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ καταντήσω· σχολάσω εἰς αὐτὸ τὸ ζῆν ἐν Θεῷ, κατὰ τὸν εἰπόντα ἅγιον Ἀπόστολον· « Ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ ὁ Χριστός· » κοίτην δὲ, ὡς ὅταν λέγει· « Καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ, καὶ ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τῶν κοιτῶν αὐτῶν. » Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐν τῇ κοίτῃ πεσὼν ἀναπέπαυται καὶ ὑπνοῖ ἡδέως· οὕτως καὶ ὁ τελειωθεὶς ἐν Θεῷ, καὶ φθάσας εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, ἀναπέπαυται ἐν Θεῷ, ὥσπερ κοίτην ἡγούμενος τὴν ἐν Θεῷ τελείωσιν. Πό-

A terram, cœlo tamen est humilior, ita qui in vita sua virtutem exercet: terra quidem est excelsior, eo quod hujus vitæ curas et mundi negotia superet; nihilominus tamen est inferior cœlo, propterea quod adhuc in hac vita exsistit, et nondum est mortuus, ut penitus hoc mundo liberetur. Atque ob id inter cœlum terramque tenet medium, sicut mons, quemadmodum dictum est. Deinde cum dicit: « Montes excelsi cervis [32], » altos montes, excelsas virtutes; cervas vero, sanctorum animas vocat: quandoquidem in excelsis actionibus virtutum, sicut in montibus cervæ, versantur animæ sanctorum. Petra vero refugium leporibus, est Christus. Estque refugium eorum, qui sedent in deserto.

B Quæst. LXXXVII. Quid significat, habitatio herodii?

Resp. Herodius, ut aliqui dicunt, est avis, quæ nidum in deserto loco, in arboris alicujus cacumine collocat. Veniunt vero passerculi, et subter ipsam circumquaque in arbore nidificant. Dux autem ipsorum est, eisque superponitur domus herodii, quæ eos a nocivis reptilibus quæ ipsos lædere volunt, custodit.

Quæst. LXXXVIII. Quid vult Propheta cum inquit: « In finem ne perdas David [33]? »

Resp. Finem suæ vitæ, dicit Propheta. Orat itaque Propheta ne vitæ suæ finis veniat, neve incidat in aliquod damnum. Nam tota hominis C vita si male transacta, finis autem ejus bonus fuerit, gratia est et gloria. Si vero finis funestus fuerit, hoc demum est miserum. Orat ergo Propheta, ut suæ vitæ finis bonus sit: nam ideo conscripsit hunc psalmum.

272 Quæst. LXXXIX. Quid est quod inquit: « Gloriabuntur sancti in gloria, et exsultabunt in cubilibus suis [34]? »

Resp. Sanctos dicit spirituales et probos homines, qui gloriabuntur post mortem in cubilibus suis. Cubilia vero sunt mansiones sanctorum, quas post mortem inveniunt, et exsultant in regno cœlorum.

D Exitum vitæ in gratia Dei obvenientem docens et ostendens divina Scriptura, vocavit ipsum, somnum, cubile, lectum, et mortem. Somnum quidem vocat, ut cum ait David: « In pace in idipsum dormiam et requiescam [35]; » in idipsum videlicet occurram, et huic rei operam dabo, ut vivam in Deo, juxta sanctum Apostolum, qui inquit: « Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus [36]. » Cubile vero vocat, cum inquit: « Gloriabuntur sancti in gloria, et exsultabunt in cubilibus suis [37]. » Sicut enim qui in cubili cubat, requiescit et suaviter dormit: sic qui consummatus in Deo est, et qui crevit in virum perfectum ad mensuram ætatis plenitudinis Christi, requievit in Deo, tanquam cu-

[32] Psal. CIII. 18. [33] Psal. LVI, 1. [34] Psal. CXLIX, 5. [35] Psal. IV, 9. [36] Galat. II, 20. [37] Psal. CXLIX, 5.

bile reputans consummationem in Dei gratia obvenientem. Cubilis autem pedes, ait virtutes. Lectum autem appellat, cum inquit Salomon: « Sexaginta robusti circumdant ipsum [38]. » Quando enim ad perfectionem venerit justus, circumdant et circa ipsum incedunt fortes, angeli videlicet, juxta dictum illud: « Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear [39]. » Est vero familiare divinæ Scripturæ, etiam angelum vocare Dominum; ut Manoe contingit: « Deum vidimus, » inquit [40], cum esset in phantasia Dei. Denique mortem quoque vocavit David illum exitum, cum inquit: « Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus [41]. » Vides quomodo et somnum, et cubile, et lectum, et mortem illum esse ostenderit divina Scriptura? Mortem autem illam nominavit, quod ille qui mortuus est justificatus sit a peccato. Quemadmodum enim qui mortuus est, non potest rursus reverti in vitam et amplius peccare; ita qui apud Deum hoc honore dignus est habitus, non potest retrocedere, sed ait cum David: « Dominus illuminatio mea et salvator meus, quem timebo [42]? » Et cum Paulo: « Sive namque vivimus, sive morimur, Domini sumus [43]. » Et rursus: « Vivo autem jam non ego, sed vivit in me Christus: quod vero nunc in carne vivo, vivo in fide [44]. » Quapropter sancti ea in re perfecti, mundum contempserunt, et hujus mundi voluptates. Et sancti martyres etiam contempsere tormenta

A δας καὶ τῆς κοίτης τὰς ἀρετὰς λέγει· κλίνην δὲ, ὡς ὅταν φησὶ Σολομών· « Ἑξήκοντα δυνατοὶ κυκλοῦσιν αὐτήν. » Ὅταν γὰρ εἰς τὸ τέλειον ἔλθῃ ὁ ἐνάρετος, περικυκλοῦσι καὶ περιστοιχοῦσιν αὐτὸν οἱ δυνατοὶ, ἤτοι οἱ ἄγγελοι, κατὰ τὸν εἰπόντα· « Προεωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶν, ἵνα μὴ σαλευθῶ. » Φίλον δὲ τῇ θείᾳ Γραφῇ καλεῖν καὶ τὸν ἄγγελον Κύριον, ὡς ἐπὶ τοῦ Μανωὲ, « Θεὸν ἑωράκαμεν, » ἐν φαντασίᾳ Θεοῦ γενομένου. Θάνατον δὲ πάλιν εἴρηκεν αὐτὴν ὁ Δαβὶδ εἰπών· « Τίμιος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. » Εἶδες πῶς καὶ ὕπνον, καὶ κοίτην, καὶ κλίνην, καὶ θάνατον αὐτὴν ἔδειξεν ἡ θεία Γραφή. Θάνατον δὲ ταύτην εἴρηκεν, ὅτι ὁ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Ὥσπερ γὰρ τὸν τεθνεῶτα οὐκ ἔστιν B ἐπιστρέψαι ἐν βίῳ καὶ ἁμαρτῆσαι οὐκ ἔτι· οὕτως οὐδὲ τὸν οὕτω καταξιωθέντα οὐκ ἔστιν εἰς τὰ ὀπίσω στραφῆναι, ἀλλὰ λέγει μετὰ τοῦ Δαβίδ· « Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; » μετὰ δὲ τοῦ Παύλου· « Ἐάν τε γὰρ ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τοῦ Κυρίου ἐσμέν· » καὶ πάλιν· « Ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ. » Εἰς τοῦτο τελειωθέντες οἱ ἅγιοι, κατεφρόνησαν τὸν κόσμον, καὶ οὐχ ἡδονὴν ἡγοῦντο τὴν ἡδονὴν τοῦ κόσμου τούτου. Οἱ δὲ μάρτυρες τὰς βασάνους κατεφρόνησαν.

PROPOSITIO XC. « Exaltationes Dei in gutture eorum, et gladii ancipites in manibus eorum [45]. »

INTERP. Exaltationes Dei, sunt doctrinæ legis et statuta spiritualia. Ut enim spirituales doctores habent a Spiritu sancto dona gratiæ, in gutture suo, id est in ore suo et in lingua sua, et docent populum; ancipites autem gladii sunt duo Testamenta, vetus et nova lex; nam sicut miles gladium ancipitem vibrans, inimicos interimit, et populum tuetur; sic etiam doctores spirituales, ancipites habent gladios, doctrinas Veteris et Novi Testamenti, per quas vindictam sumunt in gentibus, illasque in supplicium conjiciunt, immittentes iram a Deo, per suas ad Deum supplicationes. Similiter quoque communem populum fidelium redarguunt et instituunt ad bonum. Quando vero non audiunt eos, sed bono adversantur atque contemnunt illos, tunc etiam ipsis immittunt supplicium per suam deprecationem ad resipiscentiam, ut videlicet castigati discant non inobsequentes esse Deo et Dei ministris. Nam qui spirituales homines audit, Deum audit [46], quemadmodum dixit ipse Christus. Neque enim ad interitum, sed ad utilitatem ipsorum, spirituales illi castigationem inducunt, ad correctionem boni et ad gloriam Dei, tanquam amantes et ultores Dei, osoresque mali.

C Κείμενον Ϟ'. « Αἱ ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν, καὶ ῥομφαῖαι δίστομοι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. »

Ἑρμην. Ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ εἰσιν αἱ διδασκαλίαι τοῦ νόμου καὶ αἱ πνευματικαὶ διατάξεις· ὥσπερ γὰρ ἔχουσιν οἱ πνευματικοὶ διδάσκαλοι ἐκ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χαρίσματα δωρεῶν ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν, ἤτοι τῷ στόματι αὐτῶν καὶ τῇ γλώσσῃ, καὶ διδάσκουσι τὸν λαόν· ῥομφαῖαι δίστομοί εἰσιν αἱ δύο Διαθῆκαι, ὁ παλαιὸς νόμος καὶ ὁ νέος· ὥσπερ γὰρ ὁ στρατιώτης, βαστάζων ξίφος δίστομον, τοὺς ἐχθροὺς κατασφάττει καὶ τὸν λαὸν διασώζει· οὕτως καὶ οἱ πνευματικοὶ διδάσκαλοι ῥομφαίας διστόμους ἔχουσι, τὰ διδάγματα τῆς Παλαιᾶς καὶ Νέας Διαθήκης, δι' ὧν ποιοῦσιν ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ εἰς τιμωρίαν ἐμβάλλουσιν αὐτοὺς, ἀποστέλλοντες αὐτοῖς ὀργὴν D ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, διὰ τῆς ἱκετηρίας τῆς πρὸς τὸν Θεόν. Ὡσαύτως καὶ τὸν κοινὸν λαὸν τῶν πιστῶν ἐλέγχουσι καὶ διδάσκουσιν εἰς τὸ ἀγαθόν. Ὅταν δὲ μὴ ἀκούσωσιν αὐτῶν, ἀλλ' ἐναντιοῦνται τὸ ἀγαθὸν, καὶ καταφρονοῦσιν αὐτῶν, τότε καὶ αὐτοῖς ἀποστέλλουσι διὰ προσευχῆς τιμωρίαν πρὸς σωφρονισμὸν, ὅπως παιδευθέντες σωφρονισθῶσιν, μὴ παρακούειν Θεοῦ, μήτε τῶν θεραπόντων αὐτοῦ· ὅτι ὁ ἀκούων πνευματικῶν ἀνδρῶν ἀκούει Θεοῦ, καθὼς εἴρηκεν ὁ Χριστός. Οὐ γὰρ πρὸς βλάβην, ἀλλὰ πρὸς ὠφέλειαν ἐπάγουσι τὴν παιδείαν οἱ πνευματικοὶ, καὶ πρὸς διόρθωσιν ἀγαθοῦ, εἰς δόξαν Θεοῦ, ὡς ζηλωταὶ καὶ ἐκδικηταὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ μισηταὶ τοῦ κακοῦ.

[38] Cant. III, 7. [39] Psal. XV, 7. [40] Judic. XIII, 22. [41] Psal. CXV, 11. [42] Psal. XXVI, 1. [43] Rom. XIV, 8. [44] Galat. II, 20. [45] Psal. CXLIX, 6. [46] Luc. VIII, 12.

ΕΞ ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ ΠΑΥΛΟΥ.

Ἐρώτ. ϟα'. « Δόξα καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθὸν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ. Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. »

A ἀνεῳγμένα, εἰσέρχεται εἰς αὐτήν· ἡ δὲ πίννα, εὐθὺς συστελλομένη καὶ συσφιγγομένη καθ' ἑαυτὴν, ἐντὸς αὐτῆς ἀποκλείει τὴν ἀστραπήν. Ἡ δὲ ἀστραπὴ, τυλισσομένη εἰς τοὺς (7*) φορβείους τῶν ὀφθαλμῶν τῆς πίννης, καταλαμπρύνει αὐτοὺς, καὶ ποιεῖ αὐτοὺς μαργαρίτας. Ἐξερχόμενοι δὲ οἱ μαργαρῖται ἀπὸ τῆς πίννης, πίπτουσι πρὸς τὸν αἰγιαλὸν τῆς θαλάσσης ἐκείνης, καὶ οὕτως εὑρίσκουσιν αὐτοὺς οἱ γυρεύοντες αὐτούς. Οὕτως μοι νόει καὶ περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Λόγου. Θάλασσα μὲν ὁ κόσμος, καὶ ἡ Παρθένος κογχύλη. Ἵστατο δὲ ἡ Παρθένος καθάπερ πίννα ἐν τῷ ναῷ, ἐκδεχομένη τὸν οὐράνιον ἄρτον Χριστὸν τὸν Θεὸν, ὃς καὶ κατελθὼν καὶ εἰσελθὼν ἐν αὐτῇ, ὡς ἀστραπὴ, καὶ ἐντετυλιχθεὶς ἐν ταῖς λαγόσι τῆς παρθενίας αὐτῆς, λαμπροειδῆ κατεσκεύασε τὴν παν- B αγίαν σάρκα, ἣν προσελάβετο σαρκωθείς· καὶ οὕτως ἐγεννήθη ἐξ αὐτῆς ὡς καθαρὸς καὶ πολυτίμητος μαργαρίτης ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ χωρὶς ἄῤῥενος συνουσιασμοῦ. Καὶ ὥσπερ ὁ μαργαρίτης οὐράνιός ἐστι καὶ ἐπίγειος, οὐράνιος μὲν κατὰ τὴν ἀστραπὴν, ἐπίγειος δὲ κατὰ τὴν συμπλοκὴν τῶν ὀφθαλμῶν τῆς πίννης· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς οὐράνιός ἐστι καὶ ἐπίγειος· οὐράνιος μὲν κατὰ τὴν θεότητα, ἐπίγειος δὲ κατὰ ἀνθρωπότητα. Καὶ ὥσπερ ὁ μαργαρίτης κατασκευάζεται ἄνευ συνουσίας ἄῤῥενος καὶ θήλεος ἐξ ἀστραπῆς καὶ τῆς πίννης, οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ἐγεννήθη ἄνευ συνουσιασμοῦ ἄῤῥενος καὶ θήλεος ἐκ τῆς θεότητος, καὶ τῆς σαρκὸς τῆς Παρθένου. Καὶ ὥσπερ ὁ μαργαρίτης συντριβόμενος, πολλάκις ἡ μὲν ὕλη τῶν ὀφθαλμῶν τῆς πίννης συντρίβεται καὶ δια- C λύεται, οὐχὶ δὲ καὶ ἡ λαμπρότης τῆς ἀστραπῆς πάσχει, ἀλλ' ἡ μὲν λαμπρότης τῆς ἀστραπῆς ἀπαθὴς διαμένει, ἡ δὲ ὕλη τῶν ὀφθαλμῶν τῆς πίννης μόνη συντρίβεται καὶ πάσχει· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ δεῖ σε νοεῖν. Μαστιζομένου γὰρ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ πάσχοντος ὑπὸ τῶν ἀπίστων Ἰουδαίων ἐν τῷ σταυρῷ, ἡ μὲν ὕλη τῆς σαρκὸς, ἤγουν ἡ ἀνθρωπότης, μόνη ἔπασχε, ἡ δὲ θεότης ἀπαθὴς διέμεινε. Καὶ ταῦτα λέγων, ἀντιστομίζεις Θεοπασχίτας, καὶ τὴν ἔνσαρκον διδάσκεις οἰκονομίαν. Ἐντεῦθέν σοι τὸ ἀμφίβολον, ἀγαπητὲ, χάριτι Χριστοῦ διαλύεται.

QUÆST. XX. Quoniam omnia, divine Pater, convenienter nos docuisti. Petimus a te, ut et hoc nobis interpreteris, de quo adhuc dubitamus: quamobrem deitas non docuerit sola hominem, et servaverit eum sine carne? cur enim voluerit ferre carnem?

Ἐρώτ. κ'. Ἰδοὺ ταῦτα πάντα, θεοείκελε Πάτερ, ἁρμοζόντως ἡμῖν ἐδίδαξας. Ἀξιοῦμέν σε δὲ, ἵνα καὶ τοῦτο ἡμῖν ἑρμηνεύσῃς τὸ ἀπορούμενον, διὰ τί οὐκ ἐδίδαξεν ἡ θεότης μόνον τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἔσωσεν αὐτὸν ἄνευ σαρκός; τί γὰρ ἤθελε τοῦ φορέσαι τὴν σάρκα;

RESP. Etiam de hoc probe interrogas: unde audi etiam probe responsionem. Principio, quando Deus condidit hominem, et seductus est a diabolo homo, non vicit diabolus deitatem, sed humanitatem. Quapropter etiam decebat superatam humanitatem vicissim vincere hostem suum diabolum, ut vicissim acciperet per illum prius amissum divinum paradisum. Si enim nuda deitas advenisset, et diabolum vicisset, gloriaturus erat diabolus, nihil mirum esse dicens, si a deitate superaretur; a deitate enim esse se devictum: et propterea non visum fuit Deo, ut sola deitas diabolum oppugnaret, sed voluit humanitatem, quæ victa est a diabolo, eamdem et solam vincere eum qui ipsam vicerat, diabolum. Cum prævideret igitur sapiens Deus, quod

D Ἀπόκ. Καὶ περὶ τούτου καλῶς ἐρωτᾷς· ὅθεν ἄκουσον καὶ καλῶς τὴν ἀπόκρισιν. Κατ' ἀρχὰς, ὅταν ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐπλανήθη ὑπὸ τοῦ διαβόλου ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἐνίκησεν ὁ διάβολος τὴν θεότητα, ἀλλὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Διὸ καὶ ἔπρεπε πάλιν αὐτὴ ἡ νικηθεῖσα ἀνθρωπότης ἵνα καὶ πάλιν αὐτὴ νικήσῃ τὸν ἐχθρὸν αὐτῆς τὸν διάβολον, καὶ πάλιν παραλάβοι τὸν δι' ἐκείνου πρὶν ἀπολέσαντα θεῖον παράδεισον. Εἰ γὰρ γυμνὴ ἡ θεότης προσήρχετο, καὶ ἐνίκα τὸν διάβολον, ἔμελλε καυχησθῆναι ὁ διάβολος, ὅτι οὐ θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἐνικήθη· ὑπὸ τῆς θεότητος γὰρ προσβαλὼν ἐνικήθη. Καὶ διὰ τοῦτο οὐ κατεδέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα γυμνὴ ἡ θεότης αὐτοῦ προσπαλαίσῃ τὸν διάβολον, ἀλλ' ἠβουλήθη, ἵνα ἡ ἀνθρωπότης ἡ νικηθεῖσα ὑπὸ τοῦ διαβόλου, αὐτὴ

(7*) Reg. 2, βορβιούς.

καὶ μόνη νικήσῃ τὸν νικήσαντα ταύτην διάβολον. Προγινώσκων οὖν πάλιν ὁ σοφὸς Θεὸς, ὅτι οὐκ ἠδύνατο μόνη ἡ ἀνθρωπότης νικῆσαι χωρὶς τῆς θεότητος, ἐκρύβη ἐν αὐτῇ τῇ σαρκὶ ἡ θεότης, ὅπως ὁ διάβολος, θεωρῶν τὴν σάρκα, καὶ μὴ γινώσκων, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ σαρκὶ ἡ θεότης ἐστὶ κεκρυμμένη, προσέλθῃ καὶ προσπαλαίσῃ τῷ Χριστῷ, καὶ οὕτως νικηθῇ ὑπὸ τῆς κεκρυμμένης θεότητος. Ὅπερ καὶ γέγονεν.

Ὥσπερ γὰρ ὁ ἁλιεὺς, βουλόμενος κυνηγῆσαι ἰχθὺν, οὐ γυμνὸν τὸ ἄγκιστρον βάλλει εἰς τὴν θάλασσαν, ἀλλ' ἐνδύει ἔξωθεν σκώληκα δόλῳ τὸ ἄγκιστρον, καὶ οὕτως ῥίπτει αὐτὸ εἰς τὴν θάλασσαν ἐνδεδυμένον τὸν σκώληκα· ὁ δὲ ἰχθὺς, θεωρῶν τὸν σκώληκα μόνον, καὶ μὴ γινώσκων, ὅτι σκώληξ μέσον ἐκείνου ἔχει τὸ ἄγκιστρον, ἀλλὰ νομίζων δίχα ἀγκίστρου τὸν σκώληκα εἶναι μονώτατον, πλανώμενος ὑπὸ τοῦ ἀγκίστρου κρατεῖται· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε. B Βουληθεὶς γὰρ κυνηγῆσαι τὸν ἐν τοῖς ἀπείροις ὕδασι τῆς ἀβύσσου ἐμφωλευόμενον ἰοβόλον ἰχθὺν, ἢ μᾶλλον μέγαν δράκοντα τὸν διάβολον, οὐ γυμνῇ τῇ θεότητι αὐτοῦ τῷ διαβόλῳ προσέφερε, ἀλλὰ δόλῳ τὸν σκώληκα τὴν παναγίαν αὐτοῦ σάρκα, ἣν ἐκ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας, τῆς παναγιωτάτης γῆς, δίχα ῥυπασμοῦ ἐνεδύσατο, κατὰ τὸν φάσκοντα θεῖον Δαβίδ· « Ἐγώ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, » ἐκάλυψε τὸ ἱερώτατον ἄγκιστρον τὸν κοσμοσωτήριον αὐτοῦ σταυρὸν, ἐν αὐτῷ προσπαγεὶς, καὶ δι' αὐτοῦ λαθεῖν βουληθεὶς τὴν ἑαυτοῦ θεότητα, ὑφ' οὗ πλανηθεὶς καὶ κρατηθεὶς ὁ ἰοβόλος καὶ ὀφιοδήκτης οὗτος ἰχθὺς, ὁ μέγας δράκων διάβολος, ὁ τοῦ παραδείσου ἐξώσας καὶ θανατώσας τὸν ἄνθρωπον, νικηθεὶς ἀπώλετο. Ὥστε ἡ C μὲν θεότης εἰς τύπον τοῦ ἀγκίστρου ἐστὶν, ἡ δὲ ἀνθρωπότης εἰς τύπον τοῦ σκώληκος. Θεωρήσας οὖν ὁ διάβολος ἔξωθεν τὸ ἀνθρώπινον καὶ μὴ νοήσας τὴν ἐν αὐτῷ ἔσωθεν ἐγκεκρυμμένην θεότητα, ἐπλανήθη, καὶ προσελθὼν τῇ ἀνθρωπότητι, ἐκρατήθη ὑπὸ τοῦ ἀνεικάστου καὶ ἀκατανικήτου ἀγκίστρου τῆς θεότητος· καὶ οὕτως ἐνικήθη ὁ μέγας δράκων διάβολος. Διὰ τοῦτο οὐκ ἦλθεν ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ γυμνῇ τῇ αὐτοῦ θεότητι κυνηγῆσαι τὸν διάβολον, ἀλλ' ἐφόρεσε τὴν σάρκα, καὶ οὕτως εἰσῆλθε. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ γενέσθαι τὴν σάρκωσιν. Καὶ ὥσπερ αὐτὸς ὁ διάβολος, βουληθεὶς ποτε πλανῆσαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῦ παραδείσου ἐκβαλεῖν, οὐ προσῆλθε τῇ Εὔᾳ γυμνῇ τῇ ἑαυτοῦ διαβολότητι, ἀλλ' ἐφόρεσε σάρκα τὸν ὄφιν, καὶ οὕτως προσῆλθε, D καὶ ἐπλάνησεν αὐτήν· ᾔδει γὰρ ὁ δόλιος, ὅτι, εἰ προσέλθῃ αὐτῇ γυμνῇ τῇ διαβολότητι αὐτοῦ, οὐκ ἂν αὐτὴν πλανῆσαι δυνήσεται· καὶ διὰ τοῦτο ἐνεδύθη ὥσπερ σάρκα τὸν ὄφιν, καὶ διὰ τοῦ σαρκοφόρου ὄφεως τὴν Εὔαν ἐπλάνησε. Καὶ ὁ μὲν ὄφις ἐφαίνετο, ὁ δὲ διάβολος οὐκ ἐφαίνετο. Καὶ διὰ τοῦ φαινομένου ὄφεως ἐνήργει ὁ ἀθεώρητος ὄφις διάβολος. Δύο γὰρ φύσεις ἐν ἑνὶ προσώπῳ ἀπῆγον τότε ἐπὶ τῶν προπατόρων τὴν ἔκπτωσιν. Καὶ ὥσπερ τότε διαβολότης καὶ ὀφιότης δύο φύσεις ἐν ἑνὶ προσώπῳ ἡνώθησαν, καὶ ἡ μὲν μία φύσις, ἤγουν ἡ ὀφιότης ἐφαίνετο, ἡ δὲ ἑτέρα, ἤτοι ἡ διαβολότης, οὐκ ἐφαίνετο, καὶ ἐξέβαλε τὸν ἄνθρωπον ἐκ τοῦ παραδείσου· οὕτως

[13] Psal. XXI, 7

A non posset sola humana natura vincere sine deitate, abscondita est in ipsa carne deitas, ut diabolus videns carnem, et non cognoscens deitatem in eadem carne absconditam esse, accederet et cum Christo congrederetur, atque ita vinceretur ab abscondita deitate. Quod et factum est.

Quemadmodum enim piscator volens capere piscem non nudum hamum jacit in mare, sed affigit extrinsecus vermem per dolum, et sic projicit hamum in mare indutum verme: piscis autem videns vermem solum, et non cognoscens in verme latere hamum, sed existimans, sine hamo vermem esse solum, deceptus capitur hamo: ita etiam Christus fecit. Cum vellet enim venenatum piscem B in aquis infinitis abyssi latentem capere, seu potius magnum illum draconem diabolum; non nuda deitate cum diabolo congressus est, sed dolo vermem, sanctissimam suam carnem, quam ex semper Virgine Maria, sanctissima terra, sine pollutione, induit: quemadmodum inquit divus David: « Ego sum vermis et non homo [13], » texit sacerrimum hamum mundo salutarem crucem suam, illi affixus, et per illam latere voluit deitatem suam, a qua deceptus est et captus venenatus ille et serpentinis morsibus infestus piscis, magnus draco diabolus, qui paradiso expulerat et occiderat hominem, et victus periit. Ita quidem deitatis typus est hamus: humanitatis vero typus est vermis. C Videns igitur extrinsecus hominem et non animadvertens intrinsecus absconditam deitatem, deceptus est, et accedens ad humanitatem captus est ab inopinato et immobili hamo deitatis: et sic victus est magnus draco diabolus. **288** Quapropter non venit Filius et Verbum Dei, ut nuda deitate caperet diabolum, sed carnem gestavit, et sic ingressus est. Et hæc est causa quod incarnatus sit. Et quemadmodum ipse diabolus cum vellet olim seducere hominem, et paradiso ejicere, non accessit ad Evam nuda sua forma diabolica, sed gessit carnem, scilicet serpentem, et sic accessit et decepit illam; norat enim astutus iste, quod si accessisset ad illam nuda sua forma diabolica, nunquam eam decipere potuisset; et propterea D indutus est, ut carne, serpente, et per formam carniferi serpentis Evam decepit; atque serpens quidem apparebat, diabolus autem non apparebat; et per apparentem serpentem efficax erat invisibilis serpens diabolus, duæ enim naturæ in una persona unitæ effecerunt tunc lapsum in majoribus nostris; et quemadmodum tunc diabolica forma et serpentina duæ naturæ erant in una persona unitæ, et una quidem natura scilicet serpentina, apparebat; altera vero, nempe diabolica, non apparebat et ejiciebat hominem ex paradiso: ita etiam in Christo duæ naturæ in unam personam divina et humana unitæ sunt: et humanitas quidem apparebat, deitas autem non apparebat, et per apparentem humanita-

tem deitas invisibilis efficax erat, et ejectum ex paradiso olim hominem duæ istæ præstantes naturæ, videlicet deitas et humanitas, in illum vicissim et nunc introduxerunt. Et hæc est causa, propter quam Christus incarnatus et homo factus est. Ipsi debetur gloria in infinita sæcula. Amen.

A καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ δύο φύσεις εἰς ἓν πρόσωπον θεότης καὶ ἀνθρωπότης ἡνώθησαν· καὶ ἡ μὲν ἀνθρωπότης ἐφαίνετο, ἡ δὲ θεότης οὐκ ἐφαίνετο, καὶ διὰ τῆς φαινομένης ἀνθρωπότητος ἡ θεότης ἐνήργει ἡ ἀθεώρητος, καὶ τὸν ἐκ τοῦ παραδείσου πάλαι ἐξορισθέντα ἄνθρωπον, αἱ καλαὶ δύο φύσεις αὗται, ἡ θεότης φημὶ καὶ ἀνθρωπότης, εἰς αὐτὸν πάλιν καὶ νῦν ἐνέβαλον. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, δι' ἧς ὁ Θεὸς ἐσαρκώθη καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα εἰς ἀπεράντους αἰῶνας. Ἀμήν.

ADMONITIO IN HISTORIAM IMAGINIS BERYTENSIS.

I. *Athanasii non esse hoc Opusculum, sed imperiti alicujus et infacundi hominis, eruditus nemo non judicat; quare non est quod in ea re probanda immoremur. Antiquum tamen esse ex eo liquet, quod in concilio Nicæno* II, *Athanasii nomine lectum fuerit; atque teste Constantino Constantiæ Cypri episcopo. Patribus eo coactis lacrymas excusserit. Exstat porro tomo VII Concil., act. 4. Nec parum discrepat, si verba spectes, ab editis et a mss. Tantumque variant inter se codices, ut in multis licet reperiatur, nullus alii similis compareat. In Colbertino autem tertio ita prolixa et aucta legitur hæc Historia, ut duplo major cusis videatur; sic tamen ut multa verba, sed nihil rei gestæ adjiciatur. Exstat item Græce in bibliotheca Cæsarea exemplar ejus mss. ab editis haud parum diversum et multo auctius. Principiumque ejus affert Lambecius, Comment. lib.* 1, *p.* 126, *ut et versionem antiquam anonymam ab edita diversam, quam integrum refert idem p.* 128. *Omnium autem codicum varias afferre lectiones, nec facile est, nec operæ pretium foret : quare eas solum adnotavimus, quæ alicujus momenti visæ sunt. Magnæ vero apud sequioris ævi Græcos fuit existimationis hæc Historia : ita ut ea publice legi soleret Dominica* ὀρθοδοξίας, *seu Dom. prima Quadragesimæ, in qua celebrabatur apud Græcos festum restituti cultus sanctarum imaginum.*

II. *Cum itaque minime sibi invicem consentiant codices mss. et ab editis mirum in modum discrepent, visum est bina ex Palatinis codicibus desumpta exemplaria cum Latinis versionibus edere ; quod libera cuivis mutuo conferendi sit facultas. Quanquam nullo forte dispendio potuisset alterutrum omitti, cum nulla ferme nisi verborum sit discrepantia. At scrupuloso lectori morem gerere libet, indigne scilicet ferenti, si qua vel minima prius editorum prætermittantur. Bina itidem Latina exemplaria afferimus, quæ sub initium ad medium usque toto cœlo discrepant ; inde vero non item. Primum in antiquis Athanasii editis Latinis jam olim cusum fuit, cum hoc sub initium errore, ut dicatur lectam fuisse hanc Historiam a Petro Nicomediensi in synodo Cæsareæ Cappadociæ celebrata, ob errorem circa Christi Domini sanguinem exortum, cum revera in Nicæna secunda synodo, pro cultu imaginum asserendo ab eodem lecta fuerit. In multis porro discrepat a Græcis hæc Latina Historia. Secundum exemplar Latinum ex antiquis conciliorum mss. et editis desumptum, jam primum inter Athanasiana edere visum est, quia ad Græcorum litteram magis accedit, licet in nonnullis haud leviter discrepet.*

III. *De Historia imaginis Berytensis hæc habet Sigebertus in* Chronico *ad annum* 365 : Tempore Constantini imperatoris et Irenæ uxoris ejus in Syriæ civitate Berytho, quæ subjacet Antiochiæ : Judæi imaginem Salvatoris Domini nostri Jesu Christi invenientes in domo cujusdam Judæi, ibi relictam a quodam Christiano, eam injuriose deposuerunt, et omnia opprobria quæ Judæi Christo Jesu intulerunt, ejus imagini inferebant : illudentes ei, in faciem conspuentes, criminose conviciantes, eamque percutientes, manus et pedes ejus clavis configentes, acetum et fel ei porrigentes ; tandem latere ejus aperto, exivit de eo sanguis et aqua, quod illi supposita ampulla suscipientes ad experimentum **289** utrum fuerint vera miracula quæ Jesum fecisse audierant, omnes infirmos in Synagoga sua collectos hoc sanguine aspergebant, et a quocunque languore detinebantur omnes sanabantur. Unde tandem Judæi compuncti ad Adeodatum civitatis episcopum omnes concurrerunt, eique re enarrata, imaginem cum sanguine ei dederunt. Quibus baptizatis episcopus sanguinem per ampullas divisum longe lateque dirigens, prædicabat magnalia Dei, obtestatus omnes ut singulis annis quinto Idus Novembris celebretur Passio Dominicæ imaginis. *Hæc Sigebertus, qui in hoc errat, quod Historiam Constantini et Irenes ævo gestam enarret ; nam tempore Irenes, nomine Athanasii lecta fuit in synodo secunda Nicæna. Nec potuit adeo recentis memoriæ tum fuisse, ut Petro eam Athanasio adscribenti fides haberetur. Verane cæterum an falsa sit hæc historia, prudentis lectoris judicio permittatur ; nobis sane videtur admodum suspecta.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

(8) Λόγος εἰς τὸ θαῦμα τὸ γεγονὸς ἐν Βηρυτῷ, περὶ τῆς τιμίας καὶ σεβασμίας εἰκόνος τοῦ Χυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν.

—

S. P. N. ATHANASII

Sermo de miraculo Beryti edito, circa pretiosam et venerandam imaginem Domini et Dei nostri.

—

1. Ἄρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν, καὶ A ἴδετε τὸ καινὸν καὶ παράδοξον θαῦμα, ὅπερ γέγονε νῦν ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν. Ἐμβλέψατε (9) εἰς τὴν ἄπειρον ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ, δότε αὐτῷ δόξαν, κατανοήσατε τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν καὶ τὸ μέγεθος τῆς αὐτοῦ οἰκονομίας, καὶ θρῆνον μετ' εὐφροσύνης ἀναλάβετε. Ἐπὶ μὲν Θεοῦ οὐδὲν ξένον. Ἐν γάρ τῷ παραδόξῳ τούτῳ θαύματι, ὃ ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐξέστησαν πᾶσαι αἱ καρδίαι τῶν ἀνθρώπων. Ὄντως ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τὸ τετολμημένον, ἐταράχθησαν πᾶσαι αἱ καρδίαι τῶν ἀνθρώπων. Ὄντως ἐξέστησαν πᾶσαι ἄβυσσοι, ὁ ἥλιος ἐσκοτίσθη, καὶ ἡ σελήνη καὶ οἱ ἀστέρες ἐταράχθησαν, ὑπὸ τῷ οἰκονομηθέντι ὑπὸ τοῦ Κυρίου. Πᾶσαι αἱ τῶν οὐρανῶν δυνάμεις, ἀκούσατε, καὶ ἔκστητε, γενεαὶ τῶν γενεῶν, ᾧ γέγονεν παράδοξον θαῦμα ἐν ταῖς ἡμέραις ταύ- B ταις.

2. Πόλις ἐστὶ Βηρυτὸς καλουμένη, τελοῦσα δὲ ὑπὸ Ἀντιόχειαν. Ἐν αὐτῇ τῇ πόλει πλήθη πολλὰ ἦν τῶν Ἰουδαίων. Πλησίον δὲ τῆς συναγωγῆς αὐτῶν Χριστιανός τις λαβὼν κελλίον κατέμενεν. Ἐποίησε δὲ εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁλόστατον, ἐζωγραφημένην ἐν ὡραιότητι πολλῇ. Χρόνου δὲ διελθόντος, ἠθέλησεν ἀναχωρῆσαι ὁ Χριστιανὸς ἐκ τοῦ αὐτοῦ κελλίου. Ἐπεζήτησεν οὖν ἕτερον κελλίον μεῖζον, ὡς χρείαν ἔχων αὐτοῦ, ἅμα δὲ καὶ πλησιάζειν αὐτὸν τοῖς Ἰουδαίοις. Εὑρὼν δὲ οἴκημα ἕτερον, μετῆρεν ἐκεῖθεν, λαβὼν πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ. Κατ' οἰκονομίαν δὲ τοῦ Θεοῦ, τοῦ θέλοντος πάντα ἄνθρωπον σωθῆναί, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, δεικνύων τὰ θαυμάσια αὐτοῦ πᾶσι τοῖς πιστεύ- C ουσιν αὐτῷ ἐν ἀληθείᾳ. Λαβὼν δὲ ὁ Χριστιανὸς ἅπασαν τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ὡς προλέλεκται, κατελείφθη ἡ εἰκὼν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μόνη, λησμονήσας αὐτὴν ἐν τῷ κελλίῳ.

3. Ἰουδαῖος δέ τις λαβὼν τὸ κελλίον αὐτοῦ τοῦ οἰκεῖν ἐν αὐτῷ, ἔνθα ἦν ἡ εἰκὼν τοῦ παμβασιλέως Χριστοῦ, εἰσαγαγὼν δὲ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ εἰς τὸ κελλίον κατέμενε, μὴ θεωρήσας τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου, ὅτι ἵσταται ἐκεῖ, οὐδὲ κατενόησε τὸν τόπον ἐκεῖνον. Μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν ἐκάλεσεν Ἑβραῖον,

1. Erigite oculos mentis vestræ, ac videte novum stupendumque miraculum, quod nuper diebus contigit nostris. Respicite immensam Dei bonitatem, date ipsi gloriam, perpendite ineffabilem ejus erga homines amorem magnitudinemque providentiæ illius : cum lætitia lamentum assumite. Nihil in Deo mirabile; sed in stupendo hujusmodi miraculo, quod editum est in illis diebus, omnia hominum corda stupore perculsa sunt. Obstupuit vere cœlum ob patratum facinus, turbata sunt omnia hominum corda; obstupuere abyssi omnes, sol obtenebratus est, luna et stellæ conturbatæ sunt, ob rem Domini providentia gestam : audite, omnes cœlorum virtutes, ac stupete, generationes generationum, ob ingens miraculum, his diebus editum.

2. Urbs est, Berytus nomine, Antiochiæ vectigalis, in qua ingens erat Judæorum multitudo. Christianus porro quidam accepta prope synagogam eorum cellula, illic commorabatur. Fecit autem imaginem Domini integram, pulcherrime depictam. Elapso quodam tempore, voluit Christianus secedere ex ista cellula, majoremque requisivit cellulam, qua scilicet opus habebat, ita ut etiam Judæis esset vicinus. Invento domicilio altero, inde commigravit, suis omnibus acceptis bonis. Quod ex Dei dispensatione factum est, qui vult omnem hominem salvum fieri, et ad agnitionem veritatis venire, ostenditque mirabilia sua omnibus in ipsum credentibus in veritate. Acceptis Christianus omnibus ad se pertinentibus, uti supra dictum est, relicta est imago Domini nostri Jesu Christi sola, eamque homo ille oblitus in cellula est.

3. Judæus autem quidam accepta ista cellula in domicilium, ubi erat imago universorum regis Christi, cum eo res omnes suas asportasset, ibi commorabatur : nec advertit imaginem Domini, quæ illic stabat, neque lustravit eum locum. Quadam porro die cum Hebræum invitasset, ut secum

(8) Colbert. 833, Λόγος περὶ τῆς ἐν Βηρυτῷ εἰκόνος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Colb. 4457, περὶ τοῦ γενομένου θαύματος εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ Κῦ ἡμῶν Ἰῦ Χῦ. Ἀναγινώσκεται δὲ τῇ Κυριακῇ τῆς ὀρθοδοξίας. Colb. 5110, Διήγησις περὶ τοῦ γενομένου θαύματος ἐν Βηρυτῷ τῇ πόλει, ὑπὸ τῆς τιμίας καὶ σεβασμίας εἰκόνος τοῦ Κῦ ἡμῶν Ἰῦ Χῦ, καὶ περὶ ἐλεημοσύνης

(9) Colbert. 1, Ἐγκύψατε εἰς τὸ ἄπειρον πέλαγος τῶν θαυμάτων τοῦ Θεοῦ, καὶ ἴδετε τὸ ἔργον, ὃ ὁ Κύριος εἰργάσατο ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν· συγκλίνατε τὸ οὖς ὑμῶν, καὶ μετ' εὐφρ.

sumeret cibum; dum pranderent, elevatis Judæus qui invitatus fuerat oculis, vidit imaginem Domini nostri Jesu Christi, dixitque Judæo qui se advocarat : Tu Judæus cum sis, quare hujus imaginem apud te servas? plurimasque ac nefandas contumelias profano turpique ore suo protulit contra venerandam imaginem Domini, quas ne in mentem quidem hominum venire licet; absit! ostenditque imaginem Hebræo qui se invitarat. Tum cœpit Hebræus ille jurare per Judaicam fidem, se nondum ad eam usque horam hanc vidisse imaginem. Hebræus porro qui vocatus fuerat, **290** siluit. Surgensque Judæos adiit qui primarii sacerdotes et legis doctores erant; quibus dixit : Hebræus ille imaginem Nazaræi habet domi, quam ego oculis conspexi meis. Qui his auditis responderunt : Quomodo id potes comprobare? Tum ille : Me sequimini, et ostendam vobis illam. Consilium porro iniere, ut omnes proxima die mane cellulam adirent, in qua erat imago Domini

4. Ineunte luce sequentis diei, congregati sunt principes sacerdotum et seniores, et Judæo secum assumpto, domum petiere Hebræi, ubi erat imago Domini. Cum eo advenissent, in domum irrumpentes sacerdotum principes et seniores, universaque turba, vident imaginem Domini. Tum furore repleti, Judæum illic habitantem domo pulsum synagoga ejecerunt. Imaginem autem Domini nostri Jesu Christi cum demisissent, secum ita locuti sunt : Quemadmodum patres nostri illuserunt ipsi, ita et nos illudamus. Tum cœpere conspuere in faciem imaginis Domini, atque ordine singuli alapis vultum ejus cæciderunt, ac percusserunt omnes dicendo : Quæcunque patres nostri fecerunt, ea nos in ejus imaginem perpetremus. Audivimus, aiunt, multa in eum ludibria contulisse, et nos omnia conferamus. Infinita igitur ludibria in Domini imaginem contulere, quæ ne proferre quidem nos audeamus. Hic aiunt : Audivimus patres nostros clavis manus ejus confixisse, id et nos efficiamus. Confectis ergo clavis, manus pedesque Domini confixere. Rursum inquiunt : Audivimus aceto et felle eum cum spongia potavisse : id nos quoque faciamus. Illud itaque fecerunt similiter, posita ad os imaginis Domini spongia aceto plena. Aiunt iterum : Comperimus eos arundine percussisse caput ejus; idipsum nos agamus, arreptaque arundine caput ejus percusserunt. Dicunt iterum : Accurate novimus, eos lancea latus ejus aperuisse: ne minimum quidem prætermittamus; sed potius iis adjiciamus. His peractis, lanceam postularunt, qua allata, vibrantes illam, confodere latus imaginis Salvatoris, confestimque sanguis et aqua magna copia emanavit. Quo inexspectato edito miraculo, stupore perculsi

A ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ· ἐν δὲ τῷ ἀριστᾷν αὐτοὺς, ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὁ Ἰουδαῖος ὁ κεκλημένος, εἶδε τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ λέγει τῷ καλέσαντι αὐτὸν Ἰουδαίῳ· Σὺ, Ἰουδαῖος ὢν, πῶς τὴν εἰκόνα τούτου ἔχεις; ὕβρεις τε παμπόλλας καὶ ἀθεμίτους ἐκ τοῦ μιαροῦ αὐτοῦ στόματος εἰπόντος κατὰ τῆς τιμίας εἰκόνος τοῦ Δεσπότου, ἃς οὐκ ἔξεστιν οὐδὲ εἰς διάνοιαν ἀνθρώπων ἐλθεῖν· μὴ γένοιτο! ὑποδεικνύων δὲ τὴν εἰκόνα τὸν καλέσαντα Ἑβραῖον ὁ κληθεὶς, ἤρξατο ὁ Ἑβραῖος ὀμνύειν κατὰ τῆς Ἰουδαϊκῆς πίστεως, ὅτι Μέχρι τῆς ὥρας ταύτης οὐκ ἐθεασάμην τὴν εἰκόνα ταύτην. Ὁ δὲ Ἑβραῖος ὁ κληθεὶς ἐσιώπησεν. Ἀναστὰς δὲ ἀπῆλθεν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, τοὺς πρώτους αὐτῶν ἱερεῖς καὶ νομοδιδασκάλους, καὶ λέγει αὐτοῖς, ὅτι Ὁ δεῖνα ὁ Ἑβραῖος
B εἰκόνα ἔχει τοῦ Ναζωραίου ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, κἀγὼ οἰκείοις ὀφθαλμοῖς ἐθεασάμην αὐτήν. Οἱ δὲ ἀκούσαντες εἶπον· Πῶς δύνασαι τοῦτο ἀποδεῖξαι; Λέγει πρὸς αὐτούς· Ἀκολουθήσατέ μοι, κἀγὼ ὑμῖν ὑποδείξω αὐτήν. Συνεβουλεύσαντο δὲ, ἵνα πάντες πρωῒ παραγενόμενοι καταλάβωσιν τὸ κελλίον, ἐν ᾧ ἦν ἡ εἰκὼν τοῦ Κυρίου.

4. Πρωΐας δὲ γενομένης, συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτῶν, καὶ παραλαβόντες τὸν Ἰουδαῖον, ἀπέρχονται ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Ἑβραίου, ἔνθα ἦν ἡ εἰκὼν τοῦ Κυρίου. Παραγενόμενοι δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ, εἰσπηδήσαντες ἔσωθεν τῆς οἰκίας οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ πᾶς ὁ ὄχλος, ὁρῶσι τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου. Τότε θυμοῦ πλησθέντες, τὸν μὲν
C Ἰουδαῖον τὸν οἰκοῦντα ἐκεῖσε ἐξελάσαντες ἀποσυνάγωγον ἐποίησαν· τὴν δὲ εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καταγαγόντες, εἶπον ἐν ἑαυτοῖς, ὅτι Καθὼς οἱ πατέρες ἡμῶν ἐνέπαιξαν αὐτῷ, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐμπαίζωμεν αὐτῷ. Τότε ἤρξαντο ἐμπτύειν εἰς τὸ πρόσωπον τῆς εἰκόνος τοῦ Κυρίου, καὶ ἐῤῥάπισαν αὐτὴν κατὰ πρόσωπον εἷς καθεὶς, οἱ πάντες αὐτῶν ἐῤῥάπιζον τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου λέγοντες· Ὅσα ἐποίησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, πάντα ποιήσωμεν τῇ εἰκόνι αὐτοῦ. Λέγουσιν, ὅτι Ἠκούσαμεν, πολλοὺς ἐμπαιγμοὺς ἐποίησαν αὐτῷ· καὶ ἡμεῖς πάντα ποιήσωμεν. Ἐμπαιγμοὺς οὖν ἀπείρους ἐνέπαιξαν τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου, ἅπερ οὐδὲ λέγειν ἡμῖν τετόλμηται. Εἶτα λέγουσιν· Ἠκούσαμεν, ὅτι ἥλωσαν αὐτοῦ τὰς χεῖρας, τοῦτο καὶ ἡμεῖς ποιήσωμεν. Τότε ποιήσαντες ἥλους
D προσήλωσαν τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας τοῦ Κυρίου. Πάλιν λέγουσιν· Ἠκούσαμεν, ὅτι ὄξος καὶ χολὴν ἐπότισαν αὐτὸν μετὰ σπόγγου· ποιήσωμεν οὕτω καὶ ἡμεῖς. Καὶ ἐποίησαν ὡσαύτως (10), ἐπιθέντες εἰς τὸ στόμα τοῦ Κυρίου τῆς εἰκόνος σπόγγον μετὰ ὄξους πεπληρωμένον. Λέγουσι πάλιν· Ἐμάθομεν, ὅτι καλάμῳ ἔτυψαν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· τὸ αὐτὸ καὶ ἡμεῖς ποιήσωμεν. Καὶ λαβόντες κάλαμον, ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Λέγουσι πάλιν· Ἀκριβέστερον οἴδαμεν, ὅτι λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἤνοιξαν· μὴ ἐν παραλείψωμεν, ἀλλὰ μᾶλλον προσθήσωμεν. Καὶ τοῦτο ποιήσαντες, ἐνεχθῆναι λόγχην προετρέψαντο,

(10) Colbertin. 1, καὶ προσαγαγόντες ὄξος καὶ χολὴν πλήσαντες σπόγγον, προσέθηκαν τῷ στόματι τῆς ἁγίας εἰκόνος τοῦ Κυρίου. Καὶ ἐφάνη ἀπογευομένη τῆς χολῆς καὶ τοῦ ὄξους ἡ ἁγία εἰκών.

καὶ ἐνεχθείσης τῆς λόγχης, ἄραντες αὐτὴν ἐκέντησαν κατὰ τῆς πλευρᾶς τῆς εἰκόνος τοῦ Σωτῆρος. Παρευθὺ δὲ ἐξέβλυσεν αἷμα καὶ ὕδωρ εἰς πλῆθος πολύ. Τούτου δὲ τοῦ παραδόξου θαύματος γενομένου, ἔκπληξις ἔλαβεν ἅπαντας τοὺς βλέποντας τὰς δυναστείας τοῦ Θεοῦ καὶ τὰ παράδοξα θαυμάσια.

A sunt quotquot virtutes Dei conspiciebant et incredibilia miracula.

5. Ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου, καὶ ἀπέραντος ἡ ἀγαθότης καὶ τὸ πολὺ ἔλεός σου, Δέσποτα! Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας σου, Κύριε; ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις σου, φιλάνθρωπε, ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν; Χριστὲ, δόξα σοι. Τίς ὡς σὺ, Δέσποτα; Τίς πλὴν σοῦ ποιῶν φοβερὰ καὶ ἐξαίσια; Ὢ τοῦ θαύματος! Ὢ τῆς τοῦ Σωτῆρος μεγαλειότητος! Ἔφριξαν καὶ νῦν αἱ ἄνω δυνάμεις ἐπὶ τούτῳ. Ὢ πόση μακροθυμία! ὢ πόσον ἔλεος! πρώην γὰρ δι' ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθεὶς ὁ ἄσαρκος ἐκ Παρθένου Μαρίας, ἐσταυρώθη ἐν ἐκείνῃ τῇ σαρκὶ, ἀπαθὴς ὢν αὐτὸς τῇ θεότητι· νῦν δὲ πάλιν ἐν τῇ εἰκόνι ἐσταυρώθης, ὦ Δέσποτα, εἰς ἔλεγχον μὲν τῶν ἀσεβῶν καὶ πάντων τῶν ἀπίστων, εἰς στηριγμὸν δὲ τῶν ἐν ἀληθείᾳ εἰς σὲ πεπιστευκότων. Ἀλλὰ δόξα σοι, Δέσποτα, τῷ μόνῳ τὰ πάντα δυναμένῳ, ἅμα τῷ εὐλογητῷ Θεῷ ἡμῶν σὺν τῷ παναχράντῳ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ, καὶ τῷ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

5. Quam investigabilia sunt judicia justitiæ tuæ, quam immensa bonitas, quam magna misericordia tua, Domine! Quis loquetur potentias tuas, Domine? quis auditas faciet omnes laudes tuas, hominum amantissime, qui non vis mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat? Christe, tibi gloria. Quis similis tibi, Domine? Quis præter te faciens terribilia et prodigia? O miraculum! O Salvatoris magnificentiam! Horruere jam hac in re supernæ potestates. O quanta longanimitas! quanta misericordia! olim nostrum gratia et propter nostram sa- B lutem incarnatus, qui carnis expers erat, ex Virgine Maria, in eadem carne crucifixus fuit, cum secundum deitatem impassibilis esset: nunc vero rursum in imagine crucifixus es, o Domine, ad convictionem impiorum omniumque infidelium, et ad confirmationem eorum qui in veritate in te credunt. Sed gloria tibi, Domine, qui solus omnia potes, et benedicto Deo nostro, una cum immaculato Patre, et Filio ejus Jesu Christo, ac bono vivificoque Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

6. Ἀκούσατε ὑμεῖς, ἀδελφοὶ, μετὰ φόβου Θεοῦ καὶ χαρᾶς καὶ τὰ λοιπὰ ἅπερ ᾠκονομήθη ὑπὸ τοῦ Κυρίου. Μετὰ γὰρ τὸ κρουσθῆναι τῇ λόγχῃ τὴν πλευρὰν τῆς ἁγίας καὶ τιμίας εἰκόνος, καὶ ἀναβλύσαι τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ, συνήχθη πᾶν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους· Ἐπειδὴ θρυλοῦσιν οἱ σεβόμενοι αὐτὸν, ὅτι ἰάσεις πολλὰς ποιεῖ, λάβωμεν τούτου τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ ἀγάγωμεν αὐτὸ εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ συνάξωμεν πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας τοῦ λαοῦ, καὶ χρίσωμεν αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἴδωμεν εἰ ἀληθῆ εἰσι τὰ λεγόμενα. Καὶ προσενέγκαντες τῇ πλευρᾷ τοῦ Κυρίου βῆσσαν, ἐμπαίζοντες ἔπλησαν τὴν βῆσσαν, ἔνθα ἐξίει τὸ ὕδωρ· καὶ συνῆξαν πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, πρὸ πάντων παράλυτον· ὃν ᾔδεσαν ὄντα ἐκ γενετῆς. Προσφέροντες δὲ τὸν παράλυτον ἔχρισαν αὐτόν· καὶ εὐθέως συνεσφίγχθη καὶ ἐγένετο ὑγιὴς ὁ ἄνθρωπος. Παραχρῆμα δὲ μεγάλη ταραχὴ ἐγένετο κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν, πάντων ἐρχομένων, διὰ τὰς ἀπείρους ἰάσεις καὶ θαυματουργίας. Ἐκινήθη δὲ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων, καὶ προσέφερον τοὺς ἀσθενεῖς αὐτῶν, παραλύτους, κυλλοὺς, ξηροὺς, χωλοὺς, καὶ τυφλοὺς, καὶ δαιμονιῶντας, καὶ ἑτέρους ἔχοντας παντοίας νόσους· καὶ πάντες, χριόμενοι ἐκ τοῦ ἁγίου αἵματος καὶ ὕδατος τῆς πλευρᾶς τῆς τιμίας εἰκόνος τοῦ Κυρίου, τὰ σώματα αὐτῶν ὑγιῆ ἐγένοντο. Πάντες δὲ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ ὁ λαὸς τῶν Ἰουδαίων ἐπίστευσαν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν, κράζοντες καὶ λέγοντες· Μέγας ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν· μεγάλη ἡ πίστις τῶν Χριστιανῶν. Δόξα σοι, Χριστὲ, ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐσταύρωσαν, ὁ καὶ δι' ἡμῶν σταυρωθεὶς ἐν τῇ ἀχράντῳ καὶ τιμίᾳ εἰκόνι σου. Δόξα σοι, Ἰησοῦ Χριστὲ, Υἱὲ

6. Audite, vos fratres, cum timore Dei et gaudio, cætera quæ a Domino dispensata sunt. Cum enim latus **291** sanctæ ac venerandæ imaginis lancea perfo- C ratus esset, emanaretque aqua et sanguis, coacta est tota Judæorum turba, dicebantque mutuo: Quandoquidem aiunt ejus cultores, eum multas curare infirmitates, sumamus sanguinem ejus et aquam, deferamusque in synagogam, ac congregemus omnes qui laborant ægritudine; ungamus eos illo, et videamus num vera sint quæ vulgo dicuntur. Admotaque lateri Domini amphora, illudendo amphoram implevere illa quæ manebat aqua: congregatisque omnibus qui male haberent, primum omnium paralyticum, quem a nativitate paralyticum esse sciebant, adductum unxerunt: qui statim consolidatus fuit, sanusque factus est homo. Confestim autem ingens tumultus per totam urbem exortus est, omnibus eum in locum ingredientibus, ob multas illas D morborum curationes et miracula. Judæorum porro frequens populus commotus, adducebant infirmos suos, paralyticos, mancos, aridos, claudos, cæcos, dæmoniacos, aliosque variis ægritudinibus laborantes; qui omnes inuncti sacro sanguine et aqua lateris venerandæ imaginis Domini sani corpore evaserunt. Omnes porro principes sacerdotum et seniores populusque Judæorum crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum, verum Deum nostrum, clamantes et dicentes: Magnus Deus Christianorum: magna fides Christianorum. Gloria tibi, Christe, quem patres nostri crucifixerunt, qui a nobis quoque crucifixus es in immaculata et veneranda imagine tua. Gloria tibi, Jesu Christe Fili Dei, qui magna facis mirabilia. In te credimus, et

in Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, Trinitatem consubstantialem et indivisibilem. Propitius esto nobis, nosque recipe; sicut in sancta cruce tua positus recepisti latronem ad pœnitentiam. Nos annumera licet indignos et tibi hactenus inimicos, iis qui post undecimam horam venerunt; iis, inquam, nos annumera et illumina oculos cordis nostri, obscuratos, quos scilicet tenebris offudit malignus diabolus; ut illuminati per sanctum baptisma, cœlesti tuo exercitui adjungi mereamur. Hæc illi cum clamore proferebant, altaque voce prædicabant mirabilia Dei. Pervasit autem orbem totum hujusce rei fama de veneranda nempe imagine regis nostri Jesu Christi. Omnes ob Oriente et Occidente offerebant infirmos suos, qui omnes Dei clementia curabantur.

7. Post hæc autem adiit tota turba Judæorum sacratissimæ Ecclesiæ sanctissimum episcopum, accurrentesque dicebant : Nos annumerato sanctæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ, nos baptizato et Christianos facito. Sic omnes unanimiter clamabant a minore ad maximum, una cum mulieribus et pueris, dicebantque : Unus Deus Pater, unus Filius unigenitus, unus Dominus : ipsum Deum confitemur, agnoscimusque : illum scimus esse Deum : eum nos credimus crucifixum sub Pontio Pilato, resurrexisse die tertia, assumptumque fuisse cum gloria, in conspectu sanctorum discipulorum suorum, et sedere ad dexteram Dei et Patris. Multis itaque laudibus Deum celebrarunt, exhibita sancta imagine ejusce urbis archiepiscopo, cui ea narrarunt quæ contra sanctam imaginem perpetrarant, et ostenderunt sanguinem et aquam, dixeruntque, qua ratione e latere Salvatoris exiisset. Ad horum tamen omnium confirmationem, accepit episcopus ex sanguine et aqua, multosque oblatos infirmos unxit sanosque dimisit. His innumeris perpetratis miraculis, episcopum rogarunt omnes, ut sibi baptismus conferretur, ac liceret communicare immaculatis et immortalibus mysteriis corporis et sanguinis. Tum episcopus illis admissis, advocato toto clero sanctissimæ Dei Ecclesiæ, postquam multis eos diebus instituisset, baptizavit illos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, synagogamque **292** Judæorum in ecclesiam Salvatoris nostri convertit. Rogantibus porro illis sanctissimum episcopum, reliquas ipsorum synagogas in Dei templa et in martyria sanctorum suorum martyrum consecravit, ad Dei gloriam et exaltationem orthodoxæ fidei. Constituit autem ex illis presbyteros et diaconos, subdiaconos et lectores. Atque ita ingens fuit lætitia in cœlo et in terra, ob stupendum miraculum venerandæ et sacræ imaginis Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, in ista urbe : cum non modo corporeæ curarentur in-

A τοῦ Θεοῦ, ὁ ποιῶν μεγάλα θαυμάσια. Σοὶ πιστεύομεν, εἰς Πατέρα, Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα ὁμοούσιον καὶ ἀχώριστον. Ἵλεως ἡμῖν γενοῦ, καὶ δέξαι ἡμᾶς, ὡς ἐδέξω τοῦ λῃστοῦ ἐπὶ τοῦ ἁγίου σου σταυροῦ τὴν μετάνοιαν. Συγκαταρίθμησον ἡμᾶς τοὺς ἀναξίους τοὺς προσελθόντας σοι τοῖς μετὰ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν, καὶ ἡμᾶς συγκαταρίθμησον καὶ φώτισον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ἡμῶν, τοὺς ἐσκοτισμένους, οὓς ὁ πονηρὸς ἐσκότισε διάβολος· ἵνα, φωτισθέντες διὰ τοῦ ἁγίου σου βαπτίσματος, καταξιωθῶμεν καὶ ἡμεῖς τῆς ἐπουρανίου σου στρατιᾶς. Ταῦτα δὲ ἔκραζον λέγοντες, καὶ κηρύττοντες μεγαλοφώνως τὰ θαυμάσια τοῦ Θεοῦ. Ἐξῆλθε δὲ ἡ φήμη αὕτη εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περὶ τῆς τιμίας εἰκόνος τοῦ παμβασιλέως ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ πάντες B ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν προσέφερον τοὺς ἀσθενεῖς αὐτῶν· καὶ ἰῶντο πάντες τῇ Θεοῦ ἀγαθότητι.

ι. Μετὰ δὲ ταῦτα προσῆλθον τῷ ἁγιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας ἅπαντα τὰ πλήθη τῶν Ἰουδαίων, προστρέχοντες καὶ λέγοντες· Καταρίθμησον ἡμᾶς τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ, βάπτισον ἡμᾶς καὶ ποίησον Χριστιανούς. Ἔκραζον δὲ ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου αὐτῶν σὺν γυναιξὶ καὶ παιδίοις λέγοντες· Εἷς Θεὸς ὁ Πατήρ, εἷς Υἱὸς ὁ μονογενής, εἷς Κύριος· αὐτὸν Θεὸν ὁμολογοῦμεν, καὶ οἴδαμεν καὶ γινώσκομεν· αὐτὸν Θεὸν οἴδαμεν, αὐτὸν ἡμεῖς πιστεύομεν, τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· καὶ ἀναληφθέντα ἐν δόξῃ ἐνώπιον C τῶν ἁγίων μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Πολλαῖς οὖν εὐφημίαις δοξάσαντες τὸν Θεὸν, τὴν ἁγίαν τε εἰκόνα τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς ἐκεῖσε πόλεως ἐπιδείξαντες, καὶ ἀπαγγείλαντες ἃ ἐποίησαν τὴν τοῦ Χριστοῦ ἁγίαν εἰκόνα, τό τε αἷμα καὶ ὕδωρ ἐπιδείξαντες, καὶ πῶς ἐξῆλθεν ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Σωτῆρος· ὅμως πρὸς βεβαίωσιν πάντων λαβὼν ὁ ἐπίσκοπος ἐκ τοῦ ἁγίου αἵματος καὶ ὕδατος, καὶ πολλοὺς ἀσθενεῖς προσενέγκαντες, καὶ ἀλείφων αὐτοὺς, ὑγιεῖς ἀπέλυσε. Τούτων τῶν ἀπείρων θαυμάτων γεγονότων, οὕτως ἅπαντες καθικέτευον τὸν ἐπίσκοπον τυχεῖν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ μεταλαβεῖν τῶν ἀχράντων καὶ ἀθανάτων μυστηρίων τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος. Τότε ὁ ἐπίσκοπος παραλαβὼν αὐτοὺς, καὶ συγκαλέσας D ἅπαντα τὸν κλῆρον τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, ἐπὶ πολλάς τε ἡμέρας κατηχήσας, ἐβάπτισεν αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων ἐκκλησίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐποίησε. Παρακαλεσάντων δὲ αὐτῶν τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον, καὶ τὰς λοιπὰς συναγωγὰς, ναοὺς Θεοῦ, καὶ μαρτύρια τῶν ἁγίων αὐτοῦ μαρτύρων ἀφιερῶσαι [ἀφιερῶσε], εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ καὶ καύχημα τῆς ὀρθοδόξου πίστεως (11). Κατέστησε δὲ καὶ ἐξ αὐτῶν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, ὑποδιακόνους, καὶ ἀναγνώστας. Καὶ

(11) Colbertin. unus sic habet, μαρτύρια πεποίηκεν τῶν ἁγίων, τῆς τε πανυμνήτου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τοῦ προδρόμου τε καὶ Βαπτιστου Ἰωάννου, καὶ τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων.

οὕτω μεγάλη χαρὰ ἐγένετο ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ ἐπὶ τῷ παραδόξῳ θαύματι τῆς τιμίας καὶ ἁγίας εἰκόνος τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τῇ πόλει ταύτῃ· οὐ μόνον σωμάτων πάθη ἰωμένων, ἀλλὰ καὶ ψυχῶν ἐπιστρεψάντων εἰς ζωὴν αἰώνιον.

8. Ταῦτα ἐσπούδασα δηλῶσαι τῇ ὑμετέρᾳ θεοφιλίᾳ, ὦ προσφιλέστατοι ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι, εἰς ὠφέλειαν καὶ ἀκοὴν τῶν ἐντυγχανόντων, τοῦ στηριχθῆναι τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, τοῦ ἐπὶ τῇ πτώσει ἡμῶν χαίροντος, καὶ στερεωθῶμεν ἐπὶ τῇ στερεᾷ πίστει τῆς ὁμολογίας τοῦ Χριστοῦ. Δῶμεν οὖν δόξαν μετ' εὐφροσύνης ἐν κατανύξει καρδίας, καὶ εὐχαριστίας, εὐχαριστοῦντες αὐτῷ ἐκ καθαρᾶς πίστεως, τοῦ φυλάσσειν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ καὶ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ καὶ τῆς ἐπιγνώσεως αὐτοῦ· ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα καὶ ἡ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A firmitates, sed etiam animæ converterentur ad vitam æternam.

8. Hæc vestræ religioni significanda duxi, dilectissimi charissimique fratres, ad utilitatem et institutionem lectorum, ut animæ vestræ firmentur adversus malignum illum, qui de nostra gaudet ruina, et fulciamur solida petra confessionis Christi. Demus ergo gloriam cum lætitia, in compunctione cordis, cum gratiarum actione ex pura fide: quo mandata et justificationes ejus observemus, ac in ejus cognitione perseveremus: quia ipsum decet gloria et imperium in Christo Jesu Domino nostro, B cui cum Patre, una cum sancto Spiritu, gloria et adoratio, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

Περὶ τῆς εἰκόνος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ γενομένου θαύματος ἐν Βηρυτῷ τῇ πόλει.

S. P. N. ATHANASII

De imagine Domini nostri Jesu Christi, et de miraculo edito in urbe Beryto.

---

1. (12) Ἄρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν, καὶ ἴδετε τὸ καινὸν θέαμα τοῦτο, ὅπερ γέγονε νῦν. Ἐμβλέψατε εἰς τὸ ἄπειρον θαῦμα τοῦ Θεοῦ, καὶ δότε αὐτῷ δόξαν τῷ Θεῷ, κατανοήσατε εἰς τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, τὸ μέγεθος τῆς αὐτοῦ οἰκονομίας, καὶ θρῆνον μετ' εὐφροσύνης ἀναλάβετε. Ἐπὶ μὲν Θεοῦ οὐδὲν ξένον. Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐφ' ἡμῶν, ἐκστήσεται πᾶσα καρδία τῶν ἀκουόντων. Ὄντως ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τῷ τετολμημένῳ τούτῳ τῷ θεάματι· ἐταράχθη πάλιν ἄβυσσος, καὶ ἥλιος ἐσκοτίσθη, καὶ οἱ ἀστέρες, καὶ ἡ σελήνη ὁμοίως ἐπὶ τῷ γεγονότι. Ἀλλὰ πάλιν ηὐφράνθησαν ἐπὶ τῇ οἰκονομίᾳ τῇ γενομένῃ ὑπὸ Κυρίου πᾶσαι τῶν οὐρανῶν δυνάμεις. Ἀκούσατε οὖν, ἀδελφοὶ, καὶ ἔκστητε, ᾧ γέγονε ταῖς ἡμέραις ἡμῶν συνιέντες συνίετε, καὶ τὸ οὖς ὑμῶν κλίνατε τῆς καρδίας, καὶ ἀκούσατε.

2. Πόλις ἐστὶ Βηρυτὸς καλουμένη ἐν μεθορίοις Τύρου καὶ Σιδῶνος, τελοῦσα δὲ Ἀντιοχείας. Ἐν ταύτῃ οὖν τῇ πόλει τῇ Βηρυτῷ πλήθη πολλά εἰσι τῶν Ἰουδαίων. Πλησίον δὲ τῆς συναγωγῆς αὐτῶν, μεγάλης οὔσης σφόδρα, Χριστιανὸς ἔλαβε κελλίον ἐν οἰκίῳ παρά τινος· ἐν ᾧ κατοικῶν ἄντικρυς τοῦ ἀκουβίτου (13) αὐτῶν, ἐποίησεν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, σεμνῶς ἐζωγραφημένην (14), ὁλόστατον ἔχουσαν τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν

C 1. Erigite oculos mentis vestræ, ac videte novum hoc spectaculum, quod factum est. Respicite immensum Dei miraculum, et date gloriam Deo, ejus ineffabilem spectantes clementiam erga homines, et magnam ejus providentiam: lamentum cum lætitia assumite. Nihil in Deo mirabile: Deus enim noster est. Ac quotquot rem istam apud nos gestam audituri sunt corde attoniti erunt. Revera obstupuit cœlum ad hoc tanti facinoris spectaculum: turbata rursum est abyssus, sol obscuratus est, necnon astra et luna similiter ob ejusmodi facinus. At rursum lætatæ sunt ob illam Domini providentiam virtutes cœlorum. Audite ergo, fratres, et obstupescite, intelligentia comprehendite quod gestum est in diebus nostris, aurem cordis vestri inclinate, D et audite.

2. Urbs est Berytus nomine in confinio Tyri et Sidonis, Antiochiæ vectigalis; in qua urbe Beryto magna multitudo exstat Judæorum. Prope autem synagogam eorum, quæ admodum ampla est, Christianus a quodam cellulam accepit in domo ejus: cum autem ibi moraretur e regione accubitus eorum, imaginem fecit Domini nostri Jesu Christi pulchre elaboratam, quæ staturam Domini nostri Jesu Christi totam repræsentabat. Modico elapso

(12) Ex ms. Palatino vetustissimo.

(13) Ἀκούβιτων. Id est, στρωμναὶ μεγάλαι. Triclinium ubi sternebantur lecti pro cœna et prandio.

(14) In Concil. Nic. II, p. 218, legitur, ἐν σανίσι μὲν ἦν ἐζωγραφημένη.

tempore, Christianus ille majus sibi domicilium perquisivit, quo opus habebat: quod Domini nostri gratia dispensatum est, ut opinor, qui scilicet vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, ostenditque mirabilia sua iis qui credunt in eum, ad confutationem impiorum et fidelium confirmationem. Inquirebat igitur Christianus ille, uti supra dixi, ampliorem domum; et cum invenisset in urbe, istinc omnia sua cum gaudio asportavit, relicta ex Dei providentia Domini imagine, ut jam dixi.

293 3. Judæus porro quidam accepit in domicilium domum illam, in qua stabat imago Domini: cumque omnia sua isthuc intulisset, in ea domo morabatur, non advertens imaginem Domini ibi stare. Neque enim de loco illo cogitarat, sed ingressus domum in ea manebat. Quadam vero die invitavit Judæus ille contribulem quemdam suum ad prandium. Dum pranderent autem, elatis Judæus ad prandium invitatus oculis ad imaginem crucifixi, multas ex quo advertit illam et nefandas intulit illi contumelias, quas non ausim scribere, absit a me! quas tamen ille sceleratus Judæus contra Salvatorem nostrum protulit, videns illam Domini imaginem. Judæus autem qui invitarat, affirmabat, aliique Judæo dicebat, se nondum illam vidisse imaginem. Siluitque is qui fuerat invitatus: abscedens autem adiit sacerdotes, Judæumque illum accusavit his verbis: Homo ille habet domi imaginem Nazaræi; qui, his auditis, magno furore repleti sunt, eo tamen vespere quieverunt.

4. Ineunte luce sequente, assumpto secum principes sacerdotum Judæo qui alium accusarat, cum magna populi sui frequentia, domum concedunt Judæi, in qua stabat imago Domini: cum pervenissent ad locum, insiliere principes sacerdotum et seniores cum eo qui rem indicarat, illoque commonstrante imaginem Domini stantem viderunt. Tum furore magno repleti, Judæum in domo illa commorantem synagoga ejecerunt. Imaginem autem Domini nostri Jesu Christi cum demisissent, secum ita locuti sunt: Quemadmodum patres nostri illuserunt ipsi (ita et nos ei illudamus). Tum cœpere conspuere in faciem imaginis Domini, colaphis eam in faciem hinc et inde cæciderunt. Dumque cæderent aiebant: Quæcunque patres nostri fecere, omnia nos contra ejus imaginem faciamus. Audivimus, aiunt, ludibria in eum contulisse, idipsum nos agamus. Infinita igitur ludibria in Dei imaginem contulere. Vereor vobis ea loqui, quæ tum illi sunt ausi. Aiunt deinde: Audivimus (patres nostros) clavis manus et pedes ejus confixisse, id et nos faciamus. Tum pedes manusque Dominicæ imaginis confixere clavis. Iterum aiunt furore correpti: Audivimus eos aceto et felle cum spon-

A Ἰησοῦ Χριστοῦ. Χρόνου δὲ ὀλίγου διελθόντος, ἐπεζήτησε οἶκον μείζονα (15) ὁ Χριστιανὸς ὡς χρήζων. Τοῦτο δὲ ἡ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ᾠκονόμησε χάρις, ὥς γε ἐγὼ πείθομαι, τοῦ θέλοντος πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, δεικνύων τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν εἰς ἔλεγχον τῶν ἀσεβῶν, στηριγμὸν δὲ τῶν πιστῶν. Ἐζήτει οὖν ὁ Χριστιανὸς, ὡς ἔφην, μείζονα οἶκον, καὶ εὑρών τι ἀπὸ τῆς πόλεως, μετῆρεν ἐκεῖσε, καὶ μετὰ χαρᾶς πάντα τὰ αὐτοῦ, καὶ καταλείπων ἐξ οἰκονομίας Θεοῦ, τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἀφῆκε, καθὰ ἔφην.

3. Ἰουδαῖος δέ τις ἔλαβεν ἐνοικίῳ τὸν οἶκον ἐκεῖνον, ἔνθα ἡ εἰκὼν τοῦ Κυρίου ἵστατο. Εἰσαγαγὼν δὲ πάντα τὰ αὐτοῦ κατέμενεν ἐν οἴκῳ, μὴ θεωρήσας τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου, ὅτι ἵστατο ἐκεῖ. Οὐδὲ γὰρ ἐνόησε τὸν τόπον ἐκεῖνον, ἀλλ' εἰσελθὼν κατέμενεν. Ἐν μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν ἐκάλεσεν ὁ αὐτὸς Ἰουδαῖος σύνεθνον αὐτοῦ ἐπὶ ἄριστον. Καὶ ἐν τῷ ἀριστᾷν αὐτοὺς, ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὁ κληθεὶς Ἰουδαῖος εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ ἐσταυρωμένου, ἐκεῖ ὕβρεις παμπόλλας καὶ ἀθεμίτους, ἀφ' ἧς ὥρας εἶδε τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ, κατ' αὐτῆς εἶπε, ἃς οὐ τολμῶ, μὴ γένοιτο! γράψαι, ἅσπερ εἶπεν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁ παράνομος Ἰουδαῖος, ἰδὼν τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου. Ἐπληροφόρησε δὲ αὐτὸς τὸν κληθέντα Ἰουδαῖον λέγων, ὅτι Μέχρι τοῦ παρόντος οὐκ εἶδον τὴν εἰκόνα ταύτην. Καὶ ἐσιώπησεν ὁ κληθείς. Ἀπελθὼν δὲ πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, διαβάλλει τὸν Ἰουδαῖον τὸν ἐκ τῷ οἴκῳ λέγων, ὅτι Ὁ δεῖνα εἰκόνα ἔχει τοῦ Ναζωραίου ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐπλήσθησαν θυμοῦ μεγάλου, καὶ τὴν ἑσπέραν ἐκείνην ἡσύχασαν.

4. Πρωΐας δὲ ἤδη γενομένης, παραλαμβάνουσιν οἱ ἀρχιερεῖς αὐτὸν τὸν διαβάλλοντα τὸν Ἰουδαῖον καὶ ὄχλον πολλὸν ἔθνους αὐτῶν, καὶ ἀπέρχονται ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Ἰουδαίου, ἔνθα ἡ εἰκὼν τοῦ Κυρίου ἵστατο. Γενόμενοι ἐπὶ τοῦ τόπου, εἰσεπήδησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι σὺν τῷ καταμηνύσαντι, καὶ ὁρῶσι τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἱσταμένην, ὑποδείξαντος ἐκείνου. Τότε θυμωθέντες σφόδρα, τὸν μὲν Ἰουδαῖον τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οἴκῳ ἀποσυνάγωγον ποιήσαντες ἤλασαν· τὴν δὲ εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καταναγόντες ἔφησαν, ὅτι Καθὼς καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐνέπαιξαν αὐτὸν * τότε τὸν τοιοῦτον. Τότε ἤρξαντο ἐμπτύειν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τῆς ἁγίας εἰκόνος τοῦ Κυρίου, καὶ ἐῤῥάπισαν αὐτὴν κατὰ πρόσωπον ἔνθεν καὶ ἔνθεν (16). Καὶ ταύτην ῥαπίζοντες, ἔλεγον· Ὅσα ἐποίησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, πάντα ποιήσωμεν καὶ ἡμεῖς τῇ εἰκόνι αὐτοῦ. Καὶ λέγουσιν· Ἠκούσαμεν, ὅτι ἐνέπαιξαν αὐτῷ, καὶ ἡμεῖς αὐτὸ ποιήσωμεν. Ἐμπαιγμοῖς οὖν ἀπείροις ἐνέπαιξαν τῇ εἰκόνι τοῦ Θεοῦ. Ἀπορῶ δὲ λέγειν ὑμῖν ὃ τότε τετόλμηται. Εἶτα λέγουσιν· Ἠκούσαμεν, ὅτι ἥλωσαν αὐτοῦ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας· τοῦτο καὶ ἡμεῖς ποιήσωμεν. Τότε καὶ τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας τῆς τοῦ Κυρίου εἰκόνος ἔπηξαν ἥλους. Πάλιν λέγουσι μεμη-

(15) In Concil. Nic., ἐπεζήτησε μιτάτον μεῖζον. De voce, Μιτατον. Vide in *Onomastico*.

(16) Ita Colbert. 1. Editi, ἔνθεον, καὶ ἔνθεον, male.

νότες· Ἠκούσαμεν, ὅτι ὄξος καὶ χολὴν ἐπότισαν αὐτὸν μετὰ σπόγγου· ποιήσωμεν αὐτὸ καὶ ἡμεῖς· καὶ ἐποίησαν προσθέντες εἰς τὸ στόμα τοῦ Κυρίου σπόγγον ὄξους πεπληρωμένον. Πάλιν λέγουσι· Μεμαθήκαμεν, ὅτι καλάμῳ ἔτυψαν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν οἱ πατέρες ἡμῶν· τὸ αὐτὸ καὶ ἡμεῖς ποιήσωμεν. Καὶ λαβόντες κάλαμον ἔτυπτον τὴν κεφαλὴν τῆς εἰκόνος. Τέλος λοιπὸν λέγουσιν, ὡς· Ἀκριβῶς μανθάνομεν, ὅτι τὴν πλευρὰν αὐτοῦ λόγχῃ ἤνοιξαν· μηδὲν παραλείψωμεν, ἀλλὰ προσθῶμεν καὶ τοῦτο. Ποιήσαντες ἐνεχθῆναι λόγχην, ἐπέστρεψάν τινι αὐτῶν ἆραι τὴν λόγχην· καὶ ἄρων κατὰ τῆς εἰκόνος τοῦ Κυρίου, εὐθέως οὖν ἀνέβλυσε πλῆθος αἵματος καὶ ὕδατος ἐξ αὐτῆς.

5. Χριστὲ, δόξα σοι· ἀκατάληπτε, δόξα σοι. Τίς ὡς σὺ, Δέσποτα; Τίς πλὴν σοῦ, Θεὸς, ποιῶν φοβερὰ καὶ ἐξαίσια; Ὢ τοῦ θαύματος τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μεγαλειότητος! ἔφριξαν ἀληθῶς αἱ ἄνω ἅγιαι δυνάμεις καὶ ἐπὶ τοῦτο. Πόσος εἶ, Δέσποτα, εἰς φιλανθρωπίαν! Ὁπόσος σὺ ἐν ἐλέει! Πρώην γὰρ δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθεὶς ὁ ἄσαρκος ἐκ Παρθένου Μαρίας, ἐσταυρώθης ἐν ἐκείνῃ τῇ σαρκὶ, ἀπαθὴς ὁ αὐτὸς ἐν τῇ θεότητι. Νῦν δὲ πάλιν ἐν τῇ εἰκόνι σου ἐσταυρώθης, ὦ Δέσποτα, εἰς ἔλεγχον μὲν τῶν ἀσεβῶν καὶ πάντων τῶν ἀπίστων, στηριγμὸν δὲ τῶν ἐν ἀληθείᾳ εἰς σὲ πιστευόντων. Ἀλλὰ δόξα σοι, Δέσποτα, τῷ μόνῳ τὰ πάντα δυναμένῳ, ἅμα τῷ εὐλογητῷ Θεῷ ἡμῶν Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἀμήν.

6. Ὑμεῖς δὲ, τέκνα, ἀκούσατε τὰ λοιπὰ, ἅπερ ᾠκονόμησεν ἡ αὐτοῦ ἀγαθότης. Μετὰ γὰρ τὸ κρουσθῆναι τῇ λόγχῃ τὴν πλευρὰν τῆς εἰκόνος τοῦ Κυρίου, καὶ ἀναβλύσαι τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ, ὡς ἑτέρως εἴρηται, λέγουσιν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ· Ἐπειδὴ θρυλοῦσιν αὐτὸν οἱ σεβόμενοι ὅτι καὶ ἰάσεις πολλὰς ἐποίησε, λάβωμεν αὐτοῦ τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ ἀγάγωμεν εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ συνάξωμεν πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας τοῦ λαοῦ, καὶ χρίσωμεν αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἴδωμεν εἰ ἀληθῆ εἰσι τὰ λεγόμενα. Τότε προσήνεγκαν τῇ πλευρᾷ τοῦ Κυρίου βῆσσαν κατὰ τὸν τόπον τῆς σφαγῆς τῆς λόγχης, ὅθεν ἐξίει τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ ἔπλησαν τὴν βῆσσαν. Καὶ ἀπαγαγόντες, ἐμπαίζοντες, ἵνα, ὡς ἐνόμιζον, ὑβρίσωσιν ἐπὶ πάντων, συνῆξαν πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, πρῶτον πάντων παράλυτον, ὃν ἐκ γενετῆς ᾔδεσαν αὐτὸν, καὶ προσαγαγόντες ἔχρισαν αὐτόν. Καὶ αὖθις ἀνεπήδησε, καὶ ἥλατο ὑγιανθεὶς καθόλου ὁ ἄνθρωπος. Εἶτα ἤγαγον τυφλοὺς, κἀκεῖνοι ὁμοίως χρισθέντες ἀνέβλεψαν, δαιμονιῶντες ἀναρίθμητοι παραυτίκα ἐκαθαρίσθησαν. Ταραχὴ γέγονε μεγάλη κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν, πάντων ἐπιτρεχόντων διὰ τὰ ἄπειρα θαύματα. Ἐκινήθησαν πάντα τὰ πλήθη τῶν Ἰουδαίων, τῶν οἰκούντων τὴν πόλιν, ὡς μήτε τὴν συναγωγὴν αὐτῶν, καίτοι μεγίστην οὖσαν, χωρεῖν, μήτε τὸν τόπον, τοῦ πλήθους τοῦ ἀπείρου λαοῦ συνδραμόντος διὰ τὰ ἄπειρα θαύματα. Πάντες δὲ οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ ὁ λαὸς, καὶ τὰ πλήθη τῶν Ἰουδαίων, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν καὶ παίδων, ἐπίστευσαν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, κράζοντες καὶ λέγοντες· Δόξα σοι, Χριστὲ, ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐσταύρω-

A gia potasse illum : id nos quoque faciamus ; quod et fecerunt, apposita ori Domini spongia aceto plena. Rursum inquiunt : Didicimus patres nostros arundine percussisse caput ejus ; idipsum nos agamus. Arreptaque arundine percutiebant caput imaginis. Demum aiunt : Accurate didicimus eos lancea latus ejus aperuisse, nihil omittamus, sed illud quoque adjiciamus. Lanceamque afferri curarunt, ac jussere cuidam e suis ut lanceam vibraret : qua vibrata in imaginem Domini, statim ex illa manavit sanguinis et aquæ copia.

5. Gloria tibi, Christe : qui incomprehensibilis es, gloria tibi. Quis tibi similis, Domine? Quis præ-
B ter te faciens terribilia et prodigia? O miraculum magnificentiæ Salvatoris nostri! Horruere plane hac in re sanctæ supernæ virtutes. Quantus es, Domine, clementia erga homines! Quantus misericordia! Olim propter nos et propter nostram salutem, incarnatus ex Virgine Maria, tu carnis expers qui eras, in illa carne crucifixus es, impatibilis cum sis in deitate. Nunc autem in tua imagine crucifixus es, o Domine, ad confutationem impiorum, omniumque infidelium, et ad confirmationem eorum qui in veritate in te credunt. Sed gloria tibi, Domine, qui solus omnia potes, cum benedicto Deo nostro Patre et sancto Spiritu. Amen.

6. Vos autem, filii, audite cætera, quæ ejus bonitas dispensavit. Postquam enim latus imaginis
C Domini lancea perforatus esset, cum efflueret sanguis et aqua, ut alibi dictum est, aiunt principes sacerdotum **294** et seniores populi : Quandoquidem cultores ejus jactitant eum multas curavisse infirmitates, accipiamus ejus sanguinem et aquam, deferamus in synagogam, ac cogamus omnes e populo qui ægritudine laborant, eoque illos ungamus, videamusque an vera sint quæ vulgo feruntur. Tum admota lateri Domini amphora ad locum ubi vulnus erat lancea inflictum, unde profluebat sanguis et aqua, impleverunt amphoram. Abducentesque ac illudentes, quo nullam non, ut sibi videbatur, contumeliam adhiberent, coegerunt omnes qui male habebant, primumque omnium
D paralyticum, quem ex nativitate ita se habere norant, adductumque unxerunt : qui statim exsiliit et exsultavit, omnino sanus. Deinde cæcos adduxerunt, qui similiter inuncti viderunt, dæmoniaci innumeri confestim purgati sunt. Tumultus magnus per totam urbem exortus est, omnibus ob infinita mirabilia accurrentibus. Commota est omnis Judæorum turba quæ habitabat in ista urbe, ita ut ne synagoga quidem eorum, maxima licet esset, capere posset, neque locus esset immensæ multitudini populi ob infinita miracula concurrentis. Omnes porro principes sacerdotum, seniores, populus, et turba Judæorum, virorum, mulierum et puerorum crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum, clamantes ac dicentes : Gloria

tibi, Christe, quem patres nostri crucifixerunt, qui jam a nobis in imagine tua crucifixus es. Gloria tibi, Fili Dei viventis, qui tanta edidisti miracula. Tibi credimus : propitius nobis esto, et nos recipito. Hæc omnes clamabant, lugentes; eorumque clamor ascendebat, dum ungerent principes sacerdotum, omnesque curarentur et reviviscerent.

A σαν, καὶ ἀφ' ἡμῶν νῦν σταυρωθεὶς ἐπὶ τῇ εἰκόνι σου. Δόξα σοι, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ τοσαῦτα ποιήσας θαυμάσια. Σοὶ πιστεύομεν· Ἵλεως ἡμῖν γενοῦ, καὶ δέξαι ἡμᾶς. Ταῦτα ἐβόων ἅπαντες πενθοῦντες· καὶ αἱ βοαὶ αὐτῶν ἀνεπέμποντο, ἀρχιερέων χριόντων, καὶ πάντων θεραπευομένων καὶ ζωοποιουμένων.

7. Postquam autem sanati omnes fuissent, turbæ Judæorum ad episcopum illius Ecclesiæ, qui rem gestam jam didicerat, concurrere, clamantes : Unus Deus Pater, unus Filius ejus unigenitus, unus Christus, quem patres nostri crucifixerunt : ipsum esse Deum scimus, huic nos credimus. Cum multis ergo laudibus Deum celebrassent, imaginemque archiepiscopo ostendissent, renuntiassentque ea quæ ipsi perpetraverant in Christi imaginem, pariter indicabant sanguinem et aquam emanasse: qua ratione item ex latere imaginis effluxisset, quam immensa edita essent miracula. Tum omnis multitudo rogabat ut sibi sancti baptismi gratia tribueretur. Quos episcopus admissos, una cum illius Ecclesiæ clero, omnes multorum dierum spatio baptizavit. Synagogam vero consecravit in ecclesiam Salvatoris nostri Jesu Christi, ipsis scilicet rogantibus. Cæteras autem eorum synagogas in martyria convertit. Hinc magna exorta est lætitia in illa civitate, non modo curatis corporibus, sed tot animabus a morte ad vitam revocatis.

7. Μετὰ δὲ τὸ πάντας ἰαθῆναι, αὖθις πρὸς ἐπίσκοπον τῆς ἐκεῖσε Ἐκκλησίας, ἤδη μεμαθηκόντα τὰ γενόμενα, τὰ πλήθη τῶν Ἰουδαίων κατέδραμον, κράζοντες· Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, εἷς Υἱὸς αὐτοῦ μονογενὴς, εἷς Χριστὸς ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐσταύρωσαν· αὐτὸν Θεὸν οἴδαμεν, τούτῳ ἡμεῖς πιστεύομεν. Πολλαῖς οὖν εὐφημίαις δοξάσαντες τὸν Θεὸν, τήν τε εἰκόνα τῷ ἀρχιεπισκόπῳ δείξαντες, καὶ ἀπαγγείλαντες ἃ ἐποίη- B σαν τὴν τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα, τό τε αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ ἐμήνυον, καὶ τὸ πῶς ἐξελήλυθεν ἀπὸ τῆς πλευρᾶς τῆς εἰκόνος, τῶν τε ἀπείρων θαυμάτων τὰ γεγονότα. Οὕτως ἅπαντα τὰ πλήθη τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀξιωθῆναι ἱκέτευον. Οὓς λαβὼν ὁ ἐπίσκοπος ἅμα τῷ ἐκεῖσε κλήρῳ πάντας ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐβάπτισε. Τὴν δὲ συναγωγὴν ἐκκλησίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀφιέρωσεν, ἐκείνων παρακαλεσάντων· τὰς δὲ λοιπὰς συναγωγὰς αὐτῶν μαρτύρια πεποίηκε. Καὶ ἐκ τούτου χαρὰ μεγάλη γέγονεν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ, οὐ μόνον σωμάτων ἰαθέντων, ἀλλὰ καὶ τοσούτων ψυχῶν ἐκ νεκρῶν εἰς ζωὴν ἐπανελθόντων.

8. Hæc vobis ego, rei gestæ gnarus, significanda duxi, dilectissimi fratres, ad utilitatem animarum vestrarum : ut ea quoque in re, agnita Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi virtute, magis magisque in ejus fide confirmemini, atque exsultetis ob magna ejus miracula, nunc edita. Date igitur illi gloriam cum lætitia et compunctione cordis, in luctu gaudentes, gratiasque agentes ei de magnificentia sua; quod nos vera in ipsum fide et cognitione sua donaverit. Etiam, filii mei dilecti, jam in præsenti agnoscamus virtutem immensi Dei et Domini nostri Jesu Christi. Et celebremus ejus bonitatem, veri scilicet Filii Dei viventis. Ipsum enim decent honor, imperium, magnitudo et magnificentia, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

8. Ταῦτα γνοὺς ἐγὼ, ἐσπούδασα δηλῶσαι ὑμῖν, προσφιλέστατοι ἀδελφοὶ, εἰς ὠφέλειαν τῶν ψυχῶν C ὑμῶν· ἵνα, γνόντες καὶ ἐπὶ τούτῳ τοῦ ἡμετέρου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν δύναμιν, πλέον τῇ εἰς αὐτὸν στερεωθῆτε πίστει, καὶ ἀγαλλιασθῆτε ἐπὶ τοῖς μεγάλοις αὐτοῦ θαύμασι τοῖς νῦν γεγενημένοις. Δότε οὖν αὐτῷ δόξαν μετ' εὐφροσύνης, καὶ κατάνυξιν καρδίας, καὶ θρήνῳ χαίροντες, καὶ εὐχαριστοῦντες ἐπὶ τῇ αὐτοῦ μεγαλειότητι, ὅτι τῆς αὐτοῦ πίστεως ἡμᾶς ἠξίωσε, καὶ τῆς αὐτοῦ ἐπιγνώσεως. Ναὶ, τέκνα μου ἀγαπητὰ, γνῶμεν καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος τοῦ ἀπεράντου ἡμῶν Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν δύναμιν. Καὶ δοξάσωμεν τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα, τοῦ ἀληθινοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Αὐτῷ γὰρ πρέπει τιμὴ, κράτος, μεγαλοσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

—

295 Relatio miraculorum Domini nostri Jesu Christi, quæ per imaginem ipsius facta sunt in Beryto, Syriæ civitate, quinto Idus Novembris.

Apud Cæsaream Cappadociæ urbem præmaximam, convenientes de singulis urbibus Asiæ sanctissimi præsules, pro stabilimento sanctæ Ecclesiæ inierunt consilium. Siquidem apud eos de cruore lateris Domini nostri Jesu Christi non exiguus error exortus esse videbatur. Qua ex re, ut præfati sumus, in jam dicta urbe maximus congregatus est sanctorum episcoporum conventus, ut ex hoc errore in unum tractare deberent. Sed dum cuncti ex more in sanctam ecclesiam ad residendum se con- D tulissent, Petrus beatissimus Nicomediæ urbis antistes, in medio eorum consurgens, ita ad universos exorsus est loqui : Si placet, inquit, vestræ sanctitati, o sanctissimi Patres, libellum unum Athanasii Alexandrinæ urbis magni episcopi, me vobis referre delectat. Sancta synodus respondit : Placet plane, et ut legatur optamus. Ad hæc ille libellum in medio protulit, et materiam ipsius tituli taliter aggressus est legendo.

SANCTI PATRIS NOSTRI ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

De passione imaginis Domini nostri Jesu Christi, qualiter crucifixa est in Beryto, Syriæ civitate, libellus (17).

—

Dilectissimi itaque omnes filii sanctæ Ecclesiæ, A mentis vestræ oculos simul et aures erigite, et considerantes admiremini rem gestam, quam ad vestram scientiam transmittere cupimus. Cernite cuncti infinita Dei omnipotentis mirabilia, et ei laudes incessabiles reddite per sæcula. Contemplemini ejus ineffabilem per cunctas generationes benignitatis magnitudinem, multis modis luce clariorem, super humanum genus resplenduisse semper. Considerate sublime dispensationis ejus mysterium, et ideo ex nimia ejus pietate permoti, assumite planctum, lacrymasque amaras proferre mementote, ac singultibus super tale miraculum in nostra generatione patratum, quod pene omnibus sæculis est mandatum. Deo quippe nihil impossibile, sed etiam nec aliquid est difficile. Nam super ea, quæ B ipse modernis dignatus est patrare temporibus, omne cor obstupescit, audientium fugit visus, hebetatur auditus. Sicut enim in passione Unigeniti ipsius expavit cœlum, Dei cæca imago est reddita, radii quoque solis luce obtenebrati sunt, quinetiam terræmotus suo horrendo sonitu abyssi fundamenta valide exterruit, et mortuos plurimos, quos tenebat, eructavit vivificatos : ita et nunc secundo eadem signa pariter sunt innovata. Igitur audientes intelligite, intelligentes obstupescite, et ea quæ vobis intimare curamus, plena fide et aure intenta cordis percipite. Est autem hujusmodi series narrationis.

CAPUT PRIMUM.

C Est quædam civitas in Syria, inter terminos Tyri et Sidonis posita, Berytus vocata, Antiochiæ vero subdita. In hac urbe innumerabilis multitudo erat Hebræorum, quamvis eodem tempore civitas metropolitana obtineret dignitatem. Accidit autem, ut juxta synagogam Hebræorum, quæ magna valde habebatur, quidam Christicola a quodam suscepisset cellulam, censumque ei ex ea redderet. In qua dum ingressus esset ad habitandum, iconam Domini nostri Jesu Christi, quam apud se habebat, fixit in pariete contra lectuli sui faciem, quæ etiam continebat in se integram Domini staturam. Evoluto denique non parvo temporis spatio, jam prælibatus deicola perquirere studuit in alio loco ejusdem urbis spatiosam domum ad habitandum. Quam D cum reperisset, tollens cuncta, quæ ad se pertinere videbantur, egressus est de cellula. Domini autem providentia id agente, Jesu Christi Domini nostri iconam ibi neglectam reliquit. Hoc autem Domini occulto peractum est consilio, qui vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, ut ostenderet cunctis se colentibus, suorum miraculorum virtutem ad increpationem impiorum, firmamentum quoque suorum fidelium. Factum est autem post hæc, ut Hebræus quidam eamdem cellulam susciperet ad habitandum. Quam ingressus, cum suis omnibus cœpit habitare in ea, minime contemplatus locum illum, qui Dominicam iconam apud se retinebat absconditam. Die vero quodam idem Hebræus de suis contubernalibus invitavit unum ad prandium. Epulantibus illis, elevavit Hebræus, qui invitatus fuerat, oculos, et vidit in interiori loco cellulæ ejus iconam Dominicam parieti connexam. Tunc vehementi furore exardescens, cœpit fremere dentibus adversus eum, qui ipsum convocaverat, dicens : Tu Hebræus cum sis, quomodo apud te Jesu illius Nazareni iconam habes repositam ? Convicia quoque et opprobria tanta adversus Dominum Salvatorem emisit, quanta nec aures fidelium sufferre possunt, nec nos scriptis tradere præsumimus, ob injuriam nostri Redemptoris. Judæus vero, qui illum malevolum convocaverat ad prandium, satisfacere illi cupiens, sacramentis terribilibus profitebatur, se aliquando minime, quam præmonstrabat, vidisse iconam. Ad hæc, qui invitatus fuerat, siluit. Finito autem convivio abscessit et abiit ad summos sacerdotes et principes et dixit eis : Notum vobis sit quoniam Hebræus ille talis Jesu Nazareni iconam apud se retinet clanculo. At illi hæc audientes, dixerunt ad eum : Nunquid possunt vera esse quæ asseris ? non credimus, nisi demonstraveris. Ipse vero affirmabat, quia ego in domo ejus eam demonstrare curabo Hæc illi audientes, maximam in iram deciderunt. Sed die illo, quia jam hora incumbebat vespertina, siluerunt. Mane vero facto, summi sacerdotes, principes et majores natu plebis Judæorum, assumentes secum illum, qui eum accusaverat, ad domum ipsius velocius festinaverunt. Videntes autem vera esse quæ dicta fuerant, facto impetu cum eo, qui hæc testificaverat, irruerunt in eum, multisque contumeliis ac variis cruciatibus affectum extra synagogam semivivum projecerunt.

CAPUT II.

Deponentes autem Domini nostri Jesu Christi iconam in terra, dixerunt ad invicem : Quoniam aures nostras tetigit non exigua opinio quod Jesum Nazarenum patres nostri diversis modis 296
illuserunt, ita et nos huic faciamus. Tunc cœperunt spuere in faciem imaginis Domini Salvatoris no-

(17) In editione Lugdunensi additur : *Temporibus Constantini Senioris, et Irenæ uxoris ejus ;* sed inepte. *Petrus Nicomediæ episcopus libellum hunc sancti Athanasii esse scribit, actione quarta synodi II Nicænæ, ubi iisdem fere verbis integer habetur,* tom. VII, p. 743.

stri, et percutiebant eum alapis, et inde dicentes: Quanta Jesu Galilæo nostri genitores fecerunt, eadem et nos huic ejus imagini faciamus. Innumerabilibus itaque illusionibus Dominicam illuserunt iconam. Iterum dicunt : In ejus passione scriptum esse agnoscimus, quod ejus pedes et manus in cruce confixæ sunt : nos vero, quamvis moderniores tempore, nil prætermittentes, addamus et hæc. Tunc crucifigentes iconam Dominicam, clavos acutissimos adhibuerunt in manibus, et pedibus illius imaginis. Post hæc permoti magis ac magis fellis amaritudine, dicunt inter se : Audivimus quod patres nostri Jesu Galilæo acetum et fel in potum cum spongia præbuerunt, hoc et huic faciamus. Quod et sic fecerunt, apponentes ad os sanctæ iconæ nostri Redemptoris acetum cum felle mistum. Nec sic itaque cordis sui malitiam refrenantes, iterum dicunt: Didicimus quod nostri majores coronam contextam de spinis capiti illius crucifixi circumposuerunt, postmodum arundine percusserunt insultantes ei, et nos igitur nequaquam postponentes idipsum faciamus. Cumque coronam spineam capiti illius circumposuissent, accipientes arundinem, percutiebant caput imaginis illius, qui caput est omnium sanctorum. Ad extremum vero, cum insaniam suæ mentis tolerare non possent, dixerunt : Sicut veraciter didicimus, patres nostri latus Jesu lancea aperuerunt; nos vero, ne aliquid minus fecisse videamur, et hoc ipsum adjiciamus. Nullam ad hæc moram mediam fecerunt, et afferri lanceam jusserunt, et præceperunt cuidam Hebræo tollere eam, et valido ictu latus dextrum iconæ illius transfodere. Cumque tam maximum facinus fuisset perpetratum, res mira vehementer stupenda, nulloque unquam sæculo audita ibi repente est effecta. Nam ipsius vulneris locus aqua et sanguine illico cœpit decurrere. Et sicut in passione Dei Filii Salvatoris mundi, olim contigit cœlum expavisse, ita nunc quoque pariter, Deo præstante, eadem innovantur sive reparantur. Vere enim in hoc facto non solum elementa mundi concuti potuere, sed etiam virtutes supernæ tale facinus exhorruere. Tibi ergo, Christe, cum Patre, Spirituque sancto sit gloria indeficiens. Quis enim est sicut tu, Domine, et quis est Deus faciens mirabilia, signa, et terribilia et obstupescenda in cœlo et in terra? O admirabilis Mediator Dei et hominum, homousion, mundi Redemptor ac Salvator, totius bonitatis et pietatis fons et origo! O quantus es, Domine Jesu, in humilitate, qui cum esses Deus, morticinum nostræ carnis suscipiendo, homo fieri dignatus es, pro salute generis humani, quem impii et crudeles paulo minus ab angelis minoratum cernentes, horribili morte plectere non erubuerunt! O quam magnus es, noster Salvator, in patientia, qui in tempore tuæ traditionis, tuo proditori ad te venienti osculum præbere non renuisti, et servo Malcho apostoli gladio abscissam auriculam redintegrasti, quando ad passionis victimam velut ovis mansueta ducebaris! O quantus es in misericordia, Christe! spes unica mundi, qui cum in cruce teipsum hostiam Deo Patri exhibuisses sanctam et immaculatam, pro tuis crucifixoribus veniam postulasti, dicendo ad Patrem : « Pater, ignosce illis; quia nesciunt quid faciunt. » Tunc quidem pro nostra salute incurvatus, in eadem carne, quam ex Virgine sancta et immaculata assumpseras, mortem pertulisti crudelem. Et qui eras in substantia cum Patre sanctoque Spiritu unus et impassibilis exsistens et invisibilis, condoluisti humanam perire naturam. Et ideo in hanc lacrymarum vallem descendens, pro nostris erratibus et piaculis formam servilem suscepisti, in qua te permisisti ab iniquis teneri, flagellari, ad ultimum vero crucifigi. Nunc autem in sancta imagine tua crucifigeris, Domine, iterum ad confusionem impiorum omnium fidelium [infidelium], et ad corroborationem omnium in te credentium. Et ideo tibi omnipotenti Deo, una cum Patre Spirituque sancto, gloria sit, per cuncta sæculorum sæcula, decus et fortitudo, virtus atque victoria. Amen.

CAPUT III.

Audite, omnes Ecclesiæ filii, cætera, quæ postmodum facta sunt; ipsius enim mysterii fuit dispensatio. Postquam enim, ut superius dictum est, latus sanctæ imaginis illius lancea apertum est, continuo exivit sanguis et aqua. Dixerunt autem principes sacerdotum : Afferatur vas ad locum vulneris, et videamus exitum rei. Qui illico detulerunt hydriam, et ad locum vulneris, unde sanguis et aqua decurrebant, statuerunt. Quæ absque ulla mora subito repleta est. Dixerunt autem ad invicem : Quoniam susurrant Christum colentes, quod signa et mirabilia multa inaudita fecerit in mundo, quæ nemo alius potuit agere : accipiamus hunc sanguinem, et aquam hanc, et deferamus ad nostram synagogam, et congregemus universos qui se male habent, et ex hoc perungamus eos : et si vera sunt ea, quæ de Christo dicuntur, continuo sanabuntur : sin alias, ostentui habeantur a nobis cuncta, quæ suis sequacibus astruuntur de eo. Hæc dicentes hydriam deferunt ad synagogam, æstimantes se Christo Jesu Domino nostro æterni Regis Filio maximam inferre posse injuriam. Congregaverunt igitur quoscunque repererunt languidos, et in conspectu cunctorum Hebræorum introducti sunt in synagogam, inter quos quidam provectæ ætatis erat homo, quem a nativitate sua gravissime possederat corporis molestia, quæ Græca locutione παράλυσις, Latina vero, dissolutio membrorum, dicitur. Hic dum primum ab eis fuisset perunctus, repente de suo grabato, quasi cervus exsiliens, ad laudem Filii Dei incolumis redditus, ad propria remeavit. Deinde adducentes cæcos nonnullos, loca eorum luminum perungere studuerunt. Qui ipsi statim in Jesu Christi nomine discussa cæcitate, post multos annos, lumen amissum receperunt. Re-

ruerunt. Ægrotantes autem plurimi ad hoc spectaculum sunt adducti, manibus post terga revinctis. Cumque et illi fuissent peruncti, mirabili Dei virtute undique perfusi, sensu redintegrato pristino, ad propria dum revertuntur sanissimi, laudes Dei omnipotentis Filio Jesu Christo Domino Salvatori nostro persolvuntur ab omni populo. Tumultus autem exortus est magnus, per totam eamdem urbem concurrentibus omnibus, propter innumerabilia quæ fiebant miracula. Et quicunque variis languoribus infirmos possessos habebant apud se, illuc eos deducentes perungebant, et statim sanitatem, quam desiderabant, consequebantur. Omnes autem, ad quoscunque pervenire potuit opinio, afferentes infirmos, quos habere poterant in domibus, paralyticos, cæcos, claudos, surdos, mutos, et leprosos, sive aridos, deducebant eos ad synagogam Judæorum, ubi hæc fiebant signa divinitus. Sed quamvis maxima esset hæc eadem synogoga, nequaquam tamen recipere poterat supervenientium multitudinem. Infinitæ enim erant populorum catervæ, quæ undique illuc confluebant propter innumerabilia miracula et prodigia, quæ pro sua nimia prolixitate, ne fastidium **297** generarent, transgrediendo prætermittuntur. Omnes autem principes sacerdotum, et seniores, et omnis turba Judæorum, parvulorum, ac majorum, et mulierum, videntes quæ facta fuerant, crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum, et dicebant : Gloria tibi sit, æterne Deus, et omnipotens Pater, qui nobis indignis, quamvis sero, revelasti unicum Filium tuum, Dominum nostrum Jesum Christum : quem, ut Isaiæ vaticinium cecinit, Virgo concepit, et Virgo peperit, ac post partum Virgo permansit. Gloria sit tibi, Christe, quem patres nostri verum Deum et verum hominem, in cruce morte horribili afficere non metuerunt. Qui nunc etiam a nobis iterum passus es te imagine tua cruci affigere. Gloria sit tibi, Christe Fili Dei, qui tanta mirabilia nobis miseris demonstrasti. Tibi credimus, tu nobis esto propitius et nos suscipere digneris, quia ex toto corde, et tota anima atque virtute ad te confugimus. Hæc et his similia clamantes dicebant, lacrymas autem amaras emittebant et singultus.

CAPUT IV.

Postquam autem curati sunt cuncti qui ægritudine detinebantur, occurrit omnis multitudo Judæorum ad domum sanctæ ecclesiæ, quæ in eadem urbe erat, ubi metropolitanus. Cujus provoluti vestigiis, se peccasse, se graviter deliquisse, magnis vocibus fatebantur. Qui cum ab eis perquireret omnem rei gestæ veritatem, sanctam iconam Domini Salvatoris eidem demonstrantes, annuntiaverunt cuncta quæ in ea exercuerant. Et qualiter ab ictu lanceæ sanguis et aqua emanavit ex latere ipsius, necnon et de mirabilibus ab ea ostensis illi retulerunt per ordinem. Ille vero interrogabat, qualiter icona ipsa ab eis fuisset reperta, et si ab ali- A quo eam excepissent. At illi retulerunt ei, quod quidem Christicola per oblivionem in cellula synagogæ proxima dimisisset eamdem iconam, dum se ad alium locum transferret hospitandi gratia. Qui statim jubetur inquiri, et repertus in præsentia domini metropolitani statuitur. Cumque ab eo studiosissime fuisset interrogatus, quomodo icona apud se devenisset, vel a quo tam mirabiliter posita esset, respondit dicens : quod Nicodemus, qui ad Jesum nocte venerat, propriis manibus eam composuisset, et moriens Gamalieli tradidisset. Gamaliel autem doctoris gentium Pauli διδάσκαλος, cum diem sibi cerneret adesse extremum, Jacobo eam reliquit, et Jacobus Simeoni, et Simeon Zacchæo; et sic per successores temporum in Jerosolyma perB duravit, usquequo subversio illius urbis patrata est quadragesimo et tertio anno post ascensionem Domini Salvatoris ad cœlos. Sed biennium antequam Titus et Vespasianus eamdem subverterent urbem, admoniti sunt a Spiritu sancto fideles atque discipuli Christi, ut relicta urbe, ad regnum se transferrent Agrippæ regis, quia ipse tunc Agrippa Romanis fœderatus erat. Qui egressi ab urbe, omnia quæ ad cultum nostræ religionis vel fidei pertinere videbantur secum auferentes, in has regiones transtulerunt se. Quo tempore etiam icona, cum cæteris rebus ecclesiasticis deportata, usque hodie in Syria permansit, quam ego ipse a parentibus ex hac luce migrantibus mihi traditam, jure C hæreditario usque nunc possedi. Hæc certa et manifesta ratio est de icona sancta Domini Salvatoris, qualiter de Syria in Judææ partes devenit. Auditis his sermonibus reverendissimus metropolitanus, valde hilaris redditus, conversus ad populum Israeliticum dicebat : Convertere, Israel, ad Dominum, Patrem universorum viventium, et adora nobiscum ejus Filium, per quem sunt omnia creata, et Spiritum sanctum, qui est vivificator cunctorum viventium, et illuminator nostrarum animarum. Festina debitum absolvere votum. Omnis autem turba stirpis Judaicæ clara voce cœpit cantare et dicere : Unus Deus Pater, et ipse ingenitus. Unus Filius, et ipse unigenitus Christus, quem patres nostri crucifixerunt, et nos ipsum D agnovimus verum Dominum. Unus Spiritus sanctus et ab utroque procedens, per quem veraciter nos credimus esse salvandos. Hæc dicentes, prostrati genibus ipsius, veniam postulabant de suis consequi sceleribus per baptismi remedium. Quos suscipiens beatus antistes cum suis clericis, per dies plurimos de disciplina erudivit Christiana. Ad ultimum vero catechumenos factos, et triduano peracto jejunio, ex aqua et Spiritu sancto regeneravit eos.

CAPUT V.

Postquam vero baptismum consecuti sunt, rogabant enixius sanctum virum, ut synagogam suam ecclesiam consecraret in honorem sancti

Salvatoris mundi. Quorum petitionem minime aspernatus, synagogam illorum, quæ major esse videbatur, in nomine unigeniti Dei Filii Redemptoris mundi consecravit. Ex tunc itaque per diversas orbis terræ nationes et provincias mos inolevit, ut basilicas plurimas vel oratoria, pontifices Christianæ legis, in honore sancti Salvatoris mundi condere et dedicare non desinant. Nam antea antiquiores nostri, vel majores, hoc peragere minime præsumpserant. Sed ad narrationis nostræ ordinem reflectamus articulum. Rogaverunt autem metropolitani præfatum virum, ut cæteras synagogas eorum in honore quorumdam beatorum martyrum consecrando reconciliaret. Itaque et huic petitioni libenter animum accommodavit, et quæ illi suggesserunt Dei juvamine fretus, cuncta explevit devotus. Factum est gaudium magnum in civitate illa, non solum de sanitate corporum, quæ emanaverat maxima, sed et de tantis animabus, quæ ab interitu Satanæ ad vitam æternam fuerant revocatæ.

CAPUT VI.

Venerabilis vero et summus antistes, die noctuque variis fluctuabat cogitationibus de hydria, quæ Dominicum intra se retinebat cruorem, valde hæsitans, quid de ea opportunum fuisset peragere. Tandem autem salubri reperto consilio, omnium Ecclesiarum, quæ per orbem terræ longe lateque consistebant, inæstimabile atque profuturum providit consolationis remedium. Denique ampullas præcepit fieri vitreas, in quibus portiones misit singulas de sanguine et aqua, quæ de imagine Domini Salvatoris nostri decurrerant, quas etiam per Asiam, Africam, Europam, per suos nuntios dirigens, cuncta, quæ apud urbem jam dictam suo tempore contigerant, devenisse A suis scriptis vel eloquiis manifestissime universis sanctæ Ecclesiæ filiis viriliter declaravit. Hoc insuper ab eis efflagitans, ut per annos singulos in mense Novembri, qui apud Hebræos est nonus, apud nos vero mensis undecimus, nono die ipsius mensis, id est quinto Idus Novembris, non minori reverentia, quam natalis Domin vel Paschalis, ista dies præcipua observatione colatur.

CAPUT VII.

Hæc est vera et vehementer credula ratio de cruore lateris Domini nostri Salvatoris, qui profluxit de sancta imagine ipsius, quæ crucifixa est in Syria, in Beryto civitate. Hic est etiam sanguis ille B **298** Dominicus, qui apud plerosque repertus esse dicitur. Nec esse aliter æstimandum est a vere Catholicis, præter id, quod scribitur a nobis, quasi ex carne et sanguine Christi aliquid possit in mundo inveniri, nisi illud quod in ara altaris per manus sacerdotum quotidie spiritualiter efficitur. Hæc ergo sciens, amantissimi patres et fratres, acceleravi declarare vobis, ad ædificationem animarum vestrarum, ad incrementum vestræ fidei, ut et in hoc scire valeatis, quanta sit virtus et pietas Domini Salvatoris nostri Jesu Christi. Idcirco in fide fortes estote, et congaudete super magna et obstupescenda ejus miracula, quæ in nostra generatione a Deo sunt patrata. Et date illi gloriam cum lætitia gaudentes, et cum nimia cordis compunctione C ejus majestati immensas gratias agite, eo quod fidei suæ et scientiæ dignos vos fecit esse. Ipsi Christo Jesu Salvatori nostro, cum Patre, sanctoque Spiritu gloria sit honorque, laus etiam perennis : qui sempiternum atque indivisum absque initio et fine obtinet imperium. Amen.

SERMO SANCTI ATHANASII EPISCOPI, DE NOVIS ET MODERNIS MIRABILIBUS IMAGINIS DOMINI (18).

Elevate oculos sensus vestri, universi sanctæ Christianæ religionis fratres et patres, et considerate hanc novam admirationem quæ facta est, quam his temporibus ostendit Deus nobis, et date gloriam nomini ejus. Considerate ineffabilem humanitatem ac magnitudinem divinæ ordinationis, et lamentationem cum lætitia sumite. In Deo quidem nihil extraneum est, quia Deus noster potens est. Quoniam autem in diebus nostris circa nos notam fecit Deus virtutem suam, obstupescit omne cor audientium pro enormitate sceleris, et magnitudine mirabilium Dei. Conturbata est iterum abyssus, sol et luna obtenebrati sunt a facie iniquitatis ; sed et omnes virtutes cœlorum et ornatus eorum laudem et gloriam dederunt Deo, qui magnificentiam et virtutem operatus est in Filio suo. Audite igitur, fratres, verbum quod factum est in diebus nostris, D et obstupescite ; intelligentes intelligite, et inclinate corda vestra ad magnalia Dei. Est civitas quæ vocatur Byritho, ac jacens inter terminos Tyri et Sidonis, præbens tributum Antiochiæ. In hac autem civitate multitudo erat Judæorum, et synagoga eorum magna valde. Accepit autem quidam Christianus dato pretio cellulam a quodam in pensionem, in qua habitans fixit imaginem Salvatoris nostri Jesu Christi in conspectu lecti sui : et statura quidem picturæ non magna, sed mediocris, quæ tamen totam imaginem Salvatoris contineret. Aliquantum temporis fluxit, et substantia viri illius valde crevit, utpote ubi miseratio et dispositio Dei mirabiliter operari cœpit; et ampliorem sibi Christianus ille ad divertendum quærere cœpit domum. Tollens autem omnem supellectilem suam, transtulit a supradicta cella, quæ et ipsa valde contigua erat syn-

(18) Ex codice ms. S. Germani a Pratis, n. 108.

agogæ Judæorum, ad alium quem sibi inhabitandum elegerat locum, solius imaginis Domini immemor factus, quod et per providentiam Dei ita contigit accidisse. Rursus vero Judæus quidam accepit in pensionem eamdem cellam, ubi imago Domini relicta mansit, et introducens omnia sua, ibidem conversari cœpit non cognoscens aut aliquando perspiciens imaginem Domini, eo quod ex adverso velut in occulto reposita staret. In una autem dierum invitavit ipse quemdam alium Judæum ad prandium secum : et inter prandendum elevans oculos suos ille qui vocatus venit Judæus, vidit imaginem Domini nostri Jesu Christi. Et ait : Dum tu es Judæus, quomodo hanc imaginem habes? Et injurias quidem multas et nefandas dixit contra Salvatorem ab hora qua sanctam imaginem aspexit, quod et jam nefas duxi scribere, et satis ei fecit ille qui eum invitavit, quod ex eo tempore quo in eadem domo conversari cœpit, imaginem Domini ibidem non cognoverit. Surgens autem cum indignatione, abiit ad principes sacerdotum. Comperientes autem quæ facta sunt, dixerunt ei : Potes hoc nobis demonstrare? At ille certioratus est dicens, quoniam ego vobis hoc exhibebo in domo ejus. Itaque transacta hora vespertina, illo die siluerunt. Mane autem facto summi principes sacerdotum et seniores populi, turba quoque multa gentis eorum abierunt in domum ubi stabat imago Domini nostri Jesu Christi. Et pervenientes domum impetu facto irruerunt principes et seniores populi, prævio duce Judæo illo qui illis annuntiaverat, et invenerunt imaginem Domini nostri stantem sicut dictum est ad illos. Irati valde circa Hebiæum illum qui ibidem inhospitabatur, extra synagogam eum expulerunt. Deponentes vero sanctam imaginem, dixerunt : Quoniam sicut audivimus quod patres nostri huic olim illuserunt, et nos illudamus. Tunc cœperunt exspuere in faciem ejus, et percutiebant eam. Dixeruntque : Quanta fecerunt ei patres nostri, et nos omnia faciamus : et conviciabantur ei multis criminosis sermonibus, quæ etiam pro enormitate sceleris scribere nefas fuit. Item dixerunt, quia confixerunt manus ejus et pedes, hoc et nos faciamus. Configentes autem manus et pedes, adjecerunt dicentes : Audivimus quia acetum et fel dederunt ei porrecta spongia ; hoc idem et nos impleamus. Et admota arundine cum spongia plena aceto cum felle, apposuerunt ori ejus, addideruntque iniquitatem super iniquitatem dicentes : Didicimus quod arundine percusserunt caput ejus patres nostri, similiter et nos faciamus : et percusserunt arundine caput ejus. Finitis vero omnibus his, dixerunt : Sicut lancea latus aperuerunt, ita et nos confodiamus. Et perforato lancea latere ejus, exivit sanguis et aqua. Gloria tibi, Christe, gloria tibi, Fili Dei vivi, qui de supernis sedibus descendisti pro salute nostra tuam exhibere præsentiam, et pro liberatione nostra cum immortalis esses, morti te tradidisti. O inæstimabilis benignitas Salvatoris nostri Dei, ut fidelibus tuis rememorareris antiqua tuæ pietatis opera! Hæc mirabilia tua cœlo et terris stupenda. Oculos mentis vestræ, et exhilarate corda, quia hodie facta est nobis redemptio, et jugum captivitatis vestræ contritum. Audite ergo, et glorificate Deum pro beneficiis quæ adhuc vobis ministravit. Principes sacerdotum postquam lancea latus Domini confoderunt, dixerunt : Quia per universam terram divulgata sunt signa et virtutes plurimæ, quæ fecit Jesus Nazarenus, recipiamus sanguinem de latere ejus, et omnes infirmos et male habentes per universam synagogam inde spargamus, ut experiamur virtutem Christi, et si vera sunt quæ de illo dicta sunt. Et supponentes ampullam vitream ad locum vulneris, receperunt in eam aquam et sanguinem de latere Domini decurrentem. Adhuc ipsis non credentibus, sed injurias et blasphemias inferentibus, portabant ampullam plenam salute et virtute ad locum in quo multitudo languentium coadunata fuit. Primum quidem omnium paralyticum quemdam a nativitate adeunt, liquore sancto perungunt et incolumitati reddunt; cæci quamplurimi a tactu sanctæ perunctionis gaudium receperunt luminis. Dæmoniaci ad odorem divinæ virtutis quotquot offerebantur, curabantur.

Ubi autem celebre hoc factum est verbum per universam civitatem, alii atque alii se **299** cum ægrotis suis inferentes, de agris, vicis et domibus cum multitudine infinita profluebant et salvi fiebant. Repleta est autem synagoga eorum paralyticis, claudis, dæmoniacis, leprosis, aridis, cæcis, mutis, surdis et omni genere morborum ægrotantibus, et a quocunque genere detinebantur, sanabantur. Videntes autem principes sacerdotum et omnis congregatio eorum, signa et prodigia magna quæ fiebant, cum mulieribus et infantibus credentes, clamabant Deo Patri et Jesu Christo Filio suo, atque Spiritui sancto : Unus Deus Pater, unus Christus Dei Filius, unus ex utroque procedens Spiritus sanctus, qui in Trinitate perfecta vivit et regnat Deus in sæcula. Amen. Gloria tibi, Christe, quem patres nostri ignorantes quidem crucifixerunt, qui nunc et a nobis in sancta imagine tua crucifixus es. Gloria tibi, Fili Dei vivi, qui per signa potentiæ tuæ illuminasti cæcitatem cordium nostrorum et ad tuam misericordiam traxisti. Tibi credimus, propitius esto nobis, et suscipe lacrymas et pœnitentiam nostram : ne forte pro magnitudine scelerum, infernus aperiens os suum deglutiat nos, qui cum patribus nostris mirabilia magna fecisti, et beneficia innumerabilia præstitisti. Parce iniquitatibus nostris, et medere animabus nostris; et clamor magnus fiebat clamantium et Deum invocantium. Sanatis vero omnibus qui advecti venerant infirmis, principes sacerdotum et omnis multitudo eorum ad episcopum civitatis cucurrit, una voce clamantes : Unus Deus Pater, unus Jesus Christus Filius ejus Deus, quem patres nostri crucifixerunt,

unus et Spiritus sanctus Deus. Et confitentes peccata sua, ipsam sanctam imaginem ostenderunt episcopo, narrantes etiam qualiter sanguis et aqua de latere ipsius cucurrit, et quanta mirabilia facta sunt. Episcopus autem universaliter indicto jejunio, omnes regeneravit sacro baptismate, quos ipse omnes suscepit. Synagogam quidem eorum principalem ecclesiam consecravit in honorem Salvatoris nostri Jesu Christi : cæteras vero synagogas eorum dedicavit ecclesias in honorem apostolorum et martyrum : factumque gaudium magnum, non solum quod tanta corpora curata sunt, sed quod et ani- A mæ multorum de morte ad vitam translatæ sunt. Hæc sciens ergo, dilectissimi fratres, acceleravi manifestare vobis ; ut in hoc etiam cognoscentes virtutem et misericordiam Domini nostri Jesu Christi, amplius confirmati sitis in fide, et gratiarum actiones illi reddatis pro mirabilibus et beneficiis quæ Dominus ostendit. Decrevit sancta Romana et Antiochensis Ecclesia diem v Iduum Novembrium solemnem agi, in quo hæc facta sunt ad laudem Domini nostri Jesu Christi, qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

IN SEQUENS OPUSCULUM MONITUM.

Perperam titulus Athanasii nomen præfert, cum sit hoc opusculum alius cujusdam scriptoris qui, ut augurari licet, Photii ævo hæc scripserit, quando oborta quæstio est de additione Filioque *in Symbolo facta. Pro virili ergo pugnat hic homo, Spiritum sanctum, nec ex Filio, nec per Filium procedere. Multum tamen negotii faciunt aperta Athanasii hic allata testimonia, unde fortasse fuerit quod Athanasii nomen inscriptio ferat ; Gregorii item Nysseni et Cyrilli loca, quibus liquido affirmatur ex Patre Filioque Spiritum sanctum procedere. Iis ut occurrat scriptor iste, vanissima utitur distinctione : ait enim, ut duplex est generatio Filii, æterna alia, aliaque temporanea, ita duplicem esse Spiritus sancti processionem ; æternam aliam ex solo Patre, temporaneam secundam, qua ex Patre, Filio, atque seipso mittitur et datur. Quod gratis sane excogitatum commentum exsufflatur ex Athanasii locis compluribus in Præfatione, ubi de Spiritus sancti processione agitur, allatis, maximeque ex eo loco :* Filius in Patre fons est Spiritus sancti. *Quis enim negaverit fontem, primam significare originem ? Ibi videsis.*

—

ATHANASII PATRIARCHÆ ALEXANDRINI, EX SERMONE CONTRA LATINOS (19).

1. At non ita (sentiunt) qui Christi sunt ; sed sicut ille, qui ait : « Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis, qui a Patre procedit [12], » his declarat Patrem solum esse Spiritus sancti productorem : eadem quoque isti ratione, magistro obtemperantes, ex solo eum Patre aiunt procedere. Quod si quis dixerit, nusquam dici Spiritum ex solo esse Patre ; is audiat, eum qui de illo scribit, haud aliter quam ex divinissimorum Patrum nostrorum doctrina, illud ferre testimonium. Ut enim illi Spiritum sanctum dicunt ex Patre procedere, sumpto ex Domini ipsius ore argumento ; ita subsequentes scriptores consequenter declararunt. Nec quisquam est illorum qui ex Filio vel per Filium dicat ipsum procedere ; nisi fortasse quispiam id dicat de alia profusione, seu manifestatione ac missione donorum Spiritus sancti. Ea quippe ratione quanquam ex Patre manifestatur Spiritus sanctus ad dispensationem, ita quoque ex Filio, ut docet regula veritatis. Et quandoquidem idipsum omnes uno consensu dicunt, nemoque unus est qui hac in re dissonet, propalam est ex solo Patre Spiritum suam habere subsistentiam : siquidem hujusmodi emanatio subsistentia est. Quemadmodum enim hoc omnium dictum, Filius est Patris fetus, ita intelligitur, ut ex solo Patre sit Filius,

B ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ, ΕΚ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΛΑΤΙΝΩΝ ΛΟΓΟΥ.

1. Ἀλλ' οὐχ οὕτως οἱ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖνος τό· « Ὅταν ἔλθῃ, λέγων, ὁ Παράκλητος ὃ ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται· » μόνον ἐντεῦθεν προβολέα τὸν Πατέρα τοῦ Πνεύματος ἀποδείκνυσιν· οὕτω καὶ οὗτοι τῷ διδασκάλῳ πειθόμενοι ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου τοῦτό φασιν ἐκπορεύεσθαι. Εἰ δέ τις ἐρεῖ, ὅτι οὐδαμοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκ μόνου λέγεται τοῦ Πατρός· ἀκουέτω ὁ τοιοῦτος, ὅτιπερ ὁ περὶ τούτου γράφων οὐκ ἄλλως ἐπιμαρτύρεται ἢ κατὰ τὴν τῶν θειοτάτων Πατέρων ἡμῶν διδασκαλίαν. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρός φασιν ἐκπορεύεσθαι, τὴν αἰτίαν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κυριακοῦ C λαμβάνοντες στόματος· οὕτω καὶ οἱ καθεξῆς λογογράφοι καὶ συγγραφεῖς ἀκολούθως διαγορεύουσιν. Οὐ μέντοιγέ τις αὐτῶν καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦτό φησιν ἐκπορεύεσθαι· εἰ μή πως ἐρεῖ τις τὴν ἄλλην πρόχυσιν, εἴτουν φανέρωσιν καὶ ἀποστολὴν τῶν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος. Πρὸς ταύτην γὰρ, καίπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς φανεροῦται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πρὸς ἐπινέμησιν, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καθὼς ὁ τῆς ἀληθείας διδάσκει κανών. Κἀπειδήπερ ἅπαντας τὸ αὐτὸ λέγοντες συμφώνως καὶ ἓν κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου παράδοσιν, καὶ οὐδαμοῦ φαίνεταί τις διαφωνῶν· εὔδηλον, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα ἔχει τὴν ὕπαρξιν· εἴπερ ἡ τοιαύτη ἐκπό-

[12] Joan. xv, 26.

(19) Ex codice Regio 2271 nunc 451, p. 153, ad marginem operis sancti Justini ad Zenam.

ρευσις καθέστηκεν ὕπαρξις. Ὥσπερ γὰρ πάντων λεγόντων, γέννημα Πατρὸς ὁ Υἱὸς, συνεπινοεῖται καὶ τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς κατὰ τὴν προαιώνιον γέννησιν· οὕτω καὶ πάντων λεγόντων τὸ Πνεῦμα πρόβλημα Πατρὸς, συνεπινοεῖται καὶ τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα, κατὰ τὴν προαιώνιον πρόβλησιν· εἰ μόνος ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, καὶ μόνον ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Κατὰ δὲ τὴν ὑστέραν πρόχυσιν, εἴτουν ἐπινέμησιν καὶ χορηγίαν τὴν πρὸς τοὺς ἀξίους, ὥσπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα, οὕτω καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Καθάπερ δὲ καὶ τὴν ὑστέραν γέννησιν τοῦ Υἱοῦ, εἴτουν ἐπιδημίαν τὴν πρὸς ἡμᾶς, οὐκ ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνον δοξάζομεν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Πνεύματος. Καὶ πειθέτω σε ἡ τοῦ ἀρχαγγέλου φωνὴ πρὸς Ἰωσὴφ λέγουσα τὸν ἄνδρα Μαρίας τὸ, «Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου.» Εἰ δὲ βούλει μαθεῖν, ὅτι καί τινες ἐκ τῶν ἡμετέρων μεγάλων ἁγίων ἀπεφήναντο τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, ἤδη τὸν μέγαν τῆς ἡμετέρας Ἐκκλησίας ἥλιον Κύριλλον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, τοῦ κόσμου παντὸς, πρὸς τοῦτο λάμβανε μάρτυρα· ἐν γὰρ τῷ *Περὶ Τριάδος* λόγῳ αὐτοῦ ὧδέ πως σαφῶς παρίστᾷ. Ἡ παναγία, φησὶ, καὶ σεπτὴ Τριὰς, πρὸ πάντων αἰώνων καὶ εἰς ἀεὶ ὑπάρχουσα, ἄχραντός ἐστι καὶ ἀΐδιος, ἀσώματος, ἀκατάληπτος, ἀπερίληπτος, περιληπτικὴ δὲ τῶν ἁπάντων, καὶ συγκρατοῦσα τὸ πᾶν, ἀγαθὴ, προνοητικὴ, δημιουργὸς τῶν ἁπάντων, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, ἀπαθὴς, ἀναλλοίωτος, ἄτρεπτος, νῷ ἀνθρώπων καὶ ἀγγέλων καὶ τῇ κτιστῇ φύσει ἀκατάληπτος· ὁμοούσιος ἐν ἑαυτῇ, ἀκοινώνητος δὲ κατ' οὐσίαν πάσῃ τῇ κτίσει· γινωσκομένη μόνον ὑφ' ἑαυτῆς, ὑπ' οὐδεμιᾶς φύσεως τῆς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ καὶ τῆς ὑπὲρ κόσμον τοῦτον· μονὰς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, εἴτουν προσώποις, καὶ Τριὰς ἐν μονάδι θεότητος, ἤτοι μιᾶς οὐσίας γινωσκομένη. Ταύτης τῆς ἁγίας καὶ σεπτῆς μονάδος, αἱ προσκυνηταὶ τρεῖς ὑποστάσεις γινώσκονται καὶ πιστεύονται· ἐν Πατρὶ ἀνάρχῳ, ἀναιτίῳ, ἀγεννήτῳ, ἀϊδίῳ· καὶ ἐν Υἱῷ μονογενεῖ γεννηθέντι ἀῤῥήτως, καὶ ἀπαθῶς καὶ ἀφράστως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῦ Πατρὸς, καὶ διὰ τοῦτο ὁμοουσίῳ καὶ ἴσῳ τῷ Πατρὶ, χωρὶς τῆς πατρότητος, ἀρχὴν δὲ καὶ αἰτίαν τὸν Πατέρα ἔχοντι γεννητῶς· καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ζωοποιῷ προσκυνουμένῳ, ἐκπορευομένῳ ἐκ τοῦ Πατρὸς, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός. Οὐ γεννητῶς καθάπερ ὁ Υἱὸς, ἵνα μὴ δύο Υἱοὶ ἐν τῇ Τριάδι· ἀλλ' ἐκπορευομένῳ, καθάπερ εἴρηται, ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, καὶ ἀπὸ στόματος· πεφηνότι δὲ δι' Υἱοῦ, καὶ λαλήσαντι ἐν τοῖς ἁγίοις προφήταις καὶ ἀποστόλοις. Πλὴν, ὡς εἶπον, τῆς οὐσίας αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχοντι, καὶ τὸ ὁμοούσιον ἔχοντι πρὸς Πατέρα καὶ Υἱόν. Ἀκοινώνητον δὲ καὶ αὐτό ἐστιν, ὥσπερ καὶ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς πρὸς πᾶσαν τὴν κτίσιν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον.

secundum **300** eam quæ ante sæcula est generationem; ita cum dicant omnes, Spiritum esse a Patre productum, intelligitur ex solo Patre Spiritum esse, secundum eam quæ ante sæcula est productionem: si solus ex solo Patre est Filius, solus ex solo Patre est Spiritus sanctus. Quod spectat autem secundam profusionem, sive dispensationem, qua datur iis qui digni sunt; sicut ex Patre est Spiritus, ita et per Filium et ex Filio. Quemadmodum et postremam Filii generationem, ejus scilicet ad nos adventum, non ex solo esse Patre, sed etiam ex Spiritu sancto existimamus. Ejusque tibi rei fidem faciat angelica vox ad Josephum virum Mariæ facta: « Noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est [14]. » Quod si ediscere cupias aliquos ex magnis apud nos sanctis, affirmasse ex solo Patre Spiritum sanctum procedere, jam tibi magnum Ecclesiæ nostræ, imo totius orbis solem, Cyrillum hujusce rei accipe testem: in suo namque *De Trinitate* libro aperte ita loquitur. Sanctissima, inquit, et veneranda Trinitas, quæ ante omnia sæcula est et semper futura, incorrupta est, æterna, incorporea, incomprehensibilis, incircumscripta, sed quæ complectitur omnia, universumque continet: bona, provida, creatrix omnium, visibilium et invisibilium, impatibilis, immutabilis, invariabilis, menti hominum et angelorum, creatæque naturæ incomprehensibilis, in seipsa consubstantialis, incommunicabilis secundum substantiam omni creaturæ: quæ a seipsa solum cognoscitur, et a nulla natura quæ in hoc mundo vel supra hunc mundum fuerit: unitas in tribus hypostasibus, seu personis, et trinitas in unitate deitatis, sive unius substantiæ cognita. Hujus sanctæ et venerandæ unitatis, adorandæ tres hypostases cognoscuntur atque creduntur: in Patre qui est sine principio, sine causa, ingenitus, sempiternus: in Filio unigenito; inenarrabiliter, impassibiliter, ineffabiliter nato ante omnia sæcula, ex ipsa Patris substantia, atque ideo consubstantiali et æquali Patri, excepta paternitate, qui pro causa Patrem habet, generandi scilicet modo: et in Spiritu sancto et vivificante adorato, procedente ex Patre, id est ex substantia Patris, non generatione, quemadmodum Filius, ne duo sint Filii in Trinitate; sed procedente, uti dictum est, ex solo Patre, atque ex ore. Apparuit autem per Filium, locutusque est in sanctis prophetis et apostolis. Cæterum, ut dixi, qui est ex substantia ipsius Patris et Filii, consubstantialisque est Patri et Filio. Incommunicabilis autem est, sicut Pater et Filius, omni creaturæ, juxta substantiæ rationem.

2. Ὁρᾷς πῶς ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὸν ἅγιον Κύριλλον, ἢ μᾶλλον κατὰ πᾶσαν τὴν θείαν Γραφήν. Καὶ μή μοι τὸ ἀπὸ τοῦδε

2. Viden' quod ex solo Patre sit Spiritus sanctus juxta sanctum Cyrillum; imo juxta totam Scripturam sacram. Et ne quis mihi ultra frigida

[14] Matth. I, 20.

illa proferat verba, aut voculas, quod scilicet præclari illi viri Athanasius et Cyrillus, unaque Gregorius Nyssenus, additionis in causa fuere. Athanasius quippe ita ait : Spiritus ex Patre, (aiunt adversarii) et a Verbo, quod est ex Patre procedit. Nyssenus autem postquam dixit, Filium esse peculiariter ex primo, id est ex Patre, deinceps ait : Spiritus per eum qui est peculiariter ex primo. Sapientissimus vero Cyrillus aperte dixit, ex ambobus, Patre nempe et Filio, Spiritum esse sanctum. Hæc sunt argumenta auctorum portentosæ illius atque pravæ additionis. Ego vero, ignarus licet, « omnem sensum captivans in obedientiam Christi, » hac ratione loca illa explico. Ea sententia Athanasius ait, Spiritum ex Patre esse, et a Verbo quod ex Patre procedit. Quemadmodum ex ipso coæterno Patre : sicut et Verbum mittitur daturque fidelibus a Spiritu, eadem ratione qua ab ipso Patre. Testimonium accipe ab ipso Verbo atque Filio, aiente : « Spiritus Domini super
301 me, eo quod unxerit me. Evangelizare pauperibus misit me[15]. » Sanctus ergo Spiritus Filium unxit atque misit; sed etiam Pater ex ambobus Filio scilicet et Spiritu mittitur. Qua ratione porro id fiat, Patrem audi per Isaiam prophetam ita loquentem : « Audi me, Jacob et Israel, quem ego voco : Ego Deus primus, et ego post hæc : et præter me non est Deus. Ego manu mea fundavi terram, et Spiritus meus firmavit cœlum. Ego omnibus astris præcepi. Et nunc Dominus misit me[16]. » Pater igitur est qui hoc loco dicit : « Misit me. » Viden' æqualitatem trium personarum excelsissimæ deitatis? Cum Spiritus sanctus mittitur a duobus, ut consubstantialis mittitur Patri atque Filio. Cum autem Filius ex Patre, ut consubstantialis etiam Spiritui. Cum autem Pater ex Filio et Spiritu, quasi consubstantialis. Cum dixit itaque magnus Athanasius, Spiritus ex Patre procedens, declaravit undenam Spiritus habeat subsistentiam, scilicet ex solo Patre. Cum autem ait rursum : Ita est Spiritus ex Patre, ut est ex Filio qui est ex Patre; æqualitatem Patris et Filii commonstravit, ut hac in re confunderet impiissimum Arium, qui Filium creaturam esse dicit, et non Deum : quasi hisce illum verbis compellaret : O impiissime Ari, sic Spiritus qui a Patre procedit, a Filio quem tu blasphemas, splendet daturque fidelibus, secundum ejus operationem atque donum, quemadmodum ab ipso sempiterno Patre. Quod autem hoc ad hunc modum se habeat, vide, quæso, quid ad Serapionem scribat episcopum ille Pater, qui ab immortalitate nomen accepit. Eadem enim loquitur, deque iisdem philosophatur hisce verbis : Quemadmodum Filius proles est unigenita Patris, ita et Spiritus a Filio datus,

A λεγέτω τις τὰ ψυχρὰ ἐκεῖνα ῥήματα, ἢ λογύδρια, ὅτι Ἀθανάσιος καὶ Κύριλλος οἱ ἀοίδιμοι, πρὸς δὲ καὶ ὁ Νυσσαέων Γρηγόριος, τῆς προσθήκης γεγόνασιν αἴτιοι. Ὁ μὲν γὰρ Ἀθανάσιος οὕτως φησί· Τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς οἱ ἀντίθετοι λέγουσι, καὶ παρὰ τοῦ Λόγου, τοῦ ἐκ Πατρὸς, ἐκπορευόμενον· ὁ δὲ Νύσσης, εἰπὼν τὸν Υἱὸν εἶναι προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τουτέστι τοῦ Πατρὸς, ἑξῆς λέγει· Τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου· ὁ δέ γε σοφώτατος Κύριλλος προφανῶς, φησὶν, εἴρηκεν ἐξ ἀμφοῖν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ταῦτα τῶν τῆς σαθρᾶς προσθήκης τερατουργῶν τὰ προβλήματα. Ἔγωγε δ' « ἅπαν νόημα, » καίπερ ὢν ἀμαθὴς, « αἰχμαλωτίζων εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ, » ὧδέ πως ταῦτα διασαφῶ. Οὕτως τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πα-
B τρός φησιν Ἀθανάσιος, καὶ παρὰ τοῦ Λόγου, τοῦ ἐκ Πατρὸς, ἐκπορευόμενον, ὥσπερ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ συναϊδίου Πατρὸς, καθὰ καὶ ὁ Υἱὸς οὕτως ἀποστέλλεται (20), καὶ δίδοται παρὰ τοῦ Πνεύματος τοῖς πιστοῖς, ὡς καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρός· καὶ τὴν μαρτυρίαν ἀπ' αὐτοῦ λάμβανε τοῦ Λόγου καὶ Υἱοῦ, « Πνεῦμα Κυρίου, » λέγοντος, « ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με. Εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με. » Ἄρα τὸ Πνεῦμα καὶ ἔχρισε τὸν Υἱὸν, καὶ ἀπέσταλκεν· ἀλλὰ καὶ ὁ Πατὴρ ἐξ ἀμφοῖν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἀποστέλλεται. Ὅπως δὲ τοῦτο, αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς οὕτω διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγοντος ἄκουσον· « Ἄκουέ μου, Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, ὃν ἐγὼ καλῶ· Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, ἐγὼ καὶ μετὰ ταῦτα·
C καὶ πλὴν ἐμοῦ Θεὸς οὐκ ἔστιν. Ἐγὼ χειρί μου ἐθεμελίωσα τὴν γῆν, καὶ τὸ Πνεῦμά μου ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν. Ἐγὼ πᾶσι τοῖς ἄστροις ἐνετειλάμην. Καὶ νῦν Κύριος ἀπέσταλκέ με. » Ἄρα ὁ Πατὴρ ἐστιν ἐνταῦθα ὁ λέγων τό· « Ἀπέσταλκέ με. » Ὁρᾷς τὴν ἰσοτιμίαν τῶν τριῶν προσώπων τῆς ὑπερτάτης θεότητος; Ὅτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποστέλλεται ἐξ ἀμφοῖν, ὡς ὁμοούσιον ἀποστέλλεται Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Ὅτε δὲ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὡς ὁμοούσιος καὶ τοῦ Πνεύματος. Ὅτε δὲ ὁ Πατὴρ ἐκ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, ὡς ὁμοούσιος. Εἰπὼν τοίνυν ὁ μέγας Ἀθανάσιος, τὸ ἐκπορευόμενον τοῦ Πατρὸς Πνεῦμα, ἐδήλωσεν ὅθεν ἔχει τὸ Πνεῦμα τὴν ὕπαρξιν, ἐκ μόνου δηλονότι τοῦ Πατρός. Εἰπὼν δὲ πάλιν οὕτω τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὡς παρὰ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ
D Πατρὸς, τὴν ἰσοτιμίαν ἐδήλωσε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καταισχύναι ἐν τούτῳ τὸν ἀθεώτατον Ἄρειον, ὃς κτίσμα ἔλεγε, καὶ οὐ Θεὸν τὸν Υἱόν· οἱονεὶ ταῦτα λέγων πρὸς αὐτόν· Ὦ ἀθεώτατε Ἄρειε, οὕτω τὸ ἐκπορευόμενον Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, παρὰ τοῦ ὑπὸ σοῦ βλασφημουμένου Υἱοῦ ἐκλάμπει καὶ δίδοται τοῖς πιστοῖς κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐνέργειαν καὶ δωρεὰν, ὥσπερ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ συναϊδίου Πατρός. Ὅτι δὲ τοῦτο τοιοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ὅρα τί γράφει πρὸς τὸν ἐπίσκοπον τὸν Σεραπίωνα, ὁ τῆς ἀθανασίας ἀξιώνυμος οὗτος Πατήρ. Τὰ αὐτὰ γὰρ λέγων, καὶ

[15] Isa. LXI, 1; Luc. IV, 18. [16] Isa. XLVIII, 12-16.

(20) Hic desunt nonnulla.

φιλοσοφῶν περὶ τῶν αὐτῶν, οὕτω κἀκεῖσέ φησιν· Ὥσπερ γέννημα μονογενές ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Υἱοῦ διδόμενον καὶ πεμπόμενον, καὶ αὐτὸ ἓν καὶ οὐ πολλὰ, οὐδ' ἐκ πολλῶν ἓν, ἀλλὰ μόνον αὐτὸ Πνεῦμα. Ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ Υἱοῦ τοῦ ζῶντος Λόγου, μίαν εἶναι δεῖ τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φωτιστικὴν ζωὴν, οὖσαν ἐνέργειαν καὶ δωρεὰν αὐτοῦ, ἥτις γε ἐκ Πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ Πατρὸς ὁμολογουμένου ἐκλάμπει καὶ ἀποστέλλεται καὶ δίδοται. Ὥσπερ γέννημα μονογενὲς, φησὶν, ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ πρόβλημα τοῦ αὐτοῦ Πατρὸς ἓν τὸ Πνεῦμα καὶ οὐ πολλὰ, οὐδ' ἐκ πολλῶν δηλονότι τὴν ὕπαρξιν ἐσχηκός. Ἀλλ' ὡς μόνον αὐτὸ Πνεῦμα καὶ πρόβλημα, οὕτως καὶ ἐκ μόνου τοῦτο καὶ ἐξ ἑνὸς τοῦ Πατρός. Ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ Υἱοῦ τοῦ ζῶντος Λόγου, ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ Πατρὸς, καὶ μίαν εἶναι δεῖ τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φωτιστικὴν ζωὴν, ἥτις ἦν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ τὴν ἰδίαν ἑαυτοῦ δωρεὰν ἐνεργοῦν, καὶ διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται. Ἥτις γε δωρεὰ διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι, τουτέστιν ἐκχεῖσθαι καὶ ἀποστέλλεσθαι, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ Πατρὸς ὁμολογουμένου ἐκλάμπει καὶ ἀποστέλλεται καὶ δίδοται. Φιλοσοφήσας πρῶτον ὁ ἅγιος περὶ τῆς προαιωνίου τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως ἀμυδρῶς, μόνον αὐτὸ ἀποδείξας πρόβλημα, ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ προβολέως τε καὶ Πατρὸς, διὰ τῶν ἑξῆς ἡμῖν ἀποδείκνυσι μάλα σαφῶς καὶ τὴν ὑπὸ χρόνον πρόχυσιν, ὡς ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχουσαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Ὅπερ δὲ δύναται ἐκεῖ τὸ, Οὕτω τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὡς παρὰ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ Πατρὸς, οὕτως ἐνταῦθα καὶ τό· Ἥτις γε ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ Πατρὸς ὁμολογουμένου ἐκλάμπει καὶ ἀποστέλλεται καὶ δίδοται.

A atque missus, ipse quoque unus est et non multi, neque ex multis unus, sed ipse solus Spiritus. Unus enim cum sit Filius Verbum vivens, unam esse oportet perfectam plenamque, sanctificantem atque illuminantem vitam, quæ sit ejus operatio atque donum, quæ dicitur ex Patre procedere; quandoquidem ex Verbo, quod ex Patre esse in confesso est, splendet, mittitur atque datur. Sicut proles unigenita est, ait, Patris Filius, ita et productio ejusdem Patris est unus Spiritus et non multi, nec ex multis, ut planum est, habet subsistentiam. Sed sicut unus est ipse Spiritus, unum productum, ita et ex solo et uno est Patre. Cum unus namque sit Filius vivens Verbum, utpote ex uno Patre; unam quoque oportet esse perfectam et plenam, B sanctificantem et illuminantem vitam, quæ est Spiritus sanctus, qui donum ipse suum operatur, et dividit proprie singulis prout vult. Quod donum ideo ex Patre dicitur procedere, hoc est, effundi atque mitti, quia a Verbo, quod ex Patre esse in confesso est, splendet, mittitur et datur. Cum prius sanctus ille ratiocinatus subobscure esset de processione Spiritus quæ est ante sæcula, solumque ipsum ostendens esse productum, quasi ex uno productore, atque Patre; in subsequentibus nobis liquido declarat eam quæ in tempore est profusionem, quasi ex duobus, Patre scilicet atque Filio, exsistentem; quod ibidem significatur hoc dicto: Sic Spiritus ex Patre, quemadmodum a Verbo quod est ex Patre. Ita quoque hoc loco C illud: Quæ ex Patre dicitur procedere, quandoquidem a Verbo, quod ex Patre esse in confesso est, splendet, mittitur et datur.

3. Κατ' αὐτὸν δὲ τὸν τρόπον καὶ ὁ Νύσσης Γρηγόριος τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου φησί· μετὰ τοῦ Υἱοῦ δηλονότι συνημμένως καὶ ἅμα, καὶ οὐ μετὰ τὸν Υἱὸν ὑστερίζων κατὰ τὴν ὕπαρξιν. Εἰπὼν δὲ τὸν Υἱὸν προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, μὴ νόμιζε μὴ καὶ αὐτὸ εἶναι τὸ Πνεῦμα προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου. Ὥσπερ γὰρ ὁ Υἱὸς προσεχῶς καὶ ἔγγιστα ἐκ τοῦ πρώτου, τουτέστι τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, κατὰ τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν. Πρῶτος δὲ ὁ Πατὴρ οὐ κατὰ χρόνον, οὐδὲ κατὰ τάξιν, μὴ γένοιτο! ἀλλὰ καθὸ αἴτιος τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, ὥσπερ καὶ μείζων καὶ ἄναρχος, ὡς ἀναίτιος, ὡς ῥίζα τῶν ἐξ αὐτοῦ καὶ πηγή. Ὥσπερ γὰρ οὗτος μόνος ἄναρχος πρὸς τὸ Πνεῦμα καὶ τὸν Υἱὸν, οὕτω καὶ τούτων ὁ αὐτὸς μόνος αἴτιος· τὸ δὲ Πνεῦμα πρὸς τὸν Πατέρα, οὐκ ἄναρχον, οὐδ' ἀναίτιον, ὥσπερ δὴ καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς κατὰ τὴν ἐν χρόνῳ ἀρχήν. Οὐ μόνον τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ καὶ ὁ Υἱὸς ἄναρχος ὥσπερ καὶ ὁ Πατήρ. Πρῶτος αἴτιος καὶ μόνος ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος. Ἀλλὰ μὴ ζήτει καὶ δεύτερον ὁ ὀρθόδοξος, μηδέ γε τρίτον· ἵνα μὴ, τὴν αὐτὴν καὶ μίαν οὐσίαν κατατέμνων κακοσχόλως,

3. Eodem quoque modo Gregorius Nyssenus ait Spiritum per eum esse qui est peculiariter ex primo; cum Filio scilicet conjunctim atque simul, neque post Filium secundum subsistentiam. Cum ait autem Filium peculiariter ex primo, ne arbitrere ipsum Spiritum non esse peculiariter ex primo. Quemadmodum enim Filius peculiariter et proxime ex primo est, id est, ex Patre; ita et Spiritus peculiariter est ex primo, secundum eam D quæ ante sæcula est subsistentiam. Primus porro Pater est, non tempore, nec **302** ordine, absit! sed in quantum causa est Filii et Spiritus, quemadmodum et major et absque principio, ut sine causa ulla, radix et fons eorum quæ ex ipso emanant. Quemadmodum enim ipse solus absque principio est respectu Spiritus ac Filii, ita et eorum ipse solus est causa. Spiritus vero respectu Patris, non absque principio, nec absque causa est, quemadmodum nec ipse Filius juxta suum in tempore principium. Non modo Spiritus, sed etiam Filius absque principio est sicuti Pater. Prima causa eaque sola Pater est Filii atque Spiritus. At secundam ne quæras, quisquis orthodoxus es, neque tertiam; ut ne eamdem unamque substantiam

improbo dividens studio, ut pravæ doctrinæ homo damneris. Primus itaque Pater est in quantum major est; major vero in quantum est absque principio; absque principio autem est in quantum est principium hypostasium quæ sunt ejusdem naturæ. Spiritus et Filius peculiariter ex majore, id est ex Patre. Una enim Filius proprie ac vere, necnon Spiritus sanctus ex Patre sunt. Non quod ille prius, iste posterius; sed simul Filii generatio, et Spiritus processio splendet: mittitur Spiritus atque datur per Filium, ut beatus ait Athanasius, quemadmodum et Filius per Spiritum, uti dictum fuit. Eadem quoque ratione intelligendum illud Cyrilli dictum, nempe ex ambobus, scilicet, Spiritus ex Patre procedens ex ambobus splendet, mittitur et datur, ex Patre scilicet et Filio. Et paulo post: Duas generationes, uti superius dixi, circa Filium didici; unam quæ est ex Patre ante tempora, aliam quæ ex Virgine in tempore. Eodem modo duas profusiones didici esse Spiritus sancti; unam qua procedit ante tempora, et aliam qua bonitatem impartitur. Sed prioris Filii generationis et prioris processionis Spiritus, Pater solus causa est. Alterius vero generationis quæ in tempore facta est, et alterius profusionis, qua dona impartitur, non solus Pater, sed Filius et Spiritus sanctus est causa. Ex ambobus itaque, Patre scilicet et Filio, ad dispensationem effunditur: non secundum subsistentiam, absit! alioquin duæ causæ perperam inducerentur, quæ uni illi ejusdem naturæ ac paris honoris exsistenti, multum antecellerent.

A καὶ διαιρῶν, καταδικασθῇς ὡς κακόδοξος. Πρῶτος τοιγαροῦν ὁ Πατὴρ καθὸ μείζων, μείζων δὲ καθὸ ἄναρχος· ἄναρχος δὲ καθὸ ἀρχὴ τῶν ὁμοφυῶν ὑποστάσεων. Τὸ Πνεῦμα, καὶ ὁ Υἱὸς προσεχῶς ἐκ τοῦ μείζονος, τουτέστι τοῦ Πατρός. Ἅμα γὰρ ὁ Υἱὸς κυρίως καὶ ἀληθῶς, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός. Οὐχ ὁ μὲν πρότερον, τὸ δὲ μετ' αὐτόν· ἀλλ' ἅμα ἡ γέννησις τοῦ Υἱοῦ, ἅμα καὶ τοῦ Πνεύματος ἡ ἐκπόρευσις ἐκλάμπεται, καὶ ἀποστέλλεται τὸ Πνεῦμα καὶ δίδοται διὰ τοῦ Υἱοῦ, ὡς μακάριός φησιν Ἀθανάσιος, καθάπερ καὶ ὁ Υἱὸς διὰ τοῦ Πνεύματος, ὥσπερ εἴρηται. Ὡσαύτως καὶ τὸ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, λέγω δὴ τὸ, ἐξ ἀμφοῖν, κατ' αὐτὴν ἐκληπτέον τὴν ἔννοιαν· τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκπορευόμενον B ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξ ἀμφοῖν ἐκλάμπεται, ἀποστέλλεται καὶ δίδοται, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Καὶ μετ' ὀλίγα· Δύο γεννήσεις ὡς ἄνωθεν ἔφθην εἰπὼν ἐπὶ τοῦ Λόγου μεμάθηκα· μίαν μὲν τὴν ἐκ Πατρὸς καὶ ὑπὲρ χρόνον, μίαν δὲ τὴν ἐκ τῆς Παρθένου καὶ ὑπὸ χρόνον. Ὡσαύτως καὶ δύο προχύσεις ἐμυήθην ἐπὶ τοῦ Πνεύματος· μίαν μὲν τὴν ἐκπορευτικὴν καὶ ὑπὲρ χρόνον, καὶ μίαν τὴν μεταδοτικὴν ἀγαθότητος. Ἀλλὰ τῆς πρώτης γεννήσεως τοῦ Υἱοῦ, καὶ τῆς πρώτης τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως, ὁ Πατὴρ μόνος αἴτιος. Τῆς δὲ ἄλλης γεννήσεως τῆς ὑπὸ χρόνον, καὶ τῆς ἄλλης προχύσεως τῆς μεταδοτικῆς, οὐ μόνος αἴτιος ὁ Πατὴρ, ἀλλὰ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐξ C ἀμφοῖν τοιγαροῦν τὸ Πνεῦμα, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, πρὸς ἐπινέμησιν προχεῖται· οὐ κατὰ τὴν ὕπαρξιν, μὴ γένοιτο! ἐπεὶ δύο τὰ αἴτια παρεισάγονται, τοῦ ἑνὸς συμφυοῦς καὶ ὁμοτίμου κατὰ πολὺ διαφέροντα.

IN SYNTAGMA DOCTRINÆ ADMONITIO.

Hoc opusculum paucis ab hinc annis in lucem protulit vir clariss. Andreas Arnoldus Norimbergensis, anno scilicet 1685. *Atque in præfatione sua multis ille argumentis Athanasio asserere contendit.* Sancti Athanasii archiepiscopi Alexandrini, *ait ipse, Syntagma doctrinæ ad monachos, clericos et laicos*, recensetur ex pulcherrimo codice membranaceo Vossiano quingentorum vel sexcentorum annorum, qui continet præterea Palladii *Historiam Lausiacam* cum aliquot libellis vetustioribus. Ad cupiditatem describendi exciverunt me viri illustris manu ascripta verba *Non est in editis Athanasii.* Nolebam enim parvi facere quidquid tanti Ecclesiæ doctoris esset, quodque ad aliquem meum fructum redundaret. Postea per litteras fautorem de voluntate emittendi Athanasii certiorem reddidi, quibus tale responsum dedit: *S. Athanasii* De vita monastica διδασκαλικόν *dignum est prorsus quod edatur, longeque præstantius ea regula, quam ex Hieronymi operibus collegit Lupus. Cum veteres scriptum hoc Athanasio tribuant, non satis video quare de auctore dubitas. Winsoriæ* xi *Jul.* cIↃIↃcLxxxiii. Ex quo magnum mihi nascebatur argumentum tum veritatis, tum dignitatis. Pergam in incepto, ubi tanto viro pro suis in me meritis, gratias egero. Per quinque amplius menses bibliotheca ipsius, quæ multas alias raritate, utilitateque longe superat, non tantum patuit; sed oraculum eruditionis in singulos dies consulere fas erat. Veteres oraculi vel una vice consultandi causa longissima emetiebantur itinera, beati brevibus responsis: quis dubitet, meliore fuisse loco qui in templo Musarum cum Apolline habitavit? Alio quandoque spectabat Pythia vox: aliquando sortem oraculi eluserunt. Dormiebant nonnulli in delubris, ut per somnium viderent species rerum, vel audirent vocem; mihi tunc lætiores in vita illuxerunt dies, vera omnis et perspicua oratio. Gratias te dignas, illustris Vossi, agere deberem, et quas possum ago. Siquidem nihil satis magnificum de virtute tua dixerim.

Tantopere de me merito, Lector benevole, gratum præbere imperavit pietas; nunc ad *Syntagma* re-

deundum, quod novum exsistens, præfationem sibi postulat. Codex ille antiquus S. Athanasio tribuit opusculum, quæ res alicujus est momenti, utut librorum inscriptiones vera nomina non ubique referant. Nam posteriorum temporum scriptores, vetera interdum sibi vindicant; nonnunquam sub priscorum auctorum nominibus sua supponunt, præsertim ex doctrina nobilium et clarorum. Interea ex codicis antiquitate constat, olim fuisse creditum seriem hanc doctrinæ ab Athanasio posteritati **303** relictam. Si plura mss. eodem modo inscripta reperirentur, aliquam saltem veritatis rationem suggererent; verum præter Vossianum nullum adhuc inveni, neque in Christianissimi regis bibliotheca, vel alibi quoque. Argumentum foret ad probandum, aut coævi auctoris testimonium, aut ipsius Athanasii in suis operibus, quod cum desit, aliud est in promptu. Quærenti aliquando in bibliotheca Regia Sophronianam fidei confessionem indultu cl. Thevenoti, conatus meos ornantis et promoventis; venerunt in manus Ἐρωτήσεις κανονικαὶ καὶ ἀποκρίσεις τῆς ἁγίας συνόδου, absque loci temporisve circumstantia. Quæritur autem, Ὡς οὐ δεῖ καταλύειν τὴν νηστείαν ἐν τετράδι καὶ παρασκευῇ χάριν μνήμης ἁγίου ἢ ἀποστόλου τινὸς, εἰ μὴ μόνον ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς. *Utrumne oporteat quarta et Parasceve solvere jejunium, propter memoriam sancti aut apostoli alicujus? vel, an jejunium Dominicis solummodo diebus* (21) *solvendum sit?* Respondit synodus: Περὶ τούτων ὁ μέγας Ἀθανάσιος τάδε φησὶν ἔν τισι τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ· « Ὅτι οὐ δεῖ παραβαίνειν νηστείαν Κυρίου τὸν μοναχὸν ἢ τὸν ἱερέα τετράδα καὶ παρασκευὴν, εἰ μή τι ἐπὶ νόσῳ βεβάρηται, χωρὶς τῆς Πεντηκοστῆς ἢ τῶν Ἐπιφανειῶν. » *De his magnus Athanasius in aliquo scriptorum suorum ita se exprimit: « Monachus aut sacerdos jejunium quartæ vel sextæ diei non solvat, nisi decumbat morbo, exceptis Pentecoste et Epiphaniis.* » Placuit locus hic, ipsaque Syntagmatis nostri verba proferenda, unde illa desumpta sunt: Μὴ παραβαίνειν νηστείαν, τουτέστι τετράδα καὶ παρασκευὴν, εἰ μή τι ἐπὶ νόσῳ βεβάρηται, χωρὶς Πεντηκοστῆς μόνης καὶ τῶν Ἐπιφανειῶν. Alia ponitur quæstio, quæ æque huc attinet: Περὶ τοῦ κλίνειν γόνυ ἐν Σαββάτῳ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος καὶ ἡ ἐν Τρούλλῳ διωρίσατο, μεθ' ὧν καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος τάδε φησί· Μή τίς σε πλανήσῃ τὸ παράπαν ἐν κυριακῇ γονυπετεῖν, ἢ ἐν Πεντηκοστῇ· καὶ περὶ Σαββάτου οὐκ εἶπεν. Ἀπόκρισις· Οὕτως ἔχει καὶ ἡ ἀλήθεια· πλὴν οἱ πολλοὶ, διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι νηστείαν ἐν Σαββάτῳ, τὴν γονυκλισίαν παρῆκαν. Nimirum, de genu die Sabbati flectendo, synodos Nicænam et Trullanam statuisse, et magnum Athanasium pariter enuntiasse: *Cave ne quisquam te inducat Dominica die esse jejunandum omnino, sive in Pentecoste.* Nihil vero dixisse de Sabbato. *Respondetur: Sic se res plane habet; plerique tamen, quia Sabbato non jejunatur, genuflexionem prætermittunt.* Ut singula appareant, en Athanasium nostrum: Μή τίς σε πλανήσῃ ἐν κυριακῇ νηστεύειν τὸ παράπαν, μήτε γονυπετεῖν τὸ παράπαν, μήτε ἐν Πεντηκοστῇ. Οὐ γάρ ἐστι θεσμὸς Ἐκκλησίας. Duo fragmenta isthæc non levis sunt ponderis; tantique, ut nullum ferme dubium relinquatur. Siquidem ipsa synodus eo testimonio utitur, neque refellit monachos ex Athanasio nostro disserentes. Apud Balsamonem occurrit quæstio de genu in Sabbato flectendo, mota a monachis extra urbem se exercentibus, tempore Nicolai patriarchæ et Alexii Comneni. Ad quam respondit sacra Constantinopolitana synodus. Verum differunt interrogationes illorum monachorum a nostris in ms. Regio, propter diversa capita. Porro, etsi ejusdem essent cum cæteris ævi, nemo facile sibi persuaserit, Athanasii tunc suppositionem factam; sed contra putet, longa ætate fidem obtinuisse in Patrum consessu. Conjicio autem quæstiones canonicas et responsiones codicis Regii ad sæculum IX referendas, in quibus fit mentio typicorum, synaxariorum sancti Patris nostri Saba, et præceptoris eremi magni Euthymii, nec non S. Athanasii illius in monte sancto. Producuntur concilium Nicænum II, ἡ ἑνώσεως σύνοδος, ἡ γενομένη ἐν Κωνσταντίνου πόλει, περὶ τῶν γάμων, synodus Neocæsariensis, S. Basilius ad Amphilochium.

Quid sit quare Syntagma nostrum S. Athanasii esse nequeat, nondum perspicio: quamvis enim ipse in *Vita S. Antonii* narraverit, tam crebra monasteria in Ægypto tum non fuisse, sed quemque se exercuisse a suo pago non procul: nihilo secus Gregorius Nazianzenus, *Orat. in laudem Athanasii*, affirmat, *Vitam Antonii* promulgare leges monasticas sub specie narrationis. Ad hæc cum nostris congruunt, quæ legas in S. Athanasio *De virginitate*, ἤτοι περὶ ἀσκήσεως. Propter superbiam diabolus ex cœlis præcipitabatur. Νήστευσον ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν χωρὶς πάσης ἀνάγκης· ὥρᾳ δὲ ἐννάτῃ τῆς ἡμέρας ἐν ὕμνοις καὶ εὐχαῖς διατελέσασα, καταλάμβανε τὸν ἄρτον σου ἐν λαχάνῳ ἀναπεποιημένῳ ἐλαίῳ. *Jejuna universum annum sine necessitate* (melius, nisi necessitas aliud postulet); *hora vero nona, in hymnis et jejuniis perdurans, sume panem tuum cum oleribus oleo refectis.* « Nuditas ne appareat coram alio. Non ibis ad balneum, siquidem sana sis, nisi urgente necessitate. Si corpus infirmum, χρῆσαι οἴνῳ ὀλίγῳ διὰ τὸν στόμαχον. Quod si adsit catechumena in mensa, ne oret cum fidelibus, neque sedebis et una cum illa panem comedes. Si vir justus ad te venerit, lava ei pedes. Si virgines advenientes vinum bibant, etiamsi tu non bibis, propter eas bibe pauxillum. In ecclesia tace, nec quidquam loquaris, sed lectionibus intende. » Similiter in *Exhortatione ad monachos*, quam Latine habemus in tomo II Opp., si donamus esse Atha-

(21) In festis Domini.

nasii, commendantur jejunia præter Dominicam, si votiva sint: habitus vilis, atque alia nonnulla facillime cum nostris comparanda.

Stylus Syntagmatis ab Athanasiano non est adeo remotus, quandoquidem in tractatu *De virginitate* multa iisdem verbis modisque dicendi exprimuntur. Subdifficile tamen visum fuit demonstrare, Athanasium usurpasse verbum θέλειν cum infinitivo, loco imperativi, v. c. θέλε ἀγρυπνεῖν, pro ἀγρύπνει· θέλε μένειν, pro μένε, quæ barbara sit locutio: nutabam diu in ea re, donec invenirem in S. Basilii sermone *De abdicatione rerum*: Μὴ θέλε διορθοῦν ἐπασμοὺς τῶν θηρίων, pro διόρθου. Item, Μὴ ἔσο περίεργος, μηδὲ πάντα βλέπειν θέλε, pro βλέπε. Unde illius argumenti vim evadimus. Post omnia ista quid restat? nemini rapiendum judicium suum, neque etiam resistendum et repugnandum contra veritatem, ad quam si quis curiosiore observatione penetraverit, de publico bene merebitur.

Hæc Arnoldus, vir sane non minus eruditione quam comitate et moderatione conspicuus. Sed pace viri doctissimi, hæc, nostro quidem judicio, non sunt magni momenti ad hoc opusculum Athanasio adjudicandum. Nam quod de quæstionibus canonicis, ubi nomine Athanasii quædam ex hoc Syntagmate afferuntur, licet revera illæ in quodam concilio editæ fuissent, quod tamen dubio minime vacat; in synodis quandoque Athanasii nomine opera laudantur, quæ tamen constat Athanasii non esse; ut videre est in secunda Nicæna ubi Historia imaginis Berytensis *ad verbum legitur, quam nemo non fatetur Athanasio abjudicandam: quod potiori ratione de subsequentium sæculorum synodis æstimandum. Multa certe exstant spuria opera quæ sexto vel septimo sæculo exarata sunt, quæque a posterioribus inde synodis auctoribusque laudari potuerunt. Quod spectat vero affinitatem quorumdam hujus opusculi locorum cum aliis libri* De virginitate *et* De exhortatione ad monachos *locis, id minoris adhuc est pretii: tum quia prior liber magna suspicione, posterior aperte* νοθείᾳ *laborat; tum quia præceptiones illæ monasticæ de jejunio, aliisque observationibus, eædem ferme in variis auctoribus leguntur; ita ut nullum hinc possit erui argumentum. Nobis itaque omnino spurium videtur hoc opusculum, tum ob styli genus, quod ab Athanasii* ἐνεργείᾳ *mirum quam remotum sit, tum ob multas voculas quæ sequioris ævi notam præferunt, ut est illud* ἀχεροπερίσπαστον *seu* ἀχαιροπερίσπαστον, *illud etiam* καταψυχή, **304** simultas, *item*, ἐπαιρίδεσθαι, *nisi sit mendum*, ἐργατεύεσθαι, περικακῶσιν, *pro* ægre ferant: *et similia bene multa pro brevitate opusculi; quod neque potioris esse conditionis arbitramur quam cætera opuscula ascetica, quæ Athanasii nomine subsequuntur. Cæterum Arnoldi notas non integras hic subjicimus, tum quia prolixiores sunt quam instituti nostri ratio ferat, tum quia multa complectuntur quæ in* Onomastico *nostro explicanda venient.*

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΣΥΝΤΑΓΜΑ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ ΠΡΟΣ ΜΟΝΑΖΟΝΤΑΣ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΑΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥΣ, ΚΛΗΡΙΚΟΥΣ ΤΕ ΚΑΙ ΛΑΪΚΟΥΣ.

—

S. P. N. ATHANASII

SYNTAGMA DOCTRINÆ AD MONACHOS, OMNESQUE CHRISTIANOS TAM CLERICOS QUAM LAICOS.

—

1. Ecclesiæ catholicæ filiorum, et potissimum anachoretarum sive monachorum, tale est vitæ agendæ genus. Gratia quidem salvi sumus [17]; sed gratia filios suos, sapientiæ item omnisque probi operis filios esse peroptat, qui bonum experimento cognoscant, et ita agere nitantur. Te itaque recta hujusmodi fide dignum constitue: facto, dilecte mi, hæc servandi proposito. Nam sunt qui cum his præceptis pugnent: « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et proximum tuum sicut teipsum [18]. Non occides, non mœchaberis, « non scortaberis, pueros ne cor-

A **1.** Ἔστιν ὁ βίος τῶν υἱῶν τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ μάλιστα τῶν ἐν αὐτῇ ἀναχωρητῶν ἤτοι μοναχῶν, οὕτως. Χάριτι μὲν ἐσμεν σωζόμενοι· ἀλλ' ἡ χάρις αὐθαιρέτους βούλεται εἶναι τοὺς ἑαυτῆς παῖδας καὶ σοφίας υἱοὺς καὶ πάσης πράξεως ἀγαθῆς, δοκιμάσαντες (22) τὸ καλὸν, ζηλοῦντες (23), καὶ οὕτω πράττειν. Τῆς οὖν ὀρθῆς ταύτης πίστεως ἄξιον σεαυτὸν εὐτρέπιζε, προβεβλημένος, ἀγαπητὲ, ταῦτα φυλάττειν· ἀγωνίζονται μετὰ τοῦ (24), « Κύριον τὸν Θεόν σου ἀγαπήσεις ἐξ ὅλης καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, « οὐ πορνεύσεις, οὐ παι-

[17] Ephes. II, 8. [18] Matth. XXII, 37, 39.

(22) F. δοκιμάσαντας.
(23) F. ζηλοῦντας.

(24) Hic quædam desiderantur.

δοφθορήσεις, [οὐ φαρμακεύσεις, οὐ διχοστατήσεις· ἀπέχου πνικτοῦ, καὶ εἰδωλοθύτου, καὶ αἵματος. Καὶ ταῦτα μέν ἐστι τὰ προφανῆ ἁμαρτήματα· αἱ δὲ ὡς ἐλαχιστότεραι φαινόμεναι ἐντολαί, ὧν καὶ αὐτῶν λόγον ἀποδώσομεν, εἰσὶν αὗται· Τέως μὲν τοὺς μονάζοντάς τε καὶ ἐγκρατεῖς δεῖ ἀναχεχωρισμένους εἶναι ἀπὸ γυναικῶν, καὶ μήτε εἰς ὁμιλίαν αὐτῶν ἔρχεσθαι, εἰ δυνατὸν, μήτε ὁρᾷν αὐτὰς φιλοτιμεῖσθαι, ἵνα μήτις ζημία γένηται, ἐὰν μοιχεύσῃ καρδία διὰ τῆς τῶν ὀφθαλμῶν ὁράσεως. Φυλάττεσθαί τε μὴ εἶναι δίλογον, μὴ δίγνωμον, μὴ ψεύστην, μὴ κατάλαλον, μὴ ἀκεροπερίσπαστον, μὴ ἀναίσχυντον, μὴ ῥέμβον, μὴ ἀναίσθητον, μὴ αὐθάδη, μὴ σαπρὸν λόγον ἐκ χειλέων προφέροντα, μήτε ὅρκον ὅλως τὸ παράπαν· ἀλλὰ, ναὶ, ναὶ, οὒ, οὔ Καὶ ἐάν που ἀνάγκη γένηται λέγειν ἐν ὁμιλίᾳ· Γίνωσκε, εἰ ἀλήθειαν λέγω, εἰ οὐ ψεύδομαι. Τὸ δὲ σεβάσμιον ὄνομα ἐπὶ ὅρκον μὴ λάμβανε, μήτε ἕτερόν τινα ὅρκον, καθὼς εἶπε τὸ Εὐαγγέλιον· ταῦτα γὰρ πάντα οὐ προσήκει οὐδὲ ἁρμόττει ποιεῖν· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ Ἐκκλησίας ἐκβάλλειν τὸν μὴ παραφυλαττόμενόν τινα δὲ αὐτῶν ἀποκτενεῖν (25).

2. Ἔτι τε μὴ γυμνοῦν ἐνώπιόν τινος, ἀλλ' ἢ (26) ἀνάγκη ἐν λουτρῷ, διὰ πάθος, ἐν ἀσθενείᾳ πολλῇ γινόμενον. Μὴ λέγειν ἀδελφὸν, ῥακὰ, μήτε, μωρέ· ἑορταῖς ἐθνῶν μὴ συγκοινωνεῖν· Σάββατα μὴ φυλάττειν (27)· μὴ μαγεύειν· μὴ φαρμακεύειν, μήτε ἄλλο σοι ταῦτα πράττειν ἐπὶ νόσῳ ἢ πάθους ἀλγήματι. Μὴ ἀπέρχεσθαι (28) πρὸς ἐπαοιδὸν, μήτε φυλακτήριον ἑαυτῷ περιτιθέναι, μήτε περικαθαίρειν, μήτε μὴν ταῦτά σοι ποιεῖν, μήτε ὑπὸ ἄλλου σοι γένηται. Τὸ σῶμα φυλάττειν ἀπὸ πάσης αἰσχρότητος καὶ ἀσελγείας· μὴ ἔχειν γυναῖκα συνείσακτον (29), καθάπερ τινὲς ἀγαπητὰς ἐπέθεντο αὐταῖς ὀνόματα· τάχα δὲ ἐναντίως μισηταὶ αὐτοῖς εὑρεθήσονται. Μὴ ἔχειν καταψυχὴν πρός τινα· ὁ γὰρ καταψυχῆς ἔχων, ἡ ψυχὴ αὐτοῦ τῷ Κυρίῳ οὐ προσδέδεκται. Μὴ συνεύχεσθαι αἱρετικῷ, μήτε μετὰ ἐθνικῶν. Μὴ παραβαίνειν νηστείαν, τουτέστι τετράδα καὶ παρασκευὴν, εἰ μή τι ἐπὶ νόσῳ βεβάρησαι, χωρὶς Πεντηκοστῆς μόνης καὶ τῶν Ἐπιφανιῶν (30). Τὴν τεσσαρακοστὴν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας καὶ τὴν ἑβδομάδα τοῦ ἁγίου Πάσχα παρατετηρημένως φύλαττε. Λύε τὴν νηστείαν ἐπ' ἂν ἀδελφὸς πρός σε ἐπεδήμησα· νηστείαν δὲ οὐ τὴν τε-

A rumpas, veneficio ne utare, ne simultatem habeas, abstine a suffocato, ab immolato et a sanguine. Hæc sunt conspicua peccata; quæ autem minora videntur præcepta, quorum tamen etiam rationem reddituri sumus, hæc sunt: monachos quidem et continentes, oportet a mulieribus esse separatos, nec cum iis colloquia miscere, si fieri potest, neque earum conspectum optare, ne quidpiam hinc damni emergat, si cor scilicet, per oculorum intuitum, mœchatum fuerit. Cavere item par est (monachum) ne sit bilinguis, animo duplex, mendax, obtrectator, ne levi occasione distrahatur, ne sit impudens, errabundus, stolidus, arrogans, ne turpe dictum labiis proferat, vel juramentum quodlibet; sed solummodo, ita, ita; non, non. Et si quando id B postulet necessitas, in colloquiis sic dicat: Agnosce, an veritatem dicam, an mentiar. Venerandum autem nomen ad juramentum ne sumito, neque aliud quodpiam juramenti genus usurpes, ut ait Evangelium. Hæc enim omnia minime decent, nec ea facere convenit; sed eum quoque qui hæc non observarit oportet ejici ab Ecclesia.

2. Decet insuper corpus non nudare in cujuspiam conspectu, nisi ob balnei necessitatem in morbo vel infirmitate maxima; festis gentium non communicare, nec dicere fratri suo, raca, vel fatue, Sabbata non custodire, nec magicam artem, nec veneficium exercere, vel aliud ejusmodi agere in morbo aut ægritudine. Noli abire ad incantatorem, neque tibi phylacterium circumponas, aut C emundes in circuitu: ne ipse hujusmodi quidpiam agas, vel ab alio fieri permittas. Ab omni turpitudine lasciviaque corpus serva purum: ne ascititiam mulierem habeas, ut sunt quædam quæ sibi dilectarum nomen imposuere, quæ tamen inimicæ postea deprehendentur. Ne simultatem habeas cum aliquo; quisquis enim habet, ejus anima 305
Domino non probatur. Ne ores una cum hæretico, vel cum ethnicis. Jejunium ne violato quarta scilicet feria et Parasceve, nisi morbo labores, excepta solum Pentecoste et Epiphaniis. Quadragesimam sanctæ Ecclesiæ et hebdomadem sancti Paschatis accurate observa. Solve jejunium cum ad te frater D accesserit; non jejunium scilicet statutum, ut feriæ

(25) Mendose.
(26) L. εἰ.
(27) Σάββατα μὴ φυλάττειν. Concilium Laodicense canone 29: *Non oportet Christianos judaizare, et Sabbatis otiari, sed eo ipso die operari.*
(28) Μὴ ἀπέρχεσθαι πρὸς ἐπαοιδὸν, μήτε φυλακτήριον ἑαυτῷ περιτιθέναι. Concil. Laodic. can. 36: Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς μάγους εἶναι, ἢ μαθηματικοὺς, ἢ ἀστρολόγους, ἢ ποιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια, ἅτινά ἐστι δεσμωτήρια τῶν ψυχῶν αὐτῶν. Τοὺς δὲ φοροῦντας ῥίπτεσθαι ἐκ τῆς Ἐκκλησίας ἐκελεύσαμεν. *Non oportet sacerdotes aut clericos magos esse, aut mathematicos, aut astrologos, vel facere phylacteria, ut vocant, quæ sunt vincula animarum ipsarum. Eos autem qui talia gestant ab Ecclesia ejici jussimus.* De phylacteriis alii multi. Ibid. Μὴ περικαθαίρειν. Hesychius, περικαθαίρων· ἀναλύων πεφαρμακευμένον, ἢ γοητευόμενον.
(29) Συνείσακτον. Prohibet canon 3 Nicænus, γυναῖκας συνεισάκτους, id est ascititias seu extraneas, de quibus multi egerunt, ut videas in Lexico Suiceri. Mox, ἀγαπητάς, harum meminit Epiphanius hæresi 78, pag. 440, ubi de B. Virgine locutus, a Christo in cruce commendata Joanni, ait: Ἀλλὰ μὴ τοῦτο στραφῇ εἰς βλάβην τισὶ, καὶ δόξωσιν ἐν τούτῳ λαμβάνειν πρόφασιν, συνεισάκτους καὶ ἀγαπητὰς ἐπικαλουμένας ἑαυτοῖς ἐπινοεῖν διὰ κακομήχανον ὑπόνοιαν. *Sed ne hoc quibusdam noceat, neve hinc occasionem arripiant, sibi excogitandi ascititias et agapetas, prava quadam ducti opinione.* Hieronym. vero ad Eustochium de custodia virginitatis: *Unde in Ecclesias agapetarum pestis introiit? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? Imo unde novum concubinarum genus? Plus inferam, unde meretrices?*
(30) l. ἐπιφανίων.

Quartæ, Parasceves, Quadragesimæ et Passionis; sed jejunium ex proposito tuo servatum, nempe Secundæ, Tertiæ, Quintæ. Sabbato et Dominica ne jejunaveris, excepto magno Sabbato sancti Paschæ. Quartæ autem feriæ et Parasceves jejunium ex jussu ad horam usque nonam servatur. Quod si quid ultra feceris, id tuo sit arbitrio. Si vero diutius potes sustinere jejunium, generose agis. Dum jejunas et hoc institutum vitæ tenes, cave ne superbia intumescas. Inflatio namque laqueus est diaboli, per quam ex cœlo delapsus est : similiterque per illam deinceps homines illaqueans dejicit. Ne quis te seducat, ut vel Dominica omnino jejunes, vel genua flectas, vel in Pentecoste. Neque enim ea lex est Ecclesiæ. Cave ne te quidam Marcionistæ in errorem deducant, aut alii hæretici, et Sabbato vel Dominica jejunare suadeant. Conventus ne neglige; teque ipse ita præpara ut dignus sis mysteriis, ne forte in judicium incidas. Ne omittas te adeuntium fratrum pedes lavare, ejusmodi namque præcepti ratio postulabitur ab iis qui præ superbia illud omiserint, quamvis sint episcopi. Nam Dominus noster prior ipse abluit, cum præcepit illis ut ita facerent.

3. Ne esto avarus, ne turpis lucri, possessionum, divitiarum cupidus : nam qui ejusmodi sunt, Deo placere non valent. Ne omnino negotia geras; multæ sunt incultæ regiones, quarum incolæ si artes non habeant coguntur negotiari; qui, etiamsi monachi non sint, si negotientur, male quidem agunt, nisi in casu necessitatis. Usuram ne accipe : ne prius compares quidpiam alio quam vulgari pretio. Ama omnes homines, et pacem habe cum omnibus, cum illis etiam quibuscum non oras, quantum facultas erit, excepta hæresis causa. Si suppetat, largire indigenti, sin mi us, noli conqueri. Si quis mutuo a te petierit, dato, et ab eo accipe sortem, cum habuerit, absque fœnore. Ne dolose agas in conspectu Domini. Nam si fruges habeas aut argentum, atque aliquis a te mutuo accipere postulet, tuque, ne usuram accipias majore pretio vendis, ut emas postea viliore et minore pretio : « Comprehendit Deus sapientes in astutia [19]. » Perpende enim ac vide, te unius fœnoris loco, tria aut quatuor fœnora accepturum.

4. Esto humilis ac quietus, tremens omni tempore Domini eloquia. Ne sis contentiosus, ne cædas hominem, nisi puerum tuum modice, institutionis causa, idque tamen cum moderatione, cavens ne hinc cædes consequatur, complures enim sunt mortis occasiones. Neminem subsannes : ne quemquam vestimenti causa detesteris. Modesto utere habitu, neque mollibus vestimentis, neque cum indumento qui sanctorum esse virorum videatur, sordido sci-

A ταγμένην, τετράδα καὶ παρασκευὴν, καὶ τὴν τεσσαρακοστὴν, καὶ τοῦ πάθους, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ ἰδίας προαιρέσεως, τουτέστι δευτέρας, καὶ τρίτης, καὶ πέμπτης. Σάββατον καὶ κυριακὴν μὴ νηστεύσῃς, πλὴν τοῦ μεγάλου Σαββάτου τοῦ ἁγίου Πάσχα. Ἡ δὲ τῆς τετράδος καὶ παρασκευῆς ἕως ὥρας ἐννάτης νηστεία τεταγμένη ἐστί· καὶ εἴ τι περισσοτέρως ποιήσεις, τοῦτο παρὰ τὴν σεαυτοῦ προαίρεσιν. Εἰ δὲ καὶ ὑπερθέσεις δύνασαι ποιεῖν, γενναίως ἀσκεῖς. Νηστεύων δὲ καὶ πολιτευόμενος, βλέπε μὴ φυσιωθῇς· ἡ γὰρ φυσίωσις παγίς ἐστι τοῦ διαβόλου, δι' ἧς ἀπ' οὐρανοῦ πέπτωκεν, ὁμοίως δὲ λοιπὸν δι' αὐτῆς τοὺς ἀνθρώπους παγιδεύων καταβάλλει. Μή τίς σε πλανήσῃ ἐν κυριακῇ νηστεύειν τὸ παράπαν, μήτε γονυπετεῖν τὸ παράπαν, μήτε ἐν Πεντηκοστῇ· οὐ γάρ ἐστι B θεσμὸς Ἐκκλησίας. Καὶ μὴ ἀνέχου, ἵνα πλανήσωσί σε τινὲς Μαρκιωνισταὶ, ἢ ἑτέρα αἵρεσις, νηστεύειν τὸ Σάββατον ἰδίως καὶ κυριακῆς. Τῶν δὲ συνάξεων μὴ ἀμέλει· τῶν μυστηρίων ἄξιον σεαυτὸν εὐτρέπιζε, μήπως εἰς κρῖμα συνέλθῃς. Μὴ ἀμέλει πλύνειν πόδας ἀδελφῶν ἐρχομένων πρὸς σέ· ζητήσεται γὰρ ἡ τοιαύτη ἐντολὴ περὶ τῶν ὑπερηφανευσάντων αὐτὴν, κἂν ἐπίσκοποι ὦσιν. Ὁ γὰρ Κύριος ἡμῶν αὐτὸς πρῶτος ἔπλυνε, παραγγείλας αὐτοῖς οὕτω ποιεῖν.

3. Μὴ γίνου φιλάργυρος, μὴ αἰσχροκερδὴς, μὴ φιλοκτήμων, μὴ φιλόπλουτος· οἱ γὰρ τοιοῦτοι Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. Καὶ ὅλως μὴ πραγματεύου· πολλαὶ χῶραί εἰσι μὴ σπέρασαι, καὶ οἱ οἰκοῦντες, ἐὰν τέχνας μὴ ἔχωσιν, ἀναγκάζονται πραγματεύεσθαι· C κἂν μὴ ὦσι μονάζοντες, καὶ πραγματεύονται, κακῶς μὲν, πλὴν ἀνάγκη ποιεῖ. Τόκον μὴ λάμβανε· μὴ προσαγόραζέ (31) τι ἴσον ὡς τῆς πολιτευομένης τιμῆς. Ἀγάπα πάντα ἄνθρωπον, καὶ εἰρήνευε μετὰ πάντων, καὶ μεθ' ὧν οὐκ εὔχῃ, εἰ δυνατὸν τὸ ἐκ σοῦ, χωρὶς αἱρέσεως. Ἔχων δὲ, μετάδιδε (32) τῷ μὴ ἔχοντι· μὴ ἔχων δὲ, μὴ ἐγκληθήσῃ. Ἐὰν αἰτήσῃ τις παρὰ σοῦ εἰς χρῆσιν, δίδου, καὶ λάμβανε παρ' αὐτοῦ τὸ κεφάλαιον, ὅτ' ἂν ἔχῃ, ἄνευ τόκου. Μὴ δολιεύου ἐνώπιον Κυρίου. Ἐὰν γὰρ ἔχῃς γεννήματα ἢ ἀργύριον, καὶ ζητεῖ τις δανείσασθαι παρὰ σοῦ καὶ οὐ διὰ μὴ λαμβάνειν σε τόκον πωλεῖς τιμιωτέρως, ἵνα ἀγοράσῃς εὐώνως τῷ καιρῷ, τουτέστιν ὀλιγοτίμως· « Δράσσεται ὁ Θεὸς τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ. » Σκέψαι γὰρ καὶ ὅρα, ὅτι ἀνθ' ἑνὸς τόκου τρεῖς ἢ D τέσσαρας τόκους εὑρήσεις λαμβάνων.

4. Γίνου ταπεινὸς καὶ ἡσύχιος, τρέμων διὰ παντὸς τὰ λόγια τοῦ Κυρίου. Μὴ γίνου μάχιμος, μὴ τύπτε ἄνθρωπον, ἢ μόνον παιδίον σου μικρὸν πρὸς παιδείαν, καὶ αὐτὸ παρατετηρημένως, σκοπῶν μήπως διὰ σοῦ φόνος γένηται· πολλαὶ γάρ εἰσιν ἀφορμαὶ τοῦ θανάτου. Μὴ μυκτήριζε πάντα ἄνθρωπον· μὴ βδελύσσου τινὰ ἀπὸ σχήματος· παρατετηρημένως ἔχε τὴν ἐσθῆτα, μήτε μαλακοῖς χρώμενος ἱματίοις, μήτε ἐσθῆτι φαινομένῃ δικαίων ἐνδυομενυία (33), τουτέστι

[19] I Cor. III, 19.

(31) l. προαγόραζε.
(32) l. μετάδίδου.
(33) Hanc vocem ita legit Suidas bis ἐνδυομενυία, nec dubito ita haberi in codice quo usus est Cl. Arnoldus, qui legit ἐνδυσμενυία. Proclive est in mss. o pro σ accipi, cum librarii ubi currente calamo

ῥυπαροῖς προερχόμενος. Σάκκον δὲ ἐὰν ἔχῃς, ἵνα πενθῇς τὰς ἁμαρτίας σου, σκόπει μὴ φανῇ σου ὁ σάκκος, ἀλλ' ἔστω κεκρυμμένος ἔσω. Καὶ μήτε δέρματα ἀμφιάζου, μήπως δόξαν παρὰ ἀνθρώπων λήψῃ. Ὅλως τρίχας μὴ τρέφε· ἐξέκοψε γὰρ τὸ τοιοῦτον σχῆμα ὁ Ἀπόστολος· μὴ ξυρῷ τὸ γένειον, καὶ μὴ περικουρείοις χρῶ κειρόμενος.

5. Εἰ δύνασαι καὶ ἑβδομάδα νηστεύειν, μηδενὶ δείκνυε. Κρεῶν ἀπέχου, οὐχ ὡς βδελυσσόμενος, ἀλλ' ὡς ἀνακόπτων τὸ σῶμα τῆς τροφῆς, καὶ ἀνάξιον ἑαυτὸν ἡγούμενος, καὶ ἀντὶ τῶν ἐπιγείων τῶν οὐρανίων, ὀρεγόμενον. Πᾶς γὰρ μετριάζων δαψιλείᾳ τροφῶν, βοηθεῖ τῷ σώματι αὐτοῦ πρὸς ἐγκράτειαν. Οἴνου ὅλως μὴ λάμβανε, ἢ μόνον γεύεσθαι καὶ εὐλογεῖν τὸν κτίσαντα. Ἐὰν δὲ καὶ σὺ, ὥσπερ Τιμόθεος, διὰ τὴν πολλὴν πολιτείαν νόσοις περιπέσῃς, ὀλίγῳ οἴνῳ χρῶ· τὸ γὰρ ὀλίγον φάρμακόν ἐστιν ἰάσεως· πολλῷ δὲ αὐτῷ χρώμενος, ἀμφοτέρας ἀσθενείας σεαυτὸν περιβαλεῖς· εἰ δὲ ἕως ἑνὸς ποτηρίου ἢ δύο, περισσὸν δὴ μή. Εἰ δυνατόν σοι ἀνυπόδυτον (34) ὁδεύειν, γενναίως ἐνεχθήσῃ· εἰ δὲ ἀνάγκη ἐστὶ πάντως ὑποδέεσθαι, ψιλὰ ἔσονταί σου τὰ ὑποδήματα· καὶ μὴ θέλε κατακεκοσμημένοις ὑποδήμασιν ἑταιρισμοῦ σχήμασιν ἐπαίρεσθαι. Τοῖς παροῦσιν ἀρκοῦ. Καὶ ἐὰν περισσοτέρων κρεῶν καὶ οἴνων ἔχῃς πολιτείαν, καὶ ἀπέλθῃς ἐπὶ ξένης, μὴ θελήσῃς ἑαυτὸν κομπάζειν, ἀλλ' ἴσος γίνου τοῖς ἀδελφοῖς· οἷον, ἐὰν ἐν λαχάνοις χρώμενος, καὶ ἑψήμασι, καὶ εἰ ἀνάγκη, γάρον ἐσθίειν, ἢ καὶ ἰχθύος μεταλαμβάνειν, ἐὰν θέλῃς· ἕως τούτου μόνου, καὶ πάλιν ἀνάλαβε τὴν πρώτην ἄσκησιν. Πάλιν, ἐὰν ἀῤῥωστήσῃς, καὶ λάβῃς ὠοῦ, ἁμαρτία οὐκ ἔστιν· εἰ δὲ ἡττηθῇς ἐν τῇ νόσῳ, [καὶ λάβῃς πετεινοῦ καὶ κρεῶν (35),] ἥττημα μέν σοί ἐστι, μὴ λογίσῃ δὲ αὐτὸ ἁμαρτίαν· λυποῦ δὲ, ὅτι ἀνεκόπης σου τῆς πολιτείας, καὶ ὑπεχαλάσθης τοῦ στερεοῦ λογισμοῦ.

6. Εἰ δὲ ἐπὶ νόσῳ ἀναγκασθῇς, λουτρῷ χρήσῃ, ἕως ἅπαξ καὶ δίς· ὑγιαίνων δὲ, βαλανείου οὐ χρείαν ἔχεις. Σὺ ὁ μονάζων καὶ ἱερεὺς χαμευνίαν θέλε, ἐὰν ᾖς ὑγιής· πρὸ παντὸς δὲ τέχνην ἐπιχειρεῖν. Ἐν ἀγρῷ ἐργάζου, ἵνα μὴ ἐσθίῃς ἄρτον ἀργόν· μᾶλλον δὲ ἐκ τῶν χειρῶν σου ἔχε πρὸς τὸ ἀναπαύειν ἀδελφοὺς καὶ ξένους, καὶ εἰ δυνατὸν, χήρας, καὶ ὀρφανοὺς, καὶ μετρίους. Καὶ εἰ μὲν μεταξὺ τῶν ἀνθρώπων οἰκεῖς, καὶ ἔχεις χωρίον, ἤτοι γεώργιον ἐργάζεσθαι· δικαίως συνάγων καρποὺς, καὶ μὴ ἔχων τι ἀδικίας, πρῶτον μὲν τὰς ἀπαρχὰς τοῖς ἱερεῦσι πρόσφερε· ἔπειτα θέλε καὶ χήρας ἀναπαύειν, καὶ ὀρφανοὺς καὶ λοιποὺς ἀπὸ δικαίων πόνων, μὴ ἀπὸ τόκων ἢ πλεονασμῶν, ἢ πραγματειῶν, ἢ διασεισμάτων. Εἰ δὲ εἰς μονὴν καθέζῃ, μὴ ὕβριζε τὴν ἄσκησιν τῆς μονῆς. Ἐὰν χωρίον κέκτησαι, ἐν μοναστηρίῳ ἀναχωρῶν, οὐκ ἀνεχώρησέ σοι, ἀλλ' ἐμπαίζεις καὶ ἐμπαίζῃ. Καθεζόμενος δὲ ἐν

A licet vestitu, progrediare. Saccum si habeas, ut tua lugeas peccata, cave ne saccus ille videatur, sed absconditus sit interius. Ne pellibus sis amictus, ut ne ab hominibus gloriam referas. Capillos ne alas: ejusmodi quippe ornatum præcidit Apostolus [20]: Ne tondeas mentum, neque circumtonsione utare.

5. Si possis vel hebdomade integra jejunare, nemini id declares. A carnibus abstine, non ut qui eas detesteris, sed ut qui corpori cibos detrahas, teque indignum eo æstimes, atque terrenorum loco cœlestia appetas. Quisquis **306** enim in ciborum lautitia modum tenet, his corpori fert opem ut se continere possit. A vino plane abstine, nisi solum ut degustes, et Creatori ejus benedicas. Quod si tu, B quemadmodum Timotheus, ob nimiam exercitationem in morbos incideris, vino modico utere, nam parce sumptum medicina est; sin multo utare, utrasque tibi infirmitates induces: ad unum vero vel duo pocula bibito neque amplius. Si valeas nudis incedere pedibus, generose te geris; sin tibi necessitas plane fuerit ut calceos sumas, simplicia tibi sunto calceamenta: noli ornatis calceamentis amasiorum more te efferre. Sint tibi res quævis obviæ satis. Etiamsi carnibus et vino tanquam supervacaneis abstinere soleas ex instituto tuo, cum tamen in peregrinam regionem concesseris, noli te jactare, sed esto fratribus æqualis, oleribus videlicet utens, coctisque cibis, imo si necessum sit garum comede et pisce vescere, si volueris; C sed pro ea vice solum, ac rursum pristinam resume exercitationem. Si ægrotus ovum comederis, peccatum non est; sed si in morbo usque eo dejiciare ut avem et carnes comedas, minus quidem perfectum illud est; ne arbitrare tamen peccatum esse: sed dole quod pristinum vitæ institutum non plane servaveris, et a firmo proposito dejectus sis.

6. Si in morbo id necessitas postulet, una aut altera vice balneo utere, sanus autem balneo non indiges. Tu monache et sacerdos, humi cubato, dum sanus corpore sis: in primis vero artem aliquam exerceas. In agro labora, ne panem otiose comedas; imo ex manuum tuarum labore habeas unde fratres hospitesque reficias, et si facultas ferat, viD duas, orphanos et egenos. Quod si inter homines quosdam habitas, tibique locus, seu ager suppetit ad laborandum, fructus juste et absque ulla injuria colliges; primitiasque ante omnia sacerdotibus offeras: dehinc viduis, orphanis, aliisque largire ex justis laboribus non ex fenore, vel ex nimia abundantia, vel ex negotiatione, vel ex tumultibus. Si in monasterio degis, ne monasterii exercitia contemne. Quod si cum in monasterium secedis agrum possides, nequaquam secedis, sed illudis atque il-

[20] I Cor. xi, 14.

scribunt, ut litteram o subsequenti copulent, quod properanti mos est, caudam parti superiori litteræ o ponant, et sic σ pene referant.

(34) Ἀνυπόδητον

(35) Hæc verba uncis inclusa restitui.

luderis. In monasterio cum degis noli otiosus esse, ita ut alii te alant; sed par est te aut artem aliquam callere, aut operari, ut quotidianum tibi cibum compares. Si juniores tecum fuerint, primum humilis esto, neque magister esse optaveris : sed si videris animas tua conversatione salutem consequi, atque volueris quinque talenta accepta duplicare, animas cura tecum versantes, et juniores compelle, ut quisque seorsum degat, neque una confabulentur, aut una versentur, excepta solum mensa, synaxi, et psalmodia, ut inter dormiendum propriis quis indumentis amictus sit, et sticharium singuli suum, saccumque absconditum retineant, ut si fuerit noctu orandum, parati inveniantur. Vigila moderate in psalmis et precibus : interdiu vero frequenter ora, ne tamen prolixa sit oratio, ne clamosa, ne multorum inaniumque verborum. Cum moderatione psallendum, ne molestia animæ afficiantur. Pueros ad silentium institue. In cauponam ne unquam ingrediare; sed si necessitas id postulet, si in extranea regione versaris, atque cibo vel potu opus est tibi, emptum mitte, et in ecclesia comede, loco semoto : si nulla eo loco fuerit ecclesia, aut orthodoxorum domus, necessumque tibi sit in diversorium ingredi, in diversorio maneas ubi nullæ sint mulieres, neque caupona : idque cum mœrore.

7. Si ejusmodi præcepta cum servaveris, et a prædictis peccatis caveris, in fide, castitate et eo vitæ instituto, uti diximus, cursum impleas, gradum tibi magnum et bonum acquires. Hæc supradictæ fidei præcepta, et **307** observationes, quas si perfeceris, fidemque servaveris, eris discipulus Domini nostri Jesu Christi. Quod si quis supradictis contradicat, Deo contradicit. Evolvat ille divinas Scripturas, et intelligat traditionem Ecclesiæ, ac demum cognoscet hæc omnia præcepisse Dominum. Nos ne longiores essemus, testimonia non produximus. Hactenus præcepta monachos reliquosque Christianos spectantia.

8. Jam vero si sacerdos quispiam accurate velit sacerdotio fungi, cum superioribus præceptis, sobrius sit, sedulus, patiens, mansuetus, orphanorum, pauperum, hospitum, bonorum amans, quietus, firmus fide, sententia, verbo, abstinens a muliere, gregem non negligat, ne quempiam exsecretur, personam ne accipiat, omnes coarguat; ne sinat ullam scabiosam in ovili ovem, sed per pœnitentiam purget illam, atque ita in ovile recipiat : sciat quo pacto singulos pascere : quæ præcepta viduis, quæ monachis, quæ laicis, quæ catechumenis tradere debeat. Mulieres vetet in ecclesia prorsus loqui [21], sed semper silere jubeat et orare, nec se auro vestibusque exornare, vultum contegere, aut

[21] I Cor. XIV, 34.

A μοναστηρίῳ, μὴ θέλε εἶναι ἀργὸς καὶ ὑπὸ ἄλλων τρέφεσθαι· ἀλλὰ δεῖ σεαυτὸν ἢ τέχνην εἰδεῖν, ἢ ἐργατεύεσθαι, ἵνα πως τὴν ἐφήμερον προσπορήσῃς τροφήν. Νεωτέρους δὲ ἐὰν ἔχῃς περὶ σεαυτὸν, πρῶτον μὲν ταπεινοφρόνει, καὶ μὴ θέλε εἶναι διδάσκαλος· εἰ δὲ ἴδῃς ψυχὰς σωζομένας διὰ τῆς σῆς ἀναστροφῆς, τελειῶσαι βουλόμενος τῶν πέντε ταλάντων τὰ διπλάσια, ὧν εἴληφας, μερίμνα τὰς περὶ σὲ ψυχὰς, καὶ ἐπίστυφε τοὺς νεωτέρους ἰδιάζειν ἕκαστον αὐτῶν ἔν τε τῇ ὁμιλίᾳ καὶ ἐν τῇ ἀναστροφῇ, χωρὶς μόνης τῆς τραπέζης, καὶ συνάξεως, καὶ ψαλμῳδίας· ἐν δὲ τῷ ὑπνεῖν, ἕκαστον ἴδια περιβάλλεσθαι, καὶ ἕκαστον τὸ στιχάριον αὐτοῦ ἔχειν, ἤτοι σακκίον κεκρυμμένον, ἵνα, ἄν που εὔχῃ νυκτὸς, ἕτοιμοι εὑρεθῶσιν. Θέλε ἀγρυπνεῖν συμμέτρως ἐν ψαλμοῖς καὶ εὐχαῖς· καὶ

B ἡμέρας μὲν εὔχεσθαι πυκνῶς, μὴ χρονίζων δὲ ἐν εὐχῇ, ἢ κράζων, ἢ βαττολογῶν· συμμέτρως δὲ ψάλλειν, ἵνα μὴ περικακῶσιν αἱ ψυχαί. Θέλε δὲ τοὺς παῖδας σιωπητικοὺς προβιβάζειν. Εἰς καπηλεῖον ὅλως εἰσέλθῃς (36)· ἀλλ' εἰ ἀνάγκη γένηται, ἐπὶ ξένης γενόμενος, καὶ χρείαν ἔχεις ἐδέσματος ἢ ποτοῦ, ἀποστείλας ἀγόρασον, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ φάγε καὶ πίε, ἐν τόπῳ αὐτῆς ἀνακεχωρημένῳ· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἐκκλησία ἐν τῷ τόπῳ, μηδὲ οἰκία ὀρθοδόξων, καὶ ἀνάγκη σοι γένηται, καὶ εἰσέλθῃς εἰς πανδοχεῖον, θέλε μένειν ἐν πανδοχείῳ, ὅπου οὐκ εἰσὶ γυναῖκες, οὔτε καπηλεῖον· καὶ τοῦτο μετὰ λύπης.

7. Ἐὰν οὖν, τὰς προειρημένας ἐντολὰς φυλάξας, καὶ τῶν προειρημένων σφαλμάτων ἑαυτὸν τηρήσας,

C τὸν δρόμον τελειώσῃς ἐν πίστει τε καὶ ἁγνότητι καὶ πολιτείᾳ, κατὰ τὸ εἰρημένον· βαθμὸν σεαυτῷ μέγαν καὶ ἀγαθὸν περιποιήσῃ. Αὗταί εἰσιν αἱ τῆς προειρημένης πίστεως ἐντολαὶ καὶ παραφυλάγματα, ἃς ἐὰν ποιήσῃς, καὶ τὴν πίστιν τηρήσῃς, ἔσῃ μαθητὴς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰ δέ τις ἀντιλέγει τοῖς προειρημένοις, Θεῷ ἐστιν ἀντιλέγων. Ψηλαφήσει γὰρ τὰς θείας Γραφὰς, καὶ κατανοήσει τὴν παράδοσιν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἔχει συνιέναι, ὅτι περὶ τούτων ὅλων ἐντέλλεται ὁ Κύριος. Ἡμεῖς δὲ, ἵνα μὴ μακρολογήσωμεν, τὰς μαρτυρίας οὐκ ἐξεθέμεθα. Καὶ αὗται μὲν αἱ ἐντολαὶ μονάζουσι καὶ λοιποῖς Χριστιανοῖς εὐλαβέσιν.

8. Εἰ δέ τις ἱερεὺς ἀκριβῶς θέλῃ ἱερατεύειν, μετὰ τῶν προειρημένων ἐντολῶν, ἤτω νηφάλιος, σπου-

D δαῖος, ἀνεξίκακος, χρηστὸς, φιλόρφανος, φιλόπτωχος, φιλόξενος, φιλάγαθος, ἥσυχος, στερεὸς πίστει καὶ γνώμῃ καὶ λόγῳ, ἀπεχόμενος γυναικὸς, μὴ ἀμελῶν τοῦ ποιμνίου, μὴ βδελυσσόμενός τινα· μὴ προσωποληπτεῖν, ἐλέγχοντα ἐπὶ πάντων, μὴ ἐᾷν ψωριὸν πρόβατον ἐν τῇ ποίμνῃ, ἀλλὰ καθαίρειν πρῶτον μετὰ μετανοίας, καὶ τότε συνάγειν ἐν τῇ μάνδρᾳ· εἰδέναι ἕκαστον ὡς ποιμαίνειν δεῖ, τί δὲ ταῖς χήραις παραγγέλλειν, τί μοναχοῖς, τί λαϊκοῖς, τί κατηχουμένοις. Γυναιξὶ δὲ παραγγέλλειν ἐν ἐκκλησίᾳ μὴ λαλεῖν ὅλως, ἀλλ' ἐν πᾶσι σιγᾷν καὶ εὔχεσθαι, καὶ μὴ λαμπρύνειν ἑαυτὰς ἐν χρυσῷ ἢ ἐσθῆτι, τὰ δὲ πρόσωπα αὐτῶν

(36) Add. μή

μὴ φαίνεσθαι, χεῖρας ἀνδρῶν μὴ καταφιλεῖν. Κατηχούμενοι δὲ ἰδίᾳ εὐχέσθωσαν, ἢ ἔξωθεν τοῦ βηλοῦ. Ὁ δὲ πᾶς λαὸς ἐν φόβῳ καὶ σιωπῇ ἀκουέτω τὸν λόγον τοῦ Κυρίου. Οὐ μόνον δὲ οἱ ἁμαρτάνοντες δίκην ἀποτίσουσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ χαίροντες ἐπὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι. Περὶ δὲ τῶν προσφορῶν ὀφείλει νήφειν ὁ ἱερεύς· ἐὰν γὰρ λάβῃ παρὰ στρατευομένου ἐκχέοντος αἷμα, ἢ διασείσαντος, ἢ κλέψαντος, ἢ πραγματευτοῦ, ἢ ἐπιόρκου, ἢ παρὰ πλουσίου ἀποστερητοῦ, ἢ παρὰ τελώνου ἐπιπράττοντος, ἢ τοκογλύφου, ἢ τιμιολκοῦ ἐπὶ σίτου, ἢ παρὰ παντὸς ἁμαρτωλοῦ· ὁ τοιοῦτος ἱερεὺς, ἀπὸ τοιούτων ἐὰν λάβῃ, χωλῶν καὶ τυφλῶν προσφέρει ἐξ αὐτῶν τῷ Θεῷ. Σοὶ δὲ τῷ λαϊκῷ οὐκ ἔξεστι κρῖναι τὸν ἱερέα, εἰ μὴ, ἐὰν εἰδῇς παραβάτην, φεῦγε ἀπ' αὐτοῦ. Ἐὰν ταῦτα φυλάξῃς, ὁ ἱερεὺς, βαθμὸν ἀγαθὸν ἑαυτῷ περιποιῇ, καὶ πολλὴν παῤῥησίαν τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ σὺν ἁγίῳ Πνεύματι ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A manus virorum osculari. Catechumeni autem seorsim orent et extra limen. Omnisque populus cum reverentia et silentio audiat verbum Domini. Porro non ii solum qui peccant, sed etiam qui de peccatoribus gaudent, pœnas luent. Oblationes quod spectat, vigilandum est sacerdoti : nam si a milite acceperit qui effuderit sanguinem, a turbulento, a fure, ab improbo negotiatore, a perjuro, aut a divite defraudatore, a publicano exactore, a feneratore, vel ab eo qui pretium frumenti auxerit, vel a quolibet peccatore; hujusmodi sacerdos, inquam, qui talia acceperit, clauda et cæca hinc Deo offert. Tibi laico non licet sacerdotem judicare ; quod si prævaricatorem adverteris illum, fuge ab illo. Si hæc tu sacerdos servaveris, gradum bonum tibi B acquires [11]; multamque fiduciam in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri et Spiritui sancto gloria in sæcula sæculorum. Amen.

IN SEQUENS OPUSCULUM MONITUM.

Brevem hanc vitæ monasticæ Institutionem *syntagmati apposite subjicimus, quod ambo ejusdem prorsus sint argumenti. Sequens autem opusculum inelegans est omnino, et a quodam Græculo Athanasii nomine confictum, ut quivis eruditus, vel primo aspectu existimabit.*

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΔΙΑΤΥΠΩΣΙΣ ΤΩΝ ΘΕΛΟΝΤΩΝ ΕΝ ΗΣΥΧΙᾼ ΔΙΑΓΕΙΝ.

MAGNI ATHANASII

INSTITUTIO EORUM QUI IN QUIETE VITAM AGERE CUPIUNT.

1. Τοιοῦτος ὁ μοναχὸς, καὶ οὕτω χρὴ εἶναι τὸν μοναχὸν, ἀπεχόμενον ἀπὸ γηΐνων πραγμάτων· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ Χριστοῦ στρατιώτην, ἄϋλον, ἀμέριμνον, πάσης πραγματευτικῆς ἐννοίας καὶ πράξεως ἐκτός. Ἐν τούτοις ἤτω ὁ μοναχὸς, μάλιστα ὁ πᾶσαν ὕλην τοῦ κόσμου τούτου καταλιπών· καὶ ἐπὶ τὰ ὡραῖα κάλλη τῆς ἡσυχίας ἡ ἄσκησις, ἡδὺς ὁ βίος, ἡ πρᾶξις τερπνή. Βούλει τοιγαροῦν, ἀγαπητὲ, τὸν μονήρη βίον ἀναλαβεῖν, καὶ ἐπὶ τὰ τῆς ἡσυχίας ἀποτρέχειν τρόπαια· ἄφες ἐκεῖ τὸν κόσμον καὶ τὰς τοῦ κόσμου φροντίδας, τάς τε ἐπὶ τούτων ἀρχάς τε καὶ ἐξουσίας, τουτέστι μόνος ἄϋλος ἔσο, ἀπαθὴς, πάσης ἐπιθυμίας ἐκτὸς, ἵνα, τῆς ἐκ τούτων περιστάσεως ἀλλότριος γενόμενος, δυνηθῇς ἡσυχάζειν καλῶς. Εἰ μὴ γάρ τις τούτων ἑαυτὸν ὑπεξάρῃ, οὐκ ἂν δυνηθῇ ταύτην κατορθῶσαι τὴν πολιτείαν. Τροφῶν βραχέων ἀντέχου καὶ εὐκαταφρονήτων, μὴ πολλῶν καὶ εὐπεριστάτων, ἢ μᾶλλον ἀπεριστάτων. Ἐὰν δὲ καὶ ὡς φιλοξενίας χάριν περὶ τὰ πολυτελῆ λογισμὸς γένηται, ἄφες τοῦτον ἐκεῖ, μὴ ὅλως πεισθῇς αὐτῷ· ἐνεδρεύει γάρ σε διὰ τούτου ὁ ὑπεναντίος, τοῦ ἀποστῆσαι τῆς ἡσυχίας.

C 1. Talem et hujusmodi oportet esse monachum, a terrenis rebus abstinentem, ac præterea Christi militem, materia expertem, sollicitudinibus vacuum, extra omnem negotiorum cogitationem et exercitium. In his sit et degat monachus, is maxime qui totam mundi hujus materiam dereliquit. Omnes speciosas pulchritudines superat ascesis illa, quieta et tranquilla est vita. Age ergo, dilecte, monasticam amplectere vitam, et accurre ad illa quietis tropæa. Relinque ibi mundum, mundique curas, mundanos item principatus et potestates; id est, solus et materia esto, passionibusque vacuus, omnis expers desiderii, ut, earum rerum circumstantia alienus, quietam probe vitam agere possis. Nisi enim quis sese ejusmodi rebus eximat, nun- D quam potuerit eam agere vitæ rationem. Paucis et vilibus utere cibis, non vero copiosis, et probe paratis, imo potius improbe paratis. Quod si hospitalitatis causa te lauti cibi cogitatio subeat, 308 missam fac illam, nec prorsus illi obtemperes. Insidiatur enim tibi per eam adversarius, ut te a quiete retrahat vita

[11] I Tim. III, 13.

2. Cave ne divitias pauperibus erogandas expetas; melior enim sermo bonus est, quam donum. Est quippe illa item maligni fraus, qua ad inanem gloriam plerumque et ad multam negotiationem mentem conjicit. Vestimenta quod spectat, ne cupias multas habere vestes; sed eas solum tibi provide quæ necessitati corporis satis sint. Si tibi alimentis aut vestibus sit opus, ne pudeat ea accipere, quæ tibi ab aliis offeruntur : est enim illud quoddam superbiæ genus. Quod si tibi aliquid in hisce superfluum fuerit, da egeno. Hanc Deus filios suos vult œconomiam servare. Cum præsenti tempore necessaria suppetunt, ne futuri temporis sollicitudinem geras, ne unius quidem diei aut hebdomadis : de præsenti solum cura : ipsum tempus sibi necessaria suppeditabit. Sed in primis quære regnum cœlorum. Tuam semper utilitatem curato, et quietæ vitæ modum tibi constitue. Ne cum hominibus materiæ deditis, et ultro citroque distractis habites : vel solus habita, aut cum hominibus materia expertibus et tecum consentientibus. Nam qui cum hominibus materiæ deditis, et ultro citroque distractis habitat, is prorsus eorum distractionis particeps erit, humanisque serviet mandatis, obnoxius vanis sermocinationibus, aliisque malis omnibus, iræ, mœrori, materialium rerum insano amori, metui scandalorum, patrimonialium bonorum sollicitudinibus, cognatorum amicitiis. Eorum itaque consortium devita, ne forte tuam in cellula quietem adimant, et ad sua ultro citroque negotia pertrahant

3. Si porro cellula in qua degis circumquaque amœna sit, fuge ab illa, ne parcas, ne fortasse ejus amore pertrahare. Nihil non age, nihil non operare, ut possis quietæ et tranquillæ vitæ vacare, atque curare, ut juxta Dei voluntatem degas, et cum invisibilibus inimicis pugnes. Si non potes in tuis partibus tranquille et quiete degere, transfer propositum tuum ad hospitalitatem, in eamque cogitationes tuas quamprimum repone. Esto velut quidam optimus negotiator, qui omnia ad quietam vitam probat et ordinat; et quæ tranquilla et utilia sunt perquirit. Cæterum dico tibi, hospitalitatem dilige, nam liberat te a casibus in regione tua obvenire solitis, tibique præstat ut quietæ et tranquillæ vitæ utilitate perfruare. Fuge moras in civitate, et in eremo persevera, si fieri omnino possit. In urbem ne accedas : nihil enim utile, nihil tuo vitæ instituto fructuosum illic conspicies. Ne timeas neque formides earum rerum sonitum, neque aufugias a stadio utilitatis tuæ. Absque timore sustine, et videbis Dei magnitudinem, omnia scilicet alia salutis signa et manifestationes.

4. Amicos si habes, fuge eorum frequentes confabulationes; si enim perraro colloquare cum ipsis, gratus Deo eris. Quod si deprehenderis per eos tibi damnum obvenire, ne prorsus accedas ad illos. Par quippe est amicos te habere qui tuo vitæ instituto utiles ac dediti sint. Fuge malignorum et conten-

A 2. Ὅρα μὴ ἐπιθυμήσῃς πλοῦτον ἔχειν πρὸς διάδοσιν τῶν πενήτων· κρεῖσσον γὰρ λόγος ἀγαθὸς ὑπὲρ δόμα· ἔστι γὰρ καὶ αὕτη ἀπάτη τοῦ πονηροῦ πρὸς κενοδοξίαν πολλάκις καὶ εἰς πολυπραγμοσύνης αἰτίαν ἐμβάλλουσα τὸν νοῦν. Περὶ δὲ ἱματίων, μὴ ἐπιθυμήσῃς πολλὰ ἔχειν ἱμάτια· ἀλλὰ τὰ ἀρκοῦντα τῇ ἀνάγκῃ τοῦ σώματος μόνα προνοοῦ. Ἐὰν δέῃ τροφῶν ἢ ἱματίων, μὴ αἰσχυνθῇς τὰ παρ' ἑτέρων σοι προσφερόμενα λαβεῖν· τοῦτο γάρ ἐστιν ὑπερηφανίας εἶδος. Ἐὰν δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τούτοις περισσεύῃς, δίδου τῷ ὑστερουμένῳ· οὕτως ὁ Θεὸς τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας οἰκονομεῖσθαι βούλεται. Ἔχων τοῦ ἐνεστῶτος καιροῦ τὰ δέοντα, εἰς τὸν μέλλοντα μὴ μεριμνήσῃς καιρὸν, οἷον ἡμέρας μιᾶς, ἢ ἑβδομάδος, ἢ μὴν ἐνεστῶτος καιροῦ· αὐτὸς ὁ καιρὸς ἐπιχορηγήσει τὰ δέοντα. B Ἀλλὰ μᾶλλον ζήτει μάλιστα τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Τῆς ἑαυτοῦ ὠφελείας πάντοτε φρόντιζε, καὶ τὸν τῆς ἡσυχίας περιποιοῦ τρόπον. Μὴ ἀγαπήσῃς οἰκῆσαι μετὰ ἀνθρώπων ὑλικῶν καὶ ἐμπερισπάστων· ἢ μόνος οἴκει, ἢ μετὰ ἀνθρώπων ἀΰλων καὶ ὁμοφρόνων· ὁ γὰρ μετὰ ἀνθρώπων ὑλικῶν καὶ ἐμπερισπάστων οἰκῶν, πάντως κοινωνήσει καὶ αὐτὸς τῇ τούτων περιστάσει, καὶ δουλεύσει ἀνθρωπίναις ἐπιταγαῖς, λαλιαῖς τε ματαίαις, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δεινοῖς, ὀργῇ, λύπῃ, μανίᾳ τῶν ὑλῶν, φόβῳ τῶν σκανδάλων, γονικαῖς μερίμναις, συγγενικαῖς φιλίαις. Ἀλλὰ γὰρ τῆς πρὸς τούτους συντυχίας παραιτοῦ, μήποτέ σε ἀπολέσωσι τῆς ἐν τῷ κελλίῳ ἡσυχίας, καὶ περὶ τὰς ἑαυτῶν περιστάσεις ἀγάγωσιν.

C

3. Ἐὰν δὲ καὶ τὸ κελλίον ἐν ᾧ καθέζῃ εὐπερίστατον ᾖ, φεῦγε, καὶ αὐτοῦ μὴ φείσῃ, μὴ ἑλκυσθῇς εἰς ἀγάπην αὐτοῦ. Πάντα ποίει, πάντα πράττε, ὅπως δυνηθῇς ἡσυχάσαι, καὶ σχολάσαι, καὶ σπουδάσαι γενέσθαι ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ θελήμασι, καὶ ἐν τῇ πάλῃ τῶν ἀοράτων. Εἰ μὴ δύνασαι ῥᾳδίως ἡσυχάσαι ἐν τοῖς σοῖς μέρεσι, δός σου ἐπὶ ξενιτείαν τὴν πρόθεσιν, καὶ ἐπὶ ταύτην κατάσπευδέ σου τὸν λογισμόν· γενοῦ καθάπερ τις πραγματευτὴς ἄριστος, τὰ πάντα πρὸς ἡσυχίαν δοκιμάζων, καὶ τὰ πρὸς ταύτην ἥσυχα καὶ χρήσιμα. Πλὴν λέγω σοι, ξενιτείαν ἀγάπα· ἀπαλλάττει γάρ σε τῶν κατὰ τὴν ἰδίαν χώραν περιστάσεων, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἡσυχίαν ὠφελείας μόνον D ἀπολαύειν ποιεῖ. Τὰς ἐν πόλει διατριβὰς φεῦγε, καὶ ἐν ἐρήμῳ καρτέρησον, εἰ δυνατὸν τὸ καθόλου. Εἰς πόλιν μὴ ἀπαντήσῃς· οὐδὲν γὰρ εὔχρηστον, οὐδὲν ὠφέλιμον τῇ πολιτείᾳ σου ἐκεῖ θεάσῃ. Μὴ δειλιάσῃς ἦχον αὐτῶν, ἢ πτοηθῇς· μηδὲ ἀποφύγῃς τὸ στάδιον τῆς σῆς ὠφελείας. Ἀφόβως ὑπόμεινον, καὶ ὄψει τοῦ Θεοῦ τὰ μεγαλεῖα, τὴν ἄλλην ἅπασαν ἐπὶ σωτηρίαν πληροφορίαν.

4. Ἐὰν φίλους ἔχῃς, φεῦγε τούτων τὰς συνεχεῖς συντυχίας· διὰ μακροῦ γὰρ αὐτοῖς συντυγχάνων εὐχάριστος ἔσῃ. Ἐὰν δὲ κατανοήσῃς διὰ τούτων αὐτῶν βλάβην σοι γινομένην, μηδόλως ἐγγίσῃς· φίλους γὰρ ἔχειν σε χρὴ τοὺς ὠφελίμους καὶ συλλαμβανομένους τῇ σῇ πολιτείᾳ. Φεῦγε τῶν πονηρῶν ἀνδρῶν καὶ μα-

χίμων τὴν συντυχίαν· μηδενὶ τούτων συνοικήσῃς· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰς φαύλας αὐτῶν προθέσεις παραιτοῦ. Ἄνδρες εἰρηνικοὶ ἀδελφοὶ, καὶ πνευματικοὶ πατέρες ἅγιοι, ἔστωσαν φίλοι σοι. Μὴ μετὰ περισπωμένων συναυλίζου, μηδὲ συμπόσιον ἔχῃς μετ' αὐτῶν· μήποτέ σε περὶ τὰς ἑαυτῶν ἀπάτας ἑλκύσωσι, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἡσυχίαν ἐπιστήμης ἀπαγάγωσιν. Ἐὰν δέ τις τῶν κατὰ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ πορευομένων, ἐλθὼν πρὸς σὲ, ἐπὶ τὸ φαγεῖν προσκαλέσηταί σε, καὶ θέλῃς ὑπάγειν, ὕπαγε μὲν, τάχιον δὲ ἐν τῷ κελλίῳ σου ὑπόστρεφε. Εἰ δυνατὸν, ἐκτὸς τοῦ κελλίου σου μὴ κοιμηθῇς ἔξω· ἵνα διὰ παντός σοι παραμένῃ ἡ τῆς ἡσυχίας χάρις, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ προθέσεως ἀνεμπόδιστον ἕξεις τὴν λατρείαν. Μὴ γίνου ἐπιθυμητὴς βρωμάτων καλῶν· ἡ γὰρ σπαταλῶσα ψυχὴ, ζῶσα τέθνηκε. Μὴ χορτάσῃς τὴν κοιλίαν σου βρώματα διάφορα, ἵνα μὴ πόθος σοι τούτων γένηται, καὶ περὶ τραπέζης ἐμποιήσῃ σοι τὸν πόθον. Εἴρηται γὰρ μὴ ἀπατᾶσθαι χορτασίᾳ κοιλίας. Ἐὰν δὲ καὶ συνεχῶς ἔξω τοῦ κελλίου σου θεάσῃ σεαυτὸν προσκαλούμενον, παραιτοῦ. Ἔστιν ἐπιζήμιος ἡ ἔξω τοῦ κελλίου σου συνεχὴς διατριβὴ, ἀφαιρεῖται τὴν χάριν, σκοτίζει τὸ φρόνημα, μαραίνει τὸν πόθον.

A tiosorum virorum colloquium, cum nemine illorum habites, imo prava illorum proposita recusa. Fratres qui sint pacifici, et spirituales sancti Patres, amici tibi sint. Ne cum distractis viris habites, neque cum iis una convivere; ne te forte ad suas fraudes pertrahant, et a scientia quæ quietam spectat vitam abducant. Quod si quis eorum qui secundum charitatem Dei incedunt, te adiens ad comedendum invitet, si lubeat abire, abi; sed cito ad cellam remigra tuam. Si fieri potest, ne dormias extra cellam tuam, ut semper apud te permaneat quietæ vitæ gratia, ac sine obice erga propositum hujuscemodi, cultum tuum impendes. Ne esto cupidus lauti cibi; nam quæ deliciatur anima, vivens mortua est. Ne variis cibis ventrem tuum **309** impleas; B ne te eorum cupido subeat, et tuum erga mensam appetitum inflammes. Dictum namque est, non oportere falli saturitate ventris. Quod si te frequenter extra cellam tuam videas invitari, abnue. Nam frequens extra cellam tuam mora detrimento tibi est, quippe quæ gratiam auferat, sensum obscuret, amorem marcidum reddat.

IN BINAS AD CASTOREM EPISTOLAS ADMONITIO.

Novum hic comparet commenti genus, Lector benevole: en tibi Instituta Cassiani *Græce versa, in compendium redacta, Athanasiique nomine conscripta. Quod opus esse videtur Græculi cujusdam Latine periti, qui cum in* Instituta Cassiani *incidisset, operæ pretium duxit Græce illa interpretari, quanquam fortasse potuerit ex antiquo Cassiani Græco textu, seu Græca versione, hoc ipsum opusculum contexere. Nam exstant in antiquis Græcis codicibus multa ex Cassiani Institutionibus, quarum haud semel loca afferuntur Græce a quibusdam scriptoribus, v. g. a Climaco.* Instituta *igitur illa exhibet hic scriptor, non quidem integra, sed excerptis hinc inde sententiis, sæpe etiam integris capitibus: tantaque omisit, ut ex duodecim illis institutorum libris, binas hasce tantum confecerit epistolas, quas majoris commendationis causa magno Athanasio ascripsit. Porro tam supine, tam incaute id facinoris aggressus est, ut quæ se suis vidisse oculis testatur Cassianus, longe scilicet post Athanasii ætatem acta, ea ipse Athanasium narrantem ac se vidisse testantem repræsentet, quod in aliis quoque nonnullis spuriis operibus animadversum est. Castor autem ille cui nuncupantur* Instituta Cassiani, *cujusque nomen huc translatum est, episcopus erat Aptensis. Has porro nobis Roma transmisere fratres nostri.*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΠΡΟΣ ΚΑΣΤΟΡΑ ΤΟΝ ΜΑΚΑΡΙΟΤΑΤΟΝ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΝΟΝΙΚΩΝ ΤΩΝ ΚΟΙΝΟΒΙΩΝ ΔΙΑΤΥΠΩΣΕΩΝ (37).

Ἐπειδή μοι προσέταξας, μακαριώτατε πάτερ Κάστορ, γνωρίσαι σοι τὰς κανονικὰς διατυπώσεις τῶν κοινοβίων τῶν ἀνατολικῶν, καὶ μάλιστα τῶν Αἰγυπτίων, ὧν αὐτόπτης γέγονα· εἶξας ἐγὼ τῇ ὑμετέρᾳ κελεύσει, τοῦτον ὡς ἐν ὀλίγῳ τὸν λόγον ὑμῖν ἀπέστειλα· ἵνα ἔχωσιν ἐφόδιον πρὸς ἀρετὴν οἱ συνειλεγμένοι σὺν Θεῷ ἐν τῷ νέῳ σου μοναστηρίῳ, τοὺς τῶν μακαρίων ἀνδρῶν κανόνας τε καὶ ἄλλους. Ἀναγκαῖον τοίνυν πρὸ πάντων περὶ προσευχῆς τῆς πάντων αἰτίας τῶν ἀγαθῶν διηγήσασθαι, ὅπως τε, καὶ μετὰ πάσης τῆς καταστάσεως ἐν τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον μάλιστα καὶ Θηβαΐδα κοινοβίοις ταύτην ἐπι-

EJUSDEM MAGNI ATHANASII AD BEATISSIMUM CASTOREM, DE CANONICIS COENOBIORUM CONSTITUTIONIBUS.

C 1. (38) Cum jusseris mihi, beatissime Pater Castor, ut Orientalium maximeque Ægyptiorum cœnobiorum, canonicas tibi constitutiones declararem, quas meis ipse oculis conspexi; tuæ jussioni obtemperans, hæc pauca tibi verba transmisi; ut hinc viaticum ad virtutem iis suppetat qui in novo tuo monasterio, Deo juvante, coacti sunt. Itemque misi beatorum virorum canones, et alios nonnullos. Necesse est itaque ut ante omnia de oratione, bonorum omnium causa, verba faciam; quomodo scilicet, et quam optimo cum ordine in Ægypti et Thebaidis cœnobiis eam persolvant. (39) Congre-

(37) Ex codicibus mss. Altaemps., num. R. v. 49.
(38) Cassianus in præfat. ad *Instituta cœnobiorum ad Castorem.*
(39) Cassian. *Institut.* lib. II, c. 7.

gati quippe eodem in loco, tempore synaxis, postquam absolutus est psalmus, non statim ad genuflexionem veniunt; sed priusquam genua flectant, modico tempore stantes expansis manibus orant; postea humi prostrati, et facta brevi inter genuflectendum oratione, una surgunt omnes: ac rursum expansis manibus diutius atque ferventius supplicationes persolvunt, nemine genuflectente, aut ex genuflexione sese erigente, donec is qui orationem recitat, prior genuflexerit aut prior surrexerit (40). Prout itaque dictum est, cum ejusmodi synaxium causa conveniunt, tantum ab omnibus servatur silentium, ut in tanto et pene innumerabili cœtu, neminem adesse videatur; potissimuum vero tempore orationum, quo neque sputum emittitur, neque tussis auditur: non illic pigritiæ signum, non dormitatio, non oscitatio, non gemitus cum sono audiuntur. Eum namque qui præ nausea et animi mollitie cum clamore precatur, aiunt dupliciter peccare; primo, quod segniter oret; secundo, quod indisciplinata illa voce, proximi aures obtundat, ac mentem distrahat: invadentibus una malignis spiritibus, qui cum nos viderint in oratione stantes, indecentibus nos cogitationibus, et nausea atque fastidio animam aggravant. (41) Quæ causa est ut psalmos, non cum tumultu et perturbatione festinando recitent; neque versuum multitudine, sed mentis consideratione oblectentur; ea scilicet cogitatione ei obsequentes qui ait: « Psallam spiritu, psallam et mente [23]: » rati utilius esse decem versus cum attentione psallere, quam totum psalterium cum confusione mentis.

310 2. (42) Completis psalmis et canone, uti superius memoravimus, nemo fratrum vel tantillum temporis cum alio stare aut verba facere audet: sed neque cella egredi, aut opus deserere suum, quod præ manibus tractat, juxta Apostolicum præceptum; nisi necessarii cujusdam operis occasione omnes una convenire oporteat: egressi autem opus suum exsequuntur; ita ut ne minima quidem inter eos sit confabulatio, sed singuli meditationi mentis vacent et psalmo, et quod sibi jussum est impleant. Magna porro sollicitudine cavent, ne quis fratrum cum alio maxime novitio solus unquam relinquatur, aut extensis manibus aliquem contrectare aut complecti audeat. Quod si quis hanc transgredi regulam deprehendatur, gravissimæ correptioni subjicitur.

3. (43) De canonico itaque more, sive precum sive psalmorum, quo pacto scilicet eas oporteat in diurnis conventibus observari, sat a nobis jam dictum est. Deinceps vero agendum nobis est de iis

A τελοῦσι. Συναγομένων γὰρ αὐτῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς συνάξεως, ἡνίκα τελειωθῇ ὁ ψαλμὸς, οὐ παραχρῆμα πρὸς γονυκλισίαν ὁρμῶσιν, ἀλλὰ πρὶν ἢ τὰ γόνατα κάμψαι, πρὸς ὀλίγον ἱστάμενοι, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτεταμένας ἔχοντες, εὔχονται· καὶ μετὰ ταῦτα χαμαὶ προσπίπτοντες, καὶ πρὸς ὀλίγον πάλιν ἐν τῇ γονυκλισίᾳ εὐχόμενοι πάντες, ἐν τῷ ἅμα ἐγείρονται· καὶ πάλιν τὰς χεῖρας διαπετάσαντες, ἐκτενέστερον καὶ ἐπιτεταμένως τὰς ἱκεσίας ἀποπληροῦσιν, οὐδενὸς γόνυ κλίνοντος, ἢ ἐκ τῆς γονυκλισίας ἀνισταμένου, ἕως ἂν ὁ ποιῶν αὐτοῖς τὴν εὐχὴν, κλίνῃ πρῶτος, ἢ ἀναστῇ πρῶτος. Καθὰ τοίνυν εἴρηται, ὅτε τὰς προειρημένας συνάξεις ἐπιτελέσαι συνέρχονται, σιωπὴ τοσαύτη παρέχεται ὑπὸ πάντων, ὡς νομισθῆναι μηδένα ἄνθρωπον ἐν τῇ τοσαύτῃ τῶν ἀδελφῶν B ἀναριθμήτῳ πληθύϊ παρεῖναι, ἐξαιρέτως ἐν τῷ καιρῷ τῶν προσευχῶν, ὅτε οὔτε πτύσμα προσέρχεται, οὔτε βὴξ ἠχεῖται, οὐκ ἀκηδία, οὐ νυσταγμὸς, οὐ χάσμα, οὐ στεναγμοὶ μετ' ἤχου ἀναπέμπονται. Τὸν γὰρ ἐν χαυνότητι διανοίας μετὰ κραυγῆς τὰς εὐχὰς ἐπιτελοῦντα, δισσῶς ἁμαρτάνειν λέγουσι· πρῶτον μὲν ὡς ῥαθύμως εὐχόμενον, δεύτερον δὲ ὡς ἀπαιδεύτῳ τῇ φωνῇ τὴν τοῦ πλησίον ἀκοὴν κατακτυποῦντα, καὶ διασκεδάζοντα τὴν διάνοιαν, συνεπιτιθεμένων καὶ τῶν πονηρῶν πνευμάτων, οἵ, ἐπειδὴ ἂν ἴδωσιν ἡμᾶς εἰς προσευχὴν ἱσταμένους, λογισμοῖς ἀπρεπέσι καὶ ἀκηδίᾳ τὴν ψυχὴν καταβαρύνουσι. Καὶ τούτου χάριν τοὺς ψαλμοὺς οὐ μετὰ θορύβου καὶ ταραχῆς σπεύδουσιν ἐκτελεῖν, οὐδὲ τῷ πλήθει τῶν στίχων, ἀλλὰ C τῇ τῆς διανοίας νοήσει εὐφραίνονται, ἐκείνῳ τῷ λογισμῷ κατακολουθοῦντες τῷ φάσκοντι· « Ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ καὶ τῷ νοΐ· » ὠφελιμώτερον γὰρ ἔχουσι τὸ δέκα στίχους μετὰ συνέσεως ψάλλειν, ἢ ὅλον τὸ ψαλτήριον μετὰ συγχύσεως διανοίας.

2. Τελειωθέντων δὲ τῶν ψαλμῶν καὶ τοῦ κανόνος, οὕτως ὡς ἀνωτέρω ἐμνημονεύσαμεν, οὐδεὶς τῶν ἀδελφῶν κἂν πρὸς ὀλίγον στῆναι, ἢ ὁμιλῆσαι μετ' ἄλλου τολμᾷ· ἀλλ' οὐδὲ τοῦ κελλίου προελθεῖν, ἢ τὸ ἔργον καταλιπεῖν, ὃ μετὰ χεῖρας ἔχουσιν, ἀποστολικὸν πληροῦντες παράγγελμα, εἰ μή πού γε χρεία γένηται πρὸς καθῆκόν τινος ἀναγκαίου ἔργου πάντας συνεισελθεῖν, ὅπερ οὕτω μετὰ σπουδῆς καὶ ἐξερχόμενοι πληροῦσιν, ὡς μηδεμίαν ὁμιλίαν μεταξὺ αὐτῶν ἀνακύπτειν, ἀλλ' ἕκαστον προσέχοντα τῇ μελέτῃ D τῆς διανοίας καὶ τῷ ψαλμῷ, πληροῦντες τὸ προτεταγμένον. Μεγάλῃ δὲ σπουδῇ φυλάττουσι, μή τις μετὰ ἄλλου, καὶ μάλιστα ἀρχαρίου, ἀπολειφθῇ τῶν ἀδελφῶν ἰδιάζων πού ποτε, ἢ τὰς ἰδίας χεῖρας ἐκτείνας τολμήσῃ κατασχεῖν ἢ περιπλακῆναι ἑτέρῳ. Εἰ δέ τις παραβαίνων τὸν κανόνα τοῦτον εὑρεθῇ, ἐπιτιμίῳ βαρυτάτῳ ὑποβάλλεται

3. Περὶ μὲν οὖν τοῦ κανονικοῦ τρόπου τῶν τε εὐχῶν καὶ τῶν ψαλμῶν, ὃς ὀφείλει ἐν ταῖς καθημεριναῖς συνόδοις φυλάττεσθαι, ἱκανῶς ἡμῖν εἴρηται. Ὀφείλομεν δὲ λοιπὸν περὶ τῶν ἀποτασσομένων τῷ κόσμῳ

[23] 1 Cor. xiv, 15.

(40) Cassian. *Institut.* lib. ii, c. 10.
(41) Ibid. c. 11.
(42) Ibid. c. 15.
(43) Ibid. lib. iv, c. 1.

διηγήσασθαι, ποίῳ τρόπῳ ἐν τούτοις τοῖς κοινοβίοις A εἰσέρχονται, καὶ διαμένουσι ταπεινοφρονοῦντες καὶ ὑποτασσόμενοι ἕως βαθυτάτης πολιᾶς. Τοσαύτη γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ ὑπακοὴ καὶ ταπείνωσις ἄχρι γήρως, ὅση οὐκ ἂν εὑρεθῇ οὐδὲ κατὰ τὸν πρῶτον ἐνιαυτὸν τοῖς ἀποτασσομένοις ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς μοναστηρίοις. Οὐ πρότερον τοίνυν δεχθήσεται ἔσω ἐν τῷ μοναστηρίῳ ὁ θέλων μονάσαι, πρὶν ἀπόδειξίν τινα καὶ πεῖραν τοῦ πρὸς Θεὸν πόθου καὶ τῆς ταπεινώσεως καὶ μακροθυμίας διὰ τῆς ἐπιπλεῖστον ὑπακοῆς παράσχῃ. Δοκιμασθεὶς οὖν ἐν τούτοις, εὐπρόσδεκτος παρ' αὐτοῖς γίνεται, καὶ διδάσκεται τῆς αὐτοῦ περιουσίας μὴ ἔχειν τι τεθησαυρισμένον· ἐπίστανται γὰρ τὸν παρακρατοῦντά τι τῶν ἰδίων μὴ δύνασθαι διαμένειν πολυχρόνιον ἐν τῇ τοῦ μοναστηρίου ὑποταγῇ, καὶ κακουχίᾳ εἰς τέλος ἐγκαρτερεῖν. B Ἡνίκα γὰρ οἱαδήποτε πρόφασις ἢ θλίψις τὴν αὐτοῦ κινήσει διάνοιαν, εὐθὺς ἡ τοῦ ἀποκειμένου ἐλπὶς, ὥσπερ σφενδόνη λίθον, τοῦ μοναστηρίου ἐκτινάσσει. Διά τοι τοῦτο ἕκαστος αὐτῶν γυμνοῦται τῆς ἀρχαίας περιουσίας, ὡς μηδὲ αὐτὸ τὸ ἔνδυμα ὃ περιβεβλημένος ἦλθε τοῦ λοιποῦ φορεῖν συγχωρεῖσθαι. Ἀλλὰ, τῶν ἀδελφῶν πάντων συνηγμένων, προαχθεὶς εἰς τὸ μέσον, ἐκδύεται τὰ ἱμάτια τὰ ἴδια, καὶ διὰ τῶν χειρῶν τοῦ ἀββᾶ, ἐνδύμασι τοῦ μοναστηρίου μεταμφιέννυται· ὡς διὰ τοῦ τύπου τούτου ἐπιγνῶναι αὐτὸν, ὅτι, πάντων τῶν κοσμικῶν πραγμάτων καὶ τῆς ἀλαζονείας, καὶ τοῦ τύφου γυμνωθεὶς, ἐνεδύσατο τὴν πτωχείαν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅτι ἀνεπαισχύντως ἐναριθμεῖ ἑαυτὸν, καὶ ἐξισοῖ τῷ σώματι τῆς ἀδελφότητος. C Τὰ δὲ ἱμάτια ἃ ἀποδύεται λαβὼν ὁ οἰκονόμος τῆς μονῆς φυλάττει, ἀφορίσας ἕως δ' ἂν τῆς προκοπῆς αὐτοῦ καὶ τῆς ἀναστροφῆς, καὶ ὑπομονῆς τῆς ἐν διαφόροις πειρασμοῖς ἀπόδειξιν παράσχῃ. Καὶ εἰ μὲν εὕρωσιν αὐτὸν δυνάμενον ἐν τούτοις καρτερεῖν, καὶ ἐν σπουδῇ πάσῃ, καὶ διαπύρῳ θέρμῃ, ᾗ ἐνήρξατο, διαμένοντα, τοῖς λοιποῖς συναριθμοῦσιν ἀδελφοῖς· εἰ δέ τι γογγυσμοῦ ἐλάττωμα, ἢ παρακοῆς οἱασδήποτε ἁμαρτίαν ἐν αὐτῷ καταμάρθωσιν [f. καταμάρψωσιν], ἐκδύοντες τοῦτον ἅπερ ἐκ τοῦ μοναστηρίου ἐνεδύσαντο, καὶ τοῖς κοσμικοῖς ἐνδύμασι πάλιν περιβάλλοντες, ἀπωθοῦνται τοῦ κοινοβίου. Ὡς ἐκ ταύτης λοιπὸν τῆς ἀκριβείας μὴ εὐχερὲς εἶναι τῷ βουλομένῳ εἰσέρχεσθαι ὡς βούλεται ἢ ἀναχωρεῖν τῆς μονῆς, ἀλλὰ τὸν μὴ ἐμμένοντα κατὰ πάντα τρόπον τῇ ἰδίᾳ ὁμολογίᾳ μετενδύεσθαι τοῦ D μοναστηρίου.

4. Ὅτε τοίνυν δ' ὑποδεχθεὶς ταύτῃ, ᾗπερ εἰρήκαμεν, ἀκριβείᾳ δοκιμασθῇ, καὶ ἄμεμπτος εὑρεθῇ, οὐ παραχρῆμα τῇ συνοδίᾳ τῶν ἀδελφῶν συναναμίγνυσθαι ἐπιτρέπεται, ἀλλὰ παραδίδοται τῷ ἐκτεταγμένῳ τὴν φροντίδα τῶν ξένων, καὶ τούτοις πᾶσαν ἐπιμέλειαν καὶ ὑπηρεσίαν ποιεῖν προστάσσεται· καὶ ὅτε ὁλόκληρον ἐνιαυτὸν ἀμέμπτως ἐξυπηρετήσῃ τοῖς ξένοις, τυπωθεὶς διὰ τούτου πρὸς ταπείνωσιν καὶ μακροθυμίαν, συναριθμεῖται λοιπὸν τῇ συνοδίᾳ τῶν ἀδελφῶν, καὶ παραδίδοται ἑνὶ τῶν γερόντων, ὃς

(44) Cassian. *Institut.* lib. IV, c. 2.
(45) Ibid. c. 3 et 4.
(46) Ibid. c. 5.

A qui mundum abdicarunt, qua ratione in hisce cœnobiis ingrediantur, in illisque permaneant in humilitate et obsequentia usque ad extremam senectutem. (44) Tanta quippe apud illos est obedientia, tanta humilitas ad senectutem usque, quanta ne primo quidem anno in iis qui sæculum abdicarunt, in monasteriis nostris reperiatur. (45) Non prius itaque in monasterio admittitur qui vult esse monachus, quam specimen et experimentum quoddam sui erga Deum amoris, humilitatis suæ atque æquanimitatis per summam obedientiam dederit. His itaque probatus, ut admittendus ab illis habetur atque docetur, ne quidquam de bonis suis apud se reconditum conservet : gnari scilicet eum qui de bonis suis quidquam retinet, non posse diu in monasterii obedientia permanere, neque ad finem usque perseverare, præ animi languore ac tædio. Cum quævis enim minima occasio aut afflictio ejus movebit animum, statim reconditi thesauri spes, quasi funda lapidem, monasterio illum ejicit. (46) Quare quivis illorum antiquis possessionibus exuitur, ita ut ne vestimento quidem quo indutus erat uti sibi liceat. Sed congregatis cunctis fratribus, in medium adductus, exuitur vestimentis propriis, et eorum loco abbatis manibus monasterii vestimentis induitur; ut ea forma cognoscat ipse, se mundanis rebus omnibus arrogantia item et superbia nudatum, induisse paupertatem Christi, et sine pudore sese connumerare et exæquare corpori fraternitatis (47). Vestimenta autem quibus exuitur accepta servat œconomus monasterii, atque seorsum reponit, donec ipse profectus, conversationis patientiæque in variis tentationibus specimen dederit. Et si quidem deprehendatur in hisce posse perseverare, atque eo studio, et ferventi proposito quo cœpit permanere, reliquis eum fratribus annumerant. Quod si in eo murmurationis delictum, aut inobedientiæ cujuslibet peccatum comperiant, exutum eum monasterii vestimentis, ac mundanis denuo indumentis amictum ex cœnobio expellunt, ita ut post tam accuratam probationem, non facile sit volenti, arbitrio suo vel ingredi vel e monasterio secedere; sed qui se profitetur remanere nolle, omnino exuatur monasterii vestimentis.

4. (48) Cum igitur is qui susceptus est, ea qua diximus accuratione probatus, inculpatusque deprehensus est, non statim fratrum cœtui commisceri permittitur, sed traditur ei cui hospitum commissa cura est, atque jubetur hospitum ministerio et obsequio omnino vacare; ac postquam integrum annum inculpate hospites exceperit, hac re in humilitatem efformatus et in æquanimitatem, demum cœtui fratrum annumeratur, atque alicui e senioribus traditur, cui **311** hujusce muneris sollicitudo

(47) Ibid. c. 6.
(48) Ibid. c. 7.

incumbit, ut discipulum doceat, quas vias ingressus ad perfectionem virtutum pervenire possit. (49) In primis docet eum studium superandi proprias concupiscentias et voluptates, jubendo ea quæ ejus voluntati contraria sunt. Aiunt enim Patres non aliter posse quemquam voluptates reprimere, aut iracundiam, aut tristitiam; aut veram obtinere humilitatem, aut demum una cum fratribus in cœnobio recte consummari, nisi ante per obedientiam voluntates suas mortificaverit. (50) His constitutionibus atque doctrinis, quasi quibusdam elementis et syllabis, ubi discipulum ad præstantiorem statum produxerunt, postea hoc docent illum, ut cogitationes suas ne celet; sed ubi accedunt, quamprimum Patri suo revelet; neque de earum judicio et examine quidpiam cordi suo confidat; sed sciat id bonum, id malum esse, quod judicio suo Pater, facto rei examine, tale esse declaraverit. Hac ratione poterit omnes inimici fallacias vitare quisquis ad virtutem instituitur: qui utpote imperitus, inimici dolos ignorat. Aiunt enim sancti Patres diaboli artis et insidiarum conspicuum esse signum, cum discipulis suadet ut Patribus cogitationes occultent suas, idque ex superbiæ motu, quasi scilicet ipsi idonei sint per se congruum ea de re consilium capere; aut ex inani gloria, quod pudeat nimirum suas publicare cogitationes.

5. (51) Tanta porro apud illos est obsequentia, ut citra abbatis jussionem ausit nemo, ne ex sua quidem cellula in qua sedet egredi: atque tanto studio illius jussa complent, quanto si Deus ipse juberet. (52) Dum sedent autem in suis cellulis, et operi manuum, meditationi et orationi incumbunt, atque studiose his adhibent animum, si quempiam ostium cellulæ pulsantem audiant, qui se aut ad communem orationem, aut ad opus manuum advocet, omnibus quamprimum dimissis, ad jussam sibi rem properant, obedientiæ virtutem studiosissime colentes; quam non modo operi manuum, lectioni et quietæ in cellula commorationi, sed et omnibus virtutibus anteponunt, omniaque posthabent.

6. (52*) Illud autem superfluum est memorare, neminem scilicet illorum aliud quidpiam possidere, quam colobium, hemiphorium, sandalium, meloten et stoream: turpe esse rati si dicatur, liber meus, penicillus meus, aut aliud quidpiam meum. Tantum autem singuli eorum ex opere et sudore suo afferunt monasterio proventum, ut non modo eorum necessitatibus, sed etiam hospitum pauperumque ministerio sint satis. Dum sic autem laborant non inflantur, non superbia tument, nec quisquam proprii laboris et sudoris plus postulat, quam ab abbate pro necessitate tribuatur; nec ullius rei possessionem sibi comparat, cum sese totius mundi ad-

A ταύτην ἔχει τὴν μέριμναν, ὅπως διδάξῃ τὸν μαθητευόμενον, διὰ ποίας ὁδοῦ ἀρξάμενος δυνηθῇ ἐπὶ τὴν τελειότητα τῶν ἀρετῶν φθάσαι. Ἐν πρώτοις οὖν διδάσκει αὐτὸν σπουδάζειν νικᾷν τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας καὶ ἡδονὰς, διὰ τὸ ἐπιτάσσειν αὐτῷ τὰ ἐναντία τῶν θελημάτων αὐτοῦ. Οὐχ ἄλλως γὰρ λέγουσιν οἱ πατέρες δύνασθαί τινα τὰς ἡδονὰς χαλινοῦν, ἢ ὀργῆς περιγίνεσθαι, ἢ λύπης, ἢ ταπείνωσιν ἀληθῆ κτήσασθαι, ἢ ἁπλῶς μετὰ ἀδελφότητος ἐν κοινοβίῳ καλῶς τελειωθῆναι, εἰ μὴ πρότερον διὰ τῆς ὑπακοῆς νεκρώσῃ τὰ ἑαυτοῦ θελήματα. Ταύταις δὲ ταῖς διατυπώσεσι καὶ διδασκαλίαις τὸν μαθητευόμενον προβιβάσαντες ὡσανεὶ στοιχείοις τισὶ, καὶ συλλαβαῖς, ἀκολούθως πάλιν διδάσκουσι μὴ κρύπτειν τοὺς ἰδίους λογισμούς· ἀλλὰ παραχρῆμα ἡνίκα ἐπέρχονται, τούτους τῷ οἰκείῳ Πα- B τρὶ ἀποκαλύπτειν, καὶ μηδὲν περὶ τῆς τούτων διακρίσεως τῇ ἰδίᾳ καρδίᾳ πιστεύειν· ἀλλ' ἐκεῖνο γινώσκειν ἀγαθὸν ἢ κακὸν εἶναι, ὅπερ ταῖς ἑαυτοῦ διακρίσεσι δοκιμάσας ὁ Πατὴρ ἀποδείξει. Οὕτω γὰρ δυνήσεται ἐν μηδενὶ ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ ὁ πρὸς ἀρετὴν τυπούμενος ἀπατᾶσθαι, ὡς ἄπειρος, καὶ μήπω γνῶσιν κεκτημένος μεθοδείας· διαφανὲς τῆς τοῦ διαβόλου τέχνης λέγουσιν εἶναι οἱ Πατέρες, τοῦ ἀναπείθειν αὐτὸν τοὺς μαθητευομένους ἀπὸ τῶν Πατέρων κρύπτειν τοὺς ἰδίους λογισμοὺς ἰδίᾳ ὑπεροψίᾳ, ὡς δῆθεν ἱκανοὺς ὄντας ἑαυτοῖς τὰ συμφέροντα συμβουλεύσασθαι, ἢ ἰδίᾳ κενοδοξίᾳ αἰσχυνομένους δημοσιεῦσαι τὰς ἑαυτῶν ἐνθυμήσεις.

5. Τοσαύτη δὲ φυλάττεται παρ' αὐτοῖς ὑποταγὴ, C ὡς μὴ τολμῆσαί τινα ἐκτὸς τοῦ ἀββᾶ μηδὲ τοῦ κελλίου ὅπου κάθηται προβαίνειν· οὕτω δὲ τὰ παρ' αὐτοῦ προστασσόμενα ἐπιτελεῖν σπουδάζουσιν, ὡς παρὰ Θεοῦ ταῦτα δεχόμενοι. Καθήμενοι δὲ ἐν τοῖς ἰδίοις κελλίοις, τῷ ἔργῳ τε καὶ τῇ μελέτῃ, καὶ τῇ προσευχῇ προσκείμενοι, καὶ μετὰ σπουδῆς προσέχοντες, ἐπειδὰν ἀκούσωσι τοῦ κρούοντος τὴν θύραν τοῦ κελλίου ἢ εἰς τὴν κοινὴν προσευχὴν, ἢ πρός τι ἔργον τούτους προσκαλουμένου, παραχρῆμα πάντα ὁμοῦ ἀφέντες, πρὸς τὸ ἐπιταγὲν ὁρμῶσι, πάσῃ σπουδῇ τὴν τῆς ὑπακοῆς ἀρετὴν ζηλοῦντες· ἣν οὐ μόνον τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν, ἀναγνώσεώς τε καὶ τῆς ἐν κελλίῳ ἡσυχίας, ἀλλὰ καὶ πασῶν ἀρετῶν προτιμῶσι, καὶ ταύτης ἅπαντα δεύτερα τίθενται.

6. Ἐκεῖνο δὲ μεταξὺ τῶν ἄλλων περιττόν ἐστι καὶ D λέγειν, ὡς οὐδεὶς αὐτῶν ἄλλο τι κέκτηται πλὴν κολοβίου, καὶ ἡμιφορίου, καὶ σανδαλίων, καὶ μηλωτῆς, καὶ ψιάθου· αἰσχύνην ἡγούμενοι τὸ λέγεσθαι παρ' αὐτοῖς, βιβλίον ἐμὸν, γραφεῖον ἐμὸν, ἢ ἄλλο τι ἐμόν. Τοσοῦτον δὲ ἕκαστος αὐτῶν καθ' ἡμέραν ἐξ ἔργου τε καὶ ἱδρῶτος ἰδίου προσφέρει πορισμὸν τῷ μοναστηρίῳ, ὡς μὴ μόνον ταῖς ἑαυτῶν χρείαις ἐξαρκεῖν, ἀλλὰ καὶ τῇ διακονίᾳ τῶν ξένων καὶ πτωχῶν ὑπουργεῖν. Οὕτως δὲ κάμνοντες οὐ φυσιοῦνται, οὐχ ὑπερηφανεύονται, οὔτε τις αὐτῶν ἐκ τοῦ οἰκείου ἔργου καὶ ἱδρῶτος ἀπαιτεῖ περισσότερον τῆς διδομένης παρὰ τοῦ ἀββᾶ χρείας· οὐ κτῆμα οἱασδήποτε ὕλης ἑαυτῷ

(49) Cassian. *Institut.* lib. IV, c. 8.
(50) Ibid. c. 9.
(51) Ibid. c. 10.
(52) Ibid. c. 18.
(52*) Ibid. c. 13, 14.

περιποιεῖται, πάροικον ἑαυτὸν καὶ ξένον ἔχων ὅλου A τοῦ κόσμου, καὶ δοῦλον ἑαυτὸν μᾶλλον καὶ ὑπηρέτην τῶν ἀδελφῶν λογιζόμενος, ἤπερ δεσπότην οἱουδήποτε γηΐνου πράγματος. Εἰ δέ τις κλάσῃ σκεῦος οἱονδήποτε, ἢ ἀπολέσῃ, ἐξομολογεῖται τῷ ἀββᾷ τῆς ἰδίας ῥᾳθυμίας τὸ πταῖσμα, καὶ οὕτω μετὰ ταπεινοφροσύνης μετανοῶν λαμβάνει συγχώρησιν. Ὅστις δὲ πρός τι ἔργον μετακληθεὶς, ἢ πρὸς σύναξιν, καταφρονήσας βραδύτερον ἀπαντήσῃ, ἢ σκληρότερον, ἢ προπετέστερον ἀποκριθῇ, ἢ ἀμελέστερον, ἢ ὑπογογγύζων τὸ προσταχθὲν ποιήσῃ, ἢ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ ἔργου καὶ τῆς ὑπακοῆς προτιμήσας, τὰ προσταχθέντα αὐτῷ ἔργα βραδύτερον ἐκτελέσῃ, ἢ ἀπολυθεὶς τῆς συνάξεως μὴ ταχέως πρὸς τὸ ἔργον αὐτοῦ ἀναδράμῃ, ἢ μετά τινος ἐκτὸς ἀναγκαίας χρείας ὁμιλήσῃ, ἢ ἄλλου μετὰ παῤῥησίας κατάσχῃ τὴν χεῖρα, ἢ συγγε- B νεῶν συντύχῃ χωρὶς τοῦ ἀββᾶ αὐτοῦ ἐπιτροπῆς καὶ εὐλογίας, ἢ ἐπιστολὴν παρά τινος δέξηται, ἤ τινι ἀντιγράψαι ἄνευ τοῦ ἀββᾶ ἐπιχειρήσῃ, ἤ τι τῶν ὁμοίων τούτοις πλημμελήσῃ, τοιούτῳ ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεται· Συνηγμένων τῶν ἀδελφῶν ἐν τῇ συνάξει, ῥίψας ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐξομολογούμενος, συγχώρησιν αἰτεῖ τοῦ ἰδίου σφάλματος. Τὰ δὲ παχύτερα τούτων πταίσματα εἴ τις εὑρεθῇ πράττων, ἅτινά ἐστι καταφρόνησις, ἀντιλογία μετὰ ὑπερηφανίας, ἢ ἐκ τοῦ μοναστηρίου πρόοδος ἐκτὸς ἐπιτροπῆς τοῦ ἀββᾶ, ἢ πρὸς γυναῖκα συντυχία, ἢ ὀργὴ, ἢ μάχη, ἢ ἔχθρα, ἢ μνησικακία, ἢ φιλαργυρία, ἥτις ἐστὶ λέπρα ψυχῆς, ἢ κτῆσις οἱουδήποτε πράγματος ἐκτὸς τῶν διδομένων παρὰ τοῦ ἀββᾶ, ἢ τροφῆς ἄνευ εὐλογίας C κλεψιμαίῳ τρόπῳ γινομένης, καὶ τὰ τούτων παραπλήσια, οὐ τῷ προειρημένῳ ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεται, ἀλλὰ σφοδροτέρῳ, καὶ μείζονι. Καὶ εἰ μὴ διορθωθῇ, ἐκβάλλεται τοῦ μοναστηρίου.

7. Τὸ δὲ ἀνάγνωσιν ἐπιτελεῖσθαι ἔν τισι κοινοβίοις κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἑστιάσεως, οὐχ ἀπὸ τοῦ κανόνος τῶν Αἰγυπτίων, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν Καππαδόκων, οἵτινες, οὐ πνευματικῆς ἕνεκεν τοσοῦτον γυμνασίας, ὅσον ἡσυχίας χάριν τῆς παρὰ τὰς ὁμιλίας, τὸ τοσοῦτον διετυπώσαντο. Παρὰ δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ μάλιστα τοῖς Ταβεννησιώταις, τοσαύτη σιωπὴ ὑπὸ πάντων παρέχεται, ἡνίκα εἰς τοσοῦτον πλῆθος πολυαρίθμητον τῶν ἀδελφῶν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς συνάξεως τῆς τραπέζης αὐτῶν, ὅσην σχεδὸν ἐν ἄλλοις μὴ εὑρίσκεσθαι, οὕτως ὡς μὴ τολμᾷν βῆξαί τινα παρεκτὸς D τοῦ ἀρχηγοῦ τῆς τραπέζης, ὅστις, εἴ τινος χρεία γένηται, κρούσματι μᾶλλον ἢ φωνῇ τοῦτο σημαίνει. Καὶ τὰ κουκούλια ἕως κάτω τῶν βλεφάρων φοροῦσιν οὗτοι, ἵνα μὴ, ῥεμβοὺς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες, περιεργότερον ἀλλήλοις ἐνορῶσι· τῇ δὲ τραπέζῃ μόνον, καὶ τῇ τοῦ τρέφοντος Θεοῦ εὐχαριστίᾳ ἐνατενίζουσι. Μεγάλη δέ ἐστι φυλακὴ παρ' αὐτοῖς, ὅπως μηδεὶς αὐτῶν ἔξωθεν τῆς τραπέζης τροφῆς μεταλάβῃ.

8. Ἵνα δὲ μή τι δόξωμεν τῶν κοινοβιακῶν κανόνων παραλελοιπέναι, ἐπιμνησθῆναι δεῖ καὶ τῶν ἐν ἄλλοις

venam et peregrinum existimet; servumque se potius et ministrum fratrum esse arbitretur, quam ullius terrenæ rei dominum. (53) Quod si quis vas quodlibet fregerit aut perdiderit, negligentiæ suæ casum abbati confitetur, et ita cum humilitate pœnitentiæ, veniam accipit. Si quis autem ad opus quodlibet vocatus, aut ad synaxim, præ contemptu tardius occurrat, aut durius petulantiusque responderit : vel si negligentius aut cum murmure, jussam rem compleverit; aut si lectionem operi manuum et obedientiæ anteponens, jussa sibi opera tardius compleverit, aut a conventu dimissus, non cito ad opus suum accurrerit; aut cum quopiam absque necessitate confabulatus fuerit; aut cum confidentia manum alterius contrectaverit; aut cognatos citra abbatis permissum et benedictionem convenerit, aut epistolam ab aliquo accipere, vel ad aliquem rescribere absque abbatis concessione ausus fuerit; si in aliquo nempe hujusmodi deliquerit, hujusmodi ille pœnæ subjicitur : **312** Fratribus in synaxi congregatis, sese in terram projicit, atque confessus, peccati veniam postulat. Graviora porro delicta si quis perpetrans deprehendatur, quæ sunt, contemptus, repugnantia cum superbia, aut egressus ex monasterio absque abbatis concessione, aut congressus cum muliere, aut ira, aut pugna, aut inimicitia in aliquem, aut recordatio injuriarum, aut amor pecuniæ, quæ lepra est animæ, aut possessio cujuscunque rei, exceptis iis quæ ab abbate dantur, aut furtivum alimentum absque benedictione abbatis sumptum, et his similia, non supradictam subit pœnam, sed graviorem, et multo majorem. Quod si non resipuerit, ex monasterio ejicitur.

7. (54) Quod autem in quibusdam cœnobiis, tempore comestionis lectio habeatur, id non ex Ægyptiorum, sed ex Cappadocum regula observatur, qui non tam spiritualis exercitationis, quam quietis, et colloquii vitandi gratia illud constituerunt. Apud Ægyptios autem, maxime vero apud Tabennesiotas, tantum servatur ab omnibus silentium, cum ingens illa multitudo fratrum tempore comestionis congregatur ad mensam; ut vix quidpiam simile in aliis reperiatur; adeo ut ne excreare quidem ausit quisquam, excepto mensæ præfecto, qui si re quapiam sit opus, pulsatione potius quam voce id significat. Cucullas autem, etiam infra palpebras demissas gestant, ne vagis oculis curiosius alios inspiciant, ac mensæ solum, gratiisque alenti Deo agendis adhibent animum. (55) Magnaque apud illos cura est, ne quis eorum extra mensam cibum sumat.

8. (56) Ne quid videamur autem cœnobiticarum regularum omittere, memorare quoque oportet con-

(53) Cassian. *Institut.* lib. IV, c. 16.
(54) Ibid. c. 17.
(55) Ibid. c. 18.
(56) Ibid. c. 19.

stitutiones in aliis regionibus traditas. In tota itaque Mesopotamia, Palæstina et Cappadocia, et in toto Oriente, tempore conventus tertiæ, sextæ et nonæ horæ, si quis ante completum primum psalmum non occurrerit, is in oratorium ingredi non audet, neque sese psallentibus admiscere : sed dimissionem fratrum pro foribus stans exspectat. Egredientibus autem omnibus, humi prostratus, pœnitentiam agens, negligentiæ suæ veniam postulat. In nocturnis porro conventibus, usque ad secundum psalmum venia tarde venientibus conceditur. Porro fratres per hebdomadas sibi succedunt in coquina et in aliis officiis, cum multi laboris levandi causa, tum ut charitatis legem mutuis officiis impleant. Tanta autem humilitate et sollicitudine ministeria implent, quantam ne servi quidem cum heris suis adhibeant. Completa hebdomade, Dominica die post matutinos hymnos, ingredientibus aliis ad serviendum, vasa officii sui signata tradunt : quæ accepta alii tanta cura et sollicitudine custodiunt, ut ne eorum quidpiam vel frangatur vel pereat, quantam is adhibeat cui vasa sacra ac Deo dicata committuntur. Nam sese præparant ad rationem reddendam, non solum œconomo in præsenti tempore, sed etiam Deo in futuro, si aut negligentia aut segnitie eorum quidpiam perierit. (57) Ad majorem porro dictorum fidem, quæ meis ipse oculis perspexi narrabo. In hebdomade cujusdam fratris, pertransiens œconomus, pauca lenticulæ grana humi projecta vidit, neque despexit quasi rem nullius pretii; sed multis increpatum fratrem, cui hebdomas illa concredita erat, pœna multavit, quasi negligentem ea quæ Deo dicata essent, et conculcantem propriam conscientiam. Tanta enim cura et sollicitudine omnia servant, omnia administrant, ut ea quæ nobis vilia et despicabilia videntur, magna attentione custodiant; ita ut male positum vas transferant, projectum colligant, **313** credentes se a Domino Deo harum quoque rerum mercedem accepturos. (58) Has hebdomadum regulas per totum Orientem observari deprehendimus. Apud Ægyptios autem non ita hebdomadum vicissitudo servatur; sed alicui fratrum probatissimo culinæ cura committitur, quanto scilicet tempore virtus ejus augmentum accipit, vires corporis in officii functione suppetunt, nec senectus infirmitasve prohibet. Cum autem nobis sermo sit de obsequentia et de humilitate, per quas ad supremum virtutis fastigium possumus pervenire, operæ pretium duco pauca ex multis præclare gestis a sanctis Patribus qui in cœnobiis effulsere, exempli causa, narrationi adjicere nostræ.

A κλίμασι παραδεδομένων διατυπώσεων. Κατὰ πᾶσαν τοίνυν τὴν Μεσοποταμίαν καὶ Παλαιστίνην, καὶ Καππαδοκίαν, καὶ πᾶσαν τὴν Ἀνατολὴν ἐν τῷ καιρῷ τῆς συνάξεως, τρίτης, καὶ ἕκτης, καὶ ἐνάτης ὥρας, εἴ τις, πρινὴ ὁ πρῶτος ψαλμὸς τελειωθῇ, μὴ ἀπαντήσῃ, τοῦ λοιποῦ εἰς τὸ εὐκτήριον εἰσελθεῖν οὐ τολμᾷ, οὔτε καταμίξαι ἑαυτὸν τοῖς ψάλλουσιν· ἀλλὰ τῶν ἀδελφῶν τὴν ἀπόλυσιν πρὸ θυρῶν ἐκδέχεται ἱστάμενος. Ἐξερχομένων δὲ πάντων, βαλὼν ἐπὶ τὴν γῆν μετάνοιαν, ἐξαιτεῖται τῆς οἰκείας ῥαθυμίας συγχώρησιν. Ἐν δὲ ταῖς νυκτεριναῖς συνάξεσι δευτέρου ψαλμοῦ, παρέχεται συγγνώμη τοῖς βραδύνουσι παρὰ τούτοις· καὶ ἑβδομάδας οἱ ἀδελφοὶ ἐκ διαδοχῆς ποιοῦσιν ἔν τε τῷ μαγειρείῳ καὶ τοῖς ἄλλοις καθήκουσιν, ἅμα καὶ ἑαυτοὺς διαναπαύοντες, καὶ νόμον ἀγάπης, B διὰ τὸ δουλεύειν ἀλλήλοις, ἀναπληροῦντες. Τοσαύτη δὲ ταπεινοφροσύνη καὶ σπουδὴ ἐν τῇ διακονίᾳ ἐπιτελεῖται παρ' αὐτοῖς, ὅση οὐκ ἂν δεσπόταις παρὰ δούλων παρασχεθείη. Συμπληρωθείσης δὲ τῆς ἑβδομάδος, τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ μετὰ τοὺς ἑωθινοὺς ὕμνους ἄλλοις πάλιν τοῖς εἰσερχομένοις ὑπηρετῆσαι τὰ πρὸς τὴν χρῆσιν σκεύη σεσημειωμένα παραδιδόασιν· ἅτινα δεχόμενοι, τοσαύτην μέριμναν καὶ φροντίδα εἰς τὴν τούτων παραφυλακὴν ἐνδείκνυνται, μή τι ἐξ αὐτῶν κλασθῇ ἢ ἀπόληται, ὅσην εἰκὸς τὸν πεπιστευμένον σκεύη ἱερὰ καὶ τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένα. Ὑφέξειν γὰρ λόγον ἑτοιμάζονται οὐ μόνον ἐν τῷ παρόντι τῷ οἰκονόμῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τῷ Θεῷ, εἰ τύχοι ἐξ ἀμελείας ἢ ῥαθυμίας ἀπολέσθαι τι ἐξ αὐτῶν. Πρὸς πλείονα δὲ πίστιν τῶν εἰρημένων, C ὅπερ αὐταῖς ὄψεσιν ἐθεασάμην προσθήσω τῷ διηγήματι. Ἐν τῇ ἑβδομάδι τινὸς ἀδελφοῦ παριὼν ὁ οἰκονόμος ὀλίγους κόκκους φακῆς κατὰ γῆν ἐῤῥιμμένους ἐθεάσατο, καὶ οὐ κατεφρόνησεν ὡς οἰκτροῦ καὶ οὐδαμινοῦ πράγματος· ἀλλὰ πολλὰ ἐγκαλέσας τῷ τὴν ἑβδομάδα πεπιστευμένῳ ἀδελφῷ, δέδωκεν αὐτῷ ἐπιτιμίαν, ὡς ἀμελοῦντι τῶν τῷ Θεῷ ἀνατιθεμένων, καὶ καταπατοῦντι τὴν ἰδίαν συνείδησιν. Τοσαύτῃ γὰρ πίστει καὶ σπουδῇ πάντων ἐπιμελοῦνται, καὶ πάντα διοικοῦσιν, ὡς καὶ αὐτὰ, ἅπερ ἡμῖν εὐτελῆ καὶ καταφρονήσεως ἄξια φαίνονται, μετὰ πολλῆς προσοχῆς φυλάττειν, οἷον ἀγγεῖον κακῶς κείμενον μεταστῆσαι, σκεῦος ἐῤῥιμμένον συνάξαι, πιστεύοντες καὶ ὑπὲρ τούτων μισθὸν ἔχειν παρ' αὐτῷ τῷ Δεσπότῃ Θεῷ. Τούτους δὲ τοὺς κανόνας τῶν ἑβδομάδων κατὰ πᾶσαν D τὴν Ἀνατολὴν εὑρήκαμεν γίνεσθαι. Παρὰ δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις οὐχ οὕτω τῶν ἑβδομάδων ἡ ἐναλλαγὴ ἐπιτελεῖται, ἀλλὰ ἑνὶ δοκιμωτάτῳ τῶν ἀδελφῶν ἡ τοῦ μαγειρείου φροντὶς ἐπιτρέπεται, ἐφ' ὅσον ἡ ἀρετὴ τούτου ἐπιδίδωσι, καὶ ἡ ἰσχὺς τοῦ σώματος ὑπουργεῖ ἐν τῇ διακονίᾳ, καὶ μήτε γῆρας αὐτῷ μήτε ἀσθένεια ἐμποδίζει. Καὶ ἐπειδὴ ὁ λόγος ἡμῖν περὶ ὑποταγῆς καὶ ταπεινώσεως εἴρηται, δι' ὧν πρὸς τὸ ἀκρότατον τῆς ἀρετῆς ἀνελθεῖν δυνάμεθα, ἀναγκαῖον ὑπολαμβάνω ὀλίγα ἐκ πολλῶν τῶν ἐν τοῖς κοινοβίοις διαλαμψάντων ἀγώνων [ἁγίων] Πατέρων κατορθώματα παραδείγματος χάριν προσθεῖναι τῷ διηγήματι.

9. (59) Erat quidam Pater Muthius (60) nomine, qui

9. Γέγονέ τις Πατὴρ Μούθιος ὀνόματι. Οὗτος ἐπι-

(57) Cassian. *Institut.* lib. IV, c. 20.
(58) Ibid. c. 22.
(59) Ibid. c. 27.

(60) Alii putant rectius legi *Patermuthius* una voce, qua de re alibi.

ποθῶν ἀποτάξασθαι τῷ κόσμῳ, παραγενόμενος ἐν κοινοβίῳ, ἐπιπολὺ πρὸ τῶν θυρῶν τοῦ μοναστηρίου ἐκαρτέρησεν, ἕως ὅτε τῇ πολλῇ αὐτοῦ ὑπομονῇ μετὰ μικροῦ υἱοῦ παρὰ τὸν συνήθη κανόνα τοῦ κοινοβίου ἐδέχθη. Καὶ ὅτε μετὰ πολλοὺς κόπους εἰσῆλθεν, οὐ μόνον διαφόροις ἔργοις παρεδόθησαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν τοῦ κελλίου συνοίκησιν διεχωρίσθησαν, ὅπως τῇ ἀπ' ἀλλήλων διαζεύξει κατὰ μικρὸν τῆς πρὸς ἀλλήλους φυσικῆς προσπαθείας ἀπαλλαγῶσιν· ἧς χάριτι Χριστοῦ διὰ τῆς πολλῆς γυμνασίας ὁ πατὴρ ἠλευθερώθη. Καί ποτε πρὸς βάσανον καὶ δοκιμὴν τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς προσεποιήσατο ὁ ἀββᾶς μετ' ὀργῆς ἀγανακτεῖν πρὸς τὸν παῖδα, καὶ προστάσσει τῷ εἰρημένῳ πατρὶ αὐτοῦ λαβεῖν αὐτὸν καὶ ῥίψαι εἰς τὸν ποταμόν. Τότε ἐκεῖνος, ὡς ἂν ὑπὸ Θεοῦ προσταχθεὶς βαστάσαι αὐτοῦ τὸν παῖδα, δρομαῖος ἐπὶ τὴν ὄχθην τοῦ ποταμοῦ παραγίνεται, καὶ σπεύδων πληρῶσαι τὸ πρόσταγμα πίστει διαπύρῳ καὶ θερμότητι τῆς ὑπακοῆς, ἐκωλύθη ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, ἐπιφθασάντων καὶ ἀφαρπασάντων τὸν παῖδα. Τοσοῦτον οὖν παρὰ Θεῷ ἡ πίστις τούτου καὶ ἡ ὑπακοὴ προσεδέχθη, ὡς ἀποκαλυφθῆναι τῷ ἀββᾷ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὅτι τὸ ἔργον τοῦ Ἀβραὰμ οὗτος ἐποίησε. Μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον ὁ εἰρημένος ἀββᾶς τοῦ κοινοβίου τελευτῶν, τοῦτον διάδοχον αὐτοῦ κατέλιπεν.

10. Ἄλλον ἔγνωμεν ἀδελφὸν ἀποταξάμενον, ὃς καὶ κατὰ τὸν κόσμον μέγας ὑπῆρχε (καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ αὐτοῦ κόμης ἐστρατεύετο καὶ πλούσιος ἐτύγχανε), καὶ ἐν ἀναγνώσμασι σπουδαίοις οὐ μετρίως ἦν γεγυμνασμένος. Οὗτος οὖν καταλείψας τὴν κοσμικὴν περιφάνειαν, πρὸς τὸν μονήρη βίον ὥρμησε, καὶ δὴ πρὸς δοκιμὴν τῆς αὐτοῦ πίστεως καὶ ταπεινώσεως προστάσσεται ὑπὸ τοῦ ἀββᾶ δέκα σπυρίδας βαστάσαι, καὶ ἐν τῇ πόλει τῇ ἰδίᾳ πωλῆσαι, καὶ μὴ πάσας ὁμοῦ ἀλλὰ κατὰ μίαν αὐτὰς πωλεῖν· ὅπερ ἐκεῖνος μετὰ πάσης ὑπομονῆς καὶ ταπεινώσεως ἐπλήρωσεν, ἐπιθεὶς τὰς σπυρίδας τοῖς ὤμοις, καὶ αὐτὰς κατὰ μίαν πωλήσας, μὴ λογισάμενος τὴν εὐτέλειαν τοῦ πράγματος, καὶ τοῦ γένους τὴν λαμπρότητα, καὶ τῆς πράσεως τὴν δοκοῦσαν ἀτιμίαν. Ἐσπούδαζε γὰρ μιμητὴν ἑαυτὸν καταστῆσαι τῆς τοῦ Χριστοῦ ταπεινώσεως.

11. Καὶ ἄλλον δέ τινα τῶν Πατέρων ἐθεασάμεθα ἀββᾶν Πινοφᾶν, ἄνδρα πάσῃ ἀρετῇ κεκοσμημένον, ὅστις ἦν πρωτόβιος καὶ ἀββᾶς μεγάλου κοινοβίου, ὅ ἐστιν ἐν Αἰγύπτῳ ἐγγὺς τῆς Πανεφὼ πόλεως· οὗτος, ὁρῶν ἑαυτὸν καὶ διὰ τὴν προσοῦσαν πολιτείαν, καὶ διὰ τὸ γῆρας, καὶ διὰ τὴν ἡγεμονίαν, ὑπὸ πάντων δοξαζόμενον καὶ τιμώμενον, καὶ μὴ δυνάμενον ἐγγυμνάζεσθαι τοῖς τῆς ταπεινοφροσύνης ἐπιτηδεύμασιν, οἷσπερ ἐξ ἀρχῆς, διὰ τῆς αὐτῷ περιποθήτου ὑποταγῆς ἐν ᾗ ἐκλήθη, λάθρα φυγὼν ἀπὸ τοῦ ἰδίου κοινοβίου, ἀνεχώρησε μόνος εἰς τὰ ἔσχατα τῆς Θηβαΐδος· καὶ ἐπάρας τὸ σχῆμα τοῦ μοναχοῦ καὶ ἐνδυσάμενος κοσμικὰ ἱμάτια ἀπῆλθεν εἰς τὸ κοινόβιον τῶν Ταβεννησιωτῶν, νομίσας ἐν τούτῳ λανθάνειν τῖς ἂν εἴη διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀδελφῶν, καὶ διὰ τὸ ἀπέχειν πολὺ τοῦ κλίματος, ἐν ᾧ τὸ τούτου κοινόβιον.

cum vellet mundo renuntiare, accedens ad cœnobium, diu ante fores monasterii perseveravit, donec ob summam ejus patientiam cum pravo filio præter assuetam monasterii legem, admissus est. Ac cum post multos labores ingressus fuit, non modo variis operibus ambo traditi sunt, sed separati etiam fuere quoad cellulæ habitationem, ut disjunctione illa paulatim mutua illa naturali affectione liberarentur; qua item, Christi gratia, per multam exercitationem pater liberatus est. Ad probationem autem et experimentum virtutis ejus simulabat aliquando abbas se ira adversus puerum concitari, jussitque supradicto ejus patri ut sublatum projiceret in fluvium. Tum ille, quasi Deo jubente ut tolleret filium suum, concitato cursu ad ripam fluminis advenit, ac dum jussum implere ex ardenti fide, et ex fervore obedientiæ properaret, prohibitus est a fratribus qui prævenere illum et filium abripuere. (61) Usque adeo autem ejus fides et obedientia Deo accepta fuit, ut a Deo revelatum fuerit abbati, ipsum Abrahami opus perfecisse. Parvo autem elapso tempore, prædictus cœnobii abbas cum obiisset, eum successorem sibi reliquit

10. Alium novimus fratrem, qui sæculo sese abdicavit, qui etiam in mundo insignis erat (pater quippe ejus comes bellum gerebat, divesque erat), nec mediocriter eruditus ac lectionis studiosus. (62) Hic igitur sæculari relicto fastu, ad monasticam se contulit vitam, atque ad probationem fidei et humilitatis suæ jubetur ab abbate decem sportas deferre, et in propria urbe, nec una omnes sed singulatim eas vendere: quod ille cum omni patientia et humilitate complevit, sportasque imponens humeris sigillatim vendidit; non ille rei vilitatem, non generis nobilitatem secum reputavit: studebat enim Christi humilitatis imitator effici.

11. (63) Alium item quemdam ex Patribus vidimus abbatem Pinophan, virum omni virtute ornatum, qui erat antiquus et abbas magni cœnobii, quod in Ægypto situm est prope urbem Panepho: is cum sese videret tum ob vitæ institutum, tum ob senectutem et præfecturam laudari et celebrari ab omnibus, nec posse, quemadmodum initio suæ conversionis studio humilitatis seipsum exercere; iis permotus, ob desideratam sibi subjectionem in qua vocatus fuerat, clam aufugiens ex suo cœnobio, secessit solus ad extremas Thebaidis partes, sublatoque monachi vestimento, indutisque sæcularibus vestibus Tabennesiotarum cœnobium petiit, ratus in eo se latere posse, cum ob multitudinem fratrum, tum quia multum abesset a regione, in qua situm erat cœnobium suum. Ibi cum multis diebus

(61) Cassian. *Institut.* lib. IV, c. 28.
(62) Ibid. c. 29.
(63) Ibid. c. 30, ubi abbas vocatur *Pinufius*.

postulasset, receptus est ab archimandrita, qui ipsi utpote seni et ad nihil aliud utili, curam tradidit horti, unaque alii fratri, cui subditus cum esset desideratam sibi humilitatem et obedientiam colebat. Neque illo solo contentus ministerio, quæcunque opera aliis dura et difficilia **314** videbantur, ea ille alacriter absolvebat. Cum ita latenter triennium peregisset, a discipulis suis per totam Ægyptum perquisitus, a quodam fratre vix demum agnitus est, qui eo advenerat, quique viso illo et agnita vultus ejus forma, cum dubitaret adhuc, vocem ejus audire conatus est : neque enim ex solo visu certus erat, virum conspicatus senem, ligone terram fodientem, fimum humeris gestantem, ut ad olerum radicem deponeret. Cum igitur vocis sonum observans, deprehendit quisnam esset, prostratus ante pedes ejus, magno spectatores stupore perculsit, quod ita erga hominem se gessisset qui apud se novitius, relicto haud ita pridem mundo, ultimus habebatur. Magisque obstupuere, cum didicere nomen ; erat enim antea magnæ apud eos famæ : ac veniam postularunt, quod eum ignari, cum postremis novitiis constituissent. Illumque multis hortati verbis, ad cœnobium suum invitum remisere, atque deplorantem quod concessum sibi non esset dilectam exercere humilitatem et obedientiam. (64) Brevi igitur exacto tempore in monasterio suo, humilitatis rursum et obedientiæ desiderio ardens, observata noctis hora aufugit, non ulterius ad peregrinam regionem : conscensa quippe navicula ad partes venit Palæstinæ, sperans se illic ad finem usque latere posse. In Palæstinam cum advenisset monasterium petiit, situm prope speluncam in qua Christus Dominus natus est, in quo monasterio tum commoratus est. Non potuit tamen ibi latere, juxta Domini vocem illam : « Non potest civitas abscondi supra montem posita [24]. » Cum enim ex Ægypto fratres venissent pro adoratione sacrorum locorum, agnitum illum multisque supplicationibus ac fletibus persuasum, rursus ad proprium abduxerunt cœnobium. (65) Cum hoc igitur sancto in Ægypto modico tempore habitavi ; finemque faciam sermonis narrando quæ audivi ab illo commonente fratrem, quem me præsente admisit.

A Καὶ ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας παρακαλῶν ἐδέχθη παρὰ τοῦ ἀρχιμανδρίτου, ὃς παραδίδωσιν αὐτῷ ὡς γέροντι, καὶ εἰς μηδὲν ἄλλο χρησιμεύοντι, τὴν τοῦ κήπου φροντίδα καὶ ἐπιμέλειαν, μετὰ καὶ ἄλλου ἀδελφοῦ, ᾧτινι ὑποτασσόμενος τὴν περιπόθητον αὐτῷ ταπείνωσιν καὶ ὑπακοὴν ἐξετέλει. Οὐ ταύτῃ δὲ μόνον ἤρκεῖτο τῇ διακονίᾳ, ἀλλὰ καὶ ὅσα τῶν ἔργων δυσχερῆ ἄλλοις ἐδόκουν, αὐτὰ προθύμως ἐποίει. Διατελέσας οὕτω λανθάνων τριετῆ χρόνον, τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἐπιζητούντων αὐτὸν κατὰ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον, μόλις ἐγνώσθη ὑπό τινος ἀδελφοῦ, ὅστις ἦν παραγενόμενος ἐκεῖσε· ὃς θεασάμενος, καὶ ἐπιγνοὺς τὸν χαρακτῆρα τοῦ προσώπου, καὶ ἔτι ἀμφιβάλλων, ἐπειρᾶτο καὶ φωνῆς τούτου ἀκούειν· οὐ γὰρ εἶχε τὸ ἀσφαλὲς ἐκ μόνης τῆς ὄψεως, θεωρῶν τὸν τοιοῦτον ἄνδρα γεγη- B ρακότα, καὶ δίκελλαν κρατοῦντα, καὶ γῆν ἐργαζόμενον, καὶ κόπρον τοῖς οἰκείοις ὤμοις βαστάζοντα, καὶ ταῖς ῥίζαις τῶν λαχάνων ἐπιβάλλοντα. Ὅτε τοίνυν, τὸν τῆς φωνῆς ἦχον ἐπιμελῶς ἐξιχνεύων, ἠδυνήθη καταλαβεῖν ὅστις ἐστὶ, ῥίψας ἑαυτὸν πρὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, μεγίστην ἔκπληξιν τοῖς ὁρῶσι παρεῖχεν, ὅτι οὕτω πεποίηκεν ἀνθρώπῳ, ὃς παρ' αὐτοῖς ὡς ἀρχάριος, καὶ οὐ πρὸ πολλοῦ τὸν κόσμον καταλείψας, ἔσχατος ἐνομίζετο. Ἔτι δὲ μάλιστα ἐξεπλάγησαν, ὅτε τὸ ὄνομα τούτου ἔμαθον, ὃς πρὸ τούτου μέγας παρ' αὐτοῖς ἠκούετο· καὶ συγγνώμην ᾔτουν, διότι τοῦτον ἀγνοήσαντες μετὰ τῶν ἐσχάτων ἀρχαρίων ἔταξαν. Παρακαλέσαντες δὲ αὐτὸν πολλὰ, εἰς τὸ ἴδιον κοινόβιον ἐξέπεμψαν ἄκοντα καὶ ὀδυρόμενον, ἅτε δὴ μὴ συγχωρούμενον ἐκτελέσαι τὴν αὐτῷ φίλην ταπεί- C νωσιν καὶ ὑποταγήν. Ποιήσας οὖν ὀλίγον χρόνον ἐν τῷ αὐτοῦ μοναστηρίῳ, πάλιν πυρωθεὶς τῷ πόθῳ τῆς ταπεινώσεως καὶ ὑποταγῆς, ἐπιτηρήσας καιρὸν νυκτὸς, ἔφυγεν οὐκ ἔτι ξένην χώραν· ἀνελθὼν γὰρ εἰς πλοῖον ἦλθεν εἰς τὰ μέρη Παλαιστίνης, ἐλπίζων ἐκεῖσε εἰς τέλος διαλαθεῖν. Παραγενόμενος τοίνυν ἐν Παλαιστίνῃ ὥρμησεν εἰς τὸ μοναστήριον τὸ πλησίον τοῦ σπηλαίου ἔνθα ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἐτέχθη· ἐν ᾧ μοναστηρίῳ ἔτυχε τὸ τηνικαῦτα διατρίβων. Καὶ ἐκεῖσε δὲ παραγενόμενος, οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν κατὰ τὴν δεσποτικὴν φωνὴν, τὴν φάσκουσαν· « Οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη. » Ἐλθόντες γὰρ ἀδελφοὶ ἀπὸ τῶν μερῶν τῆς Αἰγύπτου εἰς προσκύνησιν τῶν ἁγίων τόπων, καὶ ἐπιγνόντες αὐτὸν, πάλιν ἀπήγαγον εἰς τὸ ἴδιον κοινόβιον, πολλαῖς δεήσεσι καὶ ὀδυρμοῖς πεί- D σαντες αὐτόν. Τούτῳ τοίνυν τῷ ἁγίῳ ἀνδρὶ συνῴκησα ἐγὼ χρόνον ὀλίγον ἐν Αἰγύπτῳ· ἅπερ δὲ ἤκουσα αὐτοῦ νουθετοῦντος ἕνα ἀδελφὸν, ὃν παρουσίᾳ μου ἐδέξατο, διηγησάμενος πληρώσω τὸν λόγον.

12. (66) Nosti, inquit, frater, quot diebus ante januam monasterii peractis admissus hodie fueris : quod si causam didiceris hujusmodi difficultatis, poterit illa tibi in hac, quam inire cupis, via, utilitatem ferre, atque te fidelem Dei servum efficere. Ut enim fideliter Domino servientibus gloria et honor in futurum promittitur, ita gravissima imminent

12. Ἔγνως, φησὶν, ἀδελφὲ, πόσας ἡμέρας πρὸ τῶν θυρῶν τῆς μονῆς διατελέσας σήμερον ἐδέχθης· ἐὰν τοίνυν μάθῃς τῆς δυσχερείας τὴν αἰτίαν, δυνήσεταί σοι ἐν τῇ ὁδῷ ταύτῃ, ᾗ ἐπιθυμεῖς ἐπιβῆναι, συμβαλέσθαι, καὶ δοῦλον Χριστοῦ σε ἀπεργάσασθαι πιστόν. Ὡς γὰρ τοῖς πιστῶς δουλεύουσι τῷ Δεσπότῃ δόξα, τιμὴ πρὸς τὸ μέλλον ἐπήγγελται, οὕτως τιμωρίαι

[24] Matth. v, 15.

(64) Cassian. *Institut.* lib. IV, c. 31.
(65) Ibid. c. 32.

(66) Ibid. c. 32, 33.

βαρύνεται τοῖς χλιαρῶς καὶ ῥᾳθύμως προσερχομένοις ταύτῃ τῇ ἐπαγγελίᾳ. Βέλτιον γάρ ἐστι κατὰ τὴν Γραφὴν μὴ εὔξασθαι, ἢ εὔξασθαι, καὶ μὴ ἀποδοῦναι. Καὶ πάλιν εἴρηται· « Ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν τὸ ἔργον τοῦ Κυρίου ἀμελῶς· » τούτου χάριν ἀπεστραφόμεθά τε καὶ ἀνεβαλλόμεθα τοῦ δέξασθαι, οὐχ ὅτι τὴν σωτηρίαν σου καὶ πάντων τῶν εἰς Χριστὸν πιστευόντων οὐκ ἐπιθυμοῦμεν, ἀλλ' ἵνα μὴ, προπετῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ὑποδεχόμενοι, ἡμεῖς μὲν παρὰ Θεῷ κουφότητος, καὶ εὐχόμενοι, δίκην ὑφέξωμεν, σὲ δὲ ὑπεύθυνον βαρυτέρας τιμωρίας καταστήσωμεν, εἰ πρὸς τὸ παρὸν εὐχερῶς, καὶ μὴ μαθόντα τὸ βάρος καὶ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ ἐπαγγέλματος, καὶ μετὰ ταῦτα χαῦνος, καὶ ῥᾴθυμος ἀποδειχθῇς. Διά τοι τοῦτο, καθὼς εἴρηται, τὴν αἰτίαν τῆς ἀποταγῆς ὀφείλεις γνῶναι, τί σε δεῖ ποιεῖν. Ἡ ἀποταγὴ τοίνυν οὐδὲν ἄλλο καθέστηκεν εἰ μὴ σταυροῦ καὶ θανάτου ἐπαγγελία. Γίνωσκε τοίνυν ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας τεθνηκέναι σε, καὶ σταυροῦσθαι τῷ κόσμῳ, καὶ τὸν κόσμον σοι, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· καὶ καταμάνθανε τίς ἡ δύναμις τῆς σταυρώσεως· ἐπειδὴ οὐκέτι λοιπὸν σὺ ζῇς, ἀλλ' ἐκεῖνος ἐν σοὶ ζῇ ὁ ὑπὲρ σοῦ σταυρωθείς. Τούτῳ τοίνυν τῷ τύπῳ καὶ τῷ σχήματι, ᾧ ὁ Δεσπότης ὑπὲρ ἡμῶν ἐκρεμάσθη, καὶ ἡμᾶς ἐπάναγκές ἐστιν ἐν τῷ κοινοβίῳ διάγειν, καθὼς εὔχεται καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐκ τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ παρακαλῶν καθηλωθῆναι τὰς σάρκας αὐτοῦ. Ὡς γὰρ ὁ τὸ σῶμα προσηλωμένον ἔχων τῷ ξύλῳ ἀκίνητός ἐστι πρὸς πᾶσαν ἐνέργειαν οἵαν θέλει, οὕτως ὁ τῷ θείῳ φόβῳ καθηλωμένον τὸν λογισμὸν, ἀκίνητος ὑπάρχει πρὸς πᾶν θέλημα σαρκικόν. Καὶ ὥσπερ ὁ σταυρῷ προσηλωμένος οὐκ ἔτι τὰ παρόντα λογίζεται, οὐδὲ τοῖς ἰδίοις θελήμασι συνδιατίθεται, οὐκ ἐπιθυμίᾳ ταράττεται, οὐ φροντίδι τοῦ κτᾶσθαι κατατείνεται, οὐχ ὑπερηφανίᾳ φυσιοῦται, οὐ φιλονεικίᾳ, οὐ φθόνῳ ἐξάπτεται, οὐ περὶ τῶν παρουσῶν ἀτιμιῶν ἀλγεῖ, οὐ τὰς παρελθούσας ὕβρεις ἀναμιμνήσκεται· μικρὸν γὰρ ὕστερον τὴν ἐκ τοῦ βίου ἔξοδον ἐκδέχεται διὰ τοῦ σταυροῦ· οὕτως ὁ ἀποταξάμενος γνησίως τῷ κόσμῳ, καὶ τῷ θείῳ φόβῳ ὡς ἐν σταυρῷ καθηλωμένος, τὴν ἐκ τοῦ βίου τούτου ἔξοδον καθ' ἑκάστην προσδεχόμενος, ἀκινήτους καὶ ἀνενεργήτους ἔχει πάσας τὰς ἐπιθυμίας καὶ τὰς σαρκικὰς διαθέσεις.

13. Φυλάττου τοιγαροῦν μήποτε τούτων ἀναλαβεῖν ἐπιθυμήσῃς, ὧν ἀποτασσόμενος ἀποβέβληκας. Κατὰ γὰρ τὴν ἀπόφασιν τοῦ Δεσπότου, « Ὁ βαλὼν τὴν χεῖρα ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, οὐκ εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· » καὶ ὁ πρὸς τὰ ταπεινά τε καὶ γήϊνα τοῦ κόσμου τούτου πράγματα ἀπὸ τῆς ὑψηλῆς πολιτείας καταβαίνων πάλιν παρ' ἐντολὴν τοῦ Χριστοῦ πράττει, τοῦ δώματος καταβαίνων, καὶ ἆραί τι τῶν τοῦ οἴκου ἐπιχειρῶν. Φυλάττου τοίνυν μὴ, τῆς τῶν κατὰ σάρκα γονέων ἀρχαίας διαθέσεως ἀναμνησθεὶς, καὶ πρὸς τὰς φροντίδας τοῦ αἰῶνος τούτου ἐπιστραφεὶς, ἀνεύθετος εὑρεθῇς κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν ἐν τῇ βασιλείᾳ

A supplicia iis qui molliter segniterque eam adeunt promissionem. Melius quippe est, juxta Scripturam, votum non facere, quam factum non reddere. Rursumque dicitur : « Maledictus qui facit opus Domini negligenter [25] : » eapropter te repulimus atque admittere cunctati sumus, non quod tuam omniumque illorum qui in Christum credunt salutem non exoptemus ; sed ne temere te ac nullo negotio admittentes, nos quidem a Deo, vel orantes, lenitatis nimiæ pœnam luamus, te vero reum gravioris supplicii constituamus, si te jam facile priusquam didiceris gravitatem et accurationem promissi, admittamus, et tu postea mollis segnisque evaseris. Idcirco, ut supra dictum est, causam tuæ abdicationis ediscere te oportet, quid scilicet agendum B tibi sit. Abdicatio itaque nihil est aliud quam crucis et mortis promissio. Scito ergo ab hac te die mortuum crucifixumque esse mundo, mundumque tibi, juxta Apostolum : et edisce quænam sit crucis virtus : quandoquidem non ulterius tu vivis, sed ille in te vivit qui pro te crucifixus est. Hoc itaque typo quo Dominus pro nobis suspensus est, et nos necesse est in cœnobio agere, ut orat beatus David, cum timore Domini postulat configi carnes suas [26]. Quemadmodum enim qui corpus ligno affixum habet, ad quamlibet actionem immotus est ; **315** sic qui divino timore confixam habet cogitationem, immotus est ad omnem carnalem concupiscentiam. Et sicut qui cruci est affixus, quæ C præsentia sunt non ultra cogitat ; neque propria voluntate dirigitur, non cuncupiscentia turbatur, non cura possidendi detinetur, non superbia inflatur, non contentione, non invidia exardescit, non dolet de præsenti contumelia, non præteritarum meminit injuriarum : nam post paulum temporis finem exspectat vitæ suæ per crucem scilicet ; sic qui sincere mundo abrenuntiavit, et Dei timore quasi in cruce confixus est, hujusce vitæ exitum quotidie exspectans, immotas et imbecillas habet omnes concupiscentias omnesque carnales affectus.

13. (68) Cave igitur ne quando ea resumere con-D cupiscas quæ in abrenuntiatione tua dimisisti. Nam juxta Domini sententiam : « Qui injicit manum ad aratrum et retro convertitur, non est aptus ad regnum cœlorum [27], » et qui ex sublimi vitæ instituto ad viles ac terrenas hujus mundi res descendit, is contra Domini præceptum agit [28], cum ex domo descendit, et conatur aliquid ex domo auferre. Cave itaque ne antiqui tui erga carnales parentes affectus recordatus, et ad sæculi hujusce curas conversus, non aptus juxta Domini vocem inveniaris in regno cœlorum. Cave ne superbiam, quam initio per humilitatis fervorem conculcasti, rursum

[25] Jerem. XLVIII, 10. [26] Psal. CXVIII, 120. [27] Luc. IX, 62. [28] Luc. XVII, 31.

(67) Cassian. *Institut.* lib. IV. c. 34, 35. (68) Ibid. c. 36.

in te excites. Ubi Psalterium didiceris, aut aliquid ex Scriptura: vel juxta Apostoli vocem, cum ea quæ destruxisti rursum ædificas, ne te transgressorem exhibeas; sed potius ut incœpisti et professus es humilitatem, coram Deo et angelis ejus ad finem usque servato. Similiter quam humilitatem in monasterio exhibuisti, cum multis diebus pro foribus monasterii cum lacrymis supplicans perseverasti, cura ut augeas. Misera prorsus res esset, si cum te deceat quotidie ad fervorem addere tuum, et profectu assiduo ad perfectionem ascendere; eum imminuas et ad inferiora revertare. Non enim ille beatus qui bonum agere incipit; sed quicunque ad finem usque in eo perseveraverit. (69) Nam serpens qui ad terram trahitur, calcaneum nostrum semper observat, id est, obitui nostro insidias parat, et usque ad finem vitæ nostræ nos supplantare conatur. Quare nihil proderit probe incepisse, nihil initium fervens obedientiæ, nisi finis similiter consequatur. Et ea quæ secundum Christum est humilitas, quam nunc promisisti, non firmabitur, nisi eam ad finem usque exhibueris. Quamobrem ut illam possis perfecte possidere, atque caput draconis conterere, cum te invaserint cogitationes, mature ab ipso principio revelato illas. (70) Nam si ita publicaveris ab initio perniciosas draconis cogitationes, si non te pudeat eas Patri tuo declarare, conteres caput ejus [29]. Enimvero juxta divinam Scripturam, si accesseris ad serviendum Deo, præpara teipsum [30], non ad incuriam, non ad otiositatem; sed ad tentationes, ad tribulationes. Nam, « Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum [31]; » et: « Angusta porta, et arcta via est quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam [32]. » Animum itaque paucis illis bonis adhibe, et ex eorum exemplo vitam institue tuam; nec attendas pigris et contemptoribus quantumvis multi numero sint: « Multi enim, inquit, vocati, pauci vero electi [33]: » et parvus grex est cui placuit Patri dare regnum [34]. Ne parvum etenim existimes esse peccatum, perfectionem polliceri, et negligentiores atque segnes imitari. Ut valeas itaque ad perfectionem pervenire, hoc utere instituto, his ascende gradibus.

14. (71) Primus virtutis gradus et initium nostræ salutis est timor Dei: per eum namque peccatorum fit purgatio, et virtutum custodia viaque ad perfectionem obtinetur. Nam cum in animam
316 ingressus fuerit timor Dei, suadet ille ut omnia mundana despiciamus; hinc oritur cognatorum universique mundi oblivio. Ex his porro hu-

A τῶν οὐρανῶν. Φυλάττου μήποτε τὴν ὑπερηφανίαν, ἣν ἀρχόμενος τῇ θέρμῃ τῆς ταπεινώσεως κατεπάτησας, ἀνεγείρῃς καθ' ἑαυτοῦ, ὅταν τὸ ψαλτήριον μάθῃς, ἤ τι τῆς Γραφῆς, ἢ καὶ κατὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου φωνὴν, ἃ κατέλυσας πάλιν οἰκοδομῶν, παραβάτην σεαυτὸν ἀποδείξῃς· ἀλλὰ μᾶλλον ὡς ἐνήρξω, καὶ ὡμολόγησας τὴν ταπείνωσιν ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀγγέλων, ἕως τέλους διατήρησον. Ὁμοίως τὴν ὑπομονὴν, ἣν ἐπεδείξω ἐν τῷ μοναστηρίῳ, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας πρὸ τῶν θυρῶν διακαρτερῶν, καὶ μετὰ δακρύων ἱκετεύων, σπούδασον ἐπαυξῆσαι. Ἄθλιον γὰρ ὄντως ὀφείλοντά σε καθ' ἑκάστην προστιθέναι τῇ πρώτῃ θέρμῃ, καὶ εἰς τὸ τέλειον ἀναβαίνειν προκόπτοντα ὑφαιρεῖν ἀπ' αὐτῆς, καὶ πρὸς τὰ κάτω ὑπαναλύειν. Οὐ γὰρ ὁ ἀρχόμενος τοῦ καλοῦ μακάριος, ἀλλ' ὅστις B ἕως τέλους ἐν τούτῳ διαμείνῃ. Ὁ γὰρ ἐπὶ γῆς συρόμενος ὄφις τὴν ἡμετέραν ἀεὶ τηρεῖ πτέρναν, τουτέστι τῇ ἡμετέρᾳ ἐξόδῳ ἐπιβουλεύει, καὶ ἕως τέλους τῆς ζωῆς ἡμῶν ὑποσκελίζειν ἡμᾶς ἐπιχειρεῖ. Καὶ τούτου χάριν τὸ ἐνάρξασθαι καλῶς οὐδὲν ὠφελήσει, οὐδὲ ἡ ἀρχὴ τῆς ἐν ὑποταγῇ θερμότητος, εἰ μὴ καὶ τὸ τέλος ὡσαύτως γένηται. Καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ δὲ ταπείνωσις, ἣν νῦν ἐνώπιον αὐτοῦ ἐπηγγείλω, οὐκ ἄλλως βεβαιωθήσεται, εἰ μὴ ἕως τέλους ταύτην ὑποδείξῃς. Διὸ, ἵνα δυνηθῇς ταύτην τελείως κτήσασθαι, καὶ συντρίψαι τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος, σπούδαζε, ὅταν ἐπέρχωνταί σοι λογισμοὶ, εὐθέως ἐξ ἀρχῆς τούτους ἀπαγγέλλειν. Οὕτως γὰρ δημοσιεύων τὰς ἀρχὰς τῶν ὀλεθρίων τοῦ δράκοντος λογισμῶν, καὶ μὴ αἰσχυνόμενος ἐκφαίνειν τῷ σῷ Πατρὶ, συντρίψεις τὴν τούτου κεφα- C λήν. Διὸ δὴ κατὰ τὴν Γραφὴν, εἰ προσέλθῃς δουλεύειν τῷ Θεῷ, ἑτοίμασον σεαυτὸν μὴ πρὸς ἀμεριμνίας, μὴ πρὸς ἀνέσεις, ἀλλὰ πρὸς πειρασμοὺς, πρὸς θλίψεις. « Διὰ » γὰρ « πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· » καὶ, « Στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν. » Πρόσχες τοίνυν τοῖς ὀλίγοις καλοῖς, καὶ ἐκ παραδείγματος αὐτῶν κανόνιζε τὸν ἑαυτοῦ βίον· μὴ προσχῇς τοῖς ῥᾳθύμοις καὶ καταφρονηταῖς, κἂν πολλοὶ ὦσι· « Πολλοὶ γὰρ, » φησὶ, « κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ, » καὶ μικρὸν τὸ ποίμνιον ᾧ ηὐδόκησεν ὁ Πατὴρ δοῦναι τὴν βασιλείαν. Μὴ μικρὸν γὰρ εἶναι νομίσῃς ἁμάρτημα ἐπαγγέλλεσθαι τελειότητα, καὶ τοῖς ἀμελεστέροις καὶ D ῥᾳθύμοις ἀκολουθεῖν. Ἵνα τοίνυν δυνηθῇς ἐπιβῆναι τῇ τελειότητι, ταύτῃ κέχρησο τῇ τάξει, καὶ τούτοις ἀνάβαινε τοῖς βαθμοῖς.

14. Πρῶτος βαθμὸς ἀρετῆς καὶ ἀρχὴ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ὁ φόβος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· διὰ τούτου καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἀποκάθαρσις, καὶ τῶν ἀρετῶν φυλακὴ, καὶ ὁδὸς ἐπὶ τὴν τελειότητα γίνεται. Ὅταν γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος εἰσέλθῃ εἰς τὴν ψυχὴν, καταφρονεῖν πάντων πείθει τῶν τοῦ κόσμου πραγμάτων, καὶ λήθην τῶν κατὰ σάρκα συγγενῶν γεννᾷ, καὶ αὐτοῦ ὅλου τοῦ

[29] Genes. III, 15. [30] Eccli. II, 1. [31] Act. XIV, 22. [32] Matth. VII, 14. [33] Matth. XX, 16. [34] Luc. XII, 31.

(69) Cassian. *Institut.* lib. IV, c. 37
(70) Ibid. c. 38.
(71) Ibid. c. 39.

κόσμου. Ἐκ δὲ τούτων ταπείνωσις κεφάλαιον τῶν ἀρετῶν, καὶ πλήρωμα πάντων τῶν καλῶν κατορθοῦται· καταφρονήσει γὰρ καὶ στερήσει πάντων τῶν πραγμάτων ἡ ταπείνωσις προσγίνεται. Ἡ ταπείνωσις δὲ τούτοις τοῖς γνωρίσμασι δοκιμάζεται. Πρῶτον εἰ νεκρωθέντα τις εἶχεν ἑαυτῷ τὰ ἴδια θελήματα· δεύτερον δὲ εἰ μὴ μόνον τῶν οἰκείων πράξεων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐνθυμήσεων μηδὲν τὸν ἴδιον κρύπτει Πατέρα· τρίτον, εἰ μὴ τῇ ἰδίᾳ συνέσει, ἀλλὰ πάντα τοῦ Πατρὸς διακρίσει πιστεύει, διψῶν ἀεὶ καὶ ἐπιποθῶν, καὶ ἡδέως ἀκούων τῆς τούτου νουθεσίας· τέταρτον, εἰ πᾶσιν ἀνεπαισχύντως δουλεύσει τοῖς τοῦ Πατρὸς προστάγμασι· πέμπτον, εἰ μὴ μόνον αὐτὸς οὐ τολμᾷ ὑβρίσαι τινὰ, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑπὸ ἄλλων αὐτῷ ἐπαγομένας ὕβρεις μετὰ χαρᾶς ἔσται προσδεχόμενος· ἕκτον, εἰ μηδὲν ἐπιχειρήσει καινότερον πρᾶξαι, ὅπερ ὁ κανὼν ὁ κοινὸς οὐκέτι προτρέπει, οὐδὲ τῶν Πατέρων τὰ παραδείγματα· ἕβδομον, εἰ πάσῃ εὐτελείᾳ ἀρκούμενος, καὶ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς δεδομένοις εὐχαριστῶν, καὶ τούτων ἀνάξιον ἡγεῖται ἑαυτόν· ὄγδοον, εἰ ἑαυτὸν πάντοτε κατώτερον πάντων, καὶ μὴ ᾖ προπετὴς ἐν λόγοις· δέκατον, εἰ μὴ ἔστιν εὐχερὴς ἐν λόγοις, καὶ πρόχειρος ἐν γλώσσῃ. Τούτοις γὰρ καὶ τοῖς ὁμοίοις τούτων σημείοις ἡ ταπείνωσις γνωρίζεται. Ταῦτα, ὅταν ἐν ἀληθείᾳ κατορθωθῇ, ταχέως πρὸς τὸ ὕψος τῆς ἀγάπης ἀνάγει, ἐν ᾗ φόβος οὐκ ἔστι κολάσεως, καὶ δι' ἧς τὰ πάντα οὐκέτι μετὰ ἀνάγκης, καὶ κόπου φυλάττεται, ἀλλὰ πόθῳ διαπύρῳ καὶ ἐπιθυμίᾳ τοῦ καλοῦ. Πρὸς ἥνπερ ἀρετὴν ἵνα ἰσχύσῃς εὐχερέστερον φθάσαι, ὑποδείγματά σοι πρὸς μίμησιν ἔστωσαν οἱ λόγοι τῶν συμβαινόντων, καὶ εὐλάβειαν κεκτημένων ἀδελφῶν· μὴ οἱ πλείους, καὶ ἀμελέστερόν τε καὶ ῥαθυμότερον ζῶντες. Καὶ γὰρ ἐκ τοῦ μιμεῖσθαι καὶ ζηλοῦν τοὺς ἁγίους μεγίστη ὠφέλεια προσγίνεται τοῖς βουλομένοις πρὸς τελειότητα φθάσαι.

15. Εἰ τοίνυν θέλεις δυνηθῆναι πᾶσι τούτοις ἐξακολουθῆσαι, καὶ ὑπὸ τούτων εἰς τὸν πνευματικὸν ἀγῶνα τοῦ κοινοβίου ἄχρι τέλους διακαρτερῆσαι, ταῦτα ἃ εἶπεν ὁ Δαυῒδ ἀναγκαῖά σοι πρὸς φυλακὴν ἐν τῇ συνοδίᾳ τῶν ἀδελφῶν ἔστωσαν· «Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον, καὶ ὡσεὶ ἄνθρωπος οὐκ ἀκούων, καὶ οὐκ ἔχων ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἐλεγμούς.» Ὅσα τοίνυν βλέπεις ἀλλότρια οἰκοδομῆς καὶ ὠφελείας, ὡς τυφλὸς γενοῦ, καὶ ὅσα ἀκούεις, ὡς κωφὸς καὶ ἄλαλος, καὶ οὐκ ἔχων ἐν τῷ στόματι ἐλεγμούς. Καὶ μὴ μιμήσῃ τούτους, ὅσοι ἄπιστοι, καὶ ἀνήκοοι, καὶ προπετεῖς, καὶ συρφετοὶ, καὶ ὑβρισταὶ τυγχάνουσιν, ἀλλ' ὡς κωφὸς καὶ μὴ ἀκούων, ταῦτα παραπέμπου. Ἐάν σοί τις ἐλέγχους, ἢ ὀνείδη, ἢ ὕβρεις ἐπιπέμψῃ, ἀκίνητος ἔσο ὡς πεφιμωμένος καὶ ἄλαλος, ἀεὶ τοῦτον τὸν στίχον ἐπιλέγων τοῦ ψαλμοῦ· «Εἶπα. Φυλάξω τὰς ὁδούς μου, τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν με ἐν γλώσσῃ μου. Ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακὴν, ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου, ἐκωφώθην, καὶ ἐταπεινώθην.» Ἔτι μὴν πρὸς τούτοις καὶ τέταρτον τοῦτο πρὸ πάντων μελέτα, καὶ φυλάσσου, ὅπερ καὶ

[35] Psal. xxxvii, 14, 15. [36] Psal. xxxviii, 1-3.

A militas omnium caput virtutum, omniumque bonorum complementum exercetur; nam ex contemptu et privatione rerum omnium accedit humilitas. Humilitas vero his comprobatur indiciis: Primum, si quis mortificatas in se habeat proprias voluntates; secundum si non modo operum, sed etiam cogitationum suarum nihil Patri occultet; tertium, si non propriæ credat prudentiæ, sed in omnibus Patris sui discretioni, semperque sitiat, exoptet, suaviter auscultet ejus admonitiones;. quartum, si Patris jussa omnia absque pudore exsequatur; quintum, si non modo ipse non ausit alii contumelias inferre, sed si ab aliis illatas cum gaudio suscipiat; sextum, si nihil novi facere aggressus fuerit, quod nec communis regula, nec Patrum exempla permit-
B tant; septimum, si omni vilitate contentus, de datis sibi rebus gratias agat, seque iis indignum existimet; octavum, si se omnibus plane inferiorem existimet, (72) nec sit verbis temerarius; decimum, si non sit in sermone facilis et lingua præceps. His et similibus signis dignoscitur humilitas. Hæc cum revera exhibita fuerint, cito ad dilectionis fastigium adducunt, in qua non est timor gehennæ, et per quam omnia non jam ex necessitate et cum labore perficiuntur; sed ex amore ferventi, et ex boni concupiscentia. (73) Quam virtutem ut possis facilius adipisci, pro exemplari tibi sint verba fratrum una tecum concurrentium, pietatemque possidentium: non autem eorum qui plures numero,
C negligentius segniusque vitam exigunt. Ex sanctorum enim imitatione æmulationeque ingens volentibus ad perfectionem contendere accedit utilitas.

15. (74) Si vis itaque facultatem tibi esse hæc omnia exsequendi, et sub his in spirituali cœnobii certamine ad finem usque perseverare, necessaria tibi ad custodiam in cœtu fratrum fuerint, ea quæ David ait: «Ego autem tanquam surdus non audiebam, et sicut homo non audiens et non habens in ore suo redargutiones [35].» Quotiescunque igitur aliqua videris aliena ab ædificatione et utilitate, esto quasi cæcus; et si qua audieris his similia,
D fias quasi surdus et mutus, et non habens in ore tuo redargutiones. Neque imiteris eos qui infideles, inobsequentes, petulantes, scurriles, contumeliosi sunt: sed quasi mutus et non audiens hæc prætermittas. Si quis tibi increpationes, opprobria, contumelias inferat, immotus esto quasi frenatus, et quasi mutus: hunc tibi Psalmi versum assidue repete: «Dixi: Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me; obmutui et humiliatus sum [36].» Ad hæc et illud quartum ante omnia meditare; et observa quod tria ista

(72) Nono, si linguam cohibeat, vel non sit clamosus in voce.

(73) Cassian. *Institut.* lib. iv, c. 40.
(74) Ibid. c. 41.

superius dicta ornare poterit; ut scilicet te stultum et insipientem, juxta Apostoli præceptum [87], in hoc sæculo efficias, ut sis sapiens; videlicet nihil dijudicans aut dubitans in quibuscunque tibi mandatis, simplicitate nempe et fide obedientiæ instructus. Inter sancta omnia id solummodo sanctum, illud sapiens, illud utile credas, quod a Patre tuo jussum tibi fuerit. Hoc proposito si cor tuum firmaveris, poteris ad finem usque Christi jugum obedientiæ sustinere, et nulla ex diaboli tentationibus et artibus excutere te poterit ex scientia vitæ. (75) Patientiam vero tuam, humilitatem, æquanimitatem ne exspectaveris ex aliorum virtute statuere; si videlicet nemo te stimulet, nemo despiciat, nemo dedecore afficiat: quod sane neque virtutis tuæ argumentum est, nec in tua est facultate: sed si opprobria, contumelias, contemptus libenter feras; id enim tui est arbitrii. (76) Ut igitur quæ fusius supra diximus, jam **317** compendio dicamus, ut eorum facilius memineris, audi rursus qui poteris per ordinem ad perfectionem pervenire. Principium salutis nostræ timor est Dei: ex eo gignitur bona obedientia: hinc oritur subjectio et contemptus rerum mundi: ex hac humilitate nascitur propriarum voluntatum mortificatio: ex propriarum voluntatum mortificatione, exsiccantur voluptatum radices: his autem omnes animæ imperfectiones eliminantur, quarum expulsione crescunt fructumque ferunt virtutes. Ex virtutum incremento gignitur puritas cordis: puritatem cordis consequitur apostolica perfectio, gratia et auxilio Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A ταῦτα τὰ ἀνωτέρω εἰρημένα τρία κοσμῆσαι δύναται. τὸ μωρὸν καὶ ἄφρονα ἑαυτὸν, κατὰ τὸ Ἀποστόλου παράγγελμα, ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι ποιῆσαι, ἵνα γένῃ σοφὸς, δηλονότι μηδὲν διακρίνων ἢ διστάζων ἐν οἷς ἂν προσταχθῇς, ἁπλότητος καὶ πίστεως τὴν ὑπακοὴν ποιῶν. Ἐκεῖνο μόνον ἅγιον τῶν ἁγίων λογιζόμενος, καὶ σοφὸν, καὶ συμφέρον πιστεύων, τὸ ὑπὸ τοῦ σοῦ Πατρὸς προσταχθέν σοι. Τοιαύτῃ γὰρ διαθέσει ἀσφαλισάμενος τὴν σὴν καρδίαν, δυνήσῃ ἕως τέλους ὑπομεῖναι τὸν Χριστοῦ ζυγὸν τῆς ὑποταγῆς, καὶ οὐδέν σε τῶν τοῦ διαβόλου πειρατηρίων καὶ τεχνασμάτων δυνήσεται σαλεῦσαι ἐκ τῆς ἐπιστήμης τοῦ βίου. Καὶ τὴν ὑπομονὴν δὲ, καὶ τὴν ταπείνωσιν, καὶ τὴν μακροθυμίαν τὴν σὴν, μὴ ἐκ τῆς τῶν ἄλλων ἀρετῆς προσδόκα κατορθοῦσθαι· οἷον ἐὰν ὑπ' οὐδενὸς παροξύνῃ, ἢ B οὐκ ἐξουδενώσῃ, ἢ οὐκ ἀτιμάζῃ, ὅπερ οὔτε τῆς σῆς ἀρετῆς ἐστι δεῖγμα, οὔτε ἐν τῇ ἐξουσίᾳ κεῖται· ἀλλ' ὅταν λοιδορούμενος, ἢ ἀτιμαζόμενος, ἢ ἐξουδενούμενος πράως φέρῃς· τοῦτο γὰρ ἐν τῇ σῇ προαιρέσει κεῖται. Ἵνα τοίνυν αὐτὰ πάντα, ἅπερ πλατύτερον εἰρήκαμεν, συναθροίσαντες, τί ποτε σύντομον εἴπωμεν πρὸς τὸ εὐκόλως τὴν σὴν διάνοιαν τούτων μνημονεύειν, ἄκουε πάλιν, πῶς κατὰ τάξιν δυνήσῃ ἐπιβῆναι τῆς τελειότητος. Ἀρχὴ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ὁ φόβος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· ἐκ τούτου γεννᾶται ἀγαθὴ ὑπακοὴ, ἐξ ἧς τίκτεται ἡ ὑποταγὴ, καὶ ἡ καταφρόνησις τῶν τοῦ κόσμου πραγμάτων· ἐκ δὲ ταύτης τῆς ταπεινώσεως γεννᾶται τῶν ἰδίων θελημάτων ἡ νέκρωσις· ἐκ δὲ τῆς τῶν θελημάτων νεκρώσεως αἱ τῶν ἡδονῶν ῥίζαι μαραίνονται· ἐκ δὲ τούτων πάντα τὰ ἐλαττώματα τῆς C ψυχῆς ἀποβάλλονται· τῇ δὲ ἀποβολῇ τούτων, αἱ ἀρεταὶ αὔξουσι, καὶ καρποφοροῦσι· τῇ δὲ αὐξήσει τῶν ἀρετῶν ἡ καθαρότης τῆς καρδίας προσγίνεται· ταῖς δὲ καθαρότησι τῆς καρδίας ἡ ἀποστολικὴ τελειότης ἐπακολουθεῖ χάριτι καὶ συνεργείᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

EJUSDEM MAGNI ATHANASII AD EUMDEM CASTOREM DE OCTO MALITIÆ COGITATIONIBUS.

1. (77) Cum prius de constitutione cœnobiorum verba fecerimus, vestris freti orationibus, jam scribere aggredimur de octo malitiæ cogitationibus, edacitate scilicet, fornicatione, avaritia, ira, tristitia, pigritia, vana gloria et superbia. Primum itaque de abstinentia dicetur a nobis, quæ edacitati opposita est: agemus item de jejuniorum modo, de qualitate et quantitate alimentorum. (78) Et hæc non ex nobis ipsis dicturi sumus; sed ea quæ accepimus a sanctis Patribus nostris. Illi itaque non unam jejunii regulam, neque unum comestionis modum, neque eamdem ipsam omnibus mensuram tradidere, quia non omnes ejusdem sunt roboris, vel ætatis, et quia alii infirmitate corporis laborant, alii delicatiore sunt corpore. Unum autem omnibus tradidere scopum, ut fugiant crapulam, et ventris saturitatem aversentur: ac experimento

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΚΑΣΤΟΡΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΚΤΩ ΤΗΣ ΚΑΚΙΑΣ ΛΟΓΙΣΜΩΝ.

1. Πρώην τὸν περὶ διατυπώσεως λόγον τῶν κοινοβίων συντάξαντες, πάλιν ἐπὶ τοῦ παρόντος, ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς θαῤῥήσαντες, ἐπεχειρήσαμεν γράψαι περὶ τῶν ὀκτὼ τῆς κακίας λογισμῶν· γαστριμαργίας φημὶ καὶ πορνείας, φιλαργυρίας καὶ ὀργῆς, λύπης καὶ ἀκηδίας, κενοδοξίας καὶ ὑπερηφανίας. Προηγου- D μένως τοίνυν περὶ ἐγκρατείας γαστρὸς ἡμῖν λεχθήσεται, τῆς ἀντικειμένης τῇ γαστριμαργίᾳ· τοῦ τε τρόπου τῶν νηστειῶν, καὶ τῆς ποιότητος καὶ ποσότητος τῶν βρωμάτων. Καὶ ταῦτα οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν ἐροῦμεν, ἀλλ' ἅπερ παρειλήφαμεν παρὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν Πατέρων. Ἐκεῖνοι τοίνυν οὐχ ἕνα κανόνα νηστείας, οὐδὲ ἕνα τρόπον τῆς τῶν βρωμάτων μεταλήψεως, οὐδὲ τὸ αὐτὸ μέτρον πᾶσι μεταδιδόασι, διὰ τὸ μηδὲ πάντας τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχειν, ἢ διὰ ἡλικίαν, ἢ δι' ἀσθένειαν, ἢ διὰ ἕξιν ἀστειοτέρου σώματος. Ἕνα δὲ σκοπὸν πᾶσι παραδεδώκασι, φεύγειν τὴν πλησμο-

[87] I Cor. III, 18.

(75) Cassian. *Institut.* lib. IV, c. 42.
(76) Ibid. c. 43.

(77) Cassian. *Institut.* lib. V, c. 1, et seq.
(78) Ibid. c. 5.

νήν, καὶ ἀποστρέφεσθαι τὴν χορτασίαν τῆς γαστρός· τὴν δὲ καθημερινὴν νηστείαν ἐδοκίμασαν ὠφελιμωτέραν εἶναι, καὶ συμβαλλομένην εἶναι πρὸς καθαρότητα, πλέον τῆς ἐν τρισὶν ἢ τέταρσιν, ἢ καὶ ἕως ἑβδομάδος ἑλκομένης νηστείας. Καὶ γάρ φασι τὸν ἀμέτρως ἐπεκτεινόμενον τῇ νηστείᾳ ὑπὲρ μέτρον πολλάκις τῇ τροφῇ κεχρῆσθαι, ὡς ἐκ τούτου ποτὲ μὲν τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἀσιτίας ἀτονεῖν τὸ σῶμα, καὶ πρὸς τὰς πνευματικὰς λειτουργίας ὀκνηρότερον γίνεσθαι· ποτὲ δὲ, τῷ πλήθει τῶν τροφῶν βαρυνόμενον, ἀκηδίαν καὶ χαύνωσιν ἐμποιεῖν τῇ ψυχῇ. Καὶ πάλιν οὐ πᾶσιν ἁρμόδιον εἶναι τὴν τῶν λαχάνων μετάληψιν, οὐδὲ πᾶσι τὴν τῶν ὀσπρίων, οὐδὲ πάντας δύνασθαι τῇ τοῦ ξηροῦ ἄρτου κεχρῆσθαι τροφῇ· καὶ πάλιν τὸν μέν φησι δύο λίτρας ἐσθίοντα ἄρτου ἀκμὴν πεινᾷν, ἄλλον δὲ ἐσθίοντα λίτραν, ἢ ἓξ οὐγγίας χορτάζεσθαι. Πᾶσιν οὖν, ὡς εἴρηται, ἕνα σκοπὸν ἐγκρατείας παραδεδώκασι, τὸ μὴ ἀπατᾶσθαι χορτασίᾳ κοιλίας, μηδὲ ἐξέλκεσθαι τῇ τοῦ λάρυγγος ἡδονῇ. Οὐδὲ γὰρ ἡ διαφορὰ τῆς ποιότητος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ποσότης τοῦ πλήθους τῶν βρωμάτων τὰ πεπυρωμένα βέλη τῆς ἁμαρτίας εἴωθεν ἀνάπτειν· οἵας γὰρ δήποτε τροφῆς πληρουμένη γαστὴρ, ἀσωτίας σπέρματα τίκτει. Καὶ πάλιν οὐ μόνον κραιπάλη οἴνου, ἀλλὰ καὶ πλησμονὴ ὕδατος, καὶ πασῶν τροφῶν ὑπερβολὴ κεκαρωμένην καὶ νυστάζουσαν ταύτην ἀποτελοῦσι. Τοῖς Σοδομίταις οὐκ οἴνου καὶ διαφόρων βρωμάτων κραιπάλη, καταστροφῆς γέγονεν αἰτία, ἀλλ' ἄρτου πλησμονὴ, κατὰ τὸν προφήτην. Ἡ ἀσθένεια τοῦ σώματος πρὸς τὴν καθαρότητα τῆς καρδίας οὐκ ἀντίκειται. Ταῦτα οὖν παρασχόμενος τῷ σώματι ἃ ἡ ἀσθένεια ἀπαιτεῖ, οὐχ ἅπερ ἡ ἡδονὴ θέλει. Ἡ τῶν βρωμάτων χρῆσις ὅσον ὑπουργῆσαι πρὸς τὸ ζῇν παραλαμβάνεται, οὐχ ὅσον δουλεῦσαι ταῖς ὁρμαῖς τῆς ἐπιθυμίας. Ἡ σύμμετρος καὶ μετὰ λόγου τῶν τροφῶν μετάληψις τῆς ὑγείας φροντίζει τοῦ σώματος, οὐ τὴν ἁγιωσύνην ἀφαιρεῖται. Ὅρος ἐγκρατείας καὶ κανὼν παραδεδομένος ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων ἀκριβὴς οὗτός ἐστι, τὸ ἔτι τῆς ὀρέξεως ἐγκειμένης, τῆς τροφῆς ἀπέχεσθαι τὸν ἐσθίοντα. Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ εἰπών· « Τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίαν, » οὐ τὴν ἀναγκαίαν τῆς ζωῆς κυβέρνησιν ἐκώλυσεν, ἀλλὰ τὴν φιλήδονον ἐπιμέλειαν ἀπηγόρευσεν. Ἄλλως τε καὶ πρὸς καθαρότητα τελείαν τῆς ψυχῆς μόνη ἡ ἀποχὴ τῶν βρωμάτων οὐκ ἰσχύει, εἰ μὴ καὶ αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ συνδράμωσι. Τοιγαροῦν ἡ ταπείνωσις διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἔργου καὶ τῆς τοῦ σώματος καταπονήσεως, μεγάλα ἡμῖν συμβάλλεται. Ἡ ἀποχὴ τῆς φιλαργυρίας οὐ μόνον τὸ μὴ ἔχειν χρήματα, ἀλλὰ μηδὲ ἐπιθυμεῖν κεκτῆσθαι. Πρὸς καθαρότητα τὴν ψυχὴν ὁδηγεῖ τῆς ὀργῆς ἡ ἀποχὴ, τῆς λύπης, τῆς κενοδοξίας, τῆς ὑπερηφανίας. Ταῦτα πάντα τὴν καθολικὴν τῆς ψυχῆς καθαρότητα ἀπεργάζεται. Τὴν δὲ διὰ σωφροσύνης μερικὴν τῆς ψυχῆς καθαρότητα ἐξαιρέτως ἐγκράτεια

A comprobatum dixerunt utilius esse quotidianum jejunium, atque ad puritatem magis conferre, quam si ad tres vel quatuor dies, aut ad hebdomadam usque jejunium protrahatur. Aiunt enim eum qui immoderate jejunium protrahit, ultra mensuram sæpe cibo uti; ita ut hinc sæpe accidat ut aliquando quidem ex nimia abstinentia in languorem corpus incidat, et ad spiritualia ministeria segnius evadat; aliquando contra multitudine alimentorum oneratum, pigritiam mollitiemque animi ingeneret. Rursum non omnibus competere olerum usum, non omnibus item leguminum, non posse omnibus sicci panis alimentum sufficere: item esse qui manducatis panis duabus libris adhuc esuriant, alios qui una libra, imo sex unciis satientur.
B Omnibus itaque, ut dictum est, unum abstinentiæ scopum tradiderunt, ut non decipiantur saturitate ventris, neque trahantur gulæ voluptate. Non solum enim qualitatis differentia, sed etiam magna ciborum quantitas, ignita peccati tela solet accendere. (79) Quocunque enim cibo venter impleatur, libidinis semina gignit. Ac rursum non vini solum crapula, sed etiam aquæ plenitudo, ac quorumlibet ciborum redundantia, hominem aggravant, ac torpentem dormitantemque reddunt. Sodomitis non vini, non variorum ciborum crapula subversionis causa fuit, sed panis saturitas, juxta prophetam [38]. (80) Infirmitas corporis puritati cordis non aversatur. Ea itaque corpori tribuas quæ infirmitas ejus postulat, non quæ voluptas expetit.
C Ciborum usus adhibetur quantum ad vitam fovendam necessarium est, non ut impetui concupiscentiæ serviatur. Moderata et rationabilis cibi sumptio sanitatem corporis conciliat, nec sanctitatem aufert. (81) Hæc norma et regula est abstinentiæ accurata, a sanctis Patribus tradita, ut instante adhuc appetitu, cibi sumendi finem faciat qui comedit. Et Apostolus dum ait: « Carnis curam ne feceritis in desiderio [39]; » non **318** sollicitudinem vitæ necessariam prohibuit, sed curam vetuit fovendæ voluptatis. (82) Cæterum ad perfectam animæ puritatem, sola ciborum abstinentia non sufficit, nisi concurrant cæteræ virtutes. Humilitas itaque per obedientiam in opere, et per afflictionem corporis
D magna nobis confert bona. Illud est avaritiæ expertem esse, non modo pecunias non habere, sed ne concupiscere quidem illarum possessionem. Animam ad puritatem addücit cohibitio iræ, tristitiæ, vanæ gloriæ, superbiæ. Hæc omnia universam animæ puritatem efficiunt. Puritatem autem illam animæ peculiarem, quæ per temperantiam obtinetur, abstinentia in primis et jejunium efficiunt. Impossibile quippe est eum qui satur ventre est, animo decertare adversus spiritum fornicationis.

[38] Ezech. xvi, 49. [39] Rom. xiii, 14.

(79) Cassian. *Institut.* lib. v, c 6.
(80) Ibid. c. 7.
(81) Ibid. c. 8.
(82) Ibid. c. 9.

(83) Primum itaque nobis sit certamen, ut ventri imperemus, corpusque in servitutem deducamus: non modo per jejunium, sed etiam per vigilias, laborem, lectionem, item animo concipiendo gehennæ timorem, et desiderium regni cœlorum.

A καὶ νηστεία κατορθοῖ. Ἀδύνατον γὰρ τὸν τὴν γαστέρα κεκορεσμένον πολεμῆσαι κατὰ διάνοιαν τῷ πνεύματι τῆς πορνείας. Τοιγαροῦν πρῶτος ἔστω ἡμῖν ἀγὼν τὸ κρατεῖν γαστρὸς, καὶ δουλαγωγεῖν τὸ σῶμα, οὐ μόνον διὰ νηστείας, ἀλλὰ καὶ δι' ἀγρυπνίας, καὶ κόπου, καὶ ἀναγνώσεως, καὶ τοῦ συνάγειν τὴν καρδίαν εἰς τὸν φόβον τῆς γεέννης, καὶ εἰς τὸν πόθον τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν.

2. (84) Secundum nobis est certamen adversus spiritum fornicationis et concupiscentiam carnis, quæ concupiscentia a primæva ætate molestiam homini creare incipit. Magnum illud graveque certamen, duplici constans lucta; duplex enim est, cum in corpore et in anima committatur. Quapropter duplici oportet cum illo pugna confligere. Neque enim corporale jejunium satis est ad perfectæ temperantiæ possessionem et ad veram castitatem, nisi adsit oratio ad Deum assidua, frequens divinarum Scripturarum meditatio, labor et opus manuum, quæ instabiles animæ impetus comprimere possunt, atque illam ex obscenis cogitationibus revocare. Ad id præsertim confert animæ humilitas, citra quam nec fornicationem, nec cæteras passiones valebit quispiam superare. (85) Cumprimis itaque oportet omni custodia cor servare a sordidis cogitationibus [40]. Ex eo namque prodeunt, juxta Domini vocem, cogitationes malæ, cædes, adulteria, scortationes et cætera [41]. Jejunium quippe non modo ad afflictionem corporis injunctum nobis est, sed etiam ad temperantiam mentis, ne, ciborum multitudine obtenebrata, non possit cavere a cogitationibus. Oportet igitur non solum jejunio corporali omnem curam impendere, sed etiam attentioni ad cogitationes, et spirituali meditationi, citra quas impossibile est ad cacumen veræ castitatis et puritatis ascendere. Convenit igitur, juxta Domini vocem, nos interiora calicis et paropsidis mundare, ut sint exteriora munda [42]. Quapropter si cura sit nobis, juxta Apostolum [43], legitime certandi, et coronam accipiendi, devicto impuro fornicationis spiritu; ne nostris viribus, ne nostræ ascesi confidamus, sed opitulationi Domini Dei. Nullus enim homini finis certaminis cum ejusmodi dæmone, donec revera credat se, non suo studio aut labore, sed Dei impulsu et auxilio ab hujusmodi morbo liberari, et ad summum castitatis fastigium ascendere. (86) Enimvero supra naturam res est, et aliquo modo extra corpus exsistit, qui stimulos carnis ejusque voluptates calcavit. Quare impossibile est hominem suis, ut ita dicam, pennis ad hoc cacumen et ad bravium sanctitatis advolare, angelorumque imitatorem effici, nisi illum gratia Dei ex terra et cœno educat. Nulla enim virtute homines carne illigati cœlestibus angelis similiores efficiuntur, quam temperantia: per eam enim, dum adhuc in terra degunt, habent, juxta Apostolum, conversationem in

2. Δεύτερός ἐστιν ἡμῖν ἀγὼν κατὰ τοῦ πνεύματος τῆς πορνείας καὶ τῆς ἐπιθυμίας τῆς σαρκὸς, ἥτις ἐπιθυμία ἀπὸ πρώτης ἡλικίας ἄρχεται παρενοχλεῖν τῷ ἀνθρώπῳ. Μέγας οὗτος ὁ ἀγὼν καὶ χαλεπὸς, καὶ διπλῆν ἔχων τὴν πάλην· διότι οὗτος διπλοῦς καθέστηκεν, ἐν τῇ ψυχῇ καὶ ἐν τῷ σώματι συνιστάμενος. Καὶ τούτου χάριν διπλῆν χρὴ κατ' αὐτοῦ καὶ τὴν πάλην ἀναδέξασθαι. Οὔτε γὰρ ἱκανὴ ὑπάρχει μόνη ἡ σωματικὴ **B** νηστεία πρὸς κτῆσιν τῆς τελείας σωφροσύνης, καὶ ἀληθοῦς ἁγνείας, εἰ μὴ καὶ εὐχὴ πρὸς Θεὸν ἐκτενὴς, καὶ κοινὴ τῶν θείων Γραφῶν μελέτη, καὶ κάματος καὶ ἔργον χειρῶν, ἅπερ δύνανται τὰς ἀστάτους ὁρμὰς τῆς ψυχῆς συστέλλειν, καὶ ἐκ τῶν αἰσχρῶν φαντασιῶν ἀνακαλεῖσθαι αὐτήν· πρὸ δὲ πάντων συμβάλλεται ταπείνωσις ψυχῆς, ἧς χωρὶς οὐδὲ πορνείας, οὐδὲ τῶν ἄλλων παθῶν δυνήσεταί τις περιγενέσθαι. Προηγουμένως τοίνυν χρὴ πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν τὴν καρδίαν ἀπὸ λογισμῶν ῥυπαρῶν. Ἐκ γὰρ ταύτης προεξέρχονται, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, διαλογισμοὶ πονηροὶ, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ γὰρ ἡ νηστεία οὐ μόνον πρὸς κακουχίαν τοῦ σώματος ἡμῖν προστέτακται, ἀλλὰ καὶ πρὸς νῆψιν τοῦ νοὸς, ἵνα μὴ, τῷ πλήθει τῶν βρωμάτων σκοτισθεὶς, ἀδυνατήσῃ **C** πρὸς τὴν τῶν λογισμῶν παραφυλακήν. Χρὴ τοίνυν μὴ μόνον ἐν τῇ σωματικῇ νηστείᾳ τὴν πᾶσαν σπουδὴν ἐνδείκνυσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ προσοχῇ τῶν λογισμῶν, καὶ ἐν τῇ πνευματικῇ μελέτῃ, ὧν χωρὶς ἀδύνατον πρὸς τὸ ὕψος τῆς ἀληθοῦς ἁγνείας καὶ καθαρότητος ἀνελθεῖν. Προσήκει τοίνυν ἡμᾶς καθαρίζειν πρότερον, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, τὸ ἔνδον τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος, ἵνα γένηται καὶ τὸ ἐκτὸς καθαρόν. Διὰ δὴ τοῦτο, εἰ ἔστιν ἡμῖν σπουδὴ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, νομίμως ἀθλῆσαι, καὶ στεφανωθῆναι, νικήσαντας τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα τῆς πορνείας, μὴ τῇ ἡμετέρᾳ δυνάμει ἢ ἀσκήσει θαῤῥήσωμεν, ἀλλὰ τῇ βοηθείᾳ τοῦ δεσπότου Θεοῦ. Οὐ παύεται γὰρ ὁ ἄνθρωπος πολεμούμενος ὑπὸ τοῦ δαίμονος τούτου, **D** ἕως οὗ ἐν ἀληθείᾳ πιστεύσῃ, ὅτι οὐκ ἰδίᾳ σπουδῇ ἢ καμάτῳ, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ ῥοπῇ καὶ βοηθείᾳ ἀπαλλάττεται ταύτης τῆς νόσου, καὶ εἰς τὸ ὕψος τῆς ἁγνείας ἀνέρχεται. Καὶ γὰρ ὑπὲρ φύσιν ἐστὶ τὸ πρᾶγμα, καὶ τρόπον τινὰ ἔξω τοῦ σώματος γίνεται, ὁ τοὺς ἐρεθισμοὺς τῆς σαρκὸς καὶ τὰς ἡδονὰς ταύτης καταπατήσας. Καὶ τούτου χάριν ἀδύνατόν ἐστιν ἄνθρωπον τοῖς πτεροῖς, ἵν' οὕτως εἴπω, πρὸς τὸ ὕψος τοῦτο καὶ οὐράνιον βραβεῖον τῆς ἁγιωσύνης ἀναπτῆναι, καὶ μιμητὴν ἀγγέλων γενέσθαι· εἰ μὴ χάρις Θεοῦ τοῦτον ἀπὸ τῆς γῆς καὶ τοῦ βορβόρου ἀναγάγοι. Οὐδεμιᾷ γὰρ ἀρετῇ

[40] Prov. IV, 23. [41] Matth. XV, 19. [42] Matth. XXIII, 26. [43] II Tim. II, 5.

(84) Cassian. *Institut.* l. VI, c. 1.
(85) Ibid. c. 2.
(86) Ibid. c. 6.

μᾶλλον οἱ σαρκὶ συνδεδεμένοι ἄνθρωποι τοῖς οὐρανίοις ἀγγέλοις συνομοιοῦνται, ὡς τῇ σωφροσύνῃ· διὰ ταύτης γὰρ, ἔτι ἐν τῇ γῇ διάγοντες, ἔχουσι, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς. Δεῖγμα δὲ τοῦ τὴν ἀρετὴν ταύτην κεκτῆσθαι ἡμᾶς, τὸ μηδὲ μιᾶς εἰκόνι αἰσχρᾶς φαντασίας ἐν τοῖς ὕπνοις τὴν ψυχὴν προστρέχειν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ λογίζεται ἁμαρτία ἡ τοιαύτη κίνησις, ὅμως τεκμήριον ὑπάρχει τοῦ νοσεῖν τὴν ψυχὴν, καὶ μήπω τοῦ πάθους ἀπηλλάχθαι. Καὶ τούτου χάριν τὰς συμβαινούσας ἡμῖν ἐν τοῖς ὕπνοις αἰσχρὰς φαντασίας ἔλεγχον εἶναι τῆς προλαβούσης ῥᾳθυμίας καὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἀσθενείας πιστεύειν ὀφείλομεν, ἐν τοῖς ἀποκρύφοις τῆς ψυχῆς ἀποκεκρυμμένην νόσον φανεροποιούσης τῆς γινομένης ῥύσεως ἐν τῇ τοῦ ὕπνου ἀνέσει. Διὸ καὶ ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν ἐν τοῖς ἀποκρύφοις τῆς ψυχῆς τὸ φάρμακον ἐναπέθετο, ἔνθα καὶ τὰς αἰτίας τῆς νόσου ὑπάρχειν ἐγίνωσκε, φάσκων· « Ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· » οὐ τοσοῦτον τοὺς πορνικοὺς καὶ περιέργους ὀφθαλμοὺς διορθούμενος, ὅσον τὴν ἔνδον ἐνιδρυμένην ψυχὴν, ἥτις τοῖς παρὰ Θεοῦ δοθεῖσιν ἐπ' ἀγαθῷ ὀφθαλμοῖς κακῶς κέχρηται· τούτου χάριν καὶ ἡ σοφὴ παροιμία οὐ λέγει, Πάσῃ φυλακῇ τήρει τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀλλὰ, « Πάσῃ φυλακῇ τήρει τὴν καρδίαν· » ἐκείνῃ μάλιστα ἐπιθεῖσα τὴν ἰατρείαν τῆς φυλακῆς, τῇ κεχρημένῃ τοῖς ὀφθαλμοῖς εἰς ἃ βούλεται. Τοιγαροῦν αὕτη ἔστω τῆς καθάρσεως ἡμῶν πρώτη φυλακὴ, ἵνα, ὅτε τῇ ἡμετέρᾳ διανοίᾳ μνήμη γυναικὸς γένηται ἀναδοθεῖσα διὰ τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας, εἰ τύχοι μητρὸς, ἢ ἀδελφῆς, ἢ ἄλλων γυναικῶν εὐλαβῶν, ταχέως αὐτὴν ἐκ τῆς ἡμετέρας καρδίας ἐκβάλωμεν· ἵνα μὴ, ἐπιπολὺ διατριβόντων ἡμῶν ἐν αὐτῇ τῇ γνώμῃ ὁ τῶν κακῶν ἀπατεὼν ἐκ τούτων τῶν προσώπων κατακυλίσῃ καὶ κατακρημνίσῃ τὴν διάνοιαν εἰς αἰσχρὰς καὶ ἐπιβλαβεῖς ἐνθυμήσεις, καθὼς καὶ ἡ παρὰ Θεοῦ πρὸς τὸν πρῶτον δοθεῖσα ἐντολὴ κελεύει, τηρεῖν τὴν κεφαλὴν τοῦ ὄφεως, τουτέστι τοῦ βλαβεροῦ λογισμοῦ τὴν ἀρχὴν, δι' οὗπερ ἕρπειν εἰς τὴν ἡμετέραν ψυχὴν ἐπιχειρεῖ· ἵνα μὴ τῇ τῆς κεφαλῆς παραδοχῇ, ἥτις ἐστὶν ἡ προσβολὴ τοῦ λογισμοῦ, τὸ λοιπὸν τοῦ ὄφεως σῶμα, τουτέστι τῆς ἡδονῆς τὴν κατάθεσιν, παραδεξώμεθα, καὶ ἐκ τούτου λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἀθέμιτον πρᾶξιν κατενέγκῃ τὴν διάνοιαν· ἀλλὰ προσήκει, κατὰ τὸ γεγραμμένον, εἰς τὰς πρωΐας ἀποκτενεῖν πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς, τουτέστι τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως διακρίνειν, καὶ ἐξολοθρεύειν τοὺς ἁμαρτωλοὺς λογισμοὺς ἐκ τῆς γῆς, ἥτις ἐστὶν ἡ καρδία, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν· καὶ ὡς ἔτι νήπιοί εἰσιν οἱ υἱοὶ Βαβυλῶνος, ἤγουν οἱ πονηροὶ λογισμοὶ, τούτους ἐδαφίζειν, καὶ συντρίβειν πρὸς τὴν πέτραν, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός. Ἐὰν γὰρ διὰ τῆς ἡμετέρας συγκαταθέσεως ἀνδρυνθῶσιν, οὐκ ἄνευ μεγάλου στεναγμοῦ καὶ καμάτου κινηθήσονται. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς καλὸν καὶ λόγον ἁγίων Πατέρων

A cœlis [64]. (87) Illud autem est virtutis hujusce a nobis acquisitæ indicium: si nulla obscenæ phantasiæ imago dormientis subeat animum. Etiamsi enim peccatum non reputatur hujusmodi motus, signum tamen est ægrotantis ac nondum passione **319** tali liberatæ animæ. Quamobrem obscenas illas phantasias inter dormiendum occurrentes putare debemus esse præcedentis segnitiei argumentum, atque nostræ infirmitatis, morbumque in secreto cordis nostri latentem aperit cessatio somnii expergiscentis. (88) Quare animarum medicus in animæ penetralibus medicinam reposuit, gnarus morbi causas inibi esse, dum ait: « Qui respicit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo [65]: » non tantum ut lascivos et B curiosos oculos corrigeret, sed multo magis animam intus sitam, quæ oculis ad bonum sibi a Deo datis improbe est usa: quæ causa est cur sapiens proverbium dicat, non, Omni custodia serva oculos; sed, « Omni custodia serva cor tuum [66]. » Illi scilicet maxime custodiæ remedium applicat, quæ oculis arbitrio suo utitur. (89) Itaque hæc sit purgationis nostræ prima custodia; ut cum mentem nostram mulieris memoria, diabolica operatione, subierit, etiamsi matris, aut sororis, aut piarum aliarum mulierum, mature illam ex corde nostro ejiciamus: ne si in tali cogitatione diutius immoremur, seductor ac malorum auctor ille, ex ejusmodi vultuum phantasia, in obscenas et damnosas C cogitationes mentem devolvat ac præcipitet; quemadmodum præcipitur mandato illo Dei ad primum hominem dato, ut nimirum observaret caput serpentis, id est, principium damnosæ cogitationis, qua in animam nostram irrepere nititur; ut ne admisso capite, id est, prima cogitationis irruptione, reliquum serpentis corpus, scilicet consensum voluptatis, admittamus; atque hinc demum in nefarium facinus mentem ille dejiciat: sed par est, uti scriptum est [67], in matutino interficere omnes peccatores terræ; id est, lumine cognitionis internoscere atque disperdere cogitationes ad peccatum deducentes; ex terra, scilicet ex corde, juxta Domini vocem. Et dum adhuc parvuli sunt filii Babylonis, seu malæ cogitationes, tum eos solo æquare D atque allidere oportet ad petram [68], quæ est Christus. Si enim consensu nostro ad virilem perveniant ætatem, non citra magnos gemitus et labores superabuntur. Ad ea autem quæ superius ex Scriptura sacra dicta sunt, adjicienda sanctorum Patrum dicta. (90) Dictum est itaque a sancto Basilio Cæsareæ Cappadociæ episcopo: Mulierem ignoro, nec tamen virgo sum; usque adeo exploratum habuit, non sola corporali temperantia a muliere virginitatis donum recte possideri; sed multo magis animæ sanctitate puritateque ac timore Dei ha-

[64] Philipp. III, 20. [65] Matth. V, 28. [66] Prov. IV, 23. [67] Psal. C, 8. [68] Psal. CXXXVI, 9.

(87) Ibid. c. 10.
(88) Ibid. c. 12.
(89) Ibid. c. 13.
(90) Ibid. c. 14.

beri solere. Aiunt item Patres, non posse nos castitatis perfectæ virtutem possidere, nisi prius veram in corde humilitatem possideamus: neque vera cognitione dignos haberi quandiu in animæ penetralibus fornicationis affectus situs erit. Ut autem magnam hujusmodi virtutem ex Apostolo ipso palam faciamus, unam ejus memoremus sententiam, qua loquendi finem faciemus. « Pacem, inquit, sequimini cum omnibus, et sanctimoniam sine qua nemo videbit Dominum[49]. » Quod enim ea de re loquatur, propalam est ex iis quæ subjunxit, cum ait: « Ne quis fornicator, aut profanus, ut Esau[50]. » Quanto itaque magis cœlestis et angelica est virtus castitatis, tanto gravioribus ab inimico insidiis oppugnatur. Quamobrem curare debemus non modo ut corporis temperantiam servemus, sed etiam contritionem cordis, ac frequentes cum gemitibus orationes fundamus; ita ut nostræ carnis fornax, quam rex Babylonicus stimulis concupiscentiæ quotidie accendit, rore præsentiæ sancti Spiritus exstinguatur. Ad hæc maximum nobis telum adversus ejusmodi hostem suppetit, vigiliæ scilicet in Deo servatæ. Quemadmodum enim castitas et diurna custodia nocturnam **320** præparant sanctitatem; ita nocturnæ in Deo vigiliæ diurnam.....

ἐπιμνησθῆναι δή. Εἴρηται τοίνυν τῷ ἁγίῳ Βασιλείῳ τῷ ἐπισκόπῳ Καισαρείας Καππαδοκίας· Καὶ γυναῖκα ἀγνοῶ, καὶ παρθένος οὐκ εἰμί· τοσοῦτον ἐγίνωσκε μὴ ἐν τῇ σωματικῇ μόνῃ ἀποχῇ τῆς γυναικὸς τὸ δῶρον τῆς παρθενίας κατορθοῦσθαι, ὅσον τῇ τῆς ψυχῆς ἁγιωσύνῃ καὶ καθαρότητι ἢ τῷ φόβῳ Θεοῦ κατορθοῦσθαι πέφυκε. Λέγουσι δὲ καὶ τοῦτο οἱ Πατέρες, μὴ δύνασθαι ἡμᾶς τὴν ἀρετὴν τῆς ἁγνείας τελείας κτήσασθαι, εἰ μὴ πρότερον ἀληθινὴν ταπεινοφροσύνην ἐν τῇ καρδίᾳ κτησώμεθα· οὔτε δὲ γνώσεως ἀληθοῦς καταξιωθῆναι ἐφ' ὅσον ἐν τοῖς ἀποκρύφοις τῆς ψυχῆς τὸ πάθος τῆς πορνείας ἐγκαθέζεται. Ἵνα δὲ τὸ μέγα τοῦτο κατόρθωμα καὶ ἐκ τοῦ Ἀποστόλου δείξωμεν, μιᾶς αὐτοῦ ἐπιμνησθέντες λέξεως, καταπαύσωμεν τὸν λόγον. « Εἰρήνην, φησὶ, διώκετε μετὰ πάντων, καὶ τὸν ἁγιασμὸν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον. » Ὅτι γὰρ περὶ τούτου λέγει, δῆλον ἐξ ὧν ἐπήγαγεν, εἰπών· « Μή τις πόρνος ἢ βέβηλος ὡς Ἡσαῦ. » Ὅσον τοίνυν οὐράνιον, καὶ ἀγγελικὸν ὑπάρχει τὸ κατόρθωμα τῆς ἁγνοσύνης, τοσοῦτον βαρυτέραις παρὰ τῶν ἀντιπάλων ἐπιβουλαῖς πολεμεῖται. Καὶ τούτου χάριν σπουδάζειν ὀφείλομεν οὐ μόνον ἐγκράτειαν σώματος ἀσκεῖν, ἀλλὰ καὶ συντριβὴν καρδίας, καὶ πυκνὰς προσευχὰς μετὰ στεναγμῶν· ὥστε τὴν κάμινον τῆς ἡμετέρας σαρκὸς, ἣν ὁ Βαβυλώνιος βασιλεὺς τοῖς τῆς ἐπιθυμίας ἐρεθισμοῖς καθ' ἑκάστην ἀνάπτει, τῇ δρόσῳ τῆς παρουσίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀποσβεσθῆναι. Πρὸς δὲ τούτοις μέγιστον ἡμῖν ὅπλον πρὸς τὸν πολέμιον τοῦτον καθέστηκεν ἡ κατὰ Θεὸν ἀγρυπνία. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἁγνεία, καὶ ἡ παραφυλακὴ τῆς ἡμέρας τὴν νυκτερινὴν παρασκευάζουσιν ἁγιοσύνην, οὕτως ἡ νυκτερινὴ κατὰ Θεὸν ἀγρυπνία τὴν ἡμερινὴν τῇ...

3. (91) Tertium nobis est certamen contra spiritum avaritiæ: extraneum est hujusmodi bellum, ac extra naturam esse deprehenditur, atque incredulitatis occasione monacho contingit. Enimvero aliorum affectuum stimuli, iræ scilicet et concupiscentiæ, ex corpore occasionem habere videntur, ac quodammodo insiti sunt, et ex nativitate principium habent: quæ causa est ut nonnisi diutino tempore superentur. Avaritiæ autem morbus extrinsecus adveniens facilius exscindi potest, dum adsit cura et animi attentio. At si negligatur, perniciosior aliis affectibus est, atque exsecrandus evadit: nam radix omnium malorum est juxta Apostolum[51]. Verum hac ratione ista consideremus. (92) Naturales corporis motus non solum in pueris conspiciuntur, in quibus nondum est discretio boni et mali, sed etiam, inquam, minimis et lactentibus infantibus, qui, cum carnalis voluptatis ne vestigium quidem habeant, in carne tamen motum exhibent. Iræ similiter stimulus in infantibus comparet, ubi illos adversus eos qui sibi molestiam creant commotos cernimus. Hæc porro dico, non quo naturæ ut peccati causæ convicier, absit! sed ut ostendam, tametsi ira et concupiscentia homini a creatore Deo ad bonum collatæ sunt, videri tamen eum quodammodo ex corporis natura in ea quæ

3. Τρίτος ἐστὶν ἡμῖν ἀγὼν κατὰ τοῦ πνεύματος τῆς φιλαργυρίας· ξένος οὗτος ὁ πόλεμος, καὶ ἔξωθεν τῆς φύσεως γνωριζόμενος, ἐξ ἀπιστίας τῷ μοναχῷ τὴν ἀφορμὴν εὑρίσκων. Καὶ γὰρ καὶ τῶν ἄλλων παθῶν, θυμοῦ λέγω καὶ ἐπιθυμίας, οἱ ἐρεθισμοὶ ἐκ τοῦ σώματος δοκοῦσιν ἔχειν τὰς ἀφορμὰς, καὶ τρόπον τινὰ ὡς ἔμφυτα, καὶ ἀπὸ γενέσεως ἔχοντα τὴν ἀρχήν· ὅθεν καὶ διὰ μακροῦ χρόνου νικῶνται. Ἡ δὲ τῆς φιλαργυρίας νόσος ἔξωθεν ἐπερχομένη εὐχερέστερον ἐκκόπτεσθαι δύναται, εἰ ἐπιμελείας τύχοι καὶ προσοχῆς· ἀμεληθεῖσα δὲ ὀλεθριωτέρα τῶν ἄλλων παθῶν καὶ συναπόβλητος γίνεται· ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστι κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Σκοπήσωμεν δὲ οὕτω. Τοῦ σώματος αἱ φυσικαὶ κινήσεις οὐ μόνον ἐν τοῖς παισὶ θεωροῦνται, ἐν οἷς οὔπω διάγνωσις ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ τυγχάνει, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς βραχυτάτοις καὶ γαλουχουμένοις νηπίοις, ἅτινα, μηδὲ ἴχνος ἔχοντα σαρκικῆς ἡδονῆς, ὅμως ἐν τῇ σαρκὶ σημαίνουσι κίνησιν. Ὁμοίως καὶ τοῦ θυμοῦ τὸ κέντρον ἐν τοῖς νηπίοις θεωρεῖται, ὅταν συγκινούμενα ταῦτα πρὸς τοὺς λελυπηκότας ὁρῶμεν. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐ τὴν φύσιν κακίζων, ὡς ἁμαρτίας αἰτίαν, μὴ γένοιτο! ἀλλ' ἵνα δείξω, ὅτι θυμὸς μὲν καὶ ἐπιθυμία, εἰ καὶ ἐπ' ἀγαθῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ δημιουργοῦ συνεζεύχθησαν τῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλ' οὖν γε δοκεῖ πως ἐκ τῶν φυσικῶν τοῦ σώματος εἰς τὰ παρὰ φύσιν διὰ ῥαθυμίας ἐκπίπτειν.

[49] Hebr. XII, 14. [50] ibid. 16. [51] I Tim. VI, 10.

(91) Cassian. *Institut.* l. VII, c. 1, 2.

(92) Ibid. c. 3.

Καὶ γὰρ ἡ τοῦ σώματος κίνησις πρὸς τεκνογονίαν καὶ διαδοχὴν τοῦ γένους διαμονῆς, οὐ πρὸς πορνείαν ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ ἐδόθη· καὶ ἡ τοῦ θυμοῦ κίνησις σωτηριωδῶς ἡμῖν ἐγκατέσπαρται, ὥστε θυμοῦσθαι κατὰ τῆς ἁμαρτίας, οὐ μὴν πρὸς τὸ ὁμόφυλον ἐκθηριοῦσθαι. Οὐ τοίνυν, εἰ κακῶς ταύταις κεχρήμεθα, ἁμαρτωλὸς ἡ φύσις, ἢ τὸν πλάστην αἰτιασώμεθα, ὥσπερ οὐδὲ τὸν δεδωκότα σίδηρον πρὸς ἀναγκαίαν καὶ λυσιτελῆ χρείαν, εἰ ὁ δεξάμενος πρὸς φόνων ὑπηρεσίαν τούτῳ ἐχρήσατο. Ταῦτα δὲ εἰρήκαμεν, δεῖξαι βουλόμενοι, ὅτι τὸ τῆς φιλαργυρίας πάθος οὐκ ἐκ τῶν φυσικῶν κινήσεων τὴν ἀρχὴν ἔχει, ἀλλ' ἐκ μόνης κακίας καὶ διεφθαρμένης προαιρέσεως. Αὕτη γὰρ ἡ νόσος, ὅταν χλιαρὰν καὶ ἄπιστον ἐν ἀρχῇ τῆς ἀποταγῆς εὕρῃ ψυχὴν, δικαίας τινὰς καὶ τὸ δοκεῖν εὐλόγους προφάσεις ὑποβάλλει πρὸς τὸ κατασχεῖν τί ποτε ὧν κέκτηται· ὑπογράφει γὰρ κατὰ διάνοιαν τῷ μοναχῷ γῆρας μακρὸν, καὶ ἀσθένειαν σώματος, καὶ ὅτι αἱ διδόμεναι χρεῖαι ἐκ τοῦ κοινοβίου οὐκ εἰσὶν ἱκαναὶ πρὸς παραμυθίαν· οὐ λέγω ἀσθενοῦντι, ἀλλ' οὐδὲ ὑγιαίνοντι· καὶ ὅτι ἐνταῦθα οὐ γίνεται κατ' ἀξίαν φροντὶς τοῖς ἀσθενοῦσιν, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἠμελημένη, καὶ ὡς, εἰ μὴ ἔχει ἀποκεκρυμμένον χρυσίον, ἀθλίως ἀπολεῖται. Τελευταῖον δὲ ὑποβάλλει μὴ δύνασθαι μένειν ἐπὶ πολὺ ἐν τῷ μοναστηρίῳ διὰ τὴν βαρύτητα τῶν ἔργων καὶ τὴν τοῦ πατρὸς ἀκρίβειαν. Καὶ ὅτε ταῖς τοιαύταις ἐνθυμήσεσιν ἀποπλανήσῃ τὴν διάνοιαν, πρὸς τὸ κἂν ἓν δηνάριον κατασχεῖν, τὸ τηνικαῦτα πείθει αὐτὸν καὶ ἐργόχειρον λάθρα τοῦ ἀββᾶ μαθεῖν, ἐξ οὗ δυνήσεται τὸ περισπούδαστον αὐτῷ ἀργύριον αὐξῆσαι· καὶ λοιπὸν ἐλπίσιν ἀδήλοις ἀπατᾷ τὸν ἄθλιον, ὑποβάλλων αὐτῷ τὸ ἐκ τοῦ ἐργοχείρου κέρδος καὶ τὴν ἐκ τούτου ἄνεσιν καὶ ἀμεριμνίαν. Καὶ ὅλως τῇ τοῦ κέρδους ἐνθυμήσει δεθεὶς, οὐδὲν τῶν ἐναντίων σκοπεῖ, οὐκ ὀργῆς μανίαν, εἴποτε συμβῇ αὐτῷ ζημίᾳ περιπεσεῖν· οὐ λύπην, οὐ σκότος, εἰ ἀποτύχοι τοῦ ἐκ τοῦ ἔργου κέρδους, ἀλλὰ γίνεται, ὅπερ ἄλλοις ἡ γαστὴρ θεὸς, οὕτω τούτῳ ὁ χρυσός. Ὅθεν ὁ μακάριος Ἀπόστολος, τοῦτο γινώσκων, οὐ μόνον ῥίζαν πάντων τῶν κακῶν, ἀλλὰ καὶ εἰδωλολατρείαν ταύτην ἐκάλεσε. Θεωρήσωμεν τοίνυν πρὸς πόσην κακίαν ἡ νόσος αὕτη τὸν ἄνθρωπον κατασύρει, ὡς καὶ εἰς εἰδωλολατρείαν ἐμβάλλειν. Ἀποστήσας γὰρ ὁ φιλάργυρος τὸν νοῦν αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, εἴδωλα ἀνθρώπων ἐγγεγλυμμένα τῷ χρυσίῳ ἀγαπᾷ· τούτοις δὲ τοῖς λογισμοῖς ὁ μοναχὸς σκοτωθεὶς, καὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον αὔξων, οὐδεμίαν ταπείνωσιν, οὐδεμίαν ὑπακοὴν ἔχειν λοιπὸν δύναται, ἀλλ' ἀγανακτεῖ, καὶ ἀναξιοπαθεῖ, καὶ πρὸς ἕκαστον ἔργον γογγύζει, καὶ ἀντιλέγει, καὶ μηδὲ μιᾶς λοιπὸν εὐλαβείας πεφυλαγμένης, ὥσπερ ἵππος σκληρότατος κατὰ κρημνῶν φέρεται, οὔτε τῇ καθημερινῇ τροφῇ ἀρκούμενος, καὶ διαμαρτύρεται εἰς τέλος μὴ δύνασθαι αὐτὸν ὑπομένειν, καὶ Θεὸν οὐκ ἐκεῖ μόνον εἶναι λέγει, οὐδὲ τὴν ἰδίαν σωτηρίαν ἐν ἐκείνῳ καταχεκλεῖσθαι τῷ τόπῳ, ἀλλὰ πανταχοῦ τοῖς ζητοῦσιν αὐτὸν εὑρίσκεσθαι· καὶ ὡς εἰ μὴ ἀποστῇ τοῦ μοναστηρίου ἐκείνου ἀπόλλυται·

A præter naturam sunt segnitie sua delabi. Nam corporis motus ad liberorum procreationem, et ad generis humani successionem continuam, non ad scortationem a Creatore datus est, et iræ commotio ad salutem nobis insita est, ut adversus peccatum irascamur, non ut adversus congenerem nobis furore concitemur. (93) Si ergo iis perperam utimur, nequaquam ideo peccat natura, neque ideo opificem incusemus; sicut nec eum qui in rem necessariam et utilem ferrum dedit, si is qui accepit ad cædes perpetrandas eo utatur. Hæc vero diximus ut ostenderemus, avaritiæ affectum non ex naturali motu initium habere, sed ex sola malitia, et ex corrupto proposito. (94) Hujusmodi namque morbus cum tepidam et incredulam initio secessus animam B repererit, justas quasdam, ac specie quidem rationabiles causas subjicit, ut quidpiam ex possessionibus retinere suadeat: monachi enim animo repræsentat longam senectutem, et corporis infirmitatem: quod quæ ad necessitatem in cœnobio dantur, satis ad consolationem non sint, non infirmo solum, sed neque incolumi: quod ibi non idonea infirmorum sollicitudo geratur, sed quod multum negligantur, adeo ut, si nihil auri clam suppetat, misere intereundum sit. Demum subjicit, non posse in monasterio diu perseverari ob gravitatem operum et ob Patris severitatem. Ac cum ejusmodi cogitationibus animum subornarit, ut vel denarium unum retineat, tum suadet illi ut clam abbate artem ediscat, C qua poterit studiose asservatam augere pecuniam: demum occulta spe miserum decipit, subjiciendo lucrum ex arte sua obventurum, hincque fore quietem, animumque curis vacuum. Ac demum lucri cogitatione colligatus, nihil adversi considerat: non quanta futura sit ira, quantus furor, si contingat in detrimentum aliquod incidere, quanta mœstitia, quantus dolor, si lucro operis sui privetur: sed sicut aliis venter deus, perinde illi aurum est. Quocirca cum id probe nosset beatus Paulus, non modo radicem omnium malorum, sed etiam idololatriam eam nuncupavit. Perpendamus itaque in quantam malitiam hic morbus hominem pertrahat, ut qui eum in idololatriam conjiciat. Postquam enim avarus mentem suam ab amore Dei avulsit, imagines D hominum auro insculptas diligit: ejusmodique cogitationibus obtenebratus monachus, dum ad pejora augmentum accipit, nullam deinceps humilitatem, nullam habere potest obedientiam; sed **321** irascitur, indignatur, ad quodlibet opus murmurat, repugnat, nulla demum servata verecundia, quasi effrenatissimus equus in præcipitia fertur, nec diurno victu contentus, denique testificatur se non posse ultra sustinere: aitque non illic tantum esse Deum, nec salutem suam eo in loco inclusam esse; sed ubique Deum a quærentibus se inveniri: periturum se nisi eo monasterio excedat: sic eum ad corruptæ mentis suæ auxilium suppetat

(93) Ibid. c. 4.

(94) Ibid. c. 7.

recondita pecunia, quasi quibusdam levatus alis, meditansque suum ex monasterio exitum, superbe deinceps atque aspere ad omnia jussa respondet, seque velut peregrinum atque extraneum reputans, si quid in monasterio emendatione dignum viderit, nihil curat, imo despicit. (95) Dehinc quærit occasiones iracundiæ aut querelæ, ut ne videatur leviter et absque causa egredi ex cœnobio. Nec eo ille modo se gerere dubitat, ut delicti sui opitulatorem inveniat. Ita porro seductus avarus suarum igne pecuniarum, nunquam in monasterio potest quiescere, aut sub regula vivere. Cum autem illum dæmon ex ovili quasi lupus abripuerit, atque ex ovili segregatum, a se devorandum acceperit; tum curat ut opera quæ statis horis in cœnobio negligebat omnino, eadem, nocte et die magna cum alacritate in cella sua perficiat: neque sinit eum precum consuetudinem, jejuniorum morem, vigiliarum normam observare; sed illi avaritiæ furore colligato suadet ad opus suum omne studium, omnem laborem impendere. (96) Hujusce vero morbi tres sunt modi a divinis Scripturis et a Patrum doctrina æque prohibiti. Primus de quo superius scripsimus, qui curat ut miseri, ea quæ ne in mundo quidem habuere, acquirant et accumulent. Alter id agit ut eos qui pecuniis renuntiarunt facti pœniteat: suadetque illis ut requirant ea quæ Deo obtulere. Tertius is est qui cum initio monachum incredulitatis tepiditate illigarit, non sinit eum perfecte mundanis abrenuntiare rebus, animo subjiciens metum paupertatis, atque diffidentiam Dei providentiæ: illumque promissorum violatorem exhibet esse, eorum scilicet quæ professus est dum mundo abrenuntiaret. Horum porro trium modorum exempla in divina Scriptura abscondita reperimus. Nam Giezi quod pecunias quas ante non habuerat concupivisset, privatus est prophetiæ gratia, quam volebat illi magister ejus hæreditatis loco relinquere: et pro benedictione, per prophetæ maledictum, æternam possedit lepram [92]. Judas vero cum vellet pecunias resumere, quas ante ut Dominum sequeretur, abjecerat; non solum cum ad Domini proditionem animum appulisset, ex choro apostolorum extrusus est, sed ipsam carnalem vitam violenta morte terminavit [93]. Ananias et Sapphira, cum quædam ex iis quæ Domino consecrarant reservassent, apostolico ore mortis pœnam luunt [93*]. (97) Magnus autem ille Moyses in Deuteronomio mysticum dat præceptum iis qui mundo renuntiaturi sunt, et quodam diffidentiæ metu terrenis adhuc inhærent: « Si quis homo timidus sit et corde pavidus, is non prodibit ad bellum: abeat domum, ibique molliter degat, ne forte pavorem incutiat cordibus fratrum suorum [94]. » Estne quidpiam hoc testimonio securius atque liquidius? Nonne iis verbis ediscimus qui mundo renun-

A καὶ οὕτω τῆς διεφθαρμένης ταύτης συνεργὸν ἔχων τὰ πεφυλαγμένα ἀργύρια, ὥσπερ τισὶ πτεροῖς κουφισθεὶς, καὶ τὴν ἔξοδον τὴν ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου μελετῶν, λοιπὸν ὑπερηφάνως καὶ τραχέως πρὸς πάντα τὰ παρηγγελμένα ἀποκρίνεται, καὶ ὡς ξένον καὶ ἐξωτικὸν ἑαυτὸν ἡγούμενος, εἴ τι ἂν ἴδῃ ἐν τῷ μοναστηρίῳ δεόμενον διορθώσεως, ἀμελεῖ καὶ περιφρονεῖ. Καὶ ἔπειτα προφάσεις ἀναζητεῖ, δι' ὧν ὀργισθήσεται, ἢ λυπηθήσεται, ἵνα μὴ δόξῃ ἐλαφρῶς ἄνευ αἰτίας ἐξιέναι ἐκ τῆς [ἐκτὸς] τοῦ κοινοβίου. Οὐδὲ τοῦτο παραιτεῖται ποιῆσαι, βουλόμενος ἔχειν τοῦ ἰδίου ἐλαττώματος συνεργόν. Οὕτω δὲ ἀπατώμενος τῷ πυρὶ τῶν ἰδίων χρημάτων ὁ φιλάργυρος, οὐδέποτε δύναται ἡσυχάσαι ἐν μοναστηρίῳ, ἢ ὑπὸ κανόνα ζῆσαι. Ὅταν δὲ τοῦτον ὁ δαίμων ὥσπερ λύκος ἐκ τῆς μάνδρας ἀφαρπάσῃ, B καὶ ἀφορίσας τοῦ ποιμνίου ἕτοιμον εἰς κατάβρωσιν λάβῃ, τὸ τηνικαῦτα παρασκευάζει αὐτὸν τὰ ἔργα ἃ ἐν τῷ κοινοβίῳ τεταγμέναις ὥραις πάντως ὀλιγωρεῖ, ταῦτα ἐν τῇ κέλλῃ νυκτὸς καὶ ἡμέρας μετὰ πολλῆς προθυμίας ποιεῖν· καὶ οὔτε εὐχῶν τὰ ἔθη, οὔτε τῶν νηστειῶν τὸν τρόπον, οὔτε τῶν ἀγρυπνιῶν τὸν κανόνα ἐκτελεῖν ἐπιτρέπει· ἀλλὰ τῇ τῆς φιλαργυρίας μανίᾳ τοῦτον ἐνδήσας, τὴν πᾶσαν σπουδὴν εἰς τὸ ἐργόχειρον ἔχειν ἀναπείθει. Τῆς δὲ νόσου ταύτης τρεῖς εἰσι τρόποι, οὓς ἐπίσης ἀπαγορεύουσιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ καὶ αἱ διδασκαλίαι τῶν Πατέρων· εἷς μὲν, ὃν ἀνωτέρω διεγράψαμεν, ὃς παρασκευάζει τοὺς ἀθλίους ἅπερ οὐδὲ ἐν τῷ κόσμῳ ἔσχον, ταῦτα κτᾶσθαι καὶ συναθροίζειν· ἄλλος ὃς μεταμελεῖσθαι ποιεῖ τοὺς ἅπαξ τοῖς χρήμασιν ἀποταξαμένους, ὑποβάλλων αὐτοῖς ζητεῖν C ἅπερ Θεῷ προσήνεγκαν· τρίτος δὲ, ὅστις, κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀπιστίας χλιαρότητι μοναχὸν ἐνδήσας, οὐ συγχωρεῖ τοῦτον τελείως ἀπαλλαγῆναι τῶν τοῦ κόσμου πραγμάτων, φόβον πενίας ὑποβάλλων, καὶ ἀπιστίαν τῆς Θεοῦ προνοίας, καὶ παραβάτην ὑποδεικνὺς τῶν οἰκείων ὑποσχέσεων, ὧν καθωμολόγησεν ἀποτασσόμενος τῷ κόσμῳ. Τούτων δὲ τῶν τριῶν τρόπων τὰ παραδείγματα ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ κατακεκρυμμένα εὑρίσκομεν. Καὶ γὰρ ὁ Γιεζῆ χρήματα ἃ πρότερον οὐκ εἶχε βουληθεὶς κτήσασθαι, ἀπέτυχε τῆς προφητικῆς χάριτος, ἣν ὁ διδάσκαλος κληρονομίας τάξει καταλεῖψαι τούτῳ ἠβούλετο· καὶ ἀντὶ εὐλογίας αἰωνίαν λέπραν διὰ τῆς τοῦ προφήτου κατάρας ἐκληρονόμησε. Καὶ Ἰούδας, βουληθεὶς χρήματα λαβεῖν, ἃ D πρότερον τῷ Χριστῷ ἀκολουθῶν ἀπέβαλεν, οὐ μόνον εἰς προδοσίαν τοῦ Δεσπότου ὀλισθήσας, τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων ἐξέπεσεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν ἐν σαρκὶ ζωὴν βιαίῳ θανάτῳ κατέλυσεν. Ἀνανίας καὶ Σάπφειρα διαφυλάξαντές τινα ἐξ ὧν τῷ Θεῷ προσανέθεντο, ἀποστολικῷ στόματι θανάτῳ τιμωροῦνται. Μωϋσῆς δὲ ὁ μέγας ἐν τῷ Δευτερονομίῳ μυστικῶς παραγγέλλει τοῖς μέλλουσιν ἀποτάσσεσθαι τῷ κόσμῳ, καὶ φόβῳ ἀπιστίας πάλιν ἀντεχομένοις τῶν γηΐνων πραγμάτων· « Εἴ τίς ἐστιν ἄνθρωπος περίφοβος, καὶ τῇ καρδίᾳ δειλὸς, οὐκ ἐξελεύσεται εἰς πόλεμον· πορευέσθω καὶ

[92] IV Reg. v, 27. [93] Matth. xxvii, 5. [93*] Act. v, 5 10. [94] Deut. xx, 8.

(95) Ibid. c. 9, 10, 11 et seq.
(96) Ibid. c. 14
(97) Ibid. c. 15.

8. (29) Octavum nobis est certamen adversus spiritum superbiæ, quod est gravius acriusque cæteris omnibus, quo perfecti maxime oppugnantur, quique eos qui fere ad virtutum fastigium pervenere, subvertere conatur : ac morbi pestiferi instar non partem corporis, sed totum perdit. Et aliæ quidem singulæ passiones, tametsi animam turbant, quia tamen cum una tantum virtute sibi opposita pugnant, atque eam superare nituntur, ex parte solum animam obscurant atque conturbant ; superbiæ autem passio totam tenebris offundit, et ad extremam deducit ruinam. Utque liquidius quod dictum est excogitemus, hac ratione rem speculemur. Gulæ vitium abstinentiam corrumpere satagit, fornicatio continentiam, avaritia paupertatem, indignatio mansuetudinem, ac reliquæ species malitiæ contrarias sibi virtutes ; at superbiæ malitia cum miseræ animæ dominatur, haud secus agit quam truculentissimus quidam tyrannus, qui ampla et excelsa capta urbe, totam diruit et a fundamentis evertit. Cujus rei testis est angelus qui ex cœlo propter superbiam cecidit ; qui a Deo creatus et omni virtute ac sapientia ornatus, non Dei gratiæ hæc ascribere voluit, sed propriæ naturæ : unde se Deo æqualem esse putavit : quam ejus cogitationem arguens propheta dicit : « Dixisti in corde tuo : Sedebo in monte excelso, ponam thronum meum supra nubes et similis ero Altissimo [95]. » Tu vero homo, et non Deus. Aliusque propheta ait : « Quid gloriaris in malitia, qui potens es [96]? » Et paucis interjectis : « Dilexisti omnia verba demersionis, linguam dolosam. Propterea Deus destruet te in finem, evellet te et transferet te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viventium. Videbunt justi et timebunt, et super eum ridebunt et dicent : Ecce homo qui non posuit Deum adjutorem suum, et prævaluit in vanitate sua [97]. » Hæc cum sciamus, timeamus et omni custodia servemus cor nostrum [98] a lethifero spiritu superbiæ, nobis ipsis hæc Apostoli recitantes, quando virtutis cujuspiam opus perfecerimus : « Non ego autem, sed gratia Dei quæ mecum est [99]. » Et quod a Domino dictum est : « Sine me
329 nihil potestis facere [1]. » Et quod a Propheta dictum est : « Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam [2]. » Iterumque : « Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei [3]. » Nam etiamsi quis alacritate fervens, ac proposito studiosus fuerit, sed carne illigatus et sanguine, non poterit ad perfectionem pervenire, nisi ad hæc omnia in misericordia et in

8. Ὄγδοος ἡμῖν ἐστιν ἀγὼν κατὰ τοῦ πνεύματος τῆς ὑπερηφανίας· χαλεπώτατος οὗτος καὶ πάντων τῶν προτέρων ἀγριώτερος, τοὺς τελείους μάλιστα πολεμῶν, καὶ σχεδὸν τοὺς τὸ ὕψος τῶν ἀρετῶν ἀναβεβηκότας ἐπιχειρεῖ καταστρέφειν· καὶ καθάπερ νόσος λοιμικὴ φθοροποιὸς οὐχὶ μέρος τοῦ σώματος, ἀλλ' ὅλον διαφθείρει. Καὶ τῶν μὲν ἄλλων παθῶν ἕκαστον, εἰ καὶ ταράσσει τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ πρὸς μίαν τὴν ἀντικειμένην αὐτῷ ἀρετὴν πολεμοῦν, καὶ ταύτην νικῆσαι φιλονεικοῦν, ἐκ μέρους ἐπισκοτεῖ τὴν ψυχὴν, καὶ ταράσσει αὐτήν· τὸ δὲ τῆς ὑπερηφανίας πᾶσαν αὐτὴν ἐπισκοτεῖ, καὶ εἰς πτῶσιν ἄγει ἐσχάτην. Καὶ ἵνα σαφέστερον νοήσωμεν τὸ εἰρημένον, σκοπήσωμεν οὕτως. Ἡ γαστριμαργία τὴν ἐγκράτειαν σπουδάζει διαφθεῖραι, ἡ πορνεία τὴν σωφροσύνην, ἡ φιλαργυρία τὴν ἀκτημοσύνην· ὁ θυμὸς τὴν πραότητα, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κακίας εἴδη τὰς ἐναντίας αὐτῶν ἀρετάς· ἡ δὲ τῆς ὑπερηφανίας κακία, ὅταν κυριεύσῃ τῆς ἀθλίας ψυχῆς, ὥσπερ τις χαλεπώτατος τύραννος μεγάλην πόλιν καὶ ὑψηλὴν παραλαβὼν, ὅλην αὐτὴν καταστρέφει, καὶ ἕως θεμελίων κατασκάπτει. Καὶ μάρτυς τούτου ὁ ἄγγελος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσὼν διὰ τὴν ὑπερηφανίαν· ὃς, ἐκ τοῦ Θεοῦ κτισθεὶς, καὶ πάσῃ ἀρετῇ καὶ σοφίᾳ κοσμηθεὶς, οὐ τῇ τοῦ Δεσπότου χάριτι ἐβουλήθη ταῦτα ἐπιγράφειν, ἀλλὰ τῇ ἰδίᾳ φύσει· ὅθεν καὶ ἴσον ἑαυτὸν ὑπέλαβεν εἶναι Θεοῦ. Καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν ἐνθύμησιν ἐλέγχων ὁ προφήτης φησίν· « Εἶπας ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Καθιῶ ἐν ὄρει ὑψηλῷ, θήσω τὸν θρόνον μου ἐπὶ τῶν νεφελῶν, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ. » Σὺ δὲ ἄνθρωπος, καὶ οὐ Θεός. Καὶ ἄλλος προφήτης λέγει· « Τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ, ὁ δυνατός; » καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἠγάπησας πάντα ῥήματα καταποντισμοῦ, γλῶσσαν δολίαν. Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς καθελεῖ σε εἰς τέλος, ἐκτῖλαί σε, καὶ μεταναστεῦσαί σε ἀπὸ σκηνώματός σου, καὶ τὸ ῥίζωμά σου ἐκ γῆς ζώντων. Ὄψονται δίκαιοι, καὶ φοβηθήσονται, καὶ ἐπ' αὐτὸν γελάσονται, καὶ ἐροῦσιν· Ἰδοὺ ἄνθρωπος ὃς οὐκ ἔθετο τὸν Θεὸν βοηθὸν αὐτοῦ, καὶ ἐνεδυναμώθη ἐπὶ τῇ ματαιότητι αὐτοῦ. » Ταῦτα τοίνυν γινώσκοντες, φοβηθῶμεν, καὶ πάσῃ φυλακῇ τηρήσωμεν τὴν ἑαυτῶν καρδίαν ἀπὸ τοῦ θανατηφόρου πνεύματος τῆς ὑπερηφανίας, ἐπιλέγοντες ἑαυτοῖς τὸ τοῦ Ἀποστόλου, ὅταν ἀρετήν τινα κατορθώσωμεν· « Οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί· » καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου εἰρημένον, ὅτι « Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν· » καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Προφήτου· « Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες· » καὶ πάλιν· « Οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. » Καὶ γὰρ εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἔσεταί τις ζέων τῇ προθυμίᾳ, καὶ σπουδαῖος τῇ προαιρέσει, ἀλλὰ σαρκὶ συνδεδεμέ-

[95] Isa. XIV, 13. [96] Psal. LI. [97] ibid. 6-9. [98] Prov IV, 23. [99] I Cor. XV, 10. [1] Joan. XV, 5. [2] Ps I. XVI. [3] Rom. IX, 16.

(29) Cassian. *Institut.* lib. XII, c. 1 et seq.

νος καὶ αἵματι, οὐ δυνήσεται πρὸς τελειότητα φθάσαι, A εἰ μὴ πρὸς τούτοις πᾶσιν ἐπὶ τῷ ἐλέει Χριστοῦ ἐλπίζει καὶ τῇ χάριτι αὐτοῦ. Κατὰ γὰρ τὸν θεῖον Ἰάκωβον, « πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἐκ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων. » Καὶ ὁ Παῦλός φησι· « Τί γὰρ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; Εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών; » ἀλλ' ὡς ἐπ' ἰδίοις τοῖς ἀλλοτρίοις χαρίσμασιν ἐπαιρόμενος. Ὅτι δὲ χάριτι καὶ ἐλέει Θεοῦ ἡ σωτηρία ἡμῖν προσγίνεται, μάρτυς ὁ λῃστὴς ἐκεῖνος, ὃς οὐκ ἀρετῆς ἔπαθλον τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἐκομίσατο, ἀλλὰ χάριτι Θεοῦ καὶ ἐλέει. Ταῦτα καὶ οἱ Πατέρες ἡμῶν ἐπιστάμενοι, πάντες μιᾷ γνώμῃ παραδεδώκασι μὴ ἄλλως δύνασθαι ἡμᾶς θεμέλιον ἀσφαλῆ πρὸς τελείωσιν ἀρετῆς καταβάλλεσθαι, εἰ μὴ διὰ ταπεινώσεως, ἥτις ἀπὸ πίστεως καὶ πραότητος, καὶ τελείας ἀκτημοσύνης B προσγίνεσθαι πέφυκε, δι' ὧν ἡ τελεία ἀγάπη κατορθοῦται χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

gratia Christi speraverit. Nam juxta divinum Jacobum, « omne datum bonum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum [a]. » Et Paulus ait : « Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis [b]? » sed de alienis donis quasi de tuis extolleris. Quod autem nobis gratia et misericordia Dei salus accedat, testis est latro ille [c], qui non in virtutis præmium regnum cœlorum adeptus est ; sed gratia et misericordia Dei. Hæc cum probe nossent Patres nostri, una omnes sententia tradiderunt non posse nos firmum ad virtutis perfectionem jacere fundamentum, nisi per humilitatem, quæ a fide, mansuetudine et perfecta paupertate procedit ; quibus perfecta charitas obtinetur, gratia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, cum sancto Spiritu in sæcula. Amen.

[a] Jac. I, 17. [b] I Cor. IV, 7. [c] Luc. XXIII, 43.

HOMILIÆ

QUÆ ATHANASII NOMINE CIRCUMFERUNTUR.

IN SEQUENTEM HOMILIAM ADMONITIO.

Hanc homiliam esse Athanasii nemo existimabit, tantum scilicet abhorret ab Athanasii stylo, gravitate, elegantia : imo ut ex orationis genere vocabulorumque ratione conjectare licet, multis post Athanasium sæculis scripta est ; quamplurimæ namque hic occurrunt voces compositæ quæ ad infimam accedunt Græcitatem. Demum magis sequioris ævi Græcorum loquacitatem redolet hæc homilia, quam antiquorum Patrum eloquentiam.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

Εἰς τὸ γενέθλιον τοῦ Προδρόμου, καὶ εἰς τὴν Ἐλισάβετ, καὶ εἰς τὴν Θεοτόκον (30).

S. P. N. ATHANASII

In nativitatem Præcursoris, in Elisabet, et in Deiparam.

1. Χώραν μὲν ἀποχερσωθεῖσαν, καὶ ὀνάγρων κα- C ταπάτημα γενέσθαι καταλειφθεῖσαν, βοῦς ἀροτὴρ καμάτῳ ῥυμοτομῶν, ἐγείρει τοὺς αὔλακας· ὅσον γὰρ ἀκατέργαστος ἡ χώρα τῷ χρόνῳ μεμένηκε, τοσοῦτον ὁ πρὸς τὴν ἀροτρίασιν βοῦς παριστάμενος ἐπιπονωτέρῳ καμάτῳ συγκάμπτεται τὸν ζυγοφόρον ἐπεκτρίβων αὐχένα· γυναῖκα δὲ στειρωθεῖσαν καὶ μακροῖς χρόνοις παλαιωθεῖσαν, καὶ δυσὶ κακοῖς περιπεσοῦσαν, ἀγονίᾳ τε καὶ ἀτονίᾳ, ἀγονίᾳ φύσεως καὶ ἀτονίᾳ γηραλεότητος, λόγῳ, καὶ οὐ πόνῳ, ὁ τῆς φύσεως δη-

1. Exsiccata terra, et onagrorum conculcationi derelicta, aratoris bovis labore sulcatur. Quanto diutius enim incultus ager fuit, tanto graviori in arando bos premitur labore, atteruntur que jugi onere cervices. Mulier item sterilis ac ætate grandæva, inque duo mala prolapsa, sterilitatem scilicet et imbecillitatem; sterilitatem, inquam, naturæ, et imbecillitatem senectutis, verbo, non labore, a naturæ conditore Deo Verbo, corporis senectute liberatur atque renovatur, sterilitate vero

(30) Ex codice Colb. 1711, quadringentorum circiter ann.

naturæ levatur. Testis mihi hæc loquenti est uxor Zachariæ sacerdotis, Elisabet, quæ non risit ut Sara [7], sed ut Anna credidit [8], quæ in suis jam debilitatis membris ut aquila renovata est [9] : puerum namque enutrivit præclarum, venerandum, in Jordanicis fluentis versantem. Vere magna inter mulieres **330** Elisabet, utpote gloriosæ Virginis cognata, quemadmodum jamjam audisti ex Gabriele dicente : « Et ecce Elisabet cognata tua [10]. » O generis nobilitatem! o pietatis exercitationem! o vitæ puritatem! o corporis castitatem! o Deum amantis animæ affectum! o vas unguentarium! Evam supplantavit serpens, Elisabetam angelus in præclaras res initiavit. Vere magna inter mulieres Elisabet, quæ Joannem Baptistam gestavit, incredulo Zachariæ exprobravit! Quod autem incredulus Zacharias imbecillitatem corporis, Dei promissione (ad persuadendum) firmiorem esse arbitratus sit, audisti prius ex hac Lucæ evangelistæ lectione : « Visus est ei angelus Domini, stans a dextris altaris incensi [11]. » Modus ipse visionis ejus veritatem suadere valet. A dextris angelus stetit, quia dexter faustusque fetus futurus erat, qui dexteram regni cœlorum viam prædicaret, juxta illud dictum : « Vias quæ a dextris sunt novit Deus : perversæ sunt autem quæ sunt a sinistris [12]. » Quod ait non ut viarum discrimina notet, sed ut mores adumbret. « Visus est autem ei angelus Domini stans a dextris altaris incensi. » Audiant qui adsunt, intelligantque altari astare angelos : ubi autem angelorum præsentia, ibi Dei habitaculum. Zacharias sacerdos vice sua aderat, ordineque suo per quoddam dierum spatium intererat ministerio : neque semper eo accedebat, sed vice sua ministrabat. Angeli vero Dei qui ad altare deputati sunt, nequaquam per vices ministrant, sed nocte dieque indesinenter altari astant. Norunt qui contemnat et qui non contemnat : probe sciunt quinam pie accedant, quinam haud pari modo accurrant : intelligunt quinam recte jurent, quinam perjurent : obsignant eos qui fructum ferunt, eosque qui torpent. Ne spectes altare quod lapidibus sit ornatum, ab angelis namque gestatur, ab archangelis circumcingitur. Si enim quivis gentium terminus juxta numerum angelorum assignatus est, secundum hoc dictum : « Constituit terminos gentium juxta numerum angelorum Dei [13]; » quanto magis altare plenum angelis erit; ubi jacet carbo mysticus, quem forcipe spiritus per sacerdotis ministerium accipientes seraphini, qui eo pertranseunt, peccatorum purgationem petenti largiuntur? Quod autem hæc in altari adsint, audi clamantem Isaiam prophetam : « Vidi, et ecce missus est ad me unus ex seraphim, et habebat carbonem in manu sua, quem tulerat forcipe de altari. Et tetigit labia mea, et ait : Ecce tetigit labia tua, et auferet iniquitates

A μιουργὸς Θεὸς Λόγος καὶ τὴν τοῦ σώματος παλαιότητα ἀνακαινίζει, καὶ τὴν τῆς φύσεως στείρωσιν διορθοῦται. Καὶ μαρτυρεῖ μου τῷ λόγῳ ἡ γαμετὴ τοῦ ἱερέως Ζαχαρίου, Ἐλισάβετ, ἡ μὴ γελάσασα κατὰ τὴν Σάῤῥαν, ἀλλὰ πιστεύσασα κατὰ τὴν Ἄνναν, ἡ τοῖς κεχαλασμένοις μέλεσιν ὡς ἀετὸς ἀνακαινισθεῖσα· ἐπωλοτρόφησε γὰρ παῖδα γνώριμον, αἰδέσιμον, τῶν Ἰορδανείων ῥείθρων συνόμιλον. Ὄντως μεγάλη ἐν γυναιξὶν Ἐλισάβετ, ὡς συγγενὴς τῆς ἐνδόξου Παρθένου, καθὼς ἤκουες (30*) ἀρτίως τοῦ Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον λέγοντος· « Καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου. » Ὢ εὐγένεια γένους! ὢ ἄσκησις εὐλαβείας! ὢ καθαρότης βίου! ὢ ἁγνεία σώματος! ὢ θεοφίλεια ψυχῆς! ὢ μυροδόχον σκεῦος! Τὴν Εὔαν ἐπτέρνισεν ὁ ὄφις· τῇ Ἐλισάβετ τὰ βέλτιστα ὁ ἄγγελος. Ὄντως μεγάλη ἐν γυναιξὶν Ἐλισάβετ, ἡ καὶ τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην βαστάσασα, καὶ τὸν ἄπιστον Ζαχαρίαν ὀνειδίσασα. Καὶ ὅτι ἄπιστος Ζαχαρίας τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν βεβαιοτέραν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίας λογισάμενος, ἤκουες τῇ προτέρᾳ τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος· « Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου, ἐκ δεξιῶν ἑστὼς (30**) τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος. » Σύμβουλος ἡ ὀπτασία τῆς θεωρίας. Ἐκ δεξιῶν ὁ ἄγγελος ἵστατο, ἐπειδὴ δεξιὸς ἤμελλε τόκος τίκτεσθαι, τὴν δεξιὰν ὁδὸν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας κηρύττων, κατὰ τὸ φάσκον ῥητόν· « Ὁδοὺς τὰς ἐκ δεξιῶν οἶδεν ὁ Θεός· διεστραμμέναι δέ εἰσιν αἱ ἐξ ἀριστερῶν· » οὐ τὴν ὁδὸν διαλλάττων, ἀλλὰ τὸν τρόπον αἰνιττόμενος. « Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου ἐκ δεξιῶν ἑστὼς τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος. » Ἀκουέτωσαν οἱ παρόντες, καὶ συνιέτωσαν, ὅτι C ἄγγελοι τῷ θυσιαστηρίῳ παρίστανται· ὅπου δὲ ἀγγέλων παράστασις, ἐκεῖ Θεοῦ κατασκήνωσις. Ζαχαρίας ὁ ἱερεὺς ἐξεφημερίαν ἐποίει, ἐξ ἡμερῶν εἰς ἡμέρας παριστάμενος τῇ λειτουργίᾳ· οὐχὶ δι' ὅλου χωρῶν, ἀλλ' ἐν τῇ ἐφημερίᾳ λειτουργῶν. Οἱ δὲ ἀποκληρωθέντες ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ εἰς θυσιαστήριον ἐφημερίαν οὐ ποιοῦσιν, ἀλλὰ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἀδιαστάστως παρίστανται τῷ θυσιαστηρίῳ. Ἴσασι καὶ τὸν καταφρονοῦντα, καὶ τὸν μὴ καταφρονοῦντα· γνωρίζουσι καὶ τοὺς εὐλαβῶς προσιόντας, καὶ τοὺς οὐχ οὕτω προστρέχοντας· ἐπίστανται καὶ τοὺς εὐορκοῦντας, καὶ τοὺς ἐπιορκοῦντας· σφραγίζουσι καὶ τοὺς καρποφοροῦντας, καὶ τοὺς ναρκιῶντας. Μὴ ὅτι λίθοις κεκαλλώπισται τὸ θυσιαστήριον σκόπει· ὑπὸ γὰρ ἀγγέλων βαστάζεται, ὑπὸ ἀρχαγγέλων κυκλοῦται. Εἰ γὰρ D πᾶν ὅριον ἐθνικὸν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων ὁροθετεῖται, κατὰ τὸ φάσκον ῥητόν· « Ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ· » πόσῳ μᾶλλον τὸ θυσιαστήριον ἀγγελοπλήρωτον, ὅπου ὁ μυστικὸς ἄνθραξ ἐπίκειται; ὃν τῇ λαβίδι τοῦ πνεύματος τὰ σεραφὶμ διερχόμενα διὰ τῆς λειτουργίας τοῦ ἱερέως, κάθαρσιν ἁμαρτημάτων τῷ αἰτοῦντι χαρίζονται; Καὶ ὅτι ἐν τούτοις τὸ θυσιαστήριον, ἄκουε Ἡσαΐου τοῦ προφήτου βοῶντος· « Ἐθεώρουν, καὶ ἰδοὺ ἀπεστάλη πρός με ἓν τῶν σεραφὶμ, καὶ εἶχεν ἄνθρακα ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ ἥψατο τῶν

[7] Gen. XVIII, 10. [8] I Reg. I, 18. [9] Psal. CII, 5. [10] Luc. I, 36. [11] ibid. 11. [12] Prov. IV, 27. [13] Deut. XXXII, 8.

(30*) Vulg., ἤκουσε. Edit.

(30**) Vulg., ἑστῶτι, perperam. Idem.

χειλέων μου, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ ἥψατο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφαιρεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ.» Εἶδες τίνες παρίστανται τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ οἵοις ὀφθαλμοῖς δεῖ ἐνατενίζειν ἔνδον, καθαροῖς, ἀδόλοις, εὐμεταδότοις, φιλοπτώχοις;

2. Τί οὖν ὁ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς; καλὸν γὰρ ἡμᾶς τῆς πάσης πραγματείας ἐπιλαβέσθαι· «Ὤφθη δὲ αὐτῷ, φησὶν, ἄγγελος Κυρίου ἑστὼς ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος. Καὶ ἰδὼν Ζαχαρίας, ἐταράχθη, καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ ἄγγελος· Μὴ φοβοῦ, Ζαχαρία, διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου, καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, γεννήσει υἱόν σοι, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην. Καὶ ἔσται χαρά σοι καὶ ἀγαλλίασις, καὶ παντὶ τῷ λαῷ σου.» Ταῦτα τοῦ ἀγγέλου διαγορεύοντος, ὁ Ζαχαρίας ἐν τούτῳ, δειλίᾳ καὶ φόβῳ Θεοῦ συλληφθεὶς, ἀνταπεκρίθη πρὸς τὸν ἄγγελον φάσκων· Ἔξω φόβου κελεύεις με ὑπουργεῖν, καὶ λέγεις μοι· Μὴ φοβοῦ, Ζαχαρία· καὶ πῶς οἷόν τε τοῦτο; Ὃ οὐκ εἶδόν ποτε, νῦν ἐν πρώτοις τεθέαμαι, πῦρ φθεγγόμενον, ἀσώματον ἄνθρωπον, ζωγραφητὸν πρόσωπον, ἀσύνθετον ὄψιν, νεφελοσύστατον σχῆμα, ἀερόβατον δρομέα πτεροβόλον, θυσιοπάρεδρον λόγον ἐκβάλλεις, καὶ φόβον δεικνύεις· τὰ ῥήματά σου πύρινα, καὶ τὰ ἐπαγγέλματά σου δύσπιστα. Ἐλισάβετ κυοφορήσει, κἀγὼ πατὴρ ἀναδειχθήσομαι; Ὅτε θανάτου γειτονία, τότε παιδὸς φυτουργία; Ὅτε πάππος τὴν ἡλικίαν, τότε πατὴρ τὴν προσδοκίαν; λόγος πρὸς γόνον οὐδείς· ἐσβέσθη τὰ γεννητικὰ μόρια, ἐκαθεύδησε λοιπὸν ἡ φύσις, ἀδιύπνιστος πρὸς ὄρεξιν μένει, λήθην ἑαυτῆς εἰργάσατο. Κἀγὼ τῷ γήρατι τῇ γῇ προσνένευκα, καὶ Ἐλισάβετ πρὸς ἑτοιμασίαν βακτηρίαν μεμίσθωται. Ἅπαξ ἡ ξηρὰ ῥάβδος τοῦ Ἀαρὼν ἤνθησεν, οὐχὶ δὲ πολλάκις. Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; Ὁ δὲ ἄγγελος πρὸς αὐτόν· Τί ἀδολεσχεῖς, Ζαχαρία; καὶ ἱερατεύεις, καὶ διστάζεις; Μὴ οὐκ ἦν Ἀβραὰμ ἑκατονταετὴς, καὶ Σάῤῥα πρὸς νέκρωσιν μήτρας ἀσχολουμένη; Μὴ ἔστειλεν ὁ τούτων καρπός; Εἰ μὴ εἶχες ὑποδείγματα, καλῶς ἐδίστασας· εἰ δὲ ἐξ ἐκείνων κατάγῃ, τί τὰ ἐκείνων οὐ διανοῇ; Ὁ ἐθνικὸς Ἀβραὰμ ἐπίστευσε, καὶ ὁ ἱερατικὸς ἀμφιβάλλεις; ἐκεῖνος ἐκτὸς θυμιάματος ἐμυρίσθη, καὶ σὺ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ ἐκαπνίσθης; ἐκεῖνος τὸν κληρονόμον δεχόμενος ἠγαλλιᾶτο, καὶ σὺ τὸν πρόδρομον Ἰωάννην εἰς οὐδὲν λογίζῃ; Αὐτός σε τῆς καταδίκης ἐξελεῖται, αὐτός σε τῆς κατάρας ἐλυτρώσατο· αὐτός σου τὴν γλωττιαίαν κλεῖδα βαστάζει· αὐτὸς πρὸς Κύριον πολλοὺς ἐπιστρέψει· αὐτὸς ἐν δυνάμει Ἠλίου τοῦ προφήτου προπορεύσεται, οὐ πύρινον σκεῦος ἁρματηλατῶν, ἀλλὰ τὸ Ἰορδάνειον λουτρὸν εὐτρεπίζων διὰ τὸν πολὺν ῥύπον τῶν ἁμαρτιῶν. Διό σοι καὶ εἰπεῖν προσετάχθην· «Εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου·» ὅτι ἔφθασεν ὁ καιρὸς ὁ πάλαι προφητευθεὶς καὶ νῦν πληρωθείς· «Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.» Οὐκ ἄγγελος, οὐ πρέσβυς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς. Διὰ τοῦτο, Ζαχαρία,

A tuas, et peccata tua purgabit [14].» Viden' quinam sint qui altari astant, et quibusnam oculis introspicere par sit, sinceris, dolo carentibus, munificis, pauperum amantibus?

2. Quid igitur Lucas evangelista? oportet enim totum resumere: «Visus ei, inquit, angelus Domini, stans a dextris altaris incensi. Et videns Zacharias turbatus est, et timor cecidit super eum. Ait autem illi angelus: Ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita est oratio tua, et ecce Elisabet uxor tua pariet tibi filium et vocabis nomen ejus Joannem. Et erit tibi gaudium et exsultatio et omni populo tuo [15].» Hæc loquente angelo, pavore ac timore Dei correptus Zacharias respondit illi: Absque B timore jubes me ministrare, aisque mihi: Ne timeas, Zacharia; ecqua ratione fieri illud potest? Quod nunquam videram nunc primum conspicio, loquentem ignem, incorporeum hominem, depictum vultum, incompositum aspectum, habitum nubis speciem ferentem, aereum cursorem alatum, sermonem inter sacrificia erumpentem emittis, metum incutis, verba tua ignea, et promissa tua creditu difficilia. Elisabet uterum gestabit; et ego pater esse declarabor? Cum vicina mors, tumne puer gignitur? Cum ætate avus esse possim, tumne me patrem fore sperandum? Nulla gignendi ratio: genitalia exstincta **331** sunt, dormit jam natura, nec excitari potest ad concupiscentiam, ad oblivionem sui devenit. Ego C præ senectute versus terram curvatus sum, jam sibi Elisabet baculum apparavit. Semel arida Aaronis virga floruit [16], sed non pluries. Quo signo illud norim? Tum angelus illi: Quid nugaris, Zacharia? sacerdotio fungeris et dubitas? Nonne Abraham centenarius, et Saræ vulva exstincta [17] erat? An ideo eorum fructus cohibitus est? Si non suppeteret exemplum, jure dubitares; quod si ab illis originem ducis, quare quæ illos spectant non recogitas? Gentilis Abraham credidit [18], et tu sacerdos ambigis? ille absque incenso suffitu, perflatus est, et tu in altari fumigatus? Hærede ille accepto exsultavit; tu præcursorem Joannem nihil reputas? Ipse te damnatione liberabit: ipse te eruet a maledicto: ipse clavem linguæ gestat tuæ: multos convertet D ad Dominum: ipse in virtute Eliæ prophetæ prophetabit [19], non igneo curru vectus, sed Jordanicum præparans lavacrum, propter multas peccatorum sordes. Quamobrem jussus sum tibi dicere: «Exaudita est oratio tua [20];» quia advenit tempus olim prænuntiatum a prophetis, nunc impletum: «Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus [21].» Non angelus, non legatus, sed ipse Dominus veniet et salvabit nos. Quapropter, Zacharia, tu esto mutus, accepto, in repugnantiæ tempore, merito supplicio: ego vero ab alio in alium locum pergo, et Virginem conventurus sum,

[14] Isa. vi, 6, 7. [15] Luc. i, 11-14. [16] Num. xvii, 8. [17] Gen. xvii, 17. [18] Gen. xv, 6. [19] Luc. i, 17. [20] Ibid. 13. [21] Isa. xl, 3.

et a conversatione cum exercitu cœlesti, ad ministerium quo missus sum me confero. Hæc, dilecte, de Zachariæ incredulitate paucis præmissa sunto.

A σὺ μὲν φιμώθητι, ἐν καιρῷ τῆς ἀντιλογίας τὸ πρόστιμον τῆς τιμωρίας δεχόμενος· ἐγὼ δὲ τόπον ἐκ τόπου μετέρχομαι, καὶ πρὸς τὴν Παρθένον μέλλω πορεύεσθαι, ἀπὸ τῆς στρατιωτικῆς ὁμιλίας ἐπὶ τὴν ἀποστολικὴν διακονίαν χωρῶν. Ταῦτά μοι διὰ βραχέων, ὦ φίλε, εἰς τὴν παραληφθεῖσαν τῆς τοῦ Ζαχαρίου ἀπιστίας προωδοιπόρηται.

3. Nunc vero quædam ex jamjam lectis disquirenda nobis sunt. Quænam illa? Quæ a Gabriele annuntiata, et a Virgine credita, a Spiritu sancto promota, a Domino quasi thesaurus recondita, et a Patre obsignata, et a piis hominibus servata sunt. Audisti modo evangelistam Lucam dicentem: « In mense sexto, missus est angelus Gabriel in civitatem Galilææ, cui nomen Nazaret, ad virginem desponsatam viro, cui nomen Joseph [22]. » O sponsalia cum alio contracta, alii promissa! o sponsalia, quæ B gaudium exhibent, perturbationem sedant! Audisti modo Lucam evangelistam ita loquentem: Ingressus domum angelus, Virginem salutavit ac dixit: « Ave, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum vidisset, turbata est in sermone ejus; et cogitabat apud seipsam qualis esset ista salutatio [23]. » Vidistin' salutationem angeli perturbationem excitare? nec modo perturbationem, sed etiam cogitationes; imo dubitationem, atque his similia. Tacitus namque angeli ingressus, vultus insuetus, colloquii insolentia, magnitudo promissionis, inexspectatæ vocis auditus, Virginem conjecit in metum, quæ cogitatione temperantis animi omnem pravam abjecit cogitationem. Quamobrem turbata est, atque turbata imperturbata C permansit. Quid est illud, Atque turbata, imperturbata permansit? Studiose audi. Cum Gabriel angelus ut missionis suæ ministerium impleret, nullo excitato pedum strepitu virginale cubiculum adiit; sola quippe Virgo erat in sponsi sui domo. Nostis porro cuncti quo pacto erubescat virgo sub initium initi nuptiarum pacti, inclinato vultu, demissa loquens voce, nullum exhibens nutum, nullam non gerens temperantiæ sollicitudinem. Cum sic affectam videret angelus, ait illi: « Ne timeas, Maria, » tametsi anxia, et utpote virgo, temperantiæ sollicita fuisti, ne irruens sponsus tuus, tuæ vim afferret verecundiæ. Illud scias velim, o Virgo, nullum fore tibi cum sponso tuo Joseph congressum. Aliud te negotium D exspectat, divinum, dominicum, ineffabile, inexplicabile, **332** quod sermone enarrari nequeat. Dominicum futura es habitaculum; mater, nuptialis expers tori prædicaberis; cœli terræque Dominum susceptura es, incorruptum gestatura fetum. « Ne timeas, Maria, » tuam firma cogitationem, animam corrobora, cor confirma. Ne imitere Zachariam: ne, quemadmodum ille, dubitaveris, tu quæ mulierum gloria es: tu Israelitici populi exsultatio: tu gentium ornamentum, tu gaudii radix, tu benedictionis plantatio. Tu præ omnibus virginibus invenisti gratiam apud Deum. Et « ecce concipies filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic

3. Τίνα δὲ καὶ τὰ ἀρτίως παραναγνωσθέντα, καιρὸς λοιπὸν ἐπιζητῆσαι. Ποῖα ταῦτα; Τὰ ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ μηνυθέντα, καὶ ὑπὸ τῆς Παρθένου πιστευθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος προβιβασθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ Κυρίου θησαυρισθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς σφραγισθέντα, καὶ ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν φυλαχθέντα. Ἤκουες ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος· « Ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ᾗ ὄνομα Ναζαρὲτ, πρὸς B παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ. » Ὦ μνῆστρα ἄλλῳ μνηστευθέντα, καὶ ἄλλῳ κατεγγυηθέντα! ὦ μνῆστρα χαρᾶς ἐμφανιστικὰ, καὶ ταραχῆς διαιρετικά! Ἤκουες ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος· Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὸν οἶκον ὁ ἄγγελος, ἠσπάσατο τὴν Παρθένον καὶ εἶπε· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν. Ἡ δὲ, ἰδοῦσα, διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῇ, ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. » Εἶδες τὴν χαρὰν τοῦ ἀγγέλου ταραχὴν ἐγείρουσαν; Οὐ μόνον δὲ ταραχὴν, ἀλλὰ καὶ διαλογισμοὺς, ἀλλὰ καὶ ἀμφιβολίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ παραπλήσια τούτων. Τὸ γὰρ ἄθροον τῆς ἀγγελικῆς εἰσόδου, καὶ τὸ ξένον τῆς ὄψεως, καὶ τὸ ἀσύνηθες τῆς συντυχίας, καὶ τὸ ὑπέρογκον τῆς ἐπαγγελίας, καὶ C τὸ ἀπροσδόκητον τῆς ἀκοῆς, εἰς δειλίαν ἐνέβαλε τὴν Παρθένον, τῇ ἐπινοίᾳ τῆς σωφροσύνης πᾶσαν φαύλην ἐπίνοιαν ἐκποδὼν ποιησαμένην (30***). Διὸ καὶ ἐταράχθη, καὶ ταραχθεῖσα ἀτάραχος ἔμεινε. Τί ἐστι, Καὶ ταραχθεῖσα ἀτάραχος ἔμεινεν; Ἄκουε συνετῶς. Ἡνίκα Γαβριὴλ ὁ ἄγγελος, ἀποστολικὴν διακονίαν πληρῶν, ἀψόφῳ ποδὶ ἐπὶ τὸν παρθενικὸν ἐχώρει κοιτῶνα· μόνη γὰρ παρῆν ἡ Παρθένος, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ μνηστευσαμένου διάγουσα· ἴστε πάντες σαφῶς καὶ πῶς ἐρυθριᾷ παρὰ τὰς ἀρχὰς τοῦ συναλλάγματος ἡ Παρθένος κάτω τὰς ὄψεις φέρουσα, ἠρέμα λαλοῦσα, μὴ ἀνανεύουσα, πάσης σωφροσύνης ἐπιμελουμένη. Ἐν τούτοις ἰδὼν αὐτὴν ὁ ἄγγελός φησι πρὸς αὐτήν· « Μὴ φοβοῦ, Μαριὰμ, » εἰ καὶ ἠγωνίασας, καὶ ὥσπερ D παρθένος τῆς σωφροσύνης ἐφρόντισας, μὴ καταδραμὼν ὁ μνηστήρ σου καταψηφίσηταί σου τῆς εὐλαβείας. Τοῦτο γίνωσκε, Παρθένε, ὡς οὐδεμία σοι κοινωνία ἔσται πρὸς τὸν μνηστῆρά σου Ἰωσήφ. Ἕτερόν σε πρᾶγμα περιμένει, θεῖον, δεσποτικὸν, ἄφραστον, ἀνερμήνευτον, λόγῳ παραστῆναι μὴ δυνάμενον. Δεσποτικὸς εὑρεθήσῃ σηκὸς, ἀπειρόγαμος ἀναδειχθήσῃ μήτηρ, τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς δεσπότην μέλλεις ὑποδέχεσθαι, ἀδιάφθορον τόκον κυοφοροῦσα. « Μὴ φοβοῦ, Μαριὰμ, » στήριξόν σου τὸν λογισμὸν, νεύρωσόν σου τὴν ψυχὴν, ἕδρασόν σου τὴν καρδίαν. Μὴ μιμήσῃ τὸν Ζαχαρίαν, μὴ ἀμφιβάλῃς, ὡς ἐκεῖνος, σὺ τῶν γυναικῶν τὸ καύχημα· σὺ τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ τὸ ἀγαλλίαμα· σὺ τῶν ἐθνῶν τὸ ἐγκαλλώπισμα· σὺ τῆς χαρᾶς τὸ ῥί-

[22] Luc. I, 26, 27. [23] ibid., 28, 29.

(30***) Vulg., ποιησαμένη, nullo sensu. Edit.

ζωμα· σὺ τῆς εὐλογίας τὸ φυτούργημα. Σὺ εὗρες A χάριν παρὰ τῷ Θεῷ παρὰ πάσας τὰς παρθένους. Καὶ, «Ἰδοὺ συλλήψῃ Υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται.» Τούτων σοι τῶν ἀγαθῶν ἥκω μηνυτὴς ὑπάρχων, εἰ καὶ ἔξω φύσεως τὰ λεγόμενα· ἀλλ' ὅμως παρὰ τῷ φυσιουργῷ πάσης τῆς κτίσεως οὐδὲν σκολιὸν ἢ στραγγαλιῶδες, ἀλλὰ πάντα εὐθέα καὶ πρὸς εὐχέρειαν βλέποντα. Ἐν ταύταις ταῖς ἐπαγγελίαις ἡ Παρθένος σαγηνευθεῖσα, καὶ πάσης φαύλης ἐπινοίας ἀπαλλαγεῖσα, οὐκέτι ὡς ἀπαῤῥησίαστος ἐσιώπα, λέγουσα πρὸς τὸν ἄγγελον· «Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκω;» Τί μου καὶ τὴν καρδίαν θροεῖς, καὶ τὴν ἀκοὴν ξενοφωνεῖς; Τί τὸ μὴ ἀκουσθὲν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος διαγγέλλεις; ἔγκυος εὑρεθήσομαι, καὶ ἀνδρὸς πεῖραν οὐ λήψομαι; «Πῶς ἔσται μοι τοῦτο;» B Μήτηρ ὀνομασθήσομαι, καὶ μητρικῶν ὠδίνων ἔξω γενήσομαι; «Πῶς ἔσται μοι τοῦτο;» Μαζὸν ἐπιδώσω, καὶ σπάργανα συσφίγξω, καὶ παῖδα γαλακτοτροφήσω, καὶ τί τὸ ἐν ἐμοὶ οὐ γνώσομαι; «Πῶς ἔσται μοι τοῦτο;» λέγε μοι τὴν εὔλογον αἰτίαν, ἵνα γνώσω τὴν ἀμφίβολον κυοφορίαν. Ξένον τῆς Εὔας ἡ γέννησις, ἀλλ' ὅμως ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη· καὶ ἔσχε τὸ αἴτιον ὅθεν ἐγνωρίσθη τὸ φύραμα, ὅτι ἐξ αὐτοῦ ἡ αὐτῷ ληφθεῖσα, καὶ ὁ ἴδιος τῷ ἰδίῳ ἀνεπληρώθη τόπος. Ξενοπρεπεστέρα δὲ τῆς Εὔας ἡ τοῦ Ἀδὰμ γέννησις· ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὴ φανεροποιηθεῖσα, γραφῇ παρεδόθη, καὶ πῶς παραχρῆμα γέγονε σαφῶς ἐγνωρίσθη, ὅτι ἀπὸ τῆς γῆς χοῦν λαβὼν ὁ δημιουργὸς, θεόμορφον ζῶον κατεσκεύασε τὸν πρωτόπλαστον. C Ὡς ἐκεῖνα γνώριμα, καὶ τοῦτο σαφήνισον· ἐπειδὴ τὸ προλεχθέν μοι παρὰ σοῦ ὑπερηκόντισε τὰ λεχθέντα· «Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;» Ὁ δὲ Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον· Πῶς ἔσται σοι τοῦτο; Παρ' ἐμοῦ τὸν τρόπον ζητεῖς, Παρθένε, μαθεῖν; Μὴ δύναται δοῦλος σκοπὸν εἰδέναι δεσπότου; Πῶς ἔσται σοι τοῦτο; Μηνυτὴς ἀπεστάλην, οὐχ ἑρμηνευτής. «Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο;» Ἃ ἀκούω λαλῶ, οὐδὲν ἴδιον πλάττω. Πῶς ἔσται σοι τοῦτο; Τὸ πῶς ἐπὶ Θεοῦ μὴ ζήτει. Πῶς ἔσται σοι τοῦτο; Ὡς Ἡσαΐας προηγόρευσε φάσκων· «Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει·» τὸ ἕξειν σε προηγόρευσεν, ἐγὼ δὲ λέγω σοι, ὅτι «τέξεις υἱὸν καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν·» αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. D

erit magnus et Filius Altissimi vocabitur[24].» Horum tibi bonorum nuntius accedo, etiamsi extra naturam sint quæ dico; attamen a conditore totius rerum naturæ nihil obliquum, nihil tortuosum; sed recta omnia, et suavem atque planum ordinem spectantia. His capta promissis Virgo, omnique prava suspicione liberata, non ultra quasi diffisa tacuit, sed ait angelo: «Quomodo fiet mihi istud, quoniam virum non cognosco[25]?» Quid cor terres meum, auremque insolita voce attonitam reddis? Quid rem annuntias a sæculo non auditam? An prægnans inveniar, quin viri experimentum capiam? «Quomodo fiet mihi istud?» Mater vocabor, et maternis partus doloribus expers ero? «Quomodo fiet mihi istud?» Mammam præbebo, pannis involvam, puerum lactabo, cur quod me spectat non intelligam? «Quomodo fiet mihi istud?» consentaneam profer mihi causam, ut obscuram illam uteri gestationem intelligam. Insolens fuit Evæ generatio, attamen ex viro illa sumpta fuit[26]: causaque fuit qua ejusmodi massæ ratio cognosceretur, quoniam scilicet ex illo, quæ pro illo, sumpta est: propriusque locus proprio loco repletus est. Insolentior Evæ generatione Adami generatio; attamen illa scripto tradita ac enarrata fuit, notumque est qua ratione repente facta sit. De accepto scilicet limo terræ Creator, animal deiforme, præparavit, nempe primum parentem. Ut illa nota sunt, hoc item declara mihi, quandoquidem id quod ante dixisti mihi, illa alia longe superat: «Quomodo erit mihi istud, quoniam virum non cognosco?» Tum Gabriel ad Virginem: Quomodo erit tibi istud? a me, Virgo, modum quæris ediscere? An potest servus scopum nosse domini sui? Quomodo erit tibi illud? Nuntius, non interpres, missus sum. «Quis novit mentem Domini, aut quis consiliarius ejus fuit[27]?» Quæ audio loquor, nihil a me confingo. Quomodo erit tibi istud? Apud Deum ne quæras quomodo. Quomodo erit tibi istud? Quemadmodum Isaias prænuntiavit dicens: «Ecce Virgo in utero habebit[28]:» te in utero habituram prædixit, ego autem dico tibi, quod «paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum:» ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[24] Luc. I, 30, 31. [25] ibid. 34. [26] Gen. II, 23. [27] Isa. XL, 13. [28] Isa. VII, 14.

IN SERMONEM DE ANNUNTIATIONE SANCTISSIMÆ DEIPARÆ MONITUM.

Spurium esse hunc sermonem nemo jam eruditus non judicat, cum sole clarior sese prodat styli hujusce ab Athanasiano discrepantia. Athanasii enim oratio nitida puraque est: contra vero hujusce scriptoris ita perplexa et obscura, ut vix intelligatur: quod est, ait Tullius (30****), *in oratione vitium vel maximum. Ad hæc nugæ hic comparent permultæ, sagaci quovis homine, ne dicam Athanasio indignæ, ut est inepta illa etymologia vocis* οὐσία, *ab* ἰσία, *et alia ejusmodi: vocesque complures Athanasio ignotæ, ut sunt illæ,* θεοϋπόστατος, ἀνθρωποϋπόστατος, ἀρχίθεος *et* ὑπεράρχιος, *et aliæ quas bene multas, pro brevitate opusculi, huc contulit scriptor iste; ita ut inferiorem omnino Græcitatem redoleat. Et sane quæ de Christi hypostasi,*

(30****) *De oratore.*

et de duabus in Christo naturis subtiliter disputat, suadent eum, post synodos Ephesinam et Chalcedonensem, scripsisse. Quarum etiam synodorum ipsissimis verbis utitur in locis infra notandis. Quæ vero de duabus in Christo voluntatibus edisserit, arguere videntur eum post vulgatam Monothelitarum hæresim vixisse. Sed libet Baronii hac de re dissertationem, a fratribus nostris Roma nobis transmissam, hic apponere. Qui clarissimus Annalium *scriptor cum Latinam Nannii versionem textu Græco clariorem solum legerit, stupendam styli perplexitatem non animadvertit.*

EPISTOLA APOLOGETICA CÆSARIS BARONII ADVERSUS OBJECTA THOMÆ STAPLETON.

ADMODUM REVERENDE PATER S. P.

333 *I. Etsi non litteris ad me datis, missis tamen ad amplissimum cardinalem Alanum, scriptis tuis, me provocasti ut nunc, vir optime ac disertissime, epistolam apologeticam redderem. Ægro sane animo tulit sanctus Hieronymus, quod alii priusquam ipse legissent quæ sanctus Augustinus in commentariis a se editis esse emendanda significasset : sed nihil est quod hoc nomine tibi succenseam, quin potius excusem, quod ex his, quæ natura hominum fert, sicut Abraham non putavit in Geraris aliquem reperiri, in quo Dei timor inesset; ita fortasse existimasse me, non sine stomacho lecturum esse ea, quæ meos palam facerent et emendarent errores. At quemadmodum magnum illum Patrem falli contigit, eodem quoque modo scias, si id existimasti, te tua hac opinione deceptum. Etenim illud mihi semper in ore : Corripiat me justus, si modo juste; imo nec refugiam, si injuste, quod sciam ex iis, quæ utcunque in controversiam vocantur, veritatem magis illustrari reddique perspicuam. Quæ quidem, etsi æquo libentique animo a quolibet erudito viro ferenda sunt, quanto magis a meo Thoma, Anglicanæ Ecclesiæ ornamento, sacrarum litterarum antistite, fidei confessore, martyrii candidato, et Ecclesiæ catholicæ antesignano propugnatore, non dico toleranda, sed expetenda sunt. Etenim, cum ex sententia Clementis Alexandrini, nullius scripta ita feliciter currant, quibus aliquid non objici jure valeat, in lucro mihi erit, si talem tantumque nactus ero monitorem, correctorem atque emendatorem.*

II. Nullum ergo hac ex causa sit jurgium inter me et te. Non autem addam, quod magnus Pater ille subdidit : Si ad dexteram ieris, ego ad sinistram pergam, imo audentius fidentiusque ingeram illud Petri : Sequar te quocunque ieris : *quod sic existimem bene consultum catholicæ pietati, si junctis simul dexteris, unanimes pro veritate certemus. Sed nec velim putes alia me incedere via, si interdum contingat haud insistere tuis vestigiis; est enim secundum Isaiæ vaticinium in Ecclesia, semita atque via, hæcque non duo tramites, sed una via sancta vocata. Quamobrem nunquam dicemur ab invicem dissentire, cum diversis semitis in via una ad unam veritatem libero pede tendimus, etsi aliqua in re aliquando inter nos discrepare contingat, ut modo accidit.*

III. Legi pervalidam confutationem tuam meæ assertionis de homilia quæ exstat apud Athanasium de sanctissima Deipara, quam non Athanasii esse, sed auctoris qui post Nestorium vixerit, affirmavi. Equidem quod alio veloci cursu tendebat oratio, nonnisi leviter, sicut et obiter, atque in transitu ea tractare licuit; existimans tamen potuisse illa sufficere, ad declarandum illud Athanasii opus non esse, mihique libenter arrisuros fore omnes viros eruditos, cupidos veritatis. Idque complures fecere mihi adgratulantes, quod spurios filios a legitimis segregarem : quippe qui eamdem accuratius perlegentes, facile persuasi sunt disputantem adeo diserte, vocumque proprietate exquisite adversus Nestorium agentem, longe diversum ab Athanasio esse illius tractatus auctorem. Quas tu voces, etsi ex sententia vel Cyrilli, vel aliorum etiam ante Nestorii tempora tibi vindicas ex diversis auctoribus, certe quidem tempore Athanasii, quod nulla hujusmodi vigeret hæresis, haud adeo exacta requiri videbatur earumdem vocum expressa proprietas : nam idem ipse Athanasius, de quo vertitur quæstio, pro voce persona, *interdum naturæ nomen usurpat in libro* De Incarnatione Verbi, *quem locum (ne quis putet textum esse depravatum, vel interpretem non assecutum) hic ex Cyrillo reddemus, qui eum citat, tum in libro* De fide ad reginas, *tum etiam in* Apologetico, *ubi hæc ait verbis ipsius : « Confitemur etiam esse ipsum Filium Dei et Deum secundum Spiritum, filium hominis secundum carnem, non duas naturas, unum Filium : unam quæ adoretur, unam quæ non adoretur, sed unam naturam Verbi Dei incarnatam, et adorabilem cum carne sua una adoratione, non autem duos filios. » Hæc ipse; quo quidem exemplo apparet, tam distincte, atque proprie, tamque explorate, et abunde de duabus naturis loqui, præ se ferre auctorem ejus homiliæ esse Nestorii potius temporis scriptorem quam Athanasium.*

IV. Id quidem et illud magnopere persuadet, quod cum exactissima facta sit scriptorum Athanasii indagatio, tum a Cyrillo ejus sedis episcopo, penes quem ejusdem Athanasii lucubrationes asservabantur, tum ab adversariis, qui quod aliquid non invenerint, librum ad Epictetum, ut idem Cyrillus testatur, corrumpentes, in suamque ipsorum mutantes sententiam, fecerunt pravi dogmatis assertorem. Ubinam gentium, quarum homilia ista delituit, ut non modo Cyrillus non repererit, sed nec tot doctissimi episcopi qui convenerunt ad quatuor œcumenica concilia, Ephesinum et Chalcedonense, quintam et sextam synodos, in quibus de eisdem actum est, cujus una tantum inspectio ob exactam rerum et nominum definitionem, et tanti auctoris præstantiam, satis superque erat ad Nestorium atque Eutychem, et alios hæreticos confutandos? At in conjecturis his, quamvis haud levioris ipsæ sint argumenti, diutius immorandum non est; cum fortissimæ adsint ab auctore ipso petitæ probationes, atque in primis illa.

V. Quid enim est quod adeo exsecretur ibi auctor has voces, Christum hominem Deiferum : quibus tamen, ut ipsemet tradit, germano sensu acceptis, usi sunt Patres Nicæni concilii, atque sæpe, ut auctor est Theodoretus contra Cyrillum in Anathematismis, *sanctus Basilius una cum aliis ante Nestorium hæresiarcham, qui primus his abusus est vocibus, ad suam hæresim statuendam? Sane quidem quod illas detestetur voces, quæ Athanasii temporibus pie sancteque dici a Patribus consueverunt; a Nestorii vero tempore sunt vetitæ, perspicue absque dubitatione aliqua demonstratur, auctorem illum post exortam Nestorii hæresim ea scripsisse. Ut autem eædem voces,* Christus homo Theophorus *a piis omnibus respuerentur, solus Nestorius in causa fuit, qui eas suæ hæresis veneno infectas reddit exsecrabiles, ut pluribus docet Cyrillus in libro* De Incarnatione Unigeniti, *cap. 22 et 23, nec non sanctus Joannes Damascenus agens contra Nestorium, cujus verba recitat Euthymius in* Panoplia : *quibus plane testatur Nestorium, ad suam astruendam hæresim, Christum Dominum nostrum appellasse Deiferum. Ob id itaque in quinto Cyrilli anathematismo a concilio Ephesino recepto, ita definitum habetur : « Si quis Christum Deiferum hominem audet dicere, et non potius Deum secundum veritatem, anathema sit. »*

334 *VI. Rursum vero quomodo potuit has ut impias voces Athanasius exhorruisse, qui aliis minoris efficaciæ usus fuit? Fortioris vis est dicere, Christum hominem Deiferum, quam asserere Christum hominem Dominicum, prout ipse dixisse reperitur in* Expositione fidei, *ad finem, et in* Sermone majori adversus Apollinarem, *qui citatur in concilio Lateranensi sub Martino* (31) *papa et martyre, actione* V. *Qui ergo dicere non veritus est Christum hominem Dominicum, certe quidem haud vitasse potuit asserere Christum hominem Deiferum? Quid igitur his evidentius, rogo, quidve firmius dici potest ad insinuandum auctorem illum esse non potuisse Athanasium, sed alium, qui post Nestorii vixerit tempora?*

VII. Sed quamvis hæc satis superque ad hanc sententiam confirmandam stabiliendamque videri possint : ex quo tamen semel cœpi loqui, adjiciam alia. Cum enim auctor quam exactissime quæ sunt in Christo duæ voluntates duæque operationes pertractet, redarguens hæreticos qui aliter sentirent : quis non videat ipsum urgere, confutare, imo confundere Monothelitas? Sed reddamus hic verba ipsius : « Duas voluntates prædicamus, sed nequaquam duos volentes, aut duos operantes, sed unum volentem secundum unitatem personæ : contra duas voluntates, duas operationes secundum peculiarem utriusque naturæ rationem. Hoc igitur modo divinum Incarnationis mysterium prædicantes, hæreticorum blasphemias repudiamus, in quibus ipsos relinquentes transimus. » Hæc auctor. Sed quosnam hæreticos urget, quæso, nisi Mo-

(31) Mendose.

nothelitas? Quinam vero vel Athanasii tempore, vel etiam ante fuerunt hæretici, qui de una in Christo operatione, et unica voluntate adeo explicite disputarint, ut incumberet Athanasio tam exacta definitione illos arguere? Sicque plane jam liquidum est convinci ex suis ipsius verbis auctorem, ea scripsisse post exortam Monothelitarum hæresim.

VIII. Quamobrem ex eo mihi recantandi palinodiam onus incumbit, quod in notis ad Romanum Martyrologium dixerim, homiliam illam ascribendam esse Cyrillo Alexandrino potius quam Athanasio : cum nonnisi auctori, qui vixerit post proditam Monothelitarum hæresim ascribi jure valeat; tantum abest ut concedam eam esse Athanasio tribuendam. Sed si in his rebus dubiis conjecturæ sit locus, dicerem, ob similitudinem nominis, esse Anastasii potius quam Athanasii scriptionem, illius, inquam, Anastasii episcopi Antiocheni sanctitate et eruditione clarissimi; cujus nobilis ingenii nonnulla monumenta supersunt. Hæc quidem, quæ de Athanasio dicta sunt, haud affirmare me puto cum Ecclesiæ detrimento : non enim ex his jacturam sentit, quæ, cum sit columna et firmamentum veritatis, procul abhorret, ut instar Æsopi Corniculæ ascititia quærat, cum pulchrior sua fulgeat simplex veritas nuditate. Vale, frater, hasque accipe litteras defensionis testes, atque meæ erga te benevolentiæ et observantiæ obsides. Romæ Kalend. Novembris, anno Domini 1592.

CÆSAR BARONIUS.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

Κηρυκτικὸν εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.

S. P. N. ATHANASII

***Sermo in Annuntiationem sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ* (32).**

---

1. Τοὺς θείους ἱεροκήρυκας οὐ πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῆς ἀκροάσεως δεῖ ἀποβλέπειν· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀπαιτουμένην δύναμιν, καὶ ὑπόθεσιν, καὶ αἰτίαν, ἣν ἐπιθεωροῦντας, προσῆκε καταστοχάζεσθαι τοῦ κηρύγματος. Διὸ καὶ νῦν ἐπὶ τὸ κήρυγμα τοῦ θείου Εὐαγγελίου τῆς Θεοτόκου καὶ Μητρὸς τοῦ Θεοῦ ἥκοντας ἡμᾶς, καὶ τοῦτο μέλλοντας ἀνακηρύττειν πρὸς συνέλευσιν (33) τῆς ἑορτῆς, ἀνάγκη, καθ' ὑπόθεσιν καὶ αἰτίαν τῆς ἀσάρκου καὶ ὑπερθέου Τριάδος, τὴν σάρκωσιν τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος ἀνατιθέναι. Ἐὰν γὰρ μὴ προδιαστελῆται (33*) τὰ περὶ Τριάδος, τὰ περὶ τοῦ ἑνὸς σαρκωθέντος πῶς ἐξέλθωμεν; Οὐκοῦν δέον, ἐκεῖθεν ἐπαναγαγόντας τὸν λόγον, μετέρχεσθαι εἰς τὰ κατὰ τὴν σάρκωσιν, καὶ οὕτως τὰ κατὰ τὸν εὐαγγελισμὸν ἐπακούειν (34). Καὶ πρότερον ἐπισημαινόμενοι, ὑπαναμιμνήσκομεν, ὅτι μία τῶν δεσποτικῶν πρώτη τε καὶ πάνσεπτος ἑορτή, κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων τάξιν καὶ σύνταξιν τῶν ὑποκειμένων ἐν τοῖς κατὰ Χριστὸν κηρύγμασιν, ὑπάρχουσα, τοῦ θείου εὐαγγελισμοῦ κλητὴ ἁγία ἡμέρα, περὶ τῆς ἐξ οὐρανοῦ καταβάσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ κατασκευάζει τὸ κήρυγμα. Καὶ γὰρ κατελθόντα αὐτὸν ἐκ τῶν οὐρανῶν πιστεύομεν, καθὼς καὶ ἀνελθόντα διομολογοῦμεν. Δέον τοίνυν, ἐπειλημμένους τοῦ θείου κηρύγματος, ἐκεῖθεν ἄρξασθαι, ὅθεν καὶ διαστέλλεσθαι δυνήσεται τὰ λεγόμενα.

2. Πιστεύομεν τοιγαροῦν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα ὑποστάσεων, ἀδιάσπαστον ἐχόντων τὴν διαίρεσιν, καὶ τὴν ἕνωσιν ἀσύγχυτον. Οὐδὲ γὰρ κατὰ τοπικὴν διάστασιν τὴν διαίρεσιν τῶν ἁγίων τριῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων πρεσβεύομεν, οὐδὲ συγχυτικὴν τὴν ἕνωσιν· ἀλλ' ἀδιάστατον τὴν διαίρεσιν, καὶ ἀσύγχυτον τὴν ἕνωσιν, ἓν ὄνομα τὸ, Θεὸς, ἔχοντα (35) κατὰ μίαν μονάδα συστάσεως. Ἐπεὶ καὶ ἕνα

1. Divos sacrarum rerum præcones, non infirmitatem auditorum spectare oportet; sed requisitam vim, argumentum et causam : quam præ oculis habentes, de prædicatione conjecturam facere convenit. Quare etiam nunc ad prædicationem divini Evangelii de Deipara, ac matre Dei nos conferentes, concionaturi ad conventum festivitatis hujus, necessarium est ut in argumenta incorporeæ et divinissimæ Trinitatis, incarnationem unius ex Personis ejusdem Trinitatis in medium proponamus. Nisi enim distincte de Trinitate actum fuerit, quæ ad unam personam incarnatam pertinent, quomodo expendi poterunt? Quamobrem par est ut inde orsi, transeamus ad ea quæ Incarnationem spectant, atque ita de Annuntiatione consequenter verba faciamus. Ac primum quidem illud memoriæ subjiciendum duximus, unam ex Dominicis festivitatibus, maxime venerandam, et primam ordine rerum pertractandarum in prædicationibus quæ Christum respiciunt, quæ divinæ Annuntiationis sancta dies nuncupatur, descensum Filii Dei ex cœlo denuntiare. Nos enim eum de cœlo descendisse credimus, ut et eumdem ascendisse confitemur. Oportet igitur nos divina prædicatione institutos, inde ordiri sermonem, unde quæ pertractanda nobis sunt, probe distingui poterunt.

335 2. Credimus itaque in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, Trinitatem hypostasium, quæ distinctionem inter se habent indissolubilem, et inconfusam unionem. Non enim secundum intervalla locorum, distinctionem trium sanctarum divinarumque hypostasium prædicamus, neque confusam unionem; sed distinctionem sine ulla distantia, et inconfusam unionem, cui nomen unum est, Deus,

(32) Titulus in Basil. et Felc. 6 : Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἀθαν. ἀρχ. Ἀλεξ. κηρυκτικόν, etc. In Anglic. vero : Τοῦ ὁσίου πατ. ἡμ. Ἀθ. πατριάρχου Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν εὐαγγελισμόν.

(33) Edit. Commel. sola, προσυνέλευσιν.

(33*) F. προδιασταλῇ καί, vel προδιαστέλληται. EDIT.

(34) Ἐπακούειν. De vocis hujus variis significationibus consule *Onomasticon*.

(35) F. ἔχουσαν.

secundum unam singularitatem constitutionis. Siquidem unum Deum in Trinitate personarum confitemur, nullum principium, nullumque tempus, in unaquaque sanctarum divinarumque hypostasium constituentes, juxta peculiarem earum proprietatem : Patrem, ingenitum, dicentes, Filium, genitum; Spiritum sanctum, procedentem. Patrem sine principio et sine tempore esse existimantes, Filium sine principio et sine tempore prædicantes, Spiritum sanctum sine principio et sine tempore confitentes : non ut prior sit Pater, posterior Filius vel Spiritus sanctus, sed simul Patrem et Filium et Spiritum sanctum, secundum unam principio et tempore carentem, ac supersubstantialem unitatem exsistentiæ colentes : unum Deum in tribus proprietatibus credentes, vereque glorificantes : non quasi alium Deum Patrem prius exsistentem, nec alium Deum Filium posterius inductum, nec alium Deum Spiritum sanctum postea excogitatum, secundum blasphemias hæreticorum; sed unum Deum in tribus hypostasibus esse docentes, unam habere substantiam, virtutem et efficaciam, et quæcunque alia de substantia considerantur, theologice docentur, celebrantur.

A Θεὸν ἐν Τριάδι προσώπων καθομολογοῦμεν, τὸ ἄναρχον καὶ ἄχρονον καθ' ἑκάστην τῶν ἁγίων τριῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων τάττοντες, κατὰ τὴν χαρακτηριστικὴν αὐτῶν ἰδιότητα· ἐν Πατρὶ τὸ ἀγέννητον, ἐν τῷ Υἱῷ τὸ γεννητὸν, ἐν τῷ Πνεύματι τὸ ἐκπορευτόν· ἄναρχον καὶ ἄχρονον τὸν Πατέρα δοξάζοντες, ἄναρχον καὶ ἄχρονον τὸν Υἱὸν καταγγέλλοντες, ἄναρχον καὶ ἄχρονον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καθομολογοῦντες· οὐ πρότερον τὸν Πατέρα, καὶ ὕστερον τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἅμα Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, κατὰ μίαν ἄναρχον καὶ ἄχρονον ὑπερούσιον μονάδα ὑπάρξεως σέβοντες, ἕνα Θεὸν ἐν τρισὶν ἰδιότησι πιστεύοντες καὶ ἀληθῶς δοξάζοντες, οὐχ ὡς ἄλλον Θεὸν τὸν Πατέρα προϋπάρχοντα, καὶ ἄλλον Θεὸν τὸν Υἱὸν ὕστερον ἐπεισαχθέντα, καὶ ἄλλον Θεὸν τὸ
B Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπινοηθέντα, κατὰ τοὺς αἱρετικοὺς βλασφημοῦντας· ἀλλ' ἕνα Θεὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι θεολογοῦντες, μίαν ἔχοντα τὴν οὐσίαν, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ ὅσα ἄλλα περὶ τὴν οὐσίαν θεωρεῖται (36) θεολογούμενα καὶ ὑμνούμενα.

3. Et ut formulam sermoni demus, necnon plenitudinem et consummationem, quæ theologice docentur teneamus. Quæ sint illa, et circa quænam versentur deinceps audiamus : nimirum dici illum increatum, incorporeum, tempore et principio carentem, sempiternum, indesinentem, infinitum, æternum, incognitum, ineffabilem, nullius figuræ, investigabilem : Deum deorum, Dominum dominorum, Regem regum, omnipotentem, factorem, creatorem, lumen, vitam, sanctum, bonum, immortalem, fortem, cunctipotentem, et quæcunque similia per excellentiam et ætiologiam dicta. Non quod singula substantia dicantur, sed circa substantiam, quasi ex duo aut pluribus ad unum habeant relationem (qualia esse didicimus quæ divisa sunt), quæ coalitio et plenitudo deitatis dicuntur, secundum Scripturam; non quod ad unam unius substantiam referantur, sed ad unamquamque sanctarum trium personarum æqualiter spectentur et doceantur. Quare ipse unigenitus Deus ait : « Omnia quæcunque habet Pater mea sunt [39]. » Et ad Patrem ait : « Omnia mea tua sunt, et tua mea sunt, et glorificatus sum in eis [40]. » In omnibus namque in quibus theologice glorificatur Pater, in iisdem glorificatur Filius et Spiritus sanctus. Atque inde perfectus Deus dicitur Pater, perfectus Deus Filius, et perfectus Deus Spiritus sanctus. Siquidem nihil ulli deficit ex plenitudine divinitatis : sed æqualitatem habet unusquisque omnium proprietatum, quibus æqualiter plenitudo deitatis conspicitur. Nam ex derivatione ἴσου [id est æqualis] ἰσία [id est æqualitas] dicitur, feminea terminatione quæ est æqualitatis multorum complexio. Quibus enim æqualis

3. Καὶ ἵνα τύπον δῶμεν τῷ λόγῳ, καὶ ἄθροισμα ἢ πλήρωμα, τὰ κατὰ θεολογίαν ἔχωμεν. Τί δὲ ταῦτά ἐστιν ἢ περὶ τί ταῦτα, καθεξῆς ἀκούσωμεν· ὅτι τὸ ἄκτιστον, τὸ ἀσώματον, τὸ ἄχρονον, τὸ ἄναρχον, τὸ ἀΐδιον, τὸ ἀτελεύτητον, τὸ ἄπειρον, τὸ αἰώνιον, τὸ ἄγνωστον, τὸ ἀνερμήνευτον, τὸ ἀσχημάτιστον, τὸ ἀνεξιχνίαστον, τὸ Θεὸν θεῶν λέγεσθαι αὐτὸν, τὸ Κύριον
C κυρίων, τὸ Βασιλέα βασιλευόντων, τὸ παντοκράτορα, τὸ ποιητὴν, τὸ δημιουργὸν, τὸ φῶς, τὸ ζωὴν, τὸ ἅγιον, τὸ ἀγαθὸν, τὸ ἀθάνατον, τὸ ἰσχυρὸν, τὸ παντοδύναμον, καὶ ὅσα ἄλλα κατά τε ὑπεροχὴν καὶ αἰτιολογίαν, οὐχ ἕκαστον οὐσία λέγεται, ἀλλὰ περὶ τὴν οὐσίαν· ὡς ἐκ δύο (37) καὶ πλειόνων ἐπὶ ἓν ἔχοντα τὴν ἀναφορὰν κατὰ τὸ ἐπιμεριζόμενον ἐμάθομεν, ἃ καὶ ἄθροισμα καὶ πλήρωμα θεότητος λέγεται κατὰ τὴν Γραφήν· οὐ κατὰ μίαν ὑπόστασιν μόνου ἀνάγοντα, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην τῶν ἁγίων τριῶν ἐπίσης θεωρούμενα καὶ θεολογούμενα. Διὸ καὶ αὐτὸς ὁ μονογενὴς Θεός φησι· « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι· » καὶ πρὸς τὸν Πατέρα λέγων· « Τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμὰ, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. » Ἐν ἅπασι γὰρ οἷς δοξάζεται ὁ Πατὴρ θεολογούμενος, ἐν
D αὐτοῖς δοξάζεται καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ ἐντεῦθεν τέλειος Θεὸς ὁ Πατὴρ λέγεται, καὶ τέλειος Θεὸς ὁ Υἱὸς, καὶ τέλειος Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐπείπερ μηδὲν ἐλλείπει τοῦ περὶ τὴν θεότητα πληρώματος ἕκαστον· ἀλλ' ἰσίαν ἔχει πάντων τῶν ἰδιωμάτων, ὧν ἐπίσης καὶ τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος θεωρεῖται. Ἐκ παραγωγῆς γὰρ τοῦ ἴσου, ἰσία λέγεται θηλυκῇ ἐκφορᾷ ἡ τῆς ἰσότητος τῶν πολλῶν συστατικὴ περίληψις. Ὧν γὰρ (38) ἴση τίς ἐστιν οὐσία, διαφερόντων ἰδιωμάτων, ἰσία λέγεται, ὥσπερ καὶ ὁσία καὶ μία. Καὶ ἐπείπερ ἰσία λέγεται κατ' ἐτυμολογίαν, τροπῇ τοῦ ι

[39] Joan. xvi, 15. [40] Joan. xvii, 10.

(36) Anglic., θεωρεῖ.
15. Ecce jam a præsenti tempore et initio diei, quasi primitias encomii tibi archangelus contexuit clamando : « Ave, gratiâ plena, Dominus tecum [89]. » Beatam te dicunt omnes generationes. Ac primum omnes cœlestes angelorum hierarchiæ, et quæ super terram sunt, hierarchicas manus attollentes, te benedicunt quæ in cœlis es benedicta, et in terra beata prædicaris. « Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui [89]. » Ejusmodi te benedictionibus, prima hierarchia thronorum, cherubim, et seraphim, qui inflammati appellantur, dicunturque esse plenitudo cognitionis Dei et Regis, celebrat dicens : Benedicta tu in mulieribus, et benedictus venter tuus, qui Deum gestavit, et ubera, quæ infans ipse suxit. Secunda hierarchia dominationum, virtutum, et potestatum, ad te respiciens clamat, prout scilicet didicit a sublimiore et prius initiata hierarchia : Benedicta tu in mulieribus, et benedictus venter tuus, qui Deum continuit, et ubera quæ nutrierunt Deum infantem factum. Similia quoque, tertia principatuum, angelorum et archangelorum hierarchia, jussa a mittente Deo ut per unum archangelum Gabrielem, magnificentissimum, et multa complectentem hymnum concelebret, semper clamat : « Ave, gratia plena, Dominus tecum. » Ab iis edocti, nos qui terrenæ sumus hierarchiæ, exaltationes Dei in gutture ferentes, vel easdem mutuati voces, te exaltamus **343** magna et alta voce canentes : « Ave, gratia plena, Dominus tecum. » Intercede pro nobis Domina et hera, Regina et Mater Dei, quia ex nobis orta es tu, et qui ex te genitus carnem gestat Deus noster : quem decet gloria et magnificentia, omnisque honor, adoratio et gratiarum actio, cum Patre ejus initio carente, et sancto, bono vivificoque Spiritu nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A 15. Ἰδοὺ δὴ καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἀρχῆς ἡμέρας ὡς ἀπαρχὴν ἐγκωμίου, προσεπλέξατό σοι κατ' ἐπώνυμον ἐγκώμιον ὁ ἀρχάγγελος βοῶν· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. » Μακαρίζουσί σε πᾶσαι αἱ γενεαὶ, καὶ πρότερον αἱ κατ' οὐρανὸν πᾶσαι τῶν ἀγγέλων τετραρχίαι (53), καὶ τῶν ἐπὶ γῆς, ἱεραρχικὰς χεῖρας ἐπαίρουσαι, εὐλογοῦσί σε τὴν ἐν οὐρανοῖς εὐλογημένην, καὶ ἐπὶ γῆς μακαριζομένην. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. » Τοιαῦτα ἡ πρώτη τῶν θρόνων χερουβίμ τε καὶ σεραφὶμ ἱεραρχία ἐμπρηστῶν ἀνακαλουμένων, ἢ πλῆθος γνώσεως γενέσθαι τοῦ Θεοῦ καὶ βασιλέως, εὐλογοῦσαι λέγουσι· Μακαρία σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ μακαρία ἡ κοιλία σου Θεὸν βαστάσασα, καὶ μασθοὶ, οὓς αὐτὸς νηπιάσας ἐθήλασεν. Ἡ δευτέρα B ἱεραρχία τῶν κυριοτήτων καὶ δυνάμεων, καὶ ἐξουσιῶν πρὸς σὲ ἀναβλέπουσαι βοῶσιν, ὡς μαθοῦσαι παρὰ τῆς ὑψηλοτέρας αὐτῶν καὶ προτελουμένης ἱεραρχίας· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένη ἡ κοιλία σου, ἡ Θεὸν χωρήσασα, καὶ μασθοὶ οἳ ἐξέθρεψαν Θεὸν παιδίον γενόμενον. Τοιαῦτα καὶ ἡ τρίτη τῶν ἀρχῶν, ἀγγέλων τε καὶ ἀρχαγγέλων ἱεραρχία, κεκελευσμένη καὶ ἐπιτετραμμένη παρὰ τοῦ ἀποστείλαντος Θεοῦ, ὡς δι' ἑνὸς ἀρχαγγέλου τοῦ Γαβριὴλ ἐκβοᾷν (54) τὸν ἐκφαντορικώτατον καὶ περιληπτικώτατον ὕμνον, ἀεὶ ἀνακράζει· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. » Ἀπὸ τούτων καὶ οἱ κατὰ τὴν ἐπὶ γῆς ἱεραρχίαν τὰς ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι φέροντες, μαθόντες ἢ δανειζόμενοι τὰς φωνὰς, C ἀνυψοῦμεν μεγάλῃ καὶ διαπρυσίῳ τῇ φωνῇ λέγοντες· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. » Πρέσβευε, Κυρία, καὶ δέσποινα, βασίλισσά τε καὶ Μήτηρ Θεοῦ, ὑπὲρ ἡμῶν· ὅτι ἐξ ἡμῶν σύ τε καὶ ὁ ἐκ σοῦ τεχθεὶς σαρκοφόρος Θεὸς ἡμῶν· ᾧ πρέπει ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλοπρέπεια, πᾶσά τε τιμὴ καὶ προσκύνησις καὶ εὐχαριστία, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[89] Luc. I, 28.

(52) Anglic. τῇ Κυρίᾳ, τῇ βασιλίσσῃ, τῇ δεσποίνῃ, τῇ Μητρί. Basiliens. et Felc. 6, τῇ Κυρίᾳ, τῇ βασιλίσσῃ, τῇ Μητρί.

(53) F. ἱεραρχίαι.

(54) Anglic. βοᾷν simpliciter.

IN SERMONEM DE CENSU, SEU DESCRIPTIONE DEIPARÆ ADMONITIO.

Hunc Athanasii esse putavit Lucas Holstenius, qui ineptissimum illum Dialogum, Josephum inter et beatam Virginem, qui num. 6 legitur, interpolatoris alicujus audacia additum fuisse suspicatur, cujus opinioni suffragari forte videantur Lipomanus et Surius, qui hunc tractatum in Vitis sanctorum, omisso Dialogo edidere. Sed cum Dialogus ille in manuscriptis omnibus quæ inspicere licuit compareat, quorum quidam sunt DCC *circiter annorum, arbitramur ab ipso Surio et Lipomano, utpote ridiculum, resectum fuisse. Etiamsi porro hic Dialogus ascititius esset, multa alia superessent* νοθείας *signa. Primum enim multum abhorret hoc Opusculum ab Athanasii illa gravitate et styli* ἐνεργείᾳ. *2° Multa, pro Opusculi brevitate, insueta vocabula hic exstant, ut est illud* κυνογλωσσοῦντας, *illud item* μαζὸς ἀγιόριζος, γάλα ξενόῤῥυές, *et* φλεβοσυλία. *Item num. 7, postquam dictum fuit stabulum Bethlehemiticum typum gerere Ecclesiæ, paucis interjectis hæc leguntur :* Θρόνος ἡ Παρθένος, κρατῆρες οἱ μαζοὶ, ἀναβόλαιον ἡ ἐνανθρώπησις, ῥιπιστῆρες τὰ χερουβὶμ, δίσκος τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὁ Πατὴρ δισκοκάλυμμα. *Quæ nugatoria esse nemo non fateatur; quis enim ferat Spiritum disco, Patrem disci operculo conferri, ubi angeli sacerdotum, pastores diaconorum officio funguntur, ut ibidem dicitur. His de causis homiliam istam censemus Athanasio abjudicatam oportere. Præfationem porro Holstenii subjicimus.*

Præfatio HOLSTENII in septem homilias quæ non consequenter, sed juxta rerum et argumenti ordinem inferius positæ sunt. Sunt autem homiliæ hujusmodi :

I. *In descriptionem sive censum beatæ Virginis.*
II. In illud Matth. XXI, 2, *Ite in castellum, quod contra vos est.*
III. In illud Lucæ XIX, 36, *Eunte autem illo, substernebant vestimenta.*
IV. *In S. quintam feriam, et proditionem Judæ.*
V. *In S. Pascha, et in recens illuminatos, Sabbato in Albis.*
VI. *In cæcum a nativitate,* Joan. IX
VII. *In SS. Patres et prophetas, et venerandam Ecclesiam, psalmumque tricesimum quartum.*

LUCAS HOLSTENIUS LECTORI.

Cum divi Athanasii opera recudi a typographis audirem, rem me facturum existimavi et publico utilem, nec bonis doctisque ingratam, si cætera sanctissimi Patris ἀνέκδοτα conquirerem, et in lucem hac occasione producerem. Collegi ergo opera tumultuaria ex Christianissimi Regis bibliotheca, atque ex Cl. et R. P. Sirmondi, meisque schedis homilias septem Athanasii nomine prænotatas : neque enim Athanasii omnes esse credat, cui vel minimum in hisce studiis judicii, quique vel obiter tantum cætera ejus scripta inspexerit. Quocirca ne carbones thesauri loco venditare videar, indicandum paucis existimavi, unde singulas deprompserim ; tum meam de iis sententiam, nullo tamen veritatis aut κριτικωτέρων præjudicio, proferre volui. Primo ergo loco comparet *Homilia in descriptionem B. Virginis,* ante triennium a me Oxonii in celebri illa Bodleiana bibliotheca ex ill. equitis Henrici Savilii membranis transcripta. Reperi eamdem in quinque aut sex regiis codicibus, assumentis quibusdam auctiorem : cum quibus et R. P. Sirmondi exemplar Romæ descriptum consentit. Latine jampridem eam ediderunt Lipomanus et Surius in Vitis sanctorum, sed paraphrasi, ut solent, liberiori : in qua Dialogus ille, ne quid gravius dicam, plane intempestivus inter Josephum et beatam Virginem, nescio utrum Græci exemplaris fide, an illorum judicio, omissus est. Ego ut in manuscriptis codicibus reperi, ita bona fide repræsento, bona malis, et χρύσεα χαλκείοις permista. Neque solius Athanasii ea fortuna, ut ineptissimorum interpolatorum manus subiret, cum Chrysostomi, Procli, aliorumque homilias, similibus sequiorum sæculorum ineptiis fœdatas in iisdem regiis codicibus invenerim. Et fucum manifeste arguunt Lipomani et Oxoniensis academiæ exemplaria : cum ab illis penitus, ab hoc autem magnam partem assumenta illa absint. Comparatio speluncæ Bethlehemiticæ et Ecclesiæ prolixe a sancto Germano ἐν τῇ μυστικῇ θεωρίᾳ pertractatur : in ea tamen id proprium Athanasii est, quod Josephum ἐφημερευτὴν appellat, voce mihi hactenus nullibi lecta. *Vicarium* verti, cum commodius nihil occurreret. Alludit autem ad ἐφημερίας, sive vices sacerdotum Leviticorum, quarum et B. Lucas cap. I meminit. Quid φλεβοσυλίας vox sibi velit sub fine ejus **344** homiliæ, ingenue fateor me nescire : nec eruditissimi viri, quos ea super re consului, nodum illum expedire potuerunt. Versione ita, uti sententia exposcere videtur, utcunque expressi, nec longe me ab Athanasii mente aberrasse puto. *Sequentes duas homilias* ex unico Regio exemplari transcripsi : Athanasii eas esse sane crediderim, neque quidquam video, cur aliter judicem. Quartam illam in *S. magnam quintam feriam*, ex eodem Regio codice et R. P. Sirmondi exemplari repræsento. Habet ea characteres sive notas expressas styli Athanasiani a Photio observatas, τὸ ἀπέριττον καὶ τὸ δριμύ, ut et quinta illa *in S. Pascha,* meo judicio omnium optima et elegantissima, quam uni P. Sirmondo debemus, qui Romæ abs se descriptam perbenigne mecum communicavit. Sabbatum τῆς ἀπολυσίμου, quo ad recens baptizatos eam habitam inscriptio testatur, appellant Græci, quod Dominicam in Albis, sive, ut iidem vocant, Κυριακὴν τοῦ Ἀντιπάσχα præcedit, quod Paschalis festivitas, toto octiduo olim celebrata (διακαινήσιμον eam septimanam Græcorum rituales libri vocant, ob fidelium, ni fallor, per baptismatis sacramentum revocationem), eo die finiretur, cœtusque sacri solverentur, id enim λύειν sive ἀπολύειν iidem vocant, unde postremus solemnium festorum dies ἀπόλυσις quondam vocabatur, quod ex Basilio Seleuciensi aliisque jampridem V. Cl. et amicissimus Joannes Meursius in Glossario suo docuit. Eo autem Sabbato Christianæ militiæ tirones, magno Sabbato baptizatos, albas vestes deposuisse notius est, quam ut indicari debeat.

Rejeci tandem in finem *duas homilias,* quæ præter titulum nihil magni illius Athanasii habent : aut si unquam eum patrem agnoverunt, ita nunc interpolatæ sunt, ut Athanasius ipse, si eas legeret, earum auctoritatem defugeret, in quibus nec vola, quod aiunt, nec vestigium ingenii stylique illius agnoscitur. Prior tamen ista *in cæcum natum,* minus contaminata est a rhetorculis istis, qui ex optimis SS. Patrum homiliis dialogos pessimos nobis concinnarunt. Prodit ea ex Regio manuscripto, emendata tamen aliquot locis ex P. Sirmondi exemplari, cujus ope egregie aliquot loca restitui.

Postrema illa in *SS. Patres et patriarchas,* ineptissima est, et ipso rure inficetior. Reperi eam in

unico Regio codice, quo nihil me magis barbarum vidisse memini, adeo nulla orthographiæ aut constructionis ratio isthic servata, et tota vitiis scatebat, quorum maximam partem sustuli, ita ut legi intelligique jam queat. Potuisset sine scelere omitti, nisi doctissimi viri ejus auctoritate jampridem in crucis usu probando asserendoque fuissent usi. Quorum ego judicium vehementer hac in parte desidero. Nam quæ de imaginibus sub finem leguntur, Iconoclastarum tempora sapiunt, iisque impostor, quicunque demum is fuerit, veluti sorex suo judicio manifeste se prodit. Loca Scripturæ, quæ imaginum usui probando afferuntur, admodum ἀπροσδιόνυσα sunt : ludit enim in verbo γράφειν, quo Græci et scripturam et picturam promiscue significant. Quod de Zachariæ sanguine scribit, notas ejus et vestigia in saxis apparuisse, id et Tertulliani auctoritate confirmatur cap. 8 *Scorpiaci* : quamvis B. Hieronymus *in* XXIII *Matth.* ut pium commentum id elevet.

Hanc editionis nostræ rationem paucis exponendam putavi : et certa me spes tenet bonos et eruditos viros, si non operam, certe conatum et voluntatem nostram probaturos. Cætera quæ adhuc latent in Italiæ et Hispaniæ bibliothecis alii dabunt, præsertim *Commentarium perpetuum in Psalmos*, quod ego palmarium Athanasii opus existimo. Quæ in *S. Antonii Vita* ex manuscripto codice reverendissimi et clarissimi domini Caroli de Montchal, abbatis Sancti Amantii supplevi et emendavi, seorsim typographus dabit, aut Hœschelianis notis inseret; mihi enim nunc eorum copia non est, nec ita uti vellem recensere licet. Vale, et hoc qualicunque nostro labore fruere feliciter. Antissiodoro, CIↃIↃCXXVI. Postridie Idus Octobris.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΕΙΣ ΑΠΟΓΡΑΦΗΝ (55) *ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΙΑΣ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΙΩΣΗΦ, ΛΟΓΟΣ* (56).

S. P. N. ATHANASII

IN CENSUM SIVE DESCRIPTIONEM SANCTÆ MARIÆ, ET IN JOSEPHUM, SERMO.

---

1. Quemadmodum operarii auriferæ terræ metalla effodienda nacti, cum in venam incidunt, quæsiti auri ramenta exhibentem, illic operam ponunt suam, illic effodiunt, utpote via ibi ad lucrum commonstrata, non retro cedunt, nec ante sedem commutant, quam propositæ rei latibulum deprehendant; eadem prorsus ratione nos ecclesiastici operis distributores, Lucam evangelistam præ manibus habentes, ut Dominicum virginei partus thesaurum contemplemur, non ante finem perquirendi faciamus, quam propositas diligenter colligamus divitias. Quamobrem ordine evangelistæ vestigia indagabimus, ne quidpiam lucro faciendo idoneum omittamus. Etiamsi enim verba principio exigua videantur, at magna gratiæ mysteria. Nemo sermonem fastidiat, quasi parvi momenti lectionem audierit. Nam si spectetur nati Domini potestas, exigua et perquam **345** exigua sunt quæ modo lecta sunt, panni scilicet, præsepe, incommodus locus. Et hæc quidem exigua sunt, quæ autem in hisce proponuntur mystica sunt, nempe uterus inenarrabilis, sinus incomprehensibilis, ubera sancte radicata,

A 1. Ὥσπερ οἱ τὴν χρυσῖτιν γῆν μεταλλεύειν λαχόντες ἐργάται, ἐπὰν εὕρωσι φλέβα ψήγματα τοῦ ζητουμένου προβάλλουσαν, ἐκεῖ σχολάζουσιν, ἐκεῖ παρορύττουσιν, ὡς ὁδηγῷ τοῦ κέρδους· καὶ οὐ κατόπιν ὁδεύουσι, μὴ πρότερον τὸν τόπον ἀμείβοντες, ἕως οὗ τὸν φωλεὸν τοῦ προκειμένου καταλάβωσι· τὸν αὐτὸν τρόπον (57) καὶ ἡμεῖς οἱ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐργασίας ἐργοδόται, τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν μετὰ χεῖρας ἔχοντες, πρὸς κατανόησιν τοῦ δεσποτικοῦ τῆς ἐκ Παρθένου ἀποκυήσεως θησαυροῦ, οὐ πρότερον τῆς ἐρεύνης παυσώμεθα, ἕως οὗ τὸν προκείμενον πλοῦτον γνησίως ἀναλεξώμεθα. Διὰ τοῦτο καὶ κατὰ τάξιν τὸν εὐαγγελιστὴν ἀνιχνεύσομεν (58), ἵνα μηδὲν τῶν ἐπικερδῶν καταλείπωμεν. Εἰ γὰρ καὶ μικρὰ ἐν προοιμίοις τὰ ῥήματα, ἀλλ' ὅμως μεγάλα τῆς χάριτος
B τὰ μυσταγωγήματα. Καὶ μηδεὶς ἀκηδιάσῃ τῷ λόγῳ, μικρὰ τὰ παραναγνωσθέντα τῇ ἀκοῇ δεξάμενος (59). Ὡς γὰρ πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ γεννηθέντος Δεσπότου μικρὰ καὶ σφόδρα μικρὰ τὰ παραναγνωσθέντα, σπάργανα, καὶ φάτνη, καὶ τόπος ἀνεπιτήδειος. Καὶ ταῦτα μὲν μικρά, τὰ δὲ προκείμενα μυστικά· γαστὴρ ἀνερμήνευτος, κόλπος ἀκατάληπτος (60), μαζὸς ἁγιόρι-

(55) Colbert. 1, τῆς ὑπεραγίας γεννήσεως τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.
(56) Ex mss. Reg. Oxon. R. P. Sirmondi, et Colbert.
(57) Colb. 1, post τρόπον, habet δή. Ibidem quidam mss. ὡς τῆς ἐκκ.
(58) Colb. 1, 2, ἀνιχνεύσαμεν.
(59) Colb. 1, 2, προσδεξάμενος. Ibidem edit. Ὡς γὰρ τὸ πρός, sed τό deest in Colb. 1, 2.
(60) Col. 1, τόκος ἀκατ. Mox Colbert. 1, μαζὸς ἄριζος. Colb. 2, ἄῤῥιζος.

ζος, γάλα ξενοῤῥυὲς, θήλη τῆς φυσικῆς νομῆς ἀλλοτρία, ἡ Μήτηρ τοῦ Κυρίου ἐναπόγραφος (61) γενομένη, ὁ μνηστὴρ Ἰωσὴφ ὀνόματος, καὶ οὐ πράγματος κοινωνίαν ἀσπαζόμενος.

2. Ἤκουες ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος· « Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο, ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. Καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν. Ἐπορεύθη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἐκ πόλεως Ναζαρὲθ, εἰς τὴν Ἰουδαίαν (62), εἰς πόλιν Δαβὶδ, ἥτις καλεῖται Βηθλεὲμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ, ἀπογράφεσθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ, οὔσῃ ἐγκύῳ. » Εἶδες πῶς μικρὰ τὰ ῥήματα, καὶ μεγάλα τὰ μυσταγωγήματα; Ὁ Κύριος ἐκυοφορεῖτο, καὶ πρώτη ἀπογραφὴ ἐνομοθετεῖτο ὁ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐναπόγραφον ἔχων, καὶ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς φήσας· « Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς (63). » Ἐν τοῖς μικροῖς Ῥωμαϊκοῖς κώδιξι τὴν ἑαυτοῦ μητέρα ἐναπόγραφον γενέσθαι συνεχώρει. Τίς μὴ λαλήσῃ; Τίς μὴ θαυμάσῃ τὴν τοῦ Κυρίου συγκατάβασιν; Ἄνω ἐλεύθερος, καὶ κάτω ἐναπόγραφος· ἄνω Υἱὸς, καὶ κάτω δοῦλος· ἄνω βασιλεὺς, καὶ κάτω μισθωτός· ἄνω πλούσιος, καὶ κάτω ἐνδεής· ἄνω προσκυνούμενος, καὶ κάτω φορολογούμενος· ἄνω θεϊκὸς θρόνος, καὶ κάτω ἀγροικικὸν σπήλαιον· ἄνω ὁ πατρῷος καὶ ἀκατάληπτος κόλπος, καὶ κάτω ἀλογοτροφεῖον μικρὸν, καὶ φάτνιον (64). Τίς μὴ θαυμάσῃ μεγάλα ἄνω πράγματα, καὶ μικρὰ κάτω σπάργανα; Ὁ λύων ἐδέδετο· ὁ τρέφων ἐτρέφετο· ὁ ἀκατάληπτος παιδίον ἐφαίνετο· ὁ πηγὰς ἀπολύων (65) μαζὸν ἐδανείζετο· ὁ πάντα φέρων, ἀνερμηνεύτως ἐφέρετο· ὁ μηδαμοῦ ἀπολιμπανόμενος ἐν μέρει ἀπεριγράπτως περιγραφόμενος. Ὢ τῶν παραδόξων πραγμάτων! Ἡ Ἐλισάβετ ἐν οἰκίσκῳ φαιδρῷ ἀπεκύησε, καὶ ἡ Παρθένος ἐν τῷ μικρῷ σπηλαίῳ ἐγέννησεν· Ἰωάννης ἐπὶ κλίνης, καὶ ὁ Κύριος ἐν φάτνῃ. Οὐχ ἁπλῶς ἡ τοῦ Κυρίου ἐκ Παρθένου γέννησις· οὐχ ἁπλῶς τὸ τοῖς σπαργάνοις αὐτὸν κατειληθῆναι· οὐχ ἁπλῶς τὸ μαζὸν ἑλκῦσαι· οὐχ ἁπλῶς τὸ ἐν φάτνῃ ἀνακλιθῆναι (66)· οὐχ ἁπλῶς τὸ τῇ τοῦ Αὐγούστου ἀπογραφῇ προσκληθῆναι· πάντα διά τι, καὶ πρός τι, καὶ αἰνιγματώδη. Ἐκ Παρθένου τίκτεται, ἵνα τὸν ἐκ Παρθένου γῆς χοοπλαστηθέντα πρωτόπλαστον Ἀδὰμ διορθώσηται. Σπαργάνοις κατείληται, ἵνα τὰς σειρὰς τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐκλύσῃ, δεσμὰ δεσμοῖς λύων, κατὰ τὸ φάσκον ῥητόν· « Σειραῖς γὰρ τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται. » Μαζὸν εἵλκυσεν, ἵνα τὸ γάλα τῆς χάριτος βρύσῃ, ὅπερ ἐκ τῆς οἰκείας πλευρᾶς ἀνέβλυσε (67)· γάλα γὰρ

A lac insolito fluens modo, mamilla a naturali ordine aliena, Mater Domini censu descripta, Joseph sponsus nomine, nec re consortio fruitur.

2. Audisti modo Lucam evangelistam dicentem : « In diebus illis : exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Hæc descriptio prima facta est sub præside Syriæ Cyrenio. Et ibant omnes ut profiterentur, singuli in suam civitatem. Profectus est autem et Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam, in civitatem David quæ vocatur Bethleem, eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante [60]. » Viden', quam exigua verba, quam magna mysteria? Dominus in utero B gestatur, et prima descriptio edicitur. Qui universam creaturam descriptam habet, quique discipulis suis, ait : « Gaudete et exsultate, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis [61], » in parvis Latinis codicibus Matrem suam describi concessit. Quis non loquatur? Quis non miretur humilem Domini attemperationem? Sursum liber, deorsum censu descriptus : sursum Filius, deorsum servus : sursum rex, deorsum mercenarius : sursum dives, deorsum egenus : sursum adoratur, deorsum tributum solvit : sursum divinus thronus, deorsum spelunca rustica : sursum paternus et incomprehensibilis sinus, deorsum stabulum parvum et præsepe. Quis non mirabitur magnas sursum res, et viles deorsum pannos? Qui solvit, ligatur : qui nutrit, C enutritur : incomprehensibilis, puer apparet : qui fontes scaturire facit, ubera mutuatur : qui omnia gestat, inexplicabili modo gestatur : qui nusquam non est, in certo loco incircumscripte circumscribitur. O res stupendas! Elisabet in concinna ædicula parit, et Virgo in parva gignit spelunca : Joannes in lecto, Dominus in præsepio. Non sine causa Dominus ex Virgine natus : non sine causa pannis involutus est : nec sine causa mamillam suxit : non sine causa in præsepio reclinatus est : nec sine causa Augusti descriptione accitus est; omnia ex certa causa et ratione, etsi occulta, peracta sunt. Ex Virgine nascitur, ut primum hominem Adam ex limo virginis terræ formatum reformet. Pannis in- D volvitur, ut peccatorum nostrorum nexus solvat, vincula vinculis solvens, juxta dictum illud : « Unusquisque enim vinculis peccatorum suorum constringitur [62]. » Mamillam suxit, ut gratiæ lac, quod ex latere ejus effluxit, scaturiret : nihil enim aliud lac est, nisi sanguis albescens : in præsepio reclinatus est, ut humanum genus brutorum more

[60] Luc. II, 1-5. [61] Luc. X, 20. [62] Prov. V, 22

(61) Colb. 1, ἐν ἀπογραφαῖς.

(62) Hæc, εἰς τὴν Ἰουδαίαν, desunt in Colbertino 1 et 2. Infra iidem, ἀπογράψασθαι.

(63) Sic mss. Editi vero, ἐν τῷ οὐρανῷ, τοῖς μακροῖς.

(64) Colb. 1, 2, τῶν ἀλόγων ἡ φάτνη τούτῳ ἀνάπαυσις. Τίς μὴ θαυμάσει, τίς μὴ ἐκπλαγείη ὅτι ἄνω.

(65) Colb. 1, 2, πηγὰς βρύων. Infra Colb. 2, ἀπερίγραπτος.

(66) Colb. 1, 2, ἀνατεθῆναι. Infra Colb. 1, αἰνιγματωδῶς.

(67) Ita manuscripti. Editi vero, ἀνέβρυσεν.

desipiens corrigeret, duorumque animalium esca fieret: quorum duorum animalium? Ethnici, Judaicique populi, de quibus scriptum est: « In medio duorum animalium cognosceris [63]. » Descriptionem sub Augusto Cæsare admisit, ut inconditum orbis statum componeret. Ipsa quippe descriptio, probi in orbe futuri ordinis pignus fuit.

A οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ αἷμα λευκανθέν. Ἐν φάτνῃ ἀνεκλίθη, ἵνα τὴν ἀλογίαν τῆς ἀνθρωπότητος διορθώσηται, καὶ τῶν δύο ζώων τροφὴ γένηται· ποίων δύο ζώων; τοῦ ἐθνικοῦ καὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ λαοῦ περὶ ὧν γέγραπται· « Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ. » Τὴν ἐπὶ Αὐγούστου Καίσαρος ἀπογραφὴν κατεδέξατο, ἵνα τὴν οἰκουμενικὴν ἀταξίαν διορθώσηται. Αὕτη γὰρ ἡ ἀπογραφὴ τῆς οἰκουμενικῆς εὐταξίας ἀῤῥαβὼν γεγένηται.

3. Et quod vera hæc sint, paucis percipe. Antequam Dominus homo fieret, hominum genus magna tyrannis occupabat, nulla ratione terra gubernabatur, regia dignitas ludibrio erat, apud homines multos ingens regum turba exoriebatur: si cui erant centum circiter homines subditi, regium is sibi habitum continuo usurpabat. Talis erat hominum **346** pugna: cum certorum locorum principatus ambirent, nec ex loco transirent in alium; nisi quandoque sibi mutuo bellum inferrent. Cum diutius ejusmodi confusio perseveraret, ubi primum Dominus in terra virgineum occupavit palatium, permultos illos abstulit principatus, ac monarchiam instituit, ubi Romanorum imperium omnes obtinere decrevit, ad cœlestis scilicet imperii normam. Quemadmodum enim unum in cœlo Dei regnum obtinet, omnesque angeli voluntati ejus subjiciuntur; dæmonibus barbarorum more imperium detrectantibus eadem ratione et in terra, licet permultæ sint indomitæ gentes, unum tamen Romanorum imperium obtinet. Probi igitur hujusce ordinis constituendi causa, primam sub Augusto descriptionem rex in utero gestatus edici mandavit: unde et se ipse in Romani imperii censu describi permisit ad confirmationem statutarum legum. Tum enim regis lex obtinet, cum prior ipse quam tulit legem implet. Nam qui legem ponit, nec implet, is legis abrogator est potius quam legislator. Boni igitur hujusmodi ordinis ponendi causa, prima sub Augusto descriptio facta est, ut et legis cultus auferretur, et Judæorum natio cohiberetur, ut ne perversis Judæis, si suo jure viverent, liceret innoxios occidere, sed necessitatis jugo legibus parerent.

3. Καὶ ὅτι ἀληθῆ τὰ λεγόμενα, διὰ βραχέων ἄκουε. Πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως πολλὴ τυραννὶς (68) τὸ τῶν ἀνθρώπων κατεῖχε γένος· ἀλόγως τὸ τῆς γῆς ἐκυβερνᾶτο χωρίον· ἐνέπαιζον εἰς τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα· πολλῶν τῶν ἀνθρώπων πλῆθος βασιλέων ἐφυτουργεῖτο· ἑκατόν πού τις ἄνδρας ἔχων ὑφ' ἑαυτὸν, εὐθέως τὸ τῆς βασιλείας B ἐσφετερίζετο σχῆμα. Τοιαύτη τῶν ἐθνῶν ἡ ἅμιλλα· τοπαρχίας ἀγαπῶντες, καὶ τόπον ἐκ τόπου μὴ διαβαίνοντες, εἰ μὴ τρόπον τινὰ κατ' ἀλλήλων ὡπλίσαντο. Ταύτης τῆς συγχύσεως χρονοτριβουμένης, μόνον ὁ Κύριος κατεδέξατο ἐπὶ γῆς τὸ παρθενικὸν οἰκῆσαι παλάτιον, εὐθέως τὴν μὲν πολυαρχίαν καύει, τὴν δὲ μοναρχίαν φυτουργεῖ, τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν πάντων ἡγεμονεύειν κληρώσας, κατὰ μίμησιν τῆς ἐπουρανίου διατριβῆς. Ὥσπερ γὰρ ἐν οὐρανῷ μία ἡ τοῦ Θεοῦ βασιλεία κρατεῖ, καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι τῷ θελήματι αὐτοῦ ὑποτάσσονται, τῶν δαιμόνων δίκην (69) βαρβάρων ἀφηνιασάντων· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ καὶ πολλὰ τὰ ἀνυπότακτα ἔθνη, ἀλλ' ὅμως μία ἡ τῶν Ῥωμαίων βασιλεία κρατεῖ. Διὰ ταύτην οὖν τὴν εὐταξίαν τὴν πρώτην ἀπογραφὴν ὁ C κυοφορούμενος βασιλεὺς προσέταξεν ἐπὶ Αὐγούστου συγκροτηθῆναι· ὅθεν καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἐναπόγραφον γενέσθαι τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ παρεχώρησε πρὸς βεβαίωσιν τῶν θεσπιζομένων νόμων. Τότε γὰρ βασιλέως νόμος κρατεῖ, ὅτε ὁ νομοθετῶν βασιλεὺς πρῶτος πληρώσῃ τὸν νόμον. Ὁ γὰρ (70) νομοθετῶν καὶ μὴ πληρῶν καθαιρέτης ἐστὶν, ἢ (71) νομοδότης. Διὰ τὴν προλεχθεῖσαν οὖν εὐταξίαν, ἡ ἐπὶ Αὐγούστου ἀπογραφὴ πρώτη γέγονεν, ὅπως καὶ ἡ τοῦ νόμου λατρεία μετενεχθῇ, καὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων φῦλον καταργηθῇ (72) πρὸς τὸ μὴ ἐξεῖναι λοιπὸν τοῖς ἀτάκτοις Ἰουδαίοις αὐτονομίᾳ χρωμένοις φονεύειν τοὺς ἀνευθύνους, ἕπεσθαι δὲ τοῖς νόμοις τῷ τῆς ἀνάγκης ζυγῷ (73).

4. Necessaria itaque fuit supradicta sub Augusto descriptio. Ipsa quippe descriptio, Judæorum populum depressit, Christianorum contra genus exaltavit, Judæis, Romani metu imperii, non audentibus priore suo uti furore. Quapropter post eam descriptionem, cum Dominum comprehendissent et morti tradere festinarent, non ausi sunt arbitratu suo agere, sicut olim cum prophetis, quos cæco impetu

D 4. Ἀναγκαία τοίνυν ἡ προλεχθεῖσα ἐπὶ Αὐγούστου ἀπογραφή· αὕτη ἡ ἀπογραφὴ τὸ μὲν τῶν Ἰουδαίων ἐταπείνωσε φῦλον, τὸ δὲ τῶν Χριστιανῶν ὑπερύψωσε γένος· μηκέτι τολμώντων Ἰουδαίων (74) δέει τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς τῇ προτέρᾳ κεχρῆσθαι μανίᾳ. Διὸ καὶ μετὰ τὴν ἀπογραφὴν ταύτην, τὸν Κύριον κρατήσαντες, καὶ θανάτῳ παραδοῦναι σπεύδοντες, οὐκ ἐτόλμησαν κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς διαπράξασθαι,

[63] Habac. III, 2.

(68) Ita Colb. 1, 2. Editi vero, τυραννία.

(69) Ita Colb. 1, 2. Editi vero, μία πλειόνων βασιλεία κρατεῖ, τῶν δαιμόνων δίκην, etc. Mox mss. ἀφανισθέντων, pro ἀφηνιασάντων. Infra editi, βασιλεία κρατεῖ, ἐπειδὴ ἄνωθεν ἐκρατεῖτο, διὰ ταυτόν. Editi vero ut in textu.

(70) Colb. 1, 2, Τότε δὲ βασιλέως νόμος κρατεῖ τε, ὅτε πρῶτος αὐτὸς τοῦτον πληροῖ. Ο γάρ.

(71) Adde μᾶλλον, aut lege οὐ pro ἢ.

(72) Colb. 1, 2, καταρτισθῇ.

(73) Colb. 1, 2, τῇ τῆς ἀνάγκης ζωῇ.

(74) Colb. 1, 2, τολμώντων παίδων Ἰουδ. Editi, ut in textu.

καθ' ὁμοιότητα τῶν προφητῶν, οὓς ἀδιακρισίᾳ (75) διεσπάραξαν· ἀλλὰ τῷ Πιλάτῳ προσήνεγκαν, ἄρχοντι Ῥωμαίων, ἐντυχίαν εἰσπραξαμένῳ, δίκας ἀπαιτούμενοι τῶν λεγομένων, συγκατάθεσιν μεθοδευόμενοι. Διὸ καὶ ὁ Πιλᾶτος, ὁ Ῥωμαίων ἄρχων, ὡς εἶδε τοὺς Ἰουδαίους κυνογλωσσοῦντας κατὰ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναιρέσεως (76), καὶ εἰδὼς, ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτὸν, ἐπηρώτα τοὺς Ἰουδαίους, φάσκων· Καθὼς ἴστε πάντες σαφῶς, οὐδὲν ἄξιον θανάτου εὑρίσκω ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ, ὦ Ἰουδαῖοι. Τί τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν μολύνειν σπεύδετε, ἀκρασίᾳ κρατοῦντες τὸν δίκαιον, καὶ τὸν ἀνεύθυνον ὑπεύθυνον εἶναι θέλοντες; Οὐδὲν ἄξιον θανάτου εὑρίσκω ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ. Μᾶλλον οὖν ὁ Βαραββᾶς (77) φονευθῇ, ὁ δὲ Χριστὸς ἀπολυθῇ· ὅτι ἐκεῖνος μὲν φονευτὴς καὶ στασιώδης, οὗτος δὲ εὐεργέτης καὶ ζωοδότης· ἐπειδὴ καὶ ταύτην κατ' αὐτοῦ τὴν κατηγορίαν ἠσπάσασθε. Καὶ οὕτως δὲ Ἰουδαίων μὴ συντιθεμένων, ἀλλ' ἐχθρὸν τοῦ Καίσαρος τὸν Πιλᾶτον φημιζόντων, οἵτινες κατὰ πρόσωπον ἔλεγον τῷ Πιλάτῳ, συνηγοροῦντι τῷ Χριστῷ· « Οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος, » ἐπειδὴ τὸν λέγοντα ἑαυτὸν βασιλέα ζωοποιεῖσθαι θέλεις. Καὶ οὕτως (78) ὁ Πιλᾶτος οὐ συνεχώρησε τοῖς Ἰουδαίοις τῇ οἰκείᾳ γνώμῃ πᾶν ὁτιοῦν διαπράξασθαι. Εἰ γὰρ ἂν συνεχώρησε τοῖς Ἰουδαίοις, οἱ Ἰουδαῖοι λίθοις τὸν Κύριον ἐθανάτωσαν, ἢ ξυλίνῳ πρίονι κατέπρισαν. Τούτου δὲ πραττομένου, ἡμεῖς τὸν σταυρὸν ἐζημιούμεθα· ἐπειδὴ Ῥωμαίων κριτήριον τὸ τοῦ σταυροῦ ξύλον. Διὸ καὶ ὁ Πιλᾶτος ἐπηρώτα τοὺς Ἰουδαίους· « Τί θέλετε ποιήσω Ἰησοῦν, τὸν λεγόμενον Χριστόν (79); » Οἱ δὲ, τῇ Ῥωμαίων παιδείᾳ θαῤῥοῦντες, ἐβόησαν· « Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν· » καὶ εὐθέως ὁ Πιλᾶτος συνένευσεν· ἄνωθεν γὰρ ἐκέκτητο τὸ νεῦμα.

A dilaniarunt; sed Pilato coram steterunt tum Romanorum præsidi, exacturo ut coram se accusaretur; idque ut pro dictis ejus pœnas exposcerent, et artificio consensum ejus obtinerent. Quamobrem Pilatus, utpote Romanorum præses, ut Judæos vidit canina lingua Domini necem postulantes, gnarus eos præ invidia tradidisse illum, interrogabat Judæos hisce verbis: Ut probe nostis omnes, nihil morte dignum invenio in hoc homine, o Judæi. Quid Romanorum imperium polluere conamini, petulanter justum capientes, et insontem sontem esse volentes? Nihil morte dignum invenio in hoc homine. Barabbas ergo occidatur, Christus autem dimittatur: quia ille quidem homicida et seditiosus, hic vero beneficus et vitæ largitor, quandoquidem hanc
B adversus illum accusationem adornastis. Verum cum ne hac quidem ratione assentirentur Judæi, sed Cæsaris inimicum Pilatum proclamarent; Pilatoque Christi patrocinium suscipienti in faciem dicerent: « Non es amicus Cæsaris [64], » siquidem velis eum vivere qui se regem dicit. At ne ita quidem Judæis concessit Pilatus, ut quidvis proprio agerent arbitrio. Si namque concessisset illis, Judæi Dominum lapidibus interemissent, aut serra lignea dissecuissent. Quod si factum fuisset, nos crucis jacturam fecissemus. Nam apud Romanos supplicium, crucis erat lignum. Quamobrem interrogabat Judæos Pilatus: « Quid vultis faciam de Jesu, qui dicitur Christus [65]? » At illi Romanorum instituto confisi, clamarunt: « Tolle, tolle,
C crucifige eum [66], » et confestim Pilatus annuit: desuper enim nutum hunc acceperat.

5. Διὰ ταύτην οὖν τὴν εὐταξίαν ἡ ἐπὶ Αὐγούστου Καίσαρος πρώτη ἀπογραφὴ ἐνομοθετεῖτο· εἰ μὴ γὰρ προενομοθετήθη ἡ ἀπογραφὴ αὕτη, οὐκ ἂν τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα τελείᾳ ταφῇ παρεδόθη· ἔμελλον γὰρ παῖδες Ἰουδαίων τῇ ὑπερβαλλούσῃ μανίᾳ ἢ πυρὶ παραδοῦναι τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, ἢ θαλάσσῃ καταποντίζειν. Εἰ γὰρ τὸν φίλον Ἱερεμίαν εἰς λάκκον βορβόρου κατήγαγον (80)· τί ἔμελλον εἰς τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα διαπράττεσθαι, εἰ μὴ τὸν Ῥωμαϊκὸν νόμον εἶχον κολαφίζοντα; Διὸ καὶ τῶν Ἰουδαίων μὴ συγχωρουμένων παρὰ τοῦ Πιλάτου δέξασθαι τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, φίλος ὢν τοῦ Πιλάτου, προσελθὼν ᾐτήσατο παρ' αὐτοῦ τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, ἀσύγκριτόν τι (81) προσενέγκας. Ἀναγκαία τοίνυν ἡ ἀπογραφὴ ἡ ἐπὶ Αὐγούστου Καίσαρος· εἰ

347 5. Ob eum igitur probum ordinem prima sub Augusto Cæsare descriptio edicta fuit: nisi enim edicta fuisset, nequaquam Domini corpus perfectæ sepulturæ traditum fuisset; futurum enim erat ut Judæi, præ nimio furore, corpus Domini aut in ignem conjicerent, aut in mare demergerent. Si enim amicum sibi Jeremiam in lacum cœni demiserunt, quid facturi erant in Domini corpus, nisi se cohibentem reperissent Romanorum legem? Quare cum Judæis minime concederetur a Pilato ut corpus Domini acciperent, Joseph ab Arimathæa, ami-
D cus Pilati, adiens illum, petiit ab eo corpus Domini, allato pro ea re ingenti pretio. Necessaria itaque fuit descriptio sub Augusto Cæsare facta: tametsi enim, uti modo audisti, sponsus Virginis

[64] Joan. XIX, 12. [65] Matth. XXVII, 22. [66] Joan. XIX, 15.

(75) Colb. 1, 2, ἀδιακρίτως. Mox iidem, Ῥωμαίων ψευδοκατηγορίας πλασάμενοι, καὶ ἀπαιτούμενοι τῶν λεγομένων τὴν ἀπόδειξιν. Διὸ καὶ ὁ Πιλ. Mox iidem, κυνῶν δίκην ὑλακτοῦντας, alii κοινογλωσσοῦντας.

(76) Sic mss. Editi vero, ἀναιρέσεως, omissis multis. Mox, πάντες deerat in editis, habeturque in Colb. 1, 2.

(77) Sic mss. Editi, ἢ ὅλως ὁ Βαρ.

(78) Colb. 1, 2, ζωοποιεῖν θέλεις. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως.

(79) Sic Colb. 1, 2. Editi vero, ὃν λέγετε Χριστόν. Infra Colb. 2, συγκατένευσεν. Ibid. Colb. 1, 2, ἄνωθεν γὰρ ἦν τὸ πνεῦμα τοιούτως γενέσθαι. Διὰ ταύτην τοίνυν.

(80) Quidam mss. κατήγγισαν. Infra mss. ut in textu. Editi vero, τῶν Ἰουδαίων μηδενὶ συγχωρούντων. . . οὗτος προσελθὼν ᾐτήσατο παρὰ τοῦ Πιλάτου.

(81) Colb. 1, 2, ἀσύγκριτον τιμήν. Editi, ἀσύγκριτόν τι.

mœrore affectus est, attamen mundus universus præstantioris ordinis initium accepit. Quid illud est, Sponsus Virginis mœrore affectus est? paucis ausculta. Cum Joseph Virginis sponsus, ut modo audisti, propter Augusti censum in Bethleem concessit cum Maria desponsata sibi uxore prægnante, ignorabat Joseph mysterium in Virgine abditum, necdum angeli oraculum acceperat: at Virgo, tum ex verbis, tum ex uteri tumore, certo sciebat quid gestum esset; quanto enim magis uterus intumescebat, tanto securiorem Virgo vitam degebat, una virginitatem servans intemeratam, fetumque gestans citra vel minimam molestiam; nec tantum illo gravata, quantum levata.

6. Horum causa anxius Joseph, cum videret eam uterum gestare, ignoraretque intus reconditum thesaurum, mœrore affectus, Virginem in via objurgavit hisce verbis: Quid tibi videtur, o Maria? Nonne tu es quæ ut verecunda Virgo in templi septo es educata? Nonne tu es, o Maria, quæ viri aspectum non sustinebas? Nonne tu es, o Maria, quæ contra propositum tuum me in sponsum admisisti? Nonne tu es, o Maria, quæ virginitatis rosam immarcessibilem servare peroptabas? Nonne tu es, o Maria, quæ Susannam diligebas, Ægyptiam oderas? Nonne tu es, o Maria, quæ vi stupratam Thamar sæpe legebas [67], et impudicum Amnonem exsecrabare? Quorsum abiit ille continentiæ tuæ thalamus? Quorsum ille castitatis immaculatus thorus? Quorsum verecundus ille vultus? Ego pudore afficior, tu confidenter agis? Quia peccatum sileo tuum, tu propius accedere festinas? Non vides alvi tuæ tumorem? Intus infans palpitat, et tu quasi nihil experta hilaris es? Abi, Maria, remigra in domum tuam: quære pudicitiæ tuæ furem, cum illo describare. Ego contumeliam illam non admitto, nullam ad pœnam deprecandam invenies excusationem. Tum Virgo ad Josephum: Quid indignaris, mi sponse? Quid me ut impudicam damnas? Quid contumeliosis oculis uteri mei tumorem conspicis? Quid me ad erubescendum cogis? Gloria sum mulierum, a priore illas turpitudine emergere feci: Evam revocavi: igneum transtuli gladium, et tu me jubes occultari? Nemo pœnas a me reposcere poterit, quæ communem omnium gesto Dominum. Si de me ipsa testimonium feram, inanis gloriæ cupida deprehendar. Paululum exspecta, Joseph, tibique pastores vera persuadebunt, te magi certiorem facient: stella pudore afficiet: angeli ad compunctionem excitabunt. Jam dubitas, paulo post gloriam dabis, ubi cœlestem exercitum audies cum concentu clamantem: « Gloria in excelsis Deo, et

[67] Genes. XXXVIII.

A γὰρ καὶ ὁ μνηστὴρ τῆς Παρθένου, καθὼς ἀρτίως ἤκουες, ἐστύγνασεν, ἀλλ' ὅμως ὁ σύμπας κόσμος ἀρχὴν εὐταξίας ἐδέξατο. Τί ἐστιν, Ὁ μνηστὴρ τῆς Παρθένου ἐστύγνασεν, ἄκουε διὰ βραχέων. Ἡνίκα Ἰωσὴφ ὁ μνηστὴρ τῆς Παρθένου, καθὼς ἀρτίως ἤκουες, διὰ τὴν ἀπογραφὴν τοῦ Αὐγούστου τὴν Βηθλεὲμ κατελάμβανε σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ, οὔσῃ ἐγκύῳ, ἠγνόει ὁ Ἰωσὴφ τὸ ἐν τῇ (82) Παρθένῳ μυσταγωγούμενον· οὐχ ἦν οὐδέπω χρησμὸν ἀγγέλου δεξάμενος. Ἡ δὲ Παρθένος τὸ ἀσφαλὲς ἐκέκτητο, καὶ τῷ λόγῳ καὶ τῷ ὄγκῳ· ὅσον γὰρ τῆς γαστρὸς ἡ αὔξησις ἐγίνετο, τοσοῦτον ἡ Παρθένος ἀμεριμνότερον βίον διέτριβεν· ὁμοῦ καὶ τὴν παρθενίαν ἀμόλυντον φυλάττουσα, καὶ τὸν τόκον ἄσκυλτον ἄγουσα, οὐ τοσοῦτον κοπουμένη, ὅσον κουφιζομένη.

B 6. Πρὸς τούτοις ἀγωνιῶν (83) ὁ Ἰωσὴφ, ὡς εἶδεν αὐτὴν κατὰ γαστρὸς ἔχουσαν, τὸν ἔνδοθεν θησαυρὸν ἀγνοῶν, στυγνάσας, κατὰ τὴν ὁδὸν ἀντέβαλλε πρὸς τὴν Παρθένον, λέγων· Τί σοι τὸ δόξαν, Μαρία; Οὐ σὺ εἶ ἡ ὡς αἰδέσιμος Παρθένος ἐν τοῖς ἱεροῖς περιβόλοις ἀνατραφεῖσα; Οὐ σὺ εἶ Μαριὰμ, ἡ πρόσωπον ἀνδρὸς θεωρῆσαι μὴ καταδεχομένη; Οὐ σὺ εἶ Μαριὰμ, ἡ παρὰ πρόθεσιν κατεγγυηθῆναί μοι πεισθεῖσα (84); Οὐ σὺ εἶ Μαριὰμ, ἡ τὸ τῆς παρθενίας ῥόδον ἀμάραντον φυλάξαι προσευξαμένη; Οὐ σὺ εἶ Μαριὰμ, ἡ τὴν Σωσάνναν ἀγαπήσασα, καὶ τὴν Αἰγυπτίαν μισήσασα; Οὐ σὺ εἶ Μαριὰμ, ἡ τὴν βιασθεῖσαν Θάμαρ ἀναλεγομένη, καὶ τὸν ἄτακτον Ἀμνὼν βδελυττομένη; Ποῦ σου τῆς σωφροσύνης ὁ θάλαμος; C Ποῦ σου τῆς ἁγνείας ἡ ἄσπιλος παστάς; Ποῦ σου τὸ αἰδεστικὸν πρόσωπον; Ἐγὼ αἰσχύνομαι, καὶ σὺ παῤῥησιάζεις; Ὅτι σιωπῶ τὴν ἁμαρτίαν σου, οὕτω πλησιέστερον χωρεῖν ἐπείγεσαι (85); Οὐχ ὁρᾷς τὸν ὄγκον τῆς κοιλίας σου; Ἔνδον τὸ βρέφος σπαίρει, καὶ σὺ ὡς ἀπείραστος πειρασμῶν φαιδρύνῃ; Ἄπιθι, Μαριάμ· ὑπόστρεψον εἰς τὸν οἶκόν σου· ἐπιζήτησον τὸν κλεψίγαμον· ἐκείνῳ ἐναπογράφηθι. Ἀλλοτρίαν ὕβριν οὐ καταδέχομαι· οὐχ εὑρίσκεις ἀπολογίαν πρὸς τὴν τιμωρίαν. Ἡ δὲ Παρθένος πρὸς τὸν Ἰωσήφ· Τί δυσχεραίνεις, μνῆστερ ἐμοῦ; Τί ὡς ἀτάκτου μου καταψηφίζεις; Τί ἐφυβρίστοις ὀφθαλμοῖς τὸν ὄγκον τῆς γαστρός μου περιβλέπεις; Τί ἐρυθριᾷν με καταναγκάζεις; Δόξα τῶν γυναικῶν γέγονα· τῆς προτέρας αὐτὰς αἰσχύνης ἀπέδυσα· τὴν Εὔαν ἀνεκαλεσάμην· D τὴν φλογίνην ῥομφαίαν μετέστησα· καὶ σὺ καλύπτεσθαί με παρασκευάζεις (86); Οὐδεὶς δίκας ἐμὲ δυνήσεται εἰσπράξασθαι· κοινὸν γὰρ Δεσπότην βαστάζω. Ἐὰν ἐγὼ περὶ ἐμαυτῆς μαρτυρήσω, ὡς κενόδοξός τις εὑρεθήσομαι. Μικρὸν καρτέρησον, ὦ Ἰωσὴφ, καὶ ποιμένες σε πείσουσιν· μάγοι σε πληροφορήσουσιν· ἀστὴρ σε δυσωπήσει· ἄγγελοί σε κατανύξουσι. Νῦν ἀμφιβάλλεις, μετ' οὐ πολὺ δὲ δοξάσεις, ὅτε τῆς ἐπουρανίου στρατιᾶς ἀκούσεις συμφώνως βοώσης· « Δόξα

(82) Colb. 1, 2, ἠγνόει ὁ Ἰωσὴφ τῇ ξένῃ πραγματείᾳ τὸ ἐν τῇ. Infra iidem, χρηματισμὸν ἀγγέλου.
(83) Sic Colb. 1, 2. Editi vero, ἀγνοῶν.
(84) Sic mss. Colb. Editi vero, ἡ κατὰ πρόθεσιν κατεγγυηθῆναι μὴ πεισθεῖσα.
(85) Ita Colb. 2. Editi vero, ἐπήγεσας. Idem mox, βρέφος σπαίρει. Editi, male, σπείρει.
(86) Colb. 1, 2, με καταναγκάζεις.

ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις A εὐδοκία. » Τότε γονυπετήσεις, καὶ οὐ καταζητήσεις. Οὐχ ὁρᾷς τῆς ὁδοῦ τὴν διάβασιν, Ἰωσήφ, καὶ ὅτι οὐδεὶς ἀνδρῶν συνοδοιπορεῖ ἡμῖν; Οὐχ ὁρᾷς τὸν ἥλιον λαμπροτέραν στολὴν ἀναβαλλόμενον (87); Οὐχ ὁρᾷς πᾶσαν τὴν κτίσιν σκιρτῶσαν; Οὐχ ὁρᾷς τὰ ὄρη πηδῶντα; Οὐχ ὁρᾷς τοὺς βουνοὺς εὐφραινομένους; Οὐχ ὁρᾷς τὰς ἀφέσεις τῶν ὑδάτων ὑπερβλυζούσας; Οὐχ ὁρᾷς τὸν Ἰορδάνην ἔξω περιτρέχοντα; Ἀπὸ τῶν σημείων στόχασαι τὸ τεκμήριον, καὶ μή, ὅτι ἐγκυός εἰμι, δίσταζε, Ἰωσήφ. Ἐδανείσθην, οὐκ ἐμολύνθην· ἔχρησα τὴν κοιλίαν, οὐκ ἐμόλυνα τὴν παρθενίαν. Μὴ ἀπιστήσῃς τοῖς προκειμένοις, ὦ Ἰωσήφ. Ὅτε μαιωθήσομαι (88), τότε τίς εἰμι γνωρισθήσομαι· νῦν ὀνειδίζομαι, τότε μακαρισθήσομαι· νῦν ὡς αἴτιον ἀπελαύνεις, τότε ὡς ἁγίαν ἐγγὺς εἶναι παρα- B καλέσεις. Μή, ὅτι δοκεῖς φυλάττειν (89), μεγαλύνου· ἐγὼ γάρ σε φυλάττω· ὁ γὰρ τὴν ἐμὴν κοιλίαν σκηνὴν ποιῆσαι καταδεξάμενος, οὗτος πάσης τῆς φύσεως φύλαξ. Πορευθῶμεν τοίνυν, καὶ ἐναπόγραφοι γενώμεθα, ὅπως πληρωθῇ καὶ ἡ στρατιωτικὴ νομοθεσία, καὶ ἡ βασιλικὴ δογματοθεσία.

7. Ἐν τούτοις ὁ Ἰωσὴφ εὐλαβηθείς, διττὴν λοιπὸν ὁδὸν ἐβάδιζε· τοῖς μὲν ποσὶ τὴν γῆν ἰχνοποιῶν (90), τοῖς δὲ λογισμοῖς τὰς νεφέλας ὑπερπηδῶν. Τί γὰρ ἕτερον εἶχεν ὁ Ἰωσὴφ διαπράττεσθαι, ἢ ἄνω τὸν νοῦν σχολάζειν, ἐπειδὴ πᾶσα δόσις ἀγαθὴ ἄνωθέν ἐστι δεδομένη. Διὰ τοῦτο λοιπὸν ὁ Ἰωσὴφ συμπεριεφέρετο τῇ Παρθένῳ, ὁμοῦ καὶ βοηθὸς καὶ σκόπος τῶν μελλόντων γενόμενος· οὐχ ὅτι ἔχρῃζεν βοηθοῦ ἡ Παρθέ- C νος, μᾶλλον δὲ ὁ ἐν Παρθένῳ κυοφορούμενος· αὐτὸς γὰρ ὁ πάντων βοηθὸς ἦν καὶ ἔστι (91), καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκέκραγεν ὁ κράζων· « Ἡ βοήθειά μου παρὰ Κυρίου τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Ἀλλ' ὅτι ἀναγκαῖον ἦν ὡς πραγματείαν τῆς οἰκονομίας, τοῦ εἶναι τὸν Ἰωσὴφ βοηθόν, πρὸς τὸ τὴν Παρθένον ὡς ὕπανδρον φημίζεσθαι, πρὸς τὸ λαθεῖν τὸν διάβολον τὸ κατασκευαζόμενον, ὅπως μὴ μάθῃ τὸ γενόμενον (92)· πῶς ὁ Θεὸς μετὰ τῶν ἀνθρώπων συναναστραφῆναι κατεδέξατο. Τί οὖν ὁ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς; Καλὸν γὰρ λοιπὸν συνιδεῖν καὶ τὸν Ἰωσὴφ πληροφορούμενον (93), καὶ τὸν οἰκίσκον, ἔνθα ἡ Παρθένος ἀπεκύησε, τῆς Ἐκκλησίας τὸν τύπον δεχόμενον· ὅπου θυσιαστήριον μὲν ἡ φάτνη, ἐφημερευτὴς δὲ ὁ Ἰωσήφ, διάκονοι δὲ οἱ ποιμένες, ἱερεῖς οἱ ἄγγελοι, ἀρ- D χιερεὺς ὁ Κύριος, θρόνος ἡ Παρθένος, κρατῆρες οἱ μαζοί, ἀναβόλαιον ἡ ἐνανθρώπησις, ῥιπιστῆρες τὰ χερουβίμ, δίσκος τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὁ Πατὴρ δισκοκάλυμμα (94). Ὅτι δὲ τῆς Ἐκκλησίας τύπον προσ-

in terra pax, in hominibus beneplacitum [68]. » Tum genua flectes, nec perquires. An non transitum nostrum consideras, o Joseph, quod scilicet **348** vir nullus nobis sit comes itineris? Non vides solem splendidiore amictum veste? Non vides universam creaturam exsultantem? Non vides montes saltare? Non vides colles lætari? Non vides aquarum alveos exundare? Non vides Jordanem extra ripam effluentem? Ex signis rem conjice significatam, nec ambigas, o Joseph, quod me prægnantem cernas. Me ipsam mutuo dedi, nec polluta sum: uterum commodavi, nec virginitatem temeravi. Ne propositis rebus fidem abneges, o Joseph: cum obstetrice usa fuero, tum quæ sim exploratum erit; jam probris afficior, tum beata prædicabor; nunc ut ream abigis, tunc ut sanctam prope adesse rogabis. Ne glorieris quod me custodire videaris: ego namque te custodio. Nam qui uterum meum in tabernaculum sibi apparare dignatus est, is est totius naturæ custos. Pergamus ergo et describamur, ut et militaris lex, et imperatorium edictum impleatur.

7. His pudefactus Joseph, duplici deinceps via incedebat, pedibus quidem terram vestigio calcans, cogitationibus autem nubes supergressus. Quid enim aliud agendum Josepho restabat, quam ut sursum mente degeret. Quandoquidem omne donum perfectum desuper datum est. Quamobrem deinceps Joseph una Virgini comes, et adjutor erat, atque futurarum spectator rerum. Non quod Virgini adjutore esset opus, nedum ei qui in Virgine gestabatur, quique omnium auxiliator erat et est, et ad quem exclamat ille qui ita vociferatur: « Auxilium meum a Domino qui fecit cœlum et terram [69]; » sed quod necesse esset, ad œconomiæ illius negotium, adjutorem Joseph esse, ut Virgo conjux reputaretur, ut diabolo lateret quod agebatur, neque rem gestam ille edisceret: qua ratione scilicet Deus cum hominibus conversari dignatus sit. Quid igitur Lucas evangelista? nam operæ pretium est videre et Joseph certiorem factum, et domicilium in quo peperit Virgo, quod Ecclesiæ typum gerit: ubi altare est præsepe; qui vice sua ministrat, Joseph; diaconi, pastores; sacerdotes, angeli; summus sacerdos, Dominus; thronus, Virgo; crateres, mammæ; vestis sacerdotalis, incarnatio; flabella, cherubim; discus, Spiritus sanctus; Pater autem disci operculum. Quod autem Ecclesiæ typum præfiguraret locus in quo Dominum peperit, audisti

[68] Luc. II, 14. [69] Psal. CXX, 2

(87) Colb. 1, 2, περιβεβλημένον.
(88) Colb. 1, 2, μαίαις ὀφθήσομαι.
(89) Colb. 1, 2, φυλάττειν, Ἰωσήφ, μέγα φρόνει· ἐγὼ γάρ σε φυλάττω, ὁ τὴν ἐμ. Paulo post, iidem, πάσης τῆς κτίσεως φύλαξ ὡς δημιουργός. Editi, ἀμπελοφύλαξ.
(90) Colb. 1, 2, ἰχνοβατῶν.
(91) Sic Colb. 1, 2. In editis vero, ἦν καὶ ἔστι deest. Mox mss. ut in textu. Editi vero, τοῦ Κυρίου τοῦ Ὑψίστου Ἀλλ' ὅτι. Mox iidem, ἀναγκαῖον πραγματείαν τῆς οἰκονομίας, πιστευθῆναι τὸν Ἰωσὴφ δῆλον ἐντεῦθεν ἔδει τὴν κ.
(92) Colb. 1, 2, κατασκιαζόμενον ὅρος μὴ μάθῃ τι γινόμενον (ὁ τύραννος Colb. 1,) πῶς Θεὸς μετὰ ἀνθ. ἀναστραφῆναι.
(93) Colb. 1, 2, ἰδεῖν τὸν Ἰωσὴφ χαρᾶς πληρούμενον.
(94) Colb. 1, 2, δισκοκάλυμμα ἐπισκιάζων τῇ ἰδίᾳ δυνάμει. Iidem, προεχάραξεν. Editi, προσεχάραξεν. Ibidem, ὁ τόπος deerat in editis, sed exstat in mss.

jamjam evangelistam Lucam dicentem : « Factum A est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclinavit eum in præsepio, quia non erat eis locus in diversorio [70]. »

8. O res admirabiles! papæ, quam exigua verba, quam magna mysteria! « Factum est, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. » O rem stupendam, Conditor temporum definitum tempus exspectat! Qui terminum tempori constituit, statutum mensium spatium exspectavit; ut nemo phantasiam aut speciem tantum illud esse existimaret. « Factum est, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret filium suum primogenitum : et pannis B eum involvit et reclinavit eum in præsepio. » Perpende mysticum Virginis partum : ipsa peperit, ipsa pannis involvit. Inter feminas hujus sæculi, alia parit, alia pannis involvit : apud Virginem non item; ipsa peperit, ipsa pannis involvit : ipsa infatigabilis mater, ipsa obstetrix sine magistra, non 349 permisit quemquam impuris manibus partum intemeratum contingere; ipsa per sese curavit eum, qui ex se, et ante se, et propter se natus erat : « Et pannis eum involvit : et reclinavit eum in præsepio, quia non erat eis locus in diversorio. » Vides, o dilecte, quomodo Ecclesiæ typum nobis jam ante depinxerit vile illud diversorium, ubi Virgo illa peperit quæ semel uterum gestavit, nec secunda vice C genuit, nec contumeliæ notam sustinuit : licet insani quidam, quod audierint Lucam evangelistam sic loquentem : « Et peperit filium suum primogenitum, » secundam fuisse Virginis conceptionem docuerint, incorruptionem in corruptionem transmutantes : in suis dogmatibus ita loquentes : Nequaquam primogenitus dictus fuerit, nisi subsequatur alter. Adversarii autem nostri, non modo Lucam suæ pravitatis producunt testem; sed etiam evangelistam Matthæum qui ea ipsa enarret, et apertius adhuc affirmet, atque ejus voces impii illi proferunt, in scriptis suis ea loquentes quæ Joseph in visione accepisse scribitur, Matthæo evangelista dicente : « Apparuit autem angelus Domini in somnis Joseph, dicens : Joseph fili David, noli timere D accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est. Surgens autem Joseph, ait, accepit Mariam conjugem suam; et non cognovit eam donec peperit filium suum primogenitum [71]. » Simili modo adversarii has voces mutuantur, ut gloriosam Virginem secundo peperisse doceant. Sed apage absurditatem : immaculatum prorsus permansit hoc virginale, et gloriosum

εχάραξεν ὁ τόπος, ἔνθα ἡ Παρθένος ἀπεκύησε τὸν Κύριον, ἤκουες ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος· « Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτὴν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν (95) πρωτότοκον· καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, ὅτι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. »

8. Ὢ τῶν παραδόξων πραγμάτων! βαβαὶ, πῶς μικρὰ τὰ ῥήματα, καὶ μεγάλα τὰ μυσταγωγήματα! « Ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν. » Ὢ τῶν παραδόξων πραγμάτων, ὁ τῶν χρόνων ποιητὴς ὡρισμένον χρόνον περιέμενεν! Ὁ ὁροθέτης τῶν χρόνων προθεσμίαν μηνῶν ἀνέμενεν, ἵνα μηδεὶς φαντασίαν ἢ δόκησιν νομίσῃ (96). « Ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτὴν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον· καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ. » Βλέπε τὴν μυστικὴν ἀποκύησιν τῆς Παρθένου· αὕτη ἔτεκεν, αὕτη ἐσπαργάνωσεν. Ἐπὶ τῶν κοσμικῶν γυναικῶν ἄλλη τίκτει, καὶ ἄλλη σπαργανοῖ· ἐπὶ δὲ τῆς Παρθένου οὐχ οὕτως· αὕτη ἔτεκεν, καὶ αὕτη ἐσπαργάνωσεν· καὶ αὕτη ἄκοπος μήτηρ καὶ ἀδίδακτος μαῖα, οὐ συνεχώρησεν ἀνάγνοις χερσὶν (97) ἅψασθαί τινα τοῦ ἀχράντου τόκου· αὕτη διὰ ἑαυτῆς τὸν ἐξ αὐτῆς, πρὸ αὐτῆς καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἐθεράπευσεν· « Καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. » Εἶδες, ὦ φίλε, πῶς τῆς Ἐκκλησίας τὸν τύπον προανεζωγράφησε (98) τὸ εὐτελὲς καταγώγιον, ἔνθα ἡ Παρθένος ἔτεκεν, ἡ ἅπαξ κυοφορήσασα, καὶ δεύτερον μὴ γεννήσασα, καὶ ὕβρεως ἔμφασιν μὴ ὑπομείνασα· εἰ καί τινες μανέντες, διὰ τὸ ἀκοῦσαι αὐτοὺς λέγοντος τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ· « Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, » καὶ δευτέραν σύλληψιν τῆς Παρθένου ἐδογμάτισαν (99), τὴν ἀφθαρσίαν εἰς φθορὰν μεταβάλλοντες· φάσκοντες ἐν τοῖς οἰκείοις δόγμασιν· Οὐκ ἂν λεχθείη πρωτότοκος, δευτέρου μὴ παρακολουθήσαντος. Οὐ μόνον δὲ οἱ ἐξ ἐναντίας τὸν Λουκᾶν τῆς οἰκείας ἀβελτηρίας προβάλλονται μάρτυρα, ἀλλὰ καὶ τὸν εὐαγγελιστὴν Ματθαῖον τὰ αὐτὰ μηνύοντα, καὶ ἔτι σαφέστερον παρεγγυῶντα· ὅθεν καὶ τὰς ἐκείνου λέξεις φανεροποιοῦσιν οἱ ἄθεοι, ἐν τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασι λέγοντες ἅπερ Ἰωσὴφ ἐν ὀπτασίᾳ (1) δεξάμενος ἀναγέγραπται, τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ματθαίου λέγοντος· « Ὤφθη δὲ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ, λέγων· Ἰωσὴφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ (2) γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Ἀναστὰς δὲ, φησὶν, Ἰωσὴφ, παρέλαβε Μαριὰμ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἐπορεύθησαν εἰς Αἴγυπτον· καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. » Ὁμοίως καὶ

[70] Luc. II, 6, 7. [71] Matth. I, 20-25.

(95) Colb. 1, 2, αὐτὴν καὶ ἔτεκεν τὸν π. Paulo post, iidem, διότι οὐκ ἦν.

(96) Colbertinus primus et secundus, νομίσῃ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν. Ἔτεκε, φησὶ, τὸν Υἱὸν αὐτῆς.

(97) Colb. 1, εὐαγέσι χερσί. Infra, post ἐξ αὐτῆς, legitur καὶ πρὸ αὐτῆς in codicibus mss., secus in editis.

(98) Colb. 1, 2, προεζωγράφησεν.

(99) Σύλληψιν ἐδογμάτισαν τὴν Παρθένον ὑπομεῖναι. Sic Colb. 1, 2.

(1) Ita Colb. 2, recte. Editi vero, φαμὲν Ἰωσὴφ μετ' ὀπτασίαν.

(2) Sic Colb. 1, 2. Editi vero, λέγων· Ἀναστὰς παράλαβε Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου, διότι τὸ ἐν αὐτῇ.

(3) ταύτας τὰς λέξεις οἱ ἐξ ἐναντίας παρεγγυῶνται, ἐκ δευτέρου τὴν ἔνδοξον Παρθένον κυοφορῆσαι δογματίζοντες. Ἀλλ' ἄπαγε τῆς ἀτοπίας! ἀκηλίδωτον ἔμεινε πάντως τὸ παρθενικὸν καὶ ἔνδοξον κειμήλιον· οὐκ ἐμολύνθη ὁ δεύτερος οὐρανός· οὐκ ἠχρειώθη τὸ τοῦ Ὑψίστου θεοχώρητον σκεῦος. Πρωτότοκος ὁ Κύριος ἤκουσεν ἐκ τῆς Παρθένου· καὶ καλῶς ἤκουσεν· οὐχ ὅτι δεύτερόν τινα ὁμογενῆ προσεκαλέσατο· ἀλλ' ὅτι πρωτότοκος ὑπῆρχε, τουτέστιν ἀσύγκριτος. Οὐδὲ γὰρ (4), διὰ τὸ εἰπεῖν τὸν μακάριον Παῦλον περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀνάρχου γεννήσεως, ὅς ἐστι πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ἤδη καὶ ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου φυσικὸν συνέγραψεν· οὐδ' αὖ πάλιν ὁ αὐτὸς Παῦλος, τὸν αὐτὸν Κύριον πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν καλέσας, ἤδη καὶ ὅμοιον τοῦ Κυρίου παρεισήγαγε, παραπλησίως τὸν ᾅδην πατήσαντα.

cimelium: nequaquam pollutum fuit secundum cœlum: nequaquam profanatum fuit vas illud, quod Deum altissimum continuit. Dominus primogenitus ex Virgine audivit, ac probe audivit; non quod secundum ex eodem genere acciverit; sed quia primogenitus, id est incomparabilis erat. Neque enim quia B. Paulus de æterna Domini ex Patre generatione ait: « Qui est primogenitus omnis creaturæ [72], » naturalem statim Domini fratrem conscripsit: neque rursum ipse Paulus, cum ipsum Dominum primogenitum ex mortuis vocavit, statim alium Domino similem induxit, qui pari modo infernum conculcaverit.

9. Διὸ ἄκουε συνετῶς, καὶ πίστευε θεοφιλῶς. Πρωτότοκος ὁ Κύριος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τῆς Παρθένου, ἵνα διὰ πάντων γνωσθῇ τὸ μοναδικὸν τῆς υἱότητος ἀξίωμα. Ἀσύγκριτος δὲ ὁ δεσποτικὸς τόκος· ὅπου γὰρ ἡ Μήτηρ Παρθένος, πῶς τόκος ἑρμηνευόμενος; Ὁμοίως καὶ τὸ εἰπεῖν τὸν εὐαγγελιστὴν Ματθαῖον περὶ τοῦ Ἰωσήφ, ὅτι « Οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτήν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον· » οὐκ ἐγίνωσκεν γὰρ αὐτὴν ἀληθῶς, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. Ἕως οὗ ἡ Παρθένος ἐκυοφόρει (5), οὐκ ἐγνώριζεν αὐτὴν ὁ Ἰωσήφ· οὐκ ᾔδει, τί τὸ ἐν αὐτῇ· οὐκ ᾔδει, τί τὸ πραγματευόμενον· οὐκ ᾔδει, τί τὸ κατασκευαζόμενον· μόνον γὰρ ἔτεκε, καὶ τότε ἐγνώρισε· τότε ἔγνω ὁ Ἰωσὴφ τίς (6) ἦν ἡ δύναμις τῆς Παρθένου, καὶ τί γενέσθαι κατηξιώθη· τότε ἔγνω, ὅτι μαζὸν ἐπέδωκε, καὶ φλεβοσυλίαν οὐχ ὑπέμεινε· τότε ἔγνω, ὅτι ἐξελόχευσε, καὶ τὰ τῶν λοχῶν οὐ κατενόησε· τότε ἔγνω, ὅτι θηλὺν παρεῖχεν ἡ ἀκρότομος πέτρα τῇ νοητῇ πέτρᾳ· τότε ἔγνω ὁ Ἰωσήφ, ὅτι περὶ αὐτῆς ἔγραψεν Ἡσαΐας· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. » Διὰ τὸ ἀσύγκριτον τοιγαροῦν πρωτότοκος ὁ Ἰησοῦς. Εἰ δὲ δεῖ ἐπαληθεῦσαι τῷ λόγῳ, ὁ αὐτὸς Κύριος καὶ Μονογενὴς ἐκ Πατρός· μόνος γὰρ ἐκ μόνου ἀνάρχως γεγέννηται· ὁ αὐτὸς Κύριος καὶ Μονογενὴς καὶ πρωτότοκος· Μονογενὴς ἐκ τοῦ Πατρός, Μονογενὴς ἐκ τῆς μητρός, διὰ τὸν ὅρον τῆς οἰκονομίας. Ἔχει γὰρ πολλοὺς ἀδελφούς, οὐ φύσει, ἀλλὰ χάριτι, καὶ ἐν τῇ Παρθένῳ καὶ ἐν τῷ Πατρί. Ὁμοίως καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει ἔχει ἀδελφοὺς ὁ Κύριος· καὶ τίνες οὗτοι; Πρὸ πάντων οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, πρὸς οὓς ὁ Κύριος ἔφη· « Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν· » πρὸς οὓς ὁ Κύριος ἔφη· « Ὑμεῖς δέ, προσευχόμενοι, λέγετε· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς (7), ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, » ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

9. Quamobrem prudenter audi, ac pie credito. Primogenitus est Filius ex mortuis, ex Patre et ex Virgine, ut per omnia unica filiationis dignitas agnosceretur. Incomparabilis autem est Dominica proles: nam ubi mater Virgo, quanam ratione proles explicatur? Similiter quod evangelista Matthæus de Josepho dicat: « Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. » Non plane cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Donec uterum Virgo gestabat, non cognoscebat eam Joseph: nec sciebat quid in illa esset, ignorabat quid negotii gereretur, ignorabat quid appararetur: atque tunc solum cognovit cum illa peperit: tunc agnovit Joseph quænam Virginis esset virtus, et quid Deus facere dignatus esset: tunc novit eam ubera dedisse, nec in vena sua rapinam sustinuisse; tunc novit eam peperisse, et quæ ad partum attinent non novisse: tunc scivit mamillam a prærupta petra, spirituali petræ datam fuisse: tunc novit Joseph, de illa Isaiam scripsisse: « Ecce virgo concipiet. » Incomparabili itaque modo primogenitus est Jesus. Quod si in rei veritate loqui oporteat, ipse Dominus et Unigenitus ex Patre; **350** solus namque ex solo, sine principio natus est: idem Dominus et Unigenitus et primogenitus: Unigenitus ex Patre, Unigenitus ex matre, propter œconomiæ decretum. Habet enim multos fratres, non natura, sed gratia, et in Virgine et in Patre. Simili quoque modo in resurrectione fratres habet Dominus: ecquinam illi? Ante omnes, sancti apostoli, quibus Dominus dicit: « Vado ad Patrem meum et Patrem vestrum [73]; » quibus Dominus ait: « Vos autem cum oratis, dicite: Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum [74], » in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium nunc et semper, et in sæcula sæculorum, Amen.

[72] Coloss. I, 15. [73] Joan. XX, 17. [74] Matth. VI, 9, 10.

(3) Colb. 1, 2, Ὁμοίως γάρ
(4) Colb. 1, 2, πρωτοτόκων ἀσύγκριτός ἐστι πρὸς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώ. Οὐ δεῖ γάρ.
(5) Colb. 1, 2, ἀπεκύησεν
(6) Sic Colb. 1, 2. Ed., Ἰωσ. τὴν Παρθένον τίς, etc.
(7) Ita Colb. 1, 2. Editi vero sic, οὐρανοῖς· αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα, ἅμα τῷ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, πάντοτε, νῦν, etc.

IN SERMONEM DE NATIVITATE CHRISTI MONITUM

Haud ita pridem sermonem de Nativitate Christi ex Barociano codice, sua manu exscriptum, transmisit nobis vir doctissimus Jacobus Mill, principalis collegii Oxoniensis, cujus prolixam erga nos voluntatem, inque studiis nostris promovendis desiderium non semel experti sumus. Indicarat ipse nobis in quodam codice Barocciano tres exstare homilias Athanasio attributas. Rogantibusque ut earum nobis copiam faceret, hæc ille rescripsit : Homilias de Nativitate Christi quod spectat, exstant istæ omnes in exemplari illo ms. cui acceptas pridem dedit cl. Holstenius homilias quas in tomum II Operum Athanasii ad finem conjectas vides. Primæ, cujus apographum petitis, pars prior usque ad verba ista, καὶ εἰ βούλῃ, ἐρώτησον, etc., ex homilia quadam excerpta est (rejectis hinc inde plurimis pro arbitrio defloratoris) quam sub Chrysostomi nomine inter ἀμφισβητούμενα a Savilio evulgatam habes tomo V, quæque jamdiu Chrysostomo adjudicata est a Cyrillo Alexandrino, libro *Ad Reginas*. Reliqua omnia, luce quantum video non indigna, aliunde desumpta sunt. Homiliam integram dedi. Secunda homilia de Nativitate Christi, integra sub titulo Chrysostomi exstat in tomo V, ex editione Frontonis Ducæi hom. 31, ut et tertia tom. V Savil., præfixis duntaxat istis verbis : τί τοῦτο σημεῖον ἀντιλεγόμενον ; *Hæc vir clarissimus. Prima itaque homilia, quæ, ut probe monuit ipse, multa refert initio ex sermone in Nativitatem Christi, cuso in V tom. Operum Chrysostomi ex editione Savilii p. 846, inter* ἀμφιβαλλόμενα, *hæc, inquam, homilia, quia exceptis clausulis nonnullis sub initium hinc inde dispersis, alia omnino est ab illa Saviliana, idcirco hic inter supposititia locum habet : nam ne suspicari quidem licet eam esse Athanasii : cum liquido constet fuisse illam ex laudata Chrysostomi homilia de Nativitate excerptam : quam, ut erudite advertit vir clarissimus, Chrysostomo adjudicandam suadet Cyrillus, qui eam ut Chrysostomi fetum memorat in libro* ταῖς Βασιλίσσαις *inscripto, p. 50, ubi ejus fragmentum non modicum affert. Secunda quæ inter Chrysostomi Opera habetur in editione Frontonis Ducæi numero 31, p. 417, et tertia quæ inter ejusdem Chrysostomi Opera comparet in editione Savilii, tom. V, p. 851, cum in solo Barociano codice legantur nomine Athanasii, ex mendo puta quodam, aliasque in editis et codicibus bene multis exstent Chrysostomi nomine, in editione ejusdem Chrysostomi a nobis adornanda reponentur : ibique, Deo juvante, quid de illis sentiendum indagabitur.*

Propalam autem est hanc quam edimus, post Nestorii ævum conscriptam, seu potius consarcinatam fuisse: ex iis scilicet quæ pro asserenda voce Θεοτόκος *dicuntur. Commonstratur enim B. Virginem non modo* Θεοδόχον, *verum etiam* Θεοτόκον *esse. At nulla erat ævo Athanasii de voce* Θεοτόκος *controversia, quæ demum Nestorii tempore mota fuit. Quamobrem nec Athanasii esse, nec ante Nestorium prodiisse videtur.*

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΕΝΝΗΣΙΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

—

S. P. N. ATHANASII

IN NATIVITATEM CHRISTI.

—

1. Mysterium video novum, solis loco solem justitiæ in Virginem venire, incircumscripto modo. Ne quære quomodo, ubi Deo ita placet, superatur ordo naturæ. Namque voluit, potuit, descendit, redemit. Una concurrite omnia : Deus qui exsistit et præexsistit, hodie id efficitur quod non erat : cum enim Deus esset, homo efficitur, nec cessat esse Deus. Nec excedens deitate homo factus est; neque rursus ex homine profectus et auctus Deus est effectus; sed Verbum cum esset, ideoque impatibilis, factus est homo, natura permanente immutata. Atque novo et invio progressus itinere, ex alvo prodiit in-

A 1. Μυστήριον ξένον βλέπω, ἀντὶ ἡλίου τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἀπεριγράπτως χωρήσαντα ἐν τῇ Παρθένῳ. Καὶ μὴ ζήτει πῶς· ὅπου γὰρ Θεὸς βούλεται, νικᾶται φύσεως τάξις. Ἠθουλήθη γάρ, ἠδυνήθη, κατῆλθεν, ἔσωσε. Συνδράμετε πάντα· Θεὸς σήμερον ὁ ὢν καὶ προὼν γίνεται ὅπερ οὐκ ἦν· ὢν γὰρ Θεός, γίνεται ἄνθρωπος, οὐκ ἐκστὰς τοῦ εἶναι Θεός. Οὔτε γὰρ κατ' ἔκστασιν θεότητος γέγονεν ἄνθρωπος, οὔτε πάλιν ἐξ ἀνθρώπων κατὰ προκοπὴν γέγονε Θεός· ἀλλὰ Λόγος ὤν, διὰ τοῦτο ἀπαθὴς γέγονεν ἄνθρωπος, ἀμεταβλήτου μενούσης τῆς φύσεως. Καὶ ξένην καὶ ἀτριβῆ βαδίσας ὁδόν, ἐξ ἀγεωργήτου προῆλθε

γαστρὸς, οὔτε τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ ἐρήμους τῆς ἐπιστασίας κατέλιπεν, οὔτε τῇ πρὸς ἡμᾶς ἐνανθρωπήσει, τῆς οἰκείας θεότητος ἐξστάς. Ἀλλὰ βασιλεῖς μὲν τὸν ἐπουράνιον βασιλέα ἦλθον προσκυνῆσαι, τὸν γεννηθέντα ἀῤῥήτως ἐκ Πατρὸς, σήμερον δὲ ἐκ τῆς Παρθένου τικτόμενον δι' ἐμέ· ἀλλὰ τότε μὲν γεννηθεὶς κατὰ τὴν φύσιν, σήμερον δὲ διὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν. Πρὸ αἰώνων γὰρ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Πατρὸς ὡς ὁ γεννήσας οἶδε, σήμερον ἐκ τῆς Παρθένου ὑπὲρ φύσιν ἐτέχθη, καθὼς ἡ τοῦ Πνεύματος ἐπίσταται χάρις. Ὁ Παλαιὸς τῶν ἡμερῶν παιδίον γέγονεν· ὁ ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καθήμενος ἐν φάτνῃ τίθεται· ὁ ἀναφὴς καὶ ἀσώματος χερσὶν ἀνθρωπίναις εἰλίσσεται· ὁ τὰ τῆς ἁμαρτίας διασπῶν δεσμὰ ἐν σπαργάνοις ἐμπλέκεται· καὶ ἐπειδὴ τοῦτο θέλει. Τίνα οὖν ἔτεκεν ἡ Παρθένος; Τὸν Δεσπότην τῆς φύσεως. Κἂν γὰρ σὺ σιωπᾷς, ἡ φύσις βοᾷ. Ἔτεκε γὰρ ἡ Παρθένος Μαρία, ὡς ὁ τεχθεὶς τεχθῆναι ἠθέλησεν. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς φύσεως ἔστρεπτο, ἀλλ' ὡς Δεσπότης τῆς φύσεως ξένον γεννήσεως εἰσήγαγε τρόπον. Ὅμως, καὶ ἄνθρωπος γενόμενος, οὐχ ὡς ἄνθρωπος τίκτεται. Εἰ γὰρ ἐκ κοινοῦ γάμου προῆλθε, καθάπερ κἀγὼ, ψεῦδος τοῖς πολλοῖς ἐνομίζετο. Νῦν διὰ τοῦτο ἐκ Παρθένου τίκτεται ὁ τικτόμενος, καὶ τὴν μητέρα λοιπὸν διατηρεῖ, καὶ τὴν παρθενίαν ἄλυτον διαφυλάττει, ἵνα ὁ ξένος τῆς κυήσεως τρόπος πίστεώς μοι μεγάλης πρόξενος γένηται. Ὅθεν κἂν Ἕλλην, κἂν Ἰουδαῖός με ἐρωτᾷ, εἰ Χριστὸς κατὰ φύσιν γέγονεν ἄνθρωπος, ἢ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ἐροῦμαι μάρτυρα τοῦ λόγου τὴν ἄσπιλον τῆς παρθενίας σφραγῖδα καλῶν· οὕτως γὰρ Θεὸς νικῶν τῆς φύσεως τάξιν.

2. Καὶ εἰ βούλῃ, ἐρώτησον τὸν μακάριον Λουκᾶν τὸν εὐαγγελιστὴν, καὶ ἀποκρίνεταί σοι περὶ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ οἰκονομίας. Ἀρχόμενος γὰρ οὕτως λέγει· « Ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ τῆς συλλήψεως Ἐλισάβετ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ᾗ ὄνομα Ναζαρὲτ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου Μαριάμ. Καὶ εἰσελθὼν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὴν εἶπε· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν. Ἡ δὲ, ἰδοῦσα, διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. Καὶ εἶπεν αὐτῇ ὁ ἄγγελος· Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται, καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυῒδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ· Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. » ...Καὶ δυσχεραίνεται. Εἰσῆλθεν ἄσαρκος, ἐκυοφορήθη ἐννεαμηνιαῖον χρόνον ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου. Εἰσῆλθεν ὡς ἠθέλησεν, ἐκυοφορήθη ὡς ηὐδόκησε. Προῆλθεν ὡς ἐβου-

A tacta, illaborata. Neque angelos Deus reliquit sua gubernatione orbatos, neque homo apud nos **351** factus, propria excessit deitate. Sed reges quidem cœlestem regem adoratum venerunt, ineffabili modo ex Patre genitum; et hodie propter me ex Virgine natum; sed tum quidem genitum, secundum naturam : hac die vero propter suam ipsius naturam. Ante sæcula namque genitus ex Patre, ut novit qui ipsum genuit, hodie ex Virgine supra naturam genitus est, ut novit spiritus gratia. Antiquus dierum factus est infans : qui in throno sedebat excelso, in præsepio reponitur : qui intactilis et incorporeus est, manibus involvitur humanis : qui peccati vincula discerpit, in pannis complicatur. Imo vero, quia id illi placet. Quemnam igitur Virgo B peperit? Dominum naturæ. Etiamsi enim tu sileas, ipsa clamat natura. Peperit quippe virgo Maria, quare qui natus est nasci voluit. Non enim naturæ legem sequebatur; sed tanquam naturæ Dominus, novum nativitatis induxit modum. Attamen homo licet factus sit, non tanquam homo nascitur. Nam si ex vulgari conjugio sicut et ego prodiisset, id rem esse confictam multi existimassent. Nunc autem ideo ex Virgine nascitur, matremque conservat illibatam, ac ejus virginitatem intemeratam custodit; ut insolens partus modus, magnæ mihi fidei foret. Unde si vel gentilis, vel Judæus me interroget, num Christus secundum naturam homo factus sit, aut contra suam naturam, pro responsione testem hujusce rei advocabo immaculatum virginitatis signa- C culum : ita nempe Deus naturæ vincit ordinem.

2. Quod si libeat, interroga beatum Lucam evangelistam, tibique ille respondebit de ejus in carne œconomia. His enim ipse verbis orditur : « In mense autem sexto conceptionis Elisabet, missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazaret, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, et nomen virginis, Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit : Ave, gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. Quem cum vidisset illa, turbata est in sermone ejus, et cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei : Ne timeas, Maria; invenisti enim gratiam apud Deum. Et ecce concipies in utero et paries filium, D et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus thronum David Patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum : Quomodo fiet mihi istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei : Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi [78]. »...Ægre scilicet illud ferebat. Ingressus autem (Jesus) qui carnis erat expers, gestatus est novem mensibus in utero Virginis. Ingressus est prout voluit, gestatus fuit ut sibi placuit. Prodiit ut ipse cupiebat. Ingressus est carnis expers; factus est homo, unitus

[78] Luc. I, 26-35.

deitatis œconomia. Neque duos dicimus filios, sed unum, ipsumque ac eumdem intelligimus Dei Verbum et Dominum nostrum Jesum Christum. Factus est homo : fuitque natura homo. Factus est quod non erat, et remansit quod erat. Namque « In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum [76]. » Factus est caro, nec amisit quod erat. « Et habitavit in nobis [77]. » Illud, « habitavit in nobis ; » id est, nobiscum conversatus est juxta sanctum Jeremiam, imo potius ejus ministrum Baruch : « Hic Deus noster, nec æstimabitur alius adversus eum. Qui adinvenit omnem viam disciplinæ, et tradidit illam Jacob puero suo et Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est [78]. »

3. Audi igitur Evangelii vocem : magnum enim nobis quidpiam significat hæc angeli vox ad sanctam Virginem : « Ecce, inquit, concipies in 352
utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus. » Priusquam in utero puer conciperetur, vocatus est Deus, scilicet, Nobiscum Deus. Prophetæ igitur sermoni concinit illud, « cum hominibus conversatus est, » et illud : « habitavit in nobis. » Ante conceptionem ergo puer, vocatus est Deus. Quo pacto igitur Deipara non fuerit sancta virgo Maria ? Cum itaque nomen illud nullam hominis habeat significationem, Deus est puer ille natus, qui Virginis naturalem illam virginitatem non solvit ; sed ita genitus ex Deipara, Deus est et homo ; Deus secundum naturam, homo quia ita placuit ipsi. Factus autem homo, est etiam Deus, conjunctis scilicet duabus naturis. At fortasse dicet adversarius : Si Deipara Virgo, Deo Verbo ex Virgine initium tribuis. Nequaquam dico ipsum ex sancta Virgine initium accepisse, absit ! Ante sæcula enim erat, ipse quippe sæcula fecit, ipse est universæ rei creatæ opifex, ut ait Evangelista : « Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est [79]. » Hic ipse per quem omnia facta sunt, novem menses in utero degit, nec sinum paternum deseruit. In utero Virginis cum esset, a supernarum virtutum populo laudibus celebrabatur et adorabatur. In utero Virginis cum esset, cœlum et terram implebat, qui cœlum et terram gestat, non robore, sed nutu suo. Hic utero gestabatur ut homo, operabatur ut Deus, non circumquaque delatus in Virginis utero, sed omnia complectens, omnia gubernans ut Deus, juxta vim nominis illius : « Nobiscum Deus, » qui scilicet ex Virgine natus est. Quod si dixeris eum qui natus est simpliciter puerum esse, non Deum, audi magnum præconem Isaiam clamantem et dicentem ingratæ Synagogæ, seu potius exagogæ, id est, foras ejecto cœtui Judæorum : « Puer natus est nobis, filius datus est nobis ; cujus principatus super humerum ejus. Et vocatur nomen ejus, magni con-

A λήθη. Εἰσῆλθεν ἄσαρκος, ἐγένετο ἄνθρωπος, ἡνωμένης τῆς θεότητος τῇ οἰκονομίᾳ. Καὶ οὐ λέγομεν δύο υἱοὺς, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν νοοῦμεν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Ἐγένετο ἄνθρωπος καὶ ἦν, ὢν τῇ φύσει. Ἐγένετο ὃ οὐκ ἦν, καὶ ἔμεινεν ὃ ἦν. « Ἐν ἀρχῇ » γὰρ « ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. » Σὰρξ ἐγένετο, οὐκ ἀποθέμενος ὃ ἦν. « Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Τὸ, « Ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, » τοῦτ' ἔστι συνανεστράφη ἡμῖν, κατὰ τὸν ἅγιον Ἱερεμίαν, μᾶλλον δὲ τὸν τούτου ὑπουργὸν Βάρουχ· « Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτὸν, ὃς ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. »

B 3. Ἄκουε οὖν καὶ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς φωνῆς· μεγάλην γὰρ ἡμῖν ἔμφασιν φέρει ἡ τοῦ ἀγγέλου φωνὴ πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον ῥηθεῖσα. « Ἰδοὺ, φησὶ, συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, τουτέστι μεθερμηνευόμενον, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. » Πρὸ τοῦ συλληφθῆναι ἐν μήτρᾳ Θεὸς ἐκλήθη τὸ παιδίον τὸ Μεθ' ἡμῶν Θεός. Συνᾴδει οὖν τῷ τοῦ προφήτου λόγῳ τὸ, « τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, » καὶ τὸ, « ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Πρὸ τῆς οὖν συλλήψεως Θεὸς κέκληται τὸ παιδίον. Πῶς οὖν οὐ Θεοτόκος ἡ ἁγία Παρθένος Μαρία; Ἐπειδὴ οὖν οὔτε ὅλως ἀνθρώπου ἔχει τὴν ἑρμηνείαν αὐτὸ ὄνομα, Θεὸς τὸ παιδίον τὸ τεχθὲν τὸ μὴ λῦσαν τῆς
C Παρθένου τὴν κατὰ φύσιν παρθενίαν· ἀλλ' οὕτως ἐκ τῆς Θεοτόκου τεχθεὶς, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος· Θεὸς μὲν κατὰ φύσιν, ἄνθρωπος δὲ δι' οἰκείαν εὐδοκίαν. Γενόμενος δὲ ἄνθρωπος, ἔστι καὶ Θεὸς, ἡνωμένων μέντοι τῶν δύο φύσεων. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ ὁ ἐξ ἐναντίας· Εἰ Θεοτόκος ἡ Παρθένος, ἀρχὴν δίδως τῷ Θεῷ Λόγῳ ἐκ τῆς Παρθένου. Οὐ λέγω αὐτὸν ἀρχὴν εἰληφέναι ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου· ἄπαγε! Πρὸ γὰρ τῶν αἰώνων ὑπῆρχεν· αὐτὸς γὰρ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, αὐτὸς καὶ πάσης κτίσεώς ἐστι δημιουργὸς, καθὼς φησιν ὁ Εὐαγγελιστής· « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν. » Οὗτος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο ἐννεαμηνιαῖον καιρὸν ἐν γαστρὶ ἐγένετο, καὶ τῶν κόλπων τῶν πατρικῶν οὐκ ἀπηλλοτριώθη. Ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου ὢν, ὑπὸ τοῦ δή-
D μου τῶν ἄνω δυνάμεων ἐδοξολογεῖτο καὶ προσεκυνεῖτο. Ἐν γαστρὶ τῆς Παρθένου ὢν, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐπλήρου, ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν φέρων οὐ δυνάμει, ἀλλὰ νεύματι. Οὗτος ὑπὸ μήτρας ἐφέρετο μὲν ὡς ἄνθρωπος, εἰργάζετο δὲ ὡς Θεός· οὐ περιφερόμενος ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου, ἀλλὰ πάντα περικρατῶν καὶ διέπων ὡς Θεὸς κατὰ τὴν κλῆσιν τοῦ ὀνόματος, « Θεὸς μεθ' ἡμῶν, » ὁ ἐκ Παρθένου τεχθείς. Εἰ δὲ λέγεις παιδίον ψιλὸν τὸ τεχθὲν, καὶ οὐ Θεὸς, ἄκουε τοῦ μεγάλου κήρυκος Ἠσαΐου βοῶντος καὶ λέγοντος πρὸς τὴν ἀχάριστον συναγωγὴν, μᾶλλον δὲ ἐξαγωγὴν τῶν Ἰουδαίων· ὅτι « Παιδίον ἐγεννήθη, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν· οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ,

[76] Joan. I, 1. [77] ibid. 14. [78] Baruch III, 36-38. [79] Joan. I, 3.

καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν.» Παιδίον κατὰ φύσιν πότε ἐγένετο Θεὸς ἐξουσιαστὴς, ὡς τὸ παιδίον τοῦτο, ἐπικληθὲν «Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός;

4. Εἰ δὲ Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, καὶ ἄρχων εἰρήνης, καὶ πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος τὸ παιδίον τὸ ἐκ τῆς Παρθένου τεχθὲν, πῶς οὐ Θεοτόκος ἡ Παρθένος, ἀλλὰ Θεοδόχος, εἰ καὶ συνέλαβε, καὶ ἔτεκε, καὶ Θεὸς τὸ τεχθέν; Καὶ πάλιν αὐτῷ λέγω, ὡς ἠθέλησεν εἰσῆλθεν, ὡς ηὐδόκησεν ἐκυοφορήθη, ὡς ἠβουλήθη προῆλθεν ὁ τεχθείς. Τί ἐρευνᾷς αὐτοῦ τὴν θέλησιν; Τί ἐξακριβάζῃ αὐτοῦ τὴν εὐδοκίαν; Τί ἐξιχνιάζῃ αὐτοῦ τὴν βούλησιν; Ἄκουε παρὰ Παύλου, μᾶλλον δὲ καταγινώσκου ὑπ' αὐτοῦ· «Τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε;» Μενοῦν γε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἐρευνῶν καὶ ἐξιχνιάζων αὐτοῦ τὴν γέννησιν, τοῦ προφήτου λέγοντος· «Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται;» Ὁ προφήτης φεύγει τὴν γενεὰν αὐτοῦ διηγήσασθαι, καὶ σὺ τὴν φύσιν περιεργάζῃ καὶ πολυπραγμονεῖς; Ὁ δὲ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς τὴν κάτω γέννησιν αὐτοῦ διηγούμενος οὕτω λέγει· «Ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες, καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν· καὶ ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη αὐτοῖς, καὶ δόξα Κυρίου περιέλαμψεν αὐτοὺς, καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἄγγελος· Μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ γὰρ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ· ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον Σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος ἐν πόλει Δαυΐδ.» Ὁ ἄγγελος Χριστὸν καὶ Κύριον λέγει, εὐαγγελιζόμενος τοὺς ποιμένας, τὸν τεχθέντα ἐκ τῆς Παρθένου. Εἰ οὖν Κύριος ὁ τεχθεὶς, πῶς οὐ Κυριοτόκος ἡ Παρθένος; Ἐγὼ δὲ λέγω καὶ Χριστοτόκον, καὶ Κυριοτόκον, καὶ Σωτηριοτόκον, καὶ Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ ἀγγέλου τοῦ εὐαγγελισαμένου τοὺς ποιμένας καὶ τὴν Παρθένον. Εἰ ἄγγελοι Σωτῆρα, καὶ Χριστὸν, καὶ Κύριον, καὶ Θεὸν κηρύττουσιν, ἡμεῖς τί ἀποκρουόμεθα αὐτῶν τὴν μαρτυρίαν; εἰσῆλθεν ἐν τῇ Παρθένῳ ἄσαρκος, ἐκυοφορήθη σωματικῶς καὶ καθὼς ηὐδόκησεν. Ἐξῆλθε διὰ τῆς μητρικῆς φύσεως οἰκονομικῶς, οὐ μέντοι μετὰ τὸ τεχθῆναι ἡνώθη ὁ Θεὸς Λόγος τῇ οἰκονομίᾳ. Προῆλθεν ἀτρέπτως τῇ φύσει γενόμενος ὃ οὐκ ἦν, μείνας ὃ ἦν. Οὐκ ἀλλοιωθεὶς τῇ οὐσίᾳ, ἑαυτὸν ἐκένωσε, τουτέστι καθὼς ἠβουλήθη· οὐχ ὑφ' ἑτέρου κενωθεὶς, μορφὴν δούλου ἔλαβεν· οὐ κενωθεὶς τῆς θεότητος, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον τὸν λέγοντα· «Ὃς, ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλὰ ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών.» Ἐκένωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὃ οὐκ ἦν· καὶ πάλιν αὐτὸ λέγω, μείνας ὃ ἦν, Θεὸς γὰρ ἦν ὁ Λόγος οὗτος· ὡς παιδίον γενόμενος, ὡς υἱὸς δοξάζεται. Εἰσῆλθεν ἀσώματος, ἐνεδύσατο σῶμα καθὼς ἠθέλησε, καὶ κατεπόθη τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς.

A silii angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri sæculi. Amen [80]. » Puer secundum naturam quandonam factus est Deus potens, quemadmodum puer iste, qui cognominatur « Nobiscum Deus? »

4. Quod si filius ille ex Virgine natus, est Deus fortis, potens, princeps pacis, et pater futuri sæculi, quare Virgo non erit Deipara: sed Dei exceptrix, siquidem concepit et peperit, Deusque illud est quod natum est? Rursum ipsi dicam: Ut voluit ingressus est, ut sibi placuit gestatus in utero fuit, ut libuit genitus prodiit. Cur ejus voluntatem examinas? Cur ejus beneplacitum perquiris? Cur decretum investigas? Paulum audi, imo potius ab eo B convincare. « Voluntati enim ejus quis restitit [81]? » Et sane quis tu es, o homo, qui inquiras et investiges ejus nativitatem? Cum dicat propheta: « Generationem ejus quis enarrabit [82]? » Renuit propheta generationem ejus enarrare, et tu naturam ejus curiose perquiris et investigas? Evangelista porro Lucas ejus in infimis generationem enarrans ait: « Pastores erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigilias super gregem suum. Et ecce angelus Domini stetit juxta illos, et gloria Domini circumfulsit illos, et timuerunt timore magno. Dixitque illis angelus: Nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Salvator, qui C est Christus Dominus in civitate David [83]. » Angelus evangelizans pastoribus eum qui natus erat ex Virgine, Christum et Dominum ipsum vocat. Si ergo Dominus est qui natus est, qui non Dominipara Virgo fuerit? Ego vero et Christiparam et Dominiparam, et Salvatoriparam, et Deiparam dico sanctam Virginem esse, juxta vocem angeli, qui et pastoribus et Virgini nuntium attulit. Si angeli Salvatorem et Christum et Dominum et Deum 353 prædicant, nos quare testimonium illorum respuemus? Ingressus est in Virginem carnis expers, corporaliter ut sibi placuit gestatus est: ex dispensatione per maternam egressus est naturam, neque tamen post partum unitus est Deus Verbum carni per dispensationem assumptæ. Prodiit qui immutabilis natura erat, factus quod non erat, manens D quod erat. Non substantia mutatus, semetipsum exinanivit; sed ut sibi placuit: nec ab alio exinanitionem, et formam illam servi accepit; nec amissa deitate juxta beatum Paulum, qui ait: « Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens [84]. » Semetipsum exinanivit, id effectus quod non erat, et ut iterum dicam, manens quod erat. Deus enim erat hoc Verbum, qui quasi parvulus factus est, quasi filius glorificatus. Ingressus est incorporeus, corpus induit prout voluit, atque absorptum est quod mortale erat a vita.

[80] Isa. IX, 6. [81] Rom. IX, 19. [82] Isa. LIII, 8. [83] Luc. II, 8-11. [84] Philipp. II, 6

5. Dicito itaque Deiparam Virginem, non Dei exceptricem; imo potius dicito Dei exceptricem et Deiparam. Si Dei exceptrix est et Deipara, annon carnem ex illa accepit Deus verbum? Sed hic vim mihi affert Evangelista, magna voce clamans: « Verbum caro factum est [85]. » In alio autem evangelista sic dicitur: « Interrogabat Jesus discipulos suos dicens: Quem me dicunt homines esse, filium hominis? Respondentes autem apostoli dixerunt: Alii Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex prophetis. Dixit vero Jesus: Vos autem quem me dicitis? Respondens autem Petrus dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi [86]. » Non dixit: Tu es qui per gratiam Filius Dei effectus es, sed clara voce: « Tu es Christus Filius Dei vivi. » Marcus sane evangelista ea ipsa usus est voce, beati Petri sententiæ consona locutus: « Initium Evangelii Jesu Christi, Filii Dei [87]. » In Evangelio autem secundum Matthæum, ubi narratur resurrectio Salvatoris nostri Jesu Christi, ait centurio et qui cum illo Jesum custodiebant, viso terræ motu, editisque signis, admodum perterriti, hæc verba protulere: « Vere Filius Dei erat iste [88]. » Angelus vero pastoribus: « Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David [89]. » Si ergo quod natum est Dominus est, Dominipara est Virgo. Ubi autem Dominus, ibi et Deus. Nec distinguuntur Dominus a Deo, nec Deus a Domino; ut in Veteri Testamento dicitur: « Et pluit Dominus ignem a Domino [90]. » Et iterum: « Diliges Dominum Deum tuum [91]. » Ac rursum: « Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est [92]. » Et iterum Psalmista: « Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam [93]. » Ipseque rursum: « Deus Dominus et illuxit nobis [94]. » Item ipse: « Dominus Deus virtutum, quis similis tibi [95]. » Et Paulus in sua ad Titum Epistola ita scribit: « Apparuit salutaris gratia Dei omnibus hominibus, erudiens nos; ut abnegantes impietatem et sæcularia desideria, sobrie et juste et pie vivamus in hoc sæculo, exspectantes beatam spem et adventum gloriæ magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi [96]. » Hic est qui natus est ex sancta Virgine, qui est Christus Dominus. Hunc Christum et Dominum beatus Paulus magnum Deum vocat dicens: « Magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. » Rursum in sua ad Romanos Epistola ita scribit: « Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, et gloria et testamentum et legislatio et obsequium et promissa: quorum Patres et ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus [97]. » Ac rursum ipse Paulus: « Omnis fornicator, aut avarus, aut ebriosus, aut immundus, aut idolola-

A 5. Εἰπὲ οὖν Θεοτόκον τὴν Παρθένον, καὶ μὴ λέγε Θεοδόχον· μᾶλλον δὲ λέγε Θεοδόχον καὶ Θεοτόκον. Εἰ Θεοδόχος ἐστὶ καὶ Θεοτόκος· σάρκα οὐκ ἂν ἔλαβεν ἐξ αὐτῆς ὁ Θεὸς Λόγος; ἀλλὰ ἐκεῖ βιάζεταί με ὁ Εὐαγγελιστὴς βοῶν μεγάλῃ τῇ φωνῇ· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. » Ἐν δὲ τῷ ἄλλῳ εὐαγγελιστῇ οὕτω λέγει· « Ἠρώτα ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων· Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; Ἀποκριθέντες δὲ οἱ ἀπόστολοι εἶπαν· Οἱ μὲν Ἠλίαν, οἱ δὲ Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν. Εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς· Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε· Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. » Καὶ οὐκ εἶπε· Σὺ εἶ ὁ γενόμενος χάριτι Υἱὸς Θεοῦ, ἀλλά, « Σὺ ὁ Χριστός, » τρανῇ τῇ φωνῇ, « ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. » Καὶ Μάρκος δὲ ὁ B εὐαγγελιστὴς πάλιν τῇ αὐτῇ κέχρηται φωνῇ, συνῳδὰ φθεγγόμενος τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ· « Ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. » Ἐν δὲ τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ, εἰς τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, φησὶν ὁ ἑκατόνταρχος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ τηροῦντες τὸν Ἰησοῦν, ἰδόντες τὸν σεισμὸν καὶ τὰ γενόμενα σημεῖα, ἐφοβήθησαν σφόδρα λέγοντες, « Ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸς ἦν οὗτος· » ὁ δὲ ἄγγελος τοῖς ποιμέσιν· « Ἰδοὺ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ, ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον Σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος, ἐν πόλει Δαβίδ. » Εἰ οὖν τὸ τεχθὲν Κύριος, καὶ Κυριοτόκος ἡ Παρθένος· ὅπου δὲ Κύριος, ἐκεῖ καὶ Θεός· οὐ κεχώρισται Κύριος Θεοῦ ἢ Θεὸς Κυρίου, ὡς λέει ἐν τῇ Παλαιᾷ· « Καὶ ἔβρεξε Κύριος πῦρ παρὰ Κυ- C ρίου· » καὶ πάλιν· « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου· » καὶ πάλιν· « Ἄκουε, Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου Κύριος εἷς ἐστι· » καὶ πάλιν ὁ Ψαλμῳδός· « Κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου· » ὁ αὐτὸς πάλιν· « Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν· » καὶ πάλιν ὁ αὐτός· « Κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, τίς ὅμοιός σοι; » Καὶ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Τίτον Ἐπιστολῇ οὕτως γράφει· « Ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς· ἵνα, ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Οὗτος ὁ τεχθεὶς ἐκ τῆς ἁγίας D Παρθένου, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος. Τοῦτον τὸν Χριστὸν καὶ Κύριον μακάριος Παῦλος μέγαν Θεὸν αὐτὸν κηρύττει λέγων· « Τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Πάλιν ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους οὗτος γράφει· « Ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται· ὧν ἡ υἱοθεσία, καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ διαθήκη, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ λατρεία, καὶ αἱ ἐπαγγελίαι· ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός. » Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς Παῦλος· « Πᾶς πόρνος, καὶ πλεονέκτης, καὶ μέθυσος, καὶ ἀκάθαρτος,

[85] Joan. I, 14. [86] Matth. XVI, 13-16. [87] Marc. I, 1. [88] Matth. XXVII, 54. [89] Luc. II, 10, 11. [90] Genes. XIX, 24. [91] Deut. VI, 5. [92] ibid. 4. [93] Psal. LXXXIII, 9. [94] Psal. CXVII, 27. [95] Psal. LXXXVIII, 9. [96] Tit. II, 11-13. [97] Rom. IX, 3-5.

A καὶ εἰδωλολάτρης, οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ Κυρίου καὶ Θεοῦ.»

6. Ὥστε ἀποδέδεικται τὸν Κύριον καὶ Θεὸν εἶναι, καὶ Θεὸν τὸν Κύριον. Εἰ δὲ καὶ τούτων οὐκ ἀνάσχῃ, πείσωσί σε οἱ δαίμονες οἱ ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Γεργεσηνῶν κράζοντες· «Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοί, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς.» Πειθέτωσάν σε οἱ δαίμονες. Εἰ τὴν μαρτυρίαν Πέτρου παραγράφῃ, καὶ εἰς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου φωνὴν ἀποστρέφῃ· τὴν κατὰ Μάρκον αἰδέσθητι. Φοβήθητι τὸν ἄγγελον τὸν εἰρηκότα, Σωτῆρα καὶ Χριστὸν καὶ Κύριον τὸν τεχθέντα ἐκ τῆς Παρθένου. Ἐπὶ τούτοις ἀπιστεῖς; Χαλίνωσον τὴν ὁρμὴν τῆς βλασφημίας σου, καὶ ὁμολόγησον τὴν τοῦ ἀγγέλου φωνὴν τὴν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λεχθεῖσαν, Ἐμμανουὴλ, τουτέστι *Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός*. B Πρὸ τῆς συλλήψεως Θεὸς καλεῖται· καὶ ἐν τῷ συλληφθῆναι αὐτὸν οἰκονομικῶς οὐ κατὰ φύσιν ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου ἀρνῇ αὐτὸν Θεὸν εἶναι; Εἰ δὲ ὁμολογῇς αὐτὸν Θεὸν εἶναι ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου, ὅπερ καὶ ἔστιν, καὶ ἡνῶσθαι αὐτὸν τὸν Θεὸν Λόγον τῇ ἐνσάρκῳ οἰκονομίᾳ, τί φεύγεις Θεοτόκον λέγειν τὴν Παρθένον; Εἰ Θεοτόκος οὐκ ἔστι, οὐδὲ Παρθένος μετὰ τόκον. Ἐγὼ δὲ λέγω, ἐν τῇ συλλήψει τῆς παρθενικῆς μήτρας ὢν, ἐν τοῖς τοῦ Πατρὸς κόλποις ἐκάθητο μὴ περιγραφόμενος. Ἁπλῆ γὰρ καὶ ἀσύνθετος ἡ φύσις ἡ θεία μὴ περιγραφομένη. Ἄτρεπτος ἡ φύσις, καὶ ἀναλλοίωτος ἡ οὐσία. Καὶ τοῦτον τὸν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς ὄντα, τοῦτον ἔτεκε νῦν τῇ οἰκονομίᾳ ἡ Παρθένος. Ὡς ἠθέλησεν εἰσῆλθεν· ὡς ηὐδόκησε, συνελήφθη ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου· C ὡς ἐβουλήθη, προῆλθε τεχθείς. Σὺ τί περιεργάζῃ αὐτοῦ τὴν γέννησιν; Ἢ ὡς Θεὸν φοβήθητι, ἢ ὡς δεσπότην αἰδέσθητι, ἢ ὡς κτιστὴν καὶ δημιουργὸν εὐλαβήθητι, ἢ ὡς Κύριον τρόμησον, ἢ ὡς κριτὴν φρίξον. Ἐντρέψουσί σε οἱ δαίμονες οἱ τοὺς χοίρους ἀπελάσαντες, καὶ τὴν ἀγέλην τῷ βυθίῳ θανάτῳ ἀποπνίξαντες. Ἐκεῖνοι ἐπιγνόντες τὸν δεσπότην λέγουσι· «Τί ἡμῖν καὶ σοί, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς.» Ἐκεῖνοι τὸν κίνδυνον καὶ τὴν ἀπειλὴν τῆς βασάνου φεύγουσι, καὶ σὺ καθ' ἑαυτοῦ τὴν κρίσιν τῆς βασάνου ἐφέλκῃ. Ἐκεῖνοι ἔγνωσαν τὸν ἐκ Μαρίας τεχθέντα Κύριον καὶ κριτὴν τοῦ παντὸς κόσμου, καὶ ἰδόντες αὐτὸν πρὸ τῆς κρίσεως ἐτρόμησαν· καὶ σὺ ταύτην τὴν κρίσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων καταφρονεῖς, καὶ οὐκ ἐκπλήττῃ; Καὶ πάλιν ταῦτα λέγω, καὶ λέγων D οὐ παύσομαι, καθαρὰν ἐκλευκαίνων ὑμῖν τοῦ λόγου τὴν ὑπόθεσιν· ὥστε ἐν γνώσει ἀσφαλείας ἀσάλευτον ἔχειν τὴν πίστιν καὶ τὴν κρηπῖδα τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν βεβαίαν κατέχειν.

7. Πάλιν ἐπὶ τὸ προκείμενον βαδιοῦμεν, ὀρθὴν καὶ ἀκλινῆ τὴν ὁδὸν τῆς πίστεως ἀναδεικνύντες. Ἐμοὶ μὲν γὰρ τὸ λέγειν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. Οὗτος ὁ Θεὸς εἰσῆλθε διὰ τῆς ἀκοῆς τῆς Παρθένου ὡς ἠθέλησεν, ἐκυοφορήθη ὡς ηὐδόκησε, προῆλθε τεχθεὶς ὡς ἠβουλήθη· εἰσῆλθεν ἀσώματος ὡς ἠθέλησεν· ἐκυοφορήθη ὁ ἀχώρητος ἐν χωρητικῷ σκεύει, ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου οἰκονομικῶς, ὡς ηὐδόκησε. Προῆλθε

tra, non habet hæreditatem in regno Domini et Dei [28].»

354 6. Demonstratum itaque est Dominum, Deum; et Deum, Dominum esse. Quod si hæc non admittis, id tibi vel dæmones persuadeant in regione Gergesenorum clamantes: «Sine, quid tibi et nobis, Fili Dei? huc venisti ante tempus torquere nos [29].» Id tibi, inquam, dæmones persuadeant. Si Petri testimonium recusas, et Evangelii vocem respuis; illam Marci vocem revereare. Angelum verere, qui ait, Salvatorem, Christum et Dominum esse illum qui natus ex Virgine est. An hisce non credis? Refrena impetum blasphemiæ tuæ, et confitere angeli vocem, quæ in Evangelio dicitur, Emmanuel, id est, *nobiscum Deus*. Ante conceptionem Deus vocatur: et dum concipitur per œconomiam, nec secundum naturam, in utero Virginis, negas Deum illum esse? Quod si confiteare ipsum esse Deum in utero Virginis, quod etiam sic se habet; et ipsum Deum Verbum unitum fuisse carni per dispensationem, cur renuis Virginem vocare Deiparam? Si Deipara non est, neque Virgo post partum. At ego dico, eum, dum gestaretur materno in utero, in Patris sinu incircumscriptum sedisse. Simplex namque et incomposita est natura divina, nec circumscripta. Immutabilis natura et invariabilis substantia. Hunc autem ipsum qui in sinu Patris est, nunc per œconomiam Virgo genuit. Ut voluit, introivit; ut sibi placuit, conceptus est in utero Virginis. Ut voluit, natus processit. Quid tu curiose inquiris ejus generationem? Aut ut Deum time: aut ut herum verere: aut ut Creatorem et opificem cole: aut ut Dominum formida: aut ut judicem horre. Pudore te afficient dæmones qui porcos pepulerunt, et totum gregem præcipitem actum suffocarunt. Illi cum Dominum nossent aiunt: «Quid nobis et tibi, Fili Dei? venisti ante tempus torquere nos.» Illi periculum comminationemque supplicii refugiunt; et tu tibi judicium supplicii attrahis. Illi norunt Dominum et judicem mundi totius, ex Maria genitum, quem cum vel ante judicium viderent, contremuere: et tu qui hoc præ oculis judicium habes, nihil curas nec metuis? Rursum hæc dicam nec finem dicendi faciam, ut plane vobis dicti illius argumentum aperiam et declarem; ut ex certa cognitione firmam atque stabilem fidem habeamus, et fidei fundamentum certam scilicet confessionem retineamus.

7. Ad rem iterum redeamus, rectam et minime deflexam viam fidei ostensuri. Hæc me dicere non piget, vobisque tutum est. Hic Deus ingressus est per auditum Virginis, prout voluit; gestatus utero est, ut sibi libuit: natus prodiit, ut sibi placuit: incorporeus ingressus est, ut voluit: gestatus est qui nullo contineri potest, in vase qui continere potest, in Virginis vulva per dispensationem,

[28] Ephes. v, 5. [29] Luc. iv, 34.

ut sibi placuit. Prodiit natus Deus et homo, ut voluit. Factus est quod non erat, habens invariabilis substantiæ quod erat. Deus enim erat Verbum, et Verbum erat apud Deum. Proinde Apostolus dicit : « Misit Deus Filium suum factum ex muliere [1]. » Hunc Filium misit Deus, factum ex muliere, ex immaculata natura genitum, ex ineffabili substantia procedentem, qui ex paterno sinu non abscessit, qui ex regio throno non amotus est; sed proprie unum cum Patre thronum occupat, una sedet cum illo ; non gratia, sed divina natura, et paterna substantia. Quomodo namque isthinc semotus esset, dic mihi; cum ipse dicat : « Ego in Patre, et Pater in me [2] ? » Et rursum : « Pater autem in me manens ipse facit opera [3]. » Ipsum (dicimus) natum ex Maria Virgine. Hunc ante conceptionem angelus Emmanuel vocavit, id est, « Nobiscum Deus, » de quo locutus est Isaias propheta [4]. Hunc, inquam, puerum qui ex Virgine processit, Deum fortem, potentem, principem pacis, patrem futuri sæculi. Quinam puerulus, secundum naturam genitus, Deus fortis potensque fuit? Quis puer natus **355** stellam attraxit quæ perquisitum infantem significaret; imo potius angustum Domini diversorium? Quis puer magos ex Oriente vocavit, ut se adorarent? Quis puer naturæ conditione genitus dona a magis accepit? Donaque illa consideremus, num illi, ut infirmo homini oblata sint; annon potius ut Deo, regi et homini. Aurum ut regi; thus ut Deo; myrrha ut homini ad sepulturam. Aurum quidem ut regi : « Deus, judicium tuum regi da, et justitiam tuam filio regis [5]. » Hoc dictum protulit David. Posthæc angelus cum salutaret Mariam : « Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domum Jacob in sæcula, et regni ejus non erit finis [6]. » Ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

A τεχθεὶς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὡς ἐβουλήθη. Ἐγένετο ὃ οὐκ ἦν, ἔχων ἀναλλοιώτου οὐσίας ὃ ἦν. Θεὸς γὰρ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν· καίτοι γε τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· « Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικός. » Τοῦτον τὸν Υἱὸν ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς γενόμενον ἐκ γυναικὸς, τὸν ἐκ τῆς ἀχράντου φύσεως γεννηθέντα, τὸν ἐκ τῆς ἀφράστου οὐσίας προελθόντα, τὸν τῶν πατρικῶν κόλπων οὐκ ἀπαλλοτριωθέντα, τὸν τοῦ βασιλικοῦ θρόνου μὴ χωρισθέντα, ἀλλὰ ἰδίως τῷ Πατρὶ συνθρονεύοντα καὶ συγκαθεζόμενον, οὐκ ἐν χάριτι, ἀλλ' ἐν θεϊκῇ φύσει καὶ πατρικῇ οὐσίᾳ. Πῶς γὰρ κεχώρισται, φράσον μοι, αὐτοῦ λέγοντος, « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί· » καὶ πάλιν· « Ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα ; » Αὐτὸν B τὸν τεχθέντα ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, τοῦτον πρὸ τῆς συλλήψεως ὁ ἄγγελος Ἐμμανουὴλ κέκληκε, τουτέστι, « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, » ὃν εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης, τὸ παιδίον τοῦτο τὸ ἐκ τῆς Παρθένου προελθὸν, Θεὸν ἰσχυρὸν, ἐξουσιαστὴν, ἄρχοντα εἰρήνης, πατέρα τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ποῖον παιδίον κατὰ φύσιν τεχθὲν Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς ἐγένετο; Ποῖον παιδίον τεχθὲν ἀστέρα εἵλκυσε μηνύοντα τοῦ ζητουμένου βρέφους, μᾶλλον δὲ Δεσπότου, τὸ στενωπὸν καταγώγιον; Ποῖον παιδίον μάγους ἐξ ἀνατολῶν προσεκαλέσατο προσκυνῆσαι αὐτῷ; Ποῖον παιδίον κατὰ φύσιν τεχθὲν δῶρά ποτε προσηνέχθη παρὰ μάγων; Καὶ τὰ δῶρα εἴδωμεν, εἰ ὡς ἀσθενεῖ ἀνθρώπῳ προσηνέχθη, καὶ οὐχὶ Θεῷ, βασιλεῖ καὶ ἀνθρώπῳ· χρυσὸν μὲν ὡς βασιλεῖ, λίβανον δὲ ὡς Θεῷ, καὶ σμύρναν ὡς ἀνθρώπῳ εἰς ἐνC ταφιασμόν. Χρυσὸν μὲν ὡς βασιλεῖ· « Ὁ Θεὸς, τὸ κρίμά σου τῷ βασιλεῖ δὸς, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως. » Ταύτην τὴν φωνὴν εἶπεν ὁ Δαβίδ. Μετὰ ταῦτα ὁ ἄγγελος εἰς τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας· « Καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. » Ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN HOMILIAM DE CHRISTI OCCURSU MONITUM.

Hanc primum edidit Combefisius, vir de re litteraria, potissimum ecclesiastica bene meritus, qui illum Athanasio asserere pro virili conatus est (8). *Utque argumento occurrat desumpto ex memorato num. 15 Nestorio ac Eutyche, ait eorum nomina a librario quodam post Nestorii et Eutychis ætatem inserta fuisse adjectaque Simonis, Marcionis, Sabellii et Arii nominibus : quod ita gestum fuisse ideo pugnat, quod memoratis ibidem prædictis hæreticis, eorum mox errores recenseat, de Nestorii vero et Eutychis hæresibus ne verbum quidem faciat. Verum fatemur, nobis plane non liquere, esse Nestorii et Eutychis nomina hoc loco adjectitia : nam, præterquam quod exstant in duobus codicibus regiis, ad quorum fidem hæc homilia edita fuit; cum scriptor iste post allata sex hæresiarcharum nomina multas hæreses memoret, tacito hæreticorum nomine, v. g. Docitarum, Apollinaristarum aliorumque; sane innuere videtur, nequaquam sibi id consilii fuisse, ut præmissis nominibus Simonis, Marcionis, Sabellii, Arii, Nestorii, Eutychis, eorumdem omnium hæreses ordine postea memoraret, sed allatis quatuor priorum erroribus, reliquas deinceps hæreses ut sese memoriæ offerebant recensuisse. Quod utique prudentis lectoris judicio permittatur. Ad hæc, alia exstant*

[1] Galat. IV, 5. [2] Joan. XIV, 10. [3] ibid. [4] Isa. IX, 6. [5] Psal. LXXI, 2. [6] Luc. I, 32.

(8) In Bibliotheca PP. tom. I, p. 496.

in hac homilia, quæ post Nestorii ætatem conscriptam illam arguant; ut est illud numero 4: Διὰ τὸ χρηματίσαι τοῦτον Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, μίαν ἐξ ἀμφοτέρων ὑπόστασιν, καὶ διὰ μιᾶς ταύτης ἄμφω ταῦτα καὶ ὄντα καὶ γνωριζόμενον. Et quod sit una Deus atque homo, una ex utroque hypostasis, ac per unam illam (hypostasim) utrumque est ac dignoscitur. *Quæ licet revera sit Athanasii sententia, at vix concesserim Athanasium his eam explicuisse verbis. Indicant item in posteriora Nestorio tempora, quæ numero* 16 *dicuntur, beatam scilicet Virginem ubique terrarum* Θεοτόκον *vocari. Quæ vox Athanasio licet ignota non fuerit, at non erat ejus ævo ubique terrarum evulgata. Stylum si spectes, ab Athanasiano alienissimum fateare necesse est; cum apud Athanasium, teste Photio, semper emineat,* τὸ ἀπέριττον, *ac vi magis quam copia verborum ille gaudeat. Scriptor autem iste aliquam licet elegantiæ præferat speciem, ad* φλυαρίαν *usque verba sæpe multiplicat: quod neminem puto non adversurum. Tanta insuper vocum Athanasio minime familiarium sylva hic passim occurrit, ut vel hinc solum* νοθείας *possit ferri judicium: ut sunt,* νυμφοστόλος Λουκᾶς, χοροστατοῦντος, ἐκφαντορία, χειραπλοῦντι, βρεφοφανής, νεκροφανῶς, θεοφύτευτος, ὀμματόω. *et alia bene multa, quorum omnium vim et significationem in* Onomastico *videsis.*

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΥΠΑΝΤΗΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ, ΚΑΙ ΘΕΟΥ, ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

—

S. P. N. ATHANASII

SERMO IN OCCURSUM DOMINI DEI AC SALVATORIS NOSTRI JESU CHRISTI.

—

1. Τὰ τῆς παρούσης ἱερᾶς πανηγύρεως ἡ εὐαγγελικὴ σάλπιγξ περιηχείτω (9)· καὶ τοὺς τῷ παρθενικῷ τῷδε νυμφῶνι ἐξ εἰλικρινοῦς διανοίας παραστάντας ἡμᾶς ὁ μυστικὸς νυμφοστόλος Λουκᾶς πρὸς τὴν τῶν ἐν αὐτῷ καλῶν κατανόησιν τῷ λόγῳ χειραγωγείτω. Οὐδὲ γὰρ ὅσιον, αὐτοῦ χοροστατοῦντος τὰ κατ' αὐτὴν (10), ἑτερόν τινα λόγον ἔξωθεν παρεισάγεσθαι, μηδεμίαν μὲν εὐπρέπειαν, οὐκ ὀλίγον δὲ ταύτῃ τὸ αἶσχος περιποιούμενον. Ὡς γὰρ, ἡλίου καθαρῶς ἐπιλάμποντος, ματαία τις ἡ τοῦ λύχνου φαῦσις καὶ ἄχρηστος· οὕτως ἔνθα Λουκᾶς, ἢ ἄλλος τις τῶν εὐαγγελιστῶν ἀπηχήσειε, πᾶς λόγος ἀργὸς, καὶ προσκορὴς, καὶ ἀνόνητος. Λεγέτω δὴ οὗτος τῆς ἑορτῆς τὰ γνωρίσματα, καὶ δεικνύτω ταύτην (11) μᾶλλον τοῖς φιλεόρτοις ἡμῖν ἢ τοῖς φιλοπολέμοις τὰς παρατάξεις αἱ σάλπιγγες. Λέξει δὲ πάντως καὶ δείξει μάλα τρανῶς, ἀκοὴν ἡμῶν ὑποτιθέντων εὐγνώμονα. Καὶ δὴ προσεκτέον, καὶ πάσῃ φυλακῇ τηρητέον, ἵνα μὴ, κατήγορον τὸν συνήγορον καὶ κριτὴν τὸν πανηγυριστὴν παραφρόνως ἀπεργασάμενοι, μεταμελετῶμεν (12) ἐπ' ἐσχάτων, πλὴν ἀνωφελῆ καὶ ἀνόνητα.

2. « Ἀνήγαγον » οἱ γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν « εἰς Ἱεροσόλυμα παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου. » Τίς ἂν ἐφίκοιτο λόγος τῶν λεγομένων; Ποῖος νοῦς ἐν περινοίᾳ τοῦ θαύματος περιγένηται; Ποία ἀκοὴ τὸ μεγαλεῖον χωρήσει τοῦ διηγήματος; Ὢ τῶν φοβερῶν ἀκουσμάτων! Ὁ προ-

A 1. Præsentem sacram solemnitatem personet evangelica tuba. Mysticusque nuptiarum adornator Lucas, nos qui virginali huicce nuptiarum thalamo pura mente intersumus, verbis suis deducat ad intelligentiam bonorum in eo exsistentium. Non decet enim, ad ea initiante Luca, alium extrinsecus admittere sermonem, unde ipsi decoris quidem nihil, nec modicum probri afferatur. Quemadmodum enim sole clarius lucente, vanus inutilisque lucernæ fulgor; ita ubi Lucas, aut quis alius evangelistarum personat, sermo quivis otiosus **356** est, molestus, inutilisque. Loquatur ergo ille ut nos ad festivitatis notitiam deducat. Eamque nobis festi amantibus, apertius quam tubæ belli cupidis instructas acies, ostendat. Plane loquetur, B perspicue admodum ostendet, aurem modo benevole præbeamus. Curandum enim atque omni sollicitudine cavendum, ut ne patronum accusatorem, concionatoremque judicem stolide efficientes, pœnitentia tandem licet inutili et infructuosa ducamur.

2. « Tulerunt » parentes puerum Jesum, « in Jerusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini[1]. » Quis sermo ea quæ dicta sunt assequatur? Quæ mens rem ita mirabilem complectatur? Quis auditus tantam excipiet narrationem? O tremendam lectionem! Antiquior

[1] Luc. II, 22.

(9) Reg. 2, περιηχεῖται.
(10) Ita Reg. 1. Combefis. omisit τά. Reg. 2, τὰ κατ' αὐτόν.

(11) Ita Combefis. Duo mss. habent, ταύτῃ. Infra Reg. 2, pro πολέμοις, habet φιλοπολέμοις.
(12) Reg. 2, μεταμεληθῶμεν μέν.

sæculis, novus : qui ante tempus fuit, in tempore: in circumscriptione, qui incircumscriptus est : æternus ille, infans : quodque maximum est, Dei Filius, hominis Filius efficitur atque creditur. Quid novi, quid insolens illud? Quæ isthæc tanta Verbi erga nos attemperatio? Tulerunt parentes puerum. Quid ais, sacrorum evangelistarum excellentissime et sapientissime! Quid profers, o cœlestis expositionis enarrator et magister? Quid profers, o mysticæ cogitationum Spiritus descriptor? De Deo verba facis et localem memoras transitum? Vin' tu, natum ex Virgine, Filium Dei ad fines usque terræ declarare, ac carnales in medium afferre parentes? Num Dei parens in terra usquam habetur? An parentes Deus habet? An infans est? Num gestatur Deus a parentibus? Quis sermo ille? quod mysterium? Tulerunt parentes puerum : quibus manibus? quibus gestantes ulnis? Tremunt cherubim, vultum avertunt seraphim, horrent angeli, stupent archangeli, omnesque cœlorum virtutes, metu faciem obtegunt; et tu mortales inducis materiales qui gestent, qui moveant, qui circumferant illum? Quod miraculum? Quæ res? quod arcanum? Tulerunt parentes puerum : hæc enim dixisti cum nativitatem nobis enarrares : ea quippe de causa angelos induxisti, natum simul et locum ejus pastoribus declarantes atque renuntiantes : cœlestem quoque illam multitudinem, alta voce clamantem hisce verbis : « Gloria in altissimis Deo, et in terra pax[a]. » Puerperamque diligenter omnia observantem, ac cum virginitatis signaculis conferentem? Plane, inquit, ne tu miraculum modo, sed œconomiam quoque respice : neque enim Deus, ex natura sua, nudus ut infans curatur, et maternis circumscribitur ulnis; sed mortalem assumpsit naturam, imo potius revera homo factus est, peccati licet expers. Quomodo, quave ratione? Nequeo dicere, ait, inenarrabile quippe et prorsus ineffabile illud est; non mihi modo, verum ipsi quoque puerperæ; imo neque ipsi modo, humanam enim et ipsa naturam sortita est, tametsi gratia hominis conditionem superante, donata; sed etiam materiæ experti naturæ, quæ est post primam prima. Quod si ipsa materiæ expers natura, quæ mysterio ministravit, mysterium ignoravit omnino, quid illud a me discendum exposcis, homine, qui ne illud quidem quod pedibus occurrit, quandoque sciam? Quo modo factus est homo? dic ipse primum de teipso, quomodo factus sis homo, et tum de divina quoque incarnatione scrutaberis; imo ne tum quidem : neque enim si generatio tua nota sit, et divina statim erit : alioquin esset ipsa hominis, non Dei.

3. Nequaquam igitur, illud, « quomodo, » exqui-

A αἰώνιος πρόσφατος· ὑπὸ χρόνον ὁ ἄχρονος· ἐν περιλήψει ὁ ἀπερίληπτος· ὁ ἀΐδιος νήπιος· τὸ μέγιστον, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ἀνθρώπου καὶ γίνεται καὶ πιστεύεται. Τί τὸ ξένον, τί τὸ παράδοξον; Τίς ἡ τοσαύτη τοῦ Λόγου περὶ ἡμᾶς συγκατάβασις (13); Ἀνήγαγον οἱ γονεῖς τὸ παιδίον. Τί λέγεις, ὦ τῶν ἱερῶν εὐαγγελιστῶν ἐξοχώτατε καὶ σοφώτατε; Τί λέγεις, ὦ τῆς οὐρανίας ἐκφαντορίας ἐξηγητὰ καὶ διδάσκαλε; Τί λέγεις, ὦ μυστικὲ λογογράφε τῶν νοημάτων τοῦ Πνεύματος; Περὶ Θεοῦ διαλέγῃ, καὶ τοπικῆς μεταβάσεως μέμνησαι; Υἱὸν Θεοῦ τὸν ἐκ Παρθένου τεχθέντα βούλει διατρανῶσαι τοῖς πέρασι, καὶ σαρκικοὺς εἰς μέσον παράγεις γονεῖς; Καὶ ἔστιν ὅλως Θεοῦ γονεὺς ἐπὶ τῆς γῆς; Ἢ ἔχει γονεῖς Θεός; Ἢ νηπιάζει Θεός; Ἢ βαστάζεται ὑπὸ γονέων Θεός; Τίς B ὁ λόγος, τί τὸ μυστήριον; Ἀνήγαγον οἱ γονεῖς τὸ παιδίον. Τίσιν ἄρα παλάμαις· ἀγκάλαις δὲ ποίαις τοῦτον βαστάζοντες; Τὰ χερουβὶμ τρέμει, τὰ σεραφὶμ ἀποστρέφεται, ἄγγελοι φρίττουσιν, ἀρχάγγελοι καταπλήττονται, καὶ πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν φόβῳ τὰς ὄψεις κατακαλύπτουσι (14)· καὶ σὺ βροτοὺς εἰσάγεις ἐνύλους βαστάζοντας τοῦτον, καὶ κινοῦντας καὶ περιάγοντας. Τί τὸ θαῦμα; Τί τὸ πρᾶγμα; Τί τὸ ἀπόῤῥητον; Ἀνήγαγον οἱ γονεῖς τὸ παιδίον· ταῦτα γὰρ ἔλεγες, τὰ περὶ τὴν γέννησιν ἡμῖν ἱστορῶν· τούτου γὰρ χάριν καὶ τοὺς ἀγγέλους εἰσήγαγες τοῖς ποιμέσι τὸν τόκον ὁμοῦ καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ οὗτος ὑποδεικνύντας καὶ διαγγέλλοντας· τήν τε οὐρανίαν ἐκείνην πληθὺν, μεγαλοφώνως βοῶσαν, καὶ C λέγουσαν· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη· » καὶ τὴν τεκοῦσαν πάντα μετ' ἐπιμελείας διατηροῦσαν, καὶ ταῖς τῆς παρθενίας σφραγῖσι συμβάλλουσαν; Ναὶ, φησὶ, καὶ μὴ πρὸς τὸ θαῦμα μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν οἰκονομίαν ἀπόβλεπε. Οὐ γὰρ Θεὸς οὕτως, ὡς ἔφυ, γυμνὸς βρεφουργεῖται, καὶ μητρικαῖς ὠλέναις ἐμπεριγράφεται (15), ἀλλὰ τὴν βροτείαν φύσιν ὑπειλημμένος, μᾶλλον δὲ αὐτόχρημα τῆς ἁμαρτίας χωρὶς κατὰ ἀλήθειαν γενόμενος ἄνθρωπος. Πῶς καὶ τίνα τρόπον; Οὐκ ἔχω λέγειν, φησίν· ἄῤῥητον γὰρ τοῦτο, καὶ παντελῶς ἀνερμήνευτον, οὐκ ἐμοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ τεκούσῃ· καὶ οὐ ταύτῃ μόνον, ἀνθρωπίνης γὰρ καὶ αὐτὴ φύσεως ἔλαχεν, εἰ καὶ τῆς ὑπὲρ ἄνθρωπον κατηξίωται (16) χάριτος· ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ ἀΰλῳ φύσει, καὶ πρώτῃ μετὰ τὴν D πρώτην Εἰ δὲ καὶ ἄϋλος φύσις, καὶ αὐτὴ ἡ τῷ μυστηρίῳ καθυπουργήσασα παντελῶς ἠγνόησε τὸ μυστήριον, πῶς τοῦτο παρ' ἐμοῦ μαθεῖν ἐπιζητεῖς, ἀνθρώπου μηδ' αὐτὸ τὸ ἐν ποσὶν ἔστιν ὅτε γινώσκοντος; Πῶς γέγονεν ἄνθρωπος; εἰπὲ σὺ περὶ σεαυτοῦ πρῶτον, πῶς γέγονας ἄνθρωπος, καὶ τότε διερευνήσεις καὶ περὶ τῆς θείας σαρκώσεως· μᾶλλον δὲ μηδὲ τότε· οὐδὲ γὰρ ἐπειδήπερ ἡ σὴ γέννησις γνώριμος, ἤδη καὶ ἡ Θεοῦ· ἢ γὰρ ἂν ἦν κἀκείνη ἀνθρώπου, καὶ οὐ Θεοῦ.

3. Οὐκοῦν ἐξεταστέον τὸ, « πῶς· » ὅσῳ γὰρ σὺ τοῦ

[a] Luc. II, 14.

(13) Reg. 2, κατάβασις.
(14) Ita Reg. 2. At Reg. 1, κατακαλύπτονται.

(15) Sic Reg. 2; Reg. autem 1, περιγράφεται.
(16) Ita Reg. 2; Reg. 1, κατηξίωτο.

θεοῦ ταπεινότερος, τοσούτῳ καὶ τῆς σῆς γεννήσεως ἀποῤῥητοτέρα, καὶ ἔτι μᾶλλον, ἡ τοῦ Θεοῦ. « Ἀνήγαγον » οἱ γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν (17) « εἰς Ἱεροσόλυμα. » Τί ποτε ἄρα δράσοντες; Μήτιγε τὴν τοῦ Ἰσραὴλ βασιλείαν παραληψόμενοι; ἢ ὅπλα χαλκεύσοντες, ἢ στρατὸν συγκινήσοντες, ἢ ἄλλο τι τῶν χαμαιπετῶν καὶ προσκαίρων συνεπικερδήσοντες τῷ παιδί; Οὔ, φησίν· ἀλλὰ « παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου. » Τί φῂς, ἄνθρωπε; καὶ ἔστι τοῦ ἀληθῶς Θεοῦ Θεός· ἢ τοῦ κυρίως (18) Κυρίου Κύριος ἕτερος; Ἔστι, φησὶ, καὶ μὴ δείσῃς· οὐ γὰρ κατὰ φύσιν τοῦτο, κατὰ χάριν δὲ καὶ οἰκονομίαν τὴν ἀνωτάτω. Ὥσπερ γὰρ τῶν οὐ κυρίως υἱῶν Πατὴρ ὁ Θεὸς λέγεται· « Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, εἶπα, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες· » οὕτω καὶ τοῦ κυρίως Υἱοῦ κατὰ φύσιν (ὁμοούσιος γὰρ ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ), κατὰ χάριν δὲ καὶ οἰκονομίαν Θεὸς λέγεται· « Ἀναβαίνω γὰρ, φησὶ, πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Ὅτου χάριν « οὐδὲ ἀδελφοὺς ἡμᾶς ὁ Υἱὸς καλεῖν ἐπαισχύνεται· Ἀπαγγελῶ γὰρ, φησὶ, τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. » « Καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου. » Ὢ τῆς οἰκονομίας! ὢ τῆς ἀνεξιχνιάστου περὶ ἡμᾶς τοῦ Λόγου οἰκονομίας καὶ ἀγαθότητος! Ὁ νομοθέτης ὑπὸ τὸν νόμον· ὁ τῶν Μωσαϊκῶν προσταγμάτων δοτὴρ τοῖς προσταττομένοις ὑποκύπτειν οὐκ ἀπαναίνεται. Ὁ τῆς τοῦ νόμου κατάρας ἐλευθερώσας τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἄνθρωπος τῷ νόμῳ δουλεύειν οὐκ ἀναβάλλεται.

4. « Καθὼς ἐστι γεγραμμένον ἐν νόμῳ Κυρίου. » Τίς ὁ γράψας, τίς; Ὁ Κύριος. Οὐχ εἷς καὶ ὁ αὐτός ἐστιν οὗτος, ὁ σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι δοξαζόμενος; Ναὶ, φησίν· ἀλλὰ τῆς οἰκονομίας τοῦτο, καὶ τοῦ μὴ νομισθῆναι τοῖς χριστομάχοις ἀντίθεος. « Μὴ νομίσητε γὰρ, φησὶν, ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. » Καὶ τί ξένον εἰ ὁ γέννησιν καὶ φάτνην καὶ σπάργανα, καὶ περιτομὴν καταδεξάμενος ὀκταήμερον, καὶ παραστῆναι ἔναντι Κυρίου κατὰ τὸν νόμον ἄνεισιν εἰς Ἱεροσόλυμα· ὅς γε τοσοῦτον οὐκ ἐπικαλύπτεται τούτοις, ὅτι καὶ τῷ Στεφάνῳ λιθολευστουμένῳ πρὸς Ἰουδαίων ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ Πατρὸς ἐμφανίζει ἑαυτὸν, καίτοι μονίμην ἔχων τὴν ἐκ δεξιῶν τούτου καθέδραν καὶ ἀδιάπτωτον. « Εἶπε γὰρ, φησὶν, ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. » Ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ἄνω καὶ θεϊκῶς, τοῦτο δὲ κάτω καὶ οἰκονομικῶς διὰ τὴν πρόσληψιν, καὶ διὰ τὸ χρηματίσαι τοῦτον Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, μίαν ἐξ ἀμφοτέρων ὑπόστασιν· καὶ διὰ μιᾶς ταύτης ἄμφω ταῦτα, καὶ ὄντα καὶ γνωριζόμενον· ἵνα τῇ κοινωνίᾳ τῶν φύσεων καὶ τῶν οἰκείων ταύταις ἰδιωμάτων ῥᾴστην ἡμῖν καὶ συντομωτάτην τὴν σωτηρίαν περιποιήσηται.

5. « Ὅτι πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν ἅγιον τῷ

rendum est : quanto enim tu Deo inferior, tanto occultior Dei generatio est quam tua. « Tulerunt » parentes puerum Jesum « in Jerusalem. » Quid facturi? **357** Num ut Israelis regnum occuparent? an ut arma fabricarent? aut exercitum cogerent? an ut quidpiam aliud ex infimis et temporaneis lucri puero compararent? Minime, inquit; sed, « ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini. » Quid ais, o homo? estne ejus qui vere Deus est, Deus; aut ejus qui proprie Dominus est, Dominus alter? Est plane, nec ideo metuas : non est quippe per naturam illud, sed per gratiam et supernam œconomiam. Quemadmodum enim eorum qui non sunt proprie filii Pater dicitur Deus : Nam « Ego, ait, dixi : Dii estis, et filii Excelsi omnes [9]; » ita quoque illius qui secundum naturam Filius est (consubstantialis enim est Patri Filius), per gratiam autem et œconomiam, Deus dicitur : « Ascendo enim, inquit, ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum [10]. » Quapropter « non confunditur Filius nos vocare fratres, ait enim : Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te. » — « Sicut scriptum est in lege Domini [11]. » O œconomiam! o imperscrutabilem Verbi erga nos clementiam ac bonitatem! Legislator sub lege : Mosaicorum lator præceptorum, non recusat ipsis subjacere præceptis. Qui a legis maledicto hominem liberavit, non cunctatur ipsi legi ut homo servire.

4. « Sicut scriptum est in lege Domini. » Quisnam est qui scripsit? quis, inquam, est? Dominus. Nonne unus atque is ipse est, qui cum Patre et Spiritu glorificatur? Etiam, inquit; sed illud œconomiæ est, et ne Christus inimicis suis esse videatur ἀντίθεος, id est, Deo adversarius. « Nolite enim putare, inquit, quia venerim solvere legem aut prophetas : non veni solvere, sed adimplere [12]. » Quid porro mirum, si is qui nativitatem, præsepe, pannos, circumcisionem post dies octo admisit, is ipse sisti Domino secundum legem voluerit in Jerusalem : qui tantum abest ut ipsis latere velit, ut Stephano a Judæis lapidato, stans a dextris Patris sui apparuerit; quanquam stabilem perpetuamque a dextris ejus habet sedem : « Dixit enim, inquit, Dominus Domino meo, sede a dextris meis : donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [13]. » Sed illud quidem, superne, et utpote Deus; hoc autem inferne et per œconomiam assumptæ naturæ, et quod sit una Deus atque homo : et una ex utroque hypostasis : ac per unam illam (hypostasin) utrumque esse dignoscitur; ut naturarum communione, atque proprietatum iis competentium, facillimam nobis ac brevissimo compendio salutem conciliaret.

5. « Quia omne masculinum adaperiens vulvam,

[9] Psal. LXXXI, 6. [10] Joan. XX, 17. [11] Hebr. II, 11, 12. [12] Matth. V, 17. [13] Psal. CIX, 1.

(17) Ita Reg. 2. Ἰησοῦν deest in Reg. 1. Mox Reg. 2, Μήτιγε. Reg. 1 et Combef., Μήτοιγε.

(18) Κυρίως deest in Reg. 2.

sanctum Domino vocabitur [14]. » Quid ergo, an sanctus omnis primogenitus? Restat igitur, ut Ismael, Esau, et ante illos Cain, multique alii Deo invisi ac maledicti homines, quod primi vulvam aperuerint, sancti Domino vocentur. Ecqua de causa de Ismaele dicitur : « Ejice ancillam et filium ejus [15]? » Cur de Esau : « Jacob dilexi, Esau autem odio habui [16]? » Quæ causa fuit, si sanctus Cain Domino erat, quod pro cæde fratris, septies ultio ab eo reposceretur? Si omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur; quid plus habet Christus, quam Ruben? Quid amplius illi quam Amnoni? Nam et ipsi quoque primo partu editi, vulvam videntur aperuisse. Sed cave ne ferventius circa Scripturas insilias, ac longius a meta excurras. Non enim, inquit, ita dixi : Omne primogenitum sanctum Domino vocabitur : alioquin ad brutam usque naturam sanctitas permearet : sed : « Omne masculinum aperiens vulvam : » Quando scilicet absque concubitu partus evenerit : cum non ex sanguinibus, neque ex **358** voluntate viri [17]; sed ex Spiritu sancto fetus susceptio fuerit : cum nemine foris pulsante, infans ipse intus aperuerit : cum virginitatis signaculis atque septis, infractis intus conservatis, foras fetus exsilierit : sic utique : « Omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur. » Nam illic quidem non infantes vulvas adaperuere, sed viri cum muliere congressus. Nam, « cognovit, inquit, Adam Evam uxorem suam, quæ concepit et peperit Cain [18]. » Hic autem non item, sed ipse fetus, vulvæ fores aperuit, nullo egens exterius carnali concubitu. Etenim, « Antequam, inquit, convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto [19]. » Licet quoque brevius vocem excipere atque interpretari, subintelligendo extrinsecus « Virginis » vocem, ut sic consequenter intelligatur : « Omne masculinum adaperiens vulvam virginem, sanctum Domino vocabitur. » Quod in Christo solum accidit, cum nemini alii id commune fuerit. Ipse namque solus Virginem vulvam in carne nascendo aperuit : eamque item Virginem, ut ante partum erat, conservavit.

6. « Et ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini : par turturum, aut duos pullos columbarum [20]. » Quid vero? Etiamne hostias secundum legem obtulit? Ecqua ergo ratione Paulus ait : « Talis decebat ut nobis esset pontifex qui non haberet necessitatem quotidie, quemadmodum pontifices, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel semetipsum offerendo [21], » hoc est, per

Κυρίῳ κληθήσεται. » Τί οὖν, πᾶς πρωτότοκος ἅγιος; (19) Ὥρα σοι λοιπὸν, καὶ Ἰσμαὴλ, καὶ Ἠσαῦ, καὶ πρὸ τούτων τὸν Κάϊν, καὶ πολλοὺς ἄλλους τῶν θεοστυγῶν τε καὶ κατηραμένων ἀνδρῶν, τῷ πρώτους (20) αὐτοὺς διανοῖξαι μήτραν, ἁγίους τῷ Κυρίῳ καλεῖν. Καὶ τίνος χάριν λέγεται περὶ Ἰσμαὴλ, ὅτι « Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς· » περὶ δὲ Ἠσαῦ, ὅτι « Τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἠσαῦ ἐμίσησα; » Τίνος δὲ χάριν, εἰ ἅγιος ἦν τῷ Κυρίῳ ὁ Κάϊν, ἐπὶ τῷ τούτου φόνῳ ἑπτὰ ἐκδικούμενα παρελύετο; Εἰ πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται, τί πλέον ἔχει Χριστὸς τοῦ Ῥουβίμ; Τί δὲ τὸ περισσὸν τούτου πρὸς τὸν Ἀμνών (21); καὶ γὰρ καὶ οὗτοι δόξαιεν ἂν, τῷ πρώτως ἀποτεχθῆναι, μήτραν πως διανοῖξαι. Ἀλλ' ὅρα, μὴ θερμῶς ἅπτε περὶ τὰ Γράμματα, καὶ μὴ πόῤῥω τῆς νύσσης ἀπότρεχε. Οὐ γὰρ τοῦτο, φησὶν, εἶπον, ὅτι Πᾶν πρωτότοκον ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται· ἢ γὰρ ἂν οὕτω καὶ πρὸς τὴν ἄλογον φύσιν ἡ ἁγιότης διέβαινεν· ἀλλ' ὅτι Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν· τουτέστιν, Ὅταν ἀπειρογάμως ὁ τόκος προβῇ· ὅταν οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐξ ἁγίου Πνεύματος ἡ τοῦ τικτομένου γένηται σύλληψις· ὅταν, μηδενὸς ἔξωθεν κρούσαντος, αὐτὸ τὸ βρέφος ἔσωθεν διανοίξῃ· ὅταν, τῆς παρθενίας σφραγίδων καὶ κλείθρων ἀσαλεύτων φυλαττομένων ἔνδοθεν, ἔξω τὸ τικτόμενον ἐκπηδήσῃ· οὕτω « Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται. » Ἐκεῖ μὲν γὰρ οὐδὲ τὰ βρέφη τὰς μήτρας διήνοιξεν, ἀλλ' ἡ τοῦ ἀνδρὸς πρὸς τὴν γυναῖκα συνέλευσις· « Ἔγνω γὰρ, φησὶν, Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὸν Κάϊν. » Ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' αὐτὸ τὸ τεχθὲν τὰς τῆς μήτρας διήνοιξε πύλας, μηδὲ μιᾶς προσδεηθὲν σαρκικῆς συμφωνίας ἀπὸ τῶν ἔξωθεν. « Πρὶν ἢ γὰρ, φησὶ, συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου. » Δύνασαι δὲ καὶ (22) συνεκδοχικώτερον τὴν φωνὴν ἐκλαβεῖν τῆς Παρθένου, ἔξωθεν συνακουομένης, ἵν' ᾖ τὸ ἑξῆς οὕτως « Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν παρθένον, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται. » Ὅπερ μόνον (23) ἐπὶ Χριστοῦ πέπρακται, μηδενὸς ἄλλου τῶν πάντων κεκοινωνηκότος τῷ χρήματι. Μόνος γὰρ οὗτος παρθένον μήτραν σαρκὶ τεχθεὶς ἐξανέῳξε· καὶ πάλιν ταύτην παρθένον, ὡς πρὸ τοῦ τόκου, τετήρηκεν.

6. « Καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ Κυρίου· ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν. » Τί δέ; Καὶ θυσίας κατὰ τὸν νόμον ἀνήνεγκε; Καὶ πῶς φησιν ὁ Παῦλος, ὅτι « Τοιοῦτος ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεὺς, ὃς οὐκ ἔχει καθ' ἡμέραν ἀνάγκην, ὥσπερ οἱ ἀρχιερεῖς, πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν θυσίας ἀναφέρειν, ἔπειτα τῶν τοῦ λαοῦ. Τοῦτο γὰρ ἐποίησεν ἐφάπαξ ἑαυτὸν ἀνενέγκας, » τουτέστι διὰ τοῦ σταυροῦ θυσιάσας; Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς

[14] Exod. XIII, 2; Luc. II, 23. [15] Genes. XXI, 10. [16] Malach. I, 2. [17] Joan. I, 13. [18] Genes. IV, 1. [19] Matth. I, 18. [20] Luc. II, 24. [21] Hebr. VII, 26, 27.

(19) Explicatio isthæc habetur apud Amphilochium, Homilia de occursu, pag. 25; itaque similis huic est, ut videatur scriptor iste ab Amphilochio eam mutuatus.

(20) Ita Reg. 2. At Reg. 1, πρώτως.

(21) Reg. 2, Ἀμμών.

(22) Reg. 2, δύνασαι γὰρ συνεκ.

(23) Reg. 2, μόνος.

θυσιάσων ἀνέρχεται, πρῶτον μὲν εὑρεθήσεται κυρῶν A τε καὶ συνιστῶν ταῦτα ἅπερ αὐτὸς οὗτος, πρὸς τὸ κρεῖττον ἀμεῖψαι παρεγένετο· ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸς ἔσται τῶν πολλῶν εἷς, δουλεύων τῇ τοῦ νόμου κατάρᾳ. Καὶ τίνος χάριν ὁ Παῦλός φησιν, ὅτι « Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου; » Ἦ οὐχ ὑπὲρ τοῦ βρέφους ταῦτα; Οὔ, φήσειεν ἄν, καὶ μάλα γενναίως ὁ εὐαγγελιστής, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς τὸ βρέφος τεκούσης Μητρός. Καὶ τοῦτο δῆλον (24) ἐκ τῶν ἄνωθεν εἰρημένων· « Ὅτε γάρ, φησίν, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῆς, ἀνήγαγον τὸ παιδίον εἰς Ἱεροσόλυμα παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου· » τοῦτο περὶ τοῦ βρέφους· « καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ Κυρίου, ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν· » τοῦτο περὶ τῆς Παρθένου καὶ τοῦ ταύτης μνηστῆρος (25). B Εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ βρέφους ταῦτα, ξένον οὐδέν. Ὁ γὰρ περιτμηθῆναι κατὰ τὸν νόμον μὴ ἀπαξιώσας, πῶς ἂν τὰς κατὰ νόμον θυσίας ἀπείπατο; ᾧ γε τοσοῦτον ἀπῆν τὸ ἀναβάλλεσθαι ταῦτα καὶ ὑπερτίθεσθαι, ὅτι καὶ τὸ Ἰωάννου βάπτισμα βαπτισθῆναι οὐ παρῃτήσατο· καίτοι τοῦ βαπτιστοῦ χρείαν ἔχοντος ὑπ' αὐτοῦ βαπτισθῆναι. Ἀλλ' ὅμως τοσοῦτον ἡμῖν συγκατέβη, καὶ οὕτως ὑπὸ τῆς ἰδίας φιλανθρωπίας κεκίνηται, ὡς μὴ τὰ κατὰ νόμον μόνον, ἀλλὰ καὶ σταυρὸν καὶ θάνατον καταδέξασθαι, ἵνα πρὸς ἑαυτὸν ἡμᾶς ἀνελκύσῃ, κάτω κειμένους ἐν τῷ τῆς παραβάσεως πτώματι.

7. « Καὶ ἰδοὺ ἦν, φησίν, ἄνθρωπος ἐν Ἱερουσαλὴμ, ᾧ ὄνομα Συμεών· καὶ ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος καὶ εὐλαβής, προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ C Ἰσραήλ. » Τίς ἂν ἀξιώτερον ἔπαινον τῶν βραχυτάτων τούτων ῥημάτων τῷ ἀνδρὶ προσκομίσειε; « Καὶ ἰδοὺ ἦν ἄνθρωπος· » ἄνθρωπος τὸ φαινόμενον, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον τὸ νοούμενον· ἄνθρωπος τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ τὴν ἀξίαν πολλῷ τῷ μέσῳ τῶν ἀνθρώπων ὑπερκείμενος (26)· τὴν φύσιν ἄνθρωπος, ἀλλὰ τὴν ἀρετὴν ἄγγελος. Ἄνθρωπος αἰσθητὸν μὲν ἐνδιαίτημα τὴν κάτω Ἱερουσαλὴμ κεκτημένος· νοητὸν δὲ τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ τὴν μητρόπολιν, « ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός· » ἄνθρωπος ἀνθρώποις μὲν τῇ σαρκὶ συναναστρεφόμενος, ἀγγέλοις δὲ τῷ πνεύματι συμπολιτευόμενος· μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ἀγγέλων ὁ Συμεὼν ὑπέρτερος· εἴπερ τὸν ἐκείνοις ἀθέατον, οὗτος ἰδεῖν κατηξίωται· καὶ οὐχ ἰδεῖν μόνον, ἀλλ' ὃ τούτου μεῖζον ἦν καὶ παραδοξότερον, καὶ ἐναγκαλίσασθαι. « Καὶ ὁ D ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος· » ἀπεδίδου γὰρ ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν· τῷ μὲν λόγῳ τὸ τὰ θεῖα καὶ ἐννοεῖν καὶ λογίζεσθαι· τὸ αἰχμαλωτίζειν πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν (27) τοῦ Χριστοῦ· τὸ μὴ ἐπανιστᾷν τὴν κτίσιν τῷ Κτίστῃ, κατὰ τοὺς ἄφρονας· τὸ μηδὲν ἔξω τῆς θείας εἶναι προνοίας ὑπολαμβάνειν· τὸ διὰ τῶν (28) κτισμάτων ἀναλόγως τὸν Γενεσιουργὸν ἐννοεῖν· τῷ δὲ θυμῷ τὴν κατὰ τοῦ ὄφεως αὐστηρίαν, τὸ κατὰ τῆς

crucem sese immolando? Quod si immolaturus ipse ascendat, primum quidem comperitur ea firmare, iis auctoritatem præbere, quæ ipse in melius commutaturus accessit. Deinde, ipse quoque unus erit ex multis qui legis maledicto serviebant. Ecqua ergo ratione Paulus ait : « Christus nos redemit ex maledicto legis [23]? » Annon pro puero hæc dicta sunt? Non, dicet ingenue evangelista, sed pro matre pueri genitrice. Quod ex supra dictis palam est. Nam, « postquam impleti sunt, inquit, dies purgationis ejus, tulerunt puerum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini : » hoc de puero : « et ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum : » hoc de Virgine ac ejus sponso. Quod si de infante quoque dicantur, nihil absurdum. Qui enim non dedignatus est secundum legem circumcidi, quomodo legis hostias recusasset? Qui tantum abest ut ea differret aut intermitteret, ut ne Joannis quidem baptismo baptizari abnuerit; etiamsi ipse Baptista opus haberet ab eo baptizari. Ita nihilominus se nobis attemperavit, atque tanta erga nos clementia permotus est; ut non solum legalia, sed crucem atque mortem sustineret, quo nos inferne in transgressionis ruina jacentes, ad se pertraheret.

7. « Et ecce, inquit, homo erat in Jerusalem, cui nomen Symeon : et homo iste justus, et timoratus exspectans consolationem Israel [24]. » Quis viro digniorem laudem quam pauca istiusmodi verba complectuntur afferre possit? « Ecce homo erat; » homo videbatur et supra hominem esse intelligebatur. Homo substantia; sed dignitate magno homines intervallo superabat : natura homo, sed virtute angelus. Homo cui quidem sensibile habitaculum erat inferior illa Jerusalem; spirituale vero, superna Jerusalem, Metropolis illa, « cujus artifex conditorque Deus [25]. » Homo, qui carne cum hominibus una versabatur, spiritu autem cum angelis degebat, imo ipsis angelis superior Symeon : siquidem eum qui **359** inaspectabilis ipsis est, videre meruit; nec modo videre, sed quod præstantius ac mirabilius est, et ulnis suscipere. « Et homo ille justus, » cuique enim pro jure et conditione tribuebat. Rationi quidem, ut divina cogitaret ac meditaretur : ut sensum omnem captivaret in obsequium Christi [26] : ut ne, insipientium more, creatura insurgeret in Creatorem : ut ne quid extra divinam esse providentiam existimaret : ut ex proportione quadam per creata, Creatorem intelligeret [27]. Iræ autem, austeritatem in serpentem, severitatem in

[23] Galat. III, 13. [24] Luc. II, 25. [25] Hebr. XI, 10. [26] II Cor. X, 5. [27] Rom. I, 20.

(24) Reg. 2, δηλοῖ.
(25) Sic Reg. 2, probe. At Reg. 1, μνήστορος.
(26) Reg. 2, ὑπερεκκείμενος. Infra, ἄνθρωποι ante αἰσθητὸν in solo Reg. 2 exstat.
(27) Ita Reg. 2 et G. Scripturæ textus. R. 1, ὑποταγήν.
(28) Reg. 2, τὸ ἐκ τῶν.

peccatum : inclementem atque durum erga impios animum. Ea Helias adversus Achabi centenarios [27], Phinees contra Madianiticum scelus [28] : Petrus et Paulus ; prior quidem contra Ananiam et Sapphiram [29] ; posterior vero contra Elymam [30] et Alexandrum [31] et alios multos, justissime usus est. Cupiditati autem, ut in lege Domini perpetuo meditaretur, desiderabiles existimaret justificationes Domini super aurum et lapidem pretiosum multum, et dulciores super mel et favum [32] : ut diceret cum Davide : « Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum : concupiscit et deficit anima mea in atria Domini [33]. » Ita justus erat Symeon nullo virtutis genere destitutus : siquidem justitiam reliquas omnes existimamus complecti virtutes, quæ genericas istas subsequuntur. « Timoratus » porro, qua ratione? quod vereretur faciem Domini et mandata ejus : legerat quippe illud nec sine magna attentione : « Super quem respiciam, nisi super mitem, et quietum, et trementem sermones meos [34]? »

8. « Exspectans consolationem Israel. » Quam consolationem? Eam scilicet quam Abraham in angeli specie videns, religiose, ut Deo conveniebat, adoravit [35]. Quam consolationem? De qua præfatus est Jacob : « Non deficiet, aiens, princeps ex Juda, neque dux ex femoribus ejus, donec veniat cui repositum est, et ipse exspectatio gentium [36]. » Quam consolationem, inquam? Eam ipsam de qua Balaam, licet extra ecclesiasticam aulam staret, prophetavit his verbis : « Orietur stella ex Jacob, et surget homo ex Israel [37] : » Eam ipsam de qua Moyses ait : « Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus noster ex fratribus vestris sicut me [38]. » Hanc consolationem exspectabat Symeon, accepto Spiritus sancti oraculo. Quid igitur? Nunquid eam semper exspectans, spe sua excidit, aut exspectatione frustratus est? Nequaquam, minime gentium; sed et vidit et ulnis excepit. O virtutem viri! o præclaram pietatem puritatemque! « In quæ, » juxta B. Paulum [*l.* Petrum], « desiderant angeli prospicere [39]; » in ea ipsa Symeon, non prospicere modo, sed pure ingredi, ea contrectare iisque pure initiari valuit!

9. « Et venit in Spiritu in templum [40]. » O miraculum! Ne suis quidem pedibus ad sacramenti ministerium usus est. Currus ipsi est Spiritus sanctus qui eum quasi alatum, vel quasi alium aeris cursorem Ambacum, in templum inducit, ac sistit sacrario [41]. His plane verbis compellans virum : Accede, dilecte senex, quo redditorum tibi

A ἁμαρτίας ἀπότομον· τὸ κατὰ τῶν ἀσεβούντων ἀσυμπαθὲς καὶ ἀνήμερον. Ὁ Ἠλίας μὲν κατὰ τῶν Ἀχαὰβ πεντηκοντάρχων· Φινεὲς δὲ κατὰ τοῦ Μαδιανιτίου μύσους· Πέτρος δὲ καὶ Παῦλος, ὁ μὲν κατὰ Ἀνανίου καὶ Σαπφείρας, ὁ δὲ κατὰ Ἐλύμα καὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ πολλῶν ἄλλων δικαιότατα ἀπεχρήσατο. Τῇ δὲ ἐπιθυμίᾳ τὸ μελετᾷν ἐν νόμῳ Κυρίου διαπαντός· τὸ ἐπιθυμητὰ ἡγεῖσθαι τὰ δικαιώματα Κυρίου ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολὺν, καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον· τὸ λέγειν μετὰ Δαυῒδ· « Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων· ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου. » Οὕτως ἦν δίκαιος ὁ Συμεὼν, μηδενὸς εἴδους τῆς ἀρετῆς ὑστερούμενος· εἴπερ ἐμπεριεκτικὴν ἴσμεν τὴν δικαιοσύνην καὶ τῶν ἄλλων πασῶν ἀρετῶν, ὅσαι ταῖς
B γενικαῖς ταύταις ὑποβεβήκασιν. « Εὐλαβὴς » δὲ πῶς; εὐλαβούμενος ἀπὸ προσώπου Κυρίου καὶ τῶν αὐτοῦ προσταγμάτων· ἀνεγνώκει γὰρ καὶ λίαν ἐπεσκεμμένως τὸ, « Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; »

8. « Προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραήλ. » Ποίαν παράκλησιν; Ἣν Ἀβραὰμ ἐν ἀγγέλου ἑωρακὼς σχήματι, θεοπρεπῶς προσεκύνησε. Ποίαν παράκλησιν; Περὶ ἧς Ἰακὼβ προηγόρευσεν· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων, εἰπὼν (29), ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » Ἀλλὰ ποίαν παράκλησιν; Αὐτὴν ἐκείνην περὶ ἧς Βαλαὰμ, εἰ καὶ τῆς ἐκκλη-
C σιαστικῆς αὐλῆς ἔξωθεν ἑστηκὼς, προεφήτευσεν· « Ἀνατελεῖ, λέγων, ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἀναστήσεται ἄνθρωπος ἐξ Ἰσραήλ. » Αὐτὴν ἐκείνην περὶ ἧς Μωϋσῆς φησιν, ὅτι « Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ. » Ταύτην τὴν παράκλησιν, διὰ Πνεύματος ἁγίου χρηματισθεὶς Συμεὼν, προσεδέχετο. Τί οὖν; μήτι γε ἄρα ταύτην ἀεὶ προσδεχόμενος ἐψεύσθη πως τῶν ἐλπίδων, ἢ τῆς προσδοκίας διήμαρτεν, Οὐμενοῦν, οὐδαμῶς· ἀλλὰ καὶ εἶδε καὶ ἐνηγκαλίσατο. Ὢ τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς! ὢ τῆς ὑπερβαλλούσης εὐλαβείας καὶ καθαρότητος! « Εἰς ἃ, » κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον [*l.* Πέτρον], « ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι, » εἰς ταῦτα Συμεὼν οὐ παρακύψαι μόνον, ἀλλὰ καὶ καθαρῶς ἐμβατεῦσαι, καὶ ψηλαφῆσαι ταῦτα, καὶ
D ἀκραιφνῶς μυηθῆναι δεδύνηται.

9. « Καὶ ἦλθεν ἐν τῷ Πνεύματι εἰς τὸ ἱερόν. » Ὢ τοῦ θαύματος! Οὐδὲ ποσὶν οἰκείοις πρὸς τὴν τοῦ μυστηρίου διακονίαν κέχρηται (30)· ἅρμα δὲ τούτῳ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον γίνεται καὶ οἷον ὑπόπτερόν τινα, καὶ αἰθεροδρόμον Ἀμβακοὺμ ἄλλον, πρὸς τὸν ναὸν εἰσάγει, καὶ τῷ ἱερῷ παριστᾷ· πάντως που τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν λέγον καὶ προσφθεγγόμενον (31)· Δεῦρο,

[27] IV Reg. I, 14. [28] Num. XXV, 9. [29] Act. V, 4. [30] Act. XIII, 8. [31] I Tim. I, 20. [32] Psal. XVIII, 11. [33] Psal. LXXXIII, 2. [34] Isa. LXVI, 2. [35] Genes. XVIII, 2. [36] Genes. XLIX, 10. [37] Num. XXIV, 17. [38] Deut. XVIII, 15. [39] I Petr. I, 12. [40] Luc. II, 26. [41] Dan. XIV, 35.

(29) Ita Reg. 2. At in Reg. 1, εἰπὼν dees
(30) Reg. 2, ἀποκέχρηται.

(31) Ita Reg. 2, optime. At Reg. 1, λέγων καὶ προσφθεγγόμενος.

ἴθι, γέρον φίλε, ἵνα τῶν πάλαι σοι κεχρηματισμένων θαυμάτων τὰς ἐκβάσεις ἐναργῶς κατόψῃ, καὶ γνῷς οἵων πραγμάτων μύστης ἐταμιεύθης, οἵας εὐκλείας παρὰ τοὺς ἄλλους τετύχηκας. Δεῦρο, τὰς ἐκβάσεις τῆς καλῆς (32) ἀρετῆς ἀναλάμβανε· καὶ ἃ πρότερον ὁ θεόπτης αἰσθητῶς μὲν τῇ πέτρᾳ τῇ ἐν Σινᾶ, νοητῶς δὲ τῇ περὶ τὸν Θεὸν ἀῤῥαγεῖ σκεπασθεὶς πίστει μόλις ὡς διά τινος ὀπῆς, τῆς ἀμυδρᾶς, οἶμαι, θεωρίας καὶ γνώσεως, ἐν ὀπισθίων εἴδει τεθέαται· ταῦτα σὺ νῦν ἐναργῶς καταμάνθανε, καὶ μετάβαινε λοιπὸν ἀπὸ τοῦ θανάτου τοῦ ἐν τῷ σώματι πρὸς τὴν ζωὴν τὴν ἐν πνεύματι· καὶ τὸν ἐν γράμματι νόμον, ᾧ καλῶς ἄγαν καὶ θεοφιλῶς ἐλειτουργήσας, μετάθες πρὸς τὸν ἐν χάριτι. Κέκμηκας γὰρ ἱκανῶς ἤδη τοῖς τύποις καὶ ταῖς σκιαῖς· νεάσαι σε δεῖ τῇ ἀληθείᾳ λοιπὸν, ἵνα τὰ τέλη τῶν νομικῶν παρατηρημάτων (33) ἀρχή σοι πρὸς τὰ τῆς χάριτος χρηματίσῃ διδάγματα.

10. Ταῦτα κατὰ τὸ νοητὸν οὖς ὁ θεῖος οὗτος πρεσβύτης ἀκούσας παρὰ τοῦ Πνεύματος, χαρᾶς ὅλως καὶ εὐφροσύνης πεπλήρωται· καὶ οἷον ἔνθους ὑπὸ τοῦ θάμβους γενόμενος, οὑτωσί πως τῷ διαλεγομένῳ προσαντημείβετο· Καὶ ἦλθεν ἐκεῖνα, Παράκλητε, ἅπερ ἐγὼ θεάσασθαι κεχρημάτισμαι; ὅλως ἦλθεν ἐκεῖνα, ἅπερ ἰδεῖν ἐγὼ παρὰ σοῦ προεπήγγελμαι; Δὸς τοιγαροῦν τῷ γήρᾳ χεῖρα, Παράκλητε, δός. Ὑπόθες μοι τὴν παρὰ σοῦ χάριν, ὑπόθες. Τὸ γὰρ σῶμά μοι κέκμηκεν ἤδη, καὶ βαδίζειν (34) ἐξατονεῖ. Βάστασον αὐτὸς, ὦ φύσις παντουργὲ καὶ ἀκάματε, βάστασόν με τὸν ἀσθενῆ, τὸν γέροντα, καὶ πρὸς ἐκεῖνα τὸ τάχος ἀπάγαγε. Ἐὰν γὰρ θελήσω ποσὶν οἰκείοις πρὸς βάδισιν χρήσασθαι, χρονίζω πάντως ἐν τῇ ὁδῷ, κἀκεῖνα παρέρχεται, καὶ οὐ θεωρῶ αὐτά. Καὶ οἴ μοι τῶν σκυθρωπῶν, εἰ ξένος τούτων γενήσομαι, ὧν τὰς ἐμφάσεις (35) πόῤῥωθεν ἔλαβον! Οὔπω ταῦτα κατὰ νοῦν ὁ πρεσβύτης ἀνετυπώσατο, καὶ ταῖς τοῦ νεὼ πύλαις θᾶττον ἢ λόγος παρίσταται. « Ἦλθε γὰρ ἐν τῷ Πνεύματι, φησὶν, ἐν τῷ ἱερῷ. » Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Πνεύματος δύναμις, ἔργον τὴν βούλησιν ἔχουσα, καὶ τῇ βουλήσει συμπαρομαρτοῦντα τὰ πράγματα.

11. « Καὶ ἐν τῷ εἰσάγειν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν, τοῦ ποιῆσαι κατὰ τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου περὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸ εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ. » Εἶδες ἀπάντησιν ξένην καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον; Εἶδες ἀπάντησιν, οὐκ ἐκ συντυχίας τινὸς, ἢ συνθήματος γενομένην, ἀλλ' ἐκ πνευματικῆς ἐνεργείας καὶ χάριτος; Καὶ, ὢ τοῦ θαύματος! οὐδὲ μικρόν τι θάτερος προέλαβε θάτερον, ἀλλ' ὁμοῦ Χριστός τε καὶ Συμεὼν, ὁ μὲν ταῖς μητρικαῖς ὠλέναις, ὁ δὲ τῷ Πνεύματι βασταζόμενος, τῇ τοῦ ἱεροῦ φλιᾷ παρειστήκεισαν. Ὁ μὲν οὖν, τῆς πρὸς γῆν ἀνανεύσας συγκύψεως· κάτω γὰρ ἦν τέως συννεύων τῷ γήρᾳ καμπτόμενος· βραχύ τι τὼ πόδε, τὴν βακτηρίαν ῥίψας, ἐπιστηρίζεται, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείνας, τῶν μητρικῶν ἀγκαλῶν λαβεῖν ἐπειρᾶτο τὸν θεάνθρωπον νήπιον· ἡ δὲ μικρὸν μὲν ἐπέσχεν·

A olim oraculorum eventum liquido conspicias, noverisque quantis rebus initiandus reservatus sis, quantam præ aliis gloriam sis consecutus. Veni, præclaræ virtutis tuæ eventum percipe. Ac quæ olim ille Dei inspector, sensibiliter quidem petra montis Sinai, spiritualiter autem infracta sua erga Deum fide obtectus, vix quasi per foramen obscuræ, opinor, speculationis atque cognitionis posteriorum specie vidit [42]; ea tu modo perspicue ediscas, atque demum transeas a corporali morte ad vitam spiritualem : ac legem quæ in littera sita est, cui probe admodum ac religioso erga Deum affectu ministrasti, commuta in eam quæ **360** est in gratia. Multum namque in figuris atque umbris laborasti. Jam te oportet in veritate junior effici, ut legalium observationum fines, initium tibi sint ad gratiæ documenta. B

10. His intelligibili aure a Spiritu auditis, divinus senex gaudio plane atque lætitia repletus est, ac stupore quasi attonitus, afflatusque Numine, hæc fere compellanti reposuit : Ergone, Paraclete, venerunt illa, quæ visurum me oraculo accepi? An plane venerunt illa quæ me conspecturum pollicebare? Manum senectuti porrige, Paraclete, porrige, inquam. Gratiam suppone tuam; suppone, quæso. Caducum corpus meum incedere vix potest. Tu gestato, quæso, o natura omnium opifex et indefessa, gestato me imbecillum, senem, et quam celerrime eo adducito. Nam si pedibus meis iter aggrediar, in via cunctabor, illa interim abscedent, C nec conspicere licebit mihi. Ac væ mihi, quam triste illud, si iis privabor, quorum jamdiu visiones accepi. Hæc vixdum senex animo conceperat, atque ad templi fores citius dicto sistitur : « Venit enim, inquit, in Spiritu in templum. » Hujusmodi est enim virtus Spiritus, ut sit illi voluntas opus, et res ipsæ cogitatum subsequantur.

11. « Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo : et ipse accepit eum in ulnas suas [43]. » Vidistin' occursum mirabilem, ac supra hominem? Vidistin' occursum, non causa aut constituto factum, D sed ex spirituali operatione et gratia? Et, o res mira, ne minimum quidem alter alterum præoccupavit, sed una Christus et Symeon, maternis ille ulnis, hic Spiritu gestatus, ad templi limina simul steterunt. Symeon autem a curvitate sua corpus erigens : nam præ senectute corpore curvus pronusque erat, abjecto baculo, pedibus brevi tempore nititur, extensisque manibus, infantem Deum hominem maternis ex ulnis accipere conabatur. Paululum Mater cohibuit, necdum enim

[42] Exod. XXXIII, 21. [43] Luc. II, 27.

(32) Καλῆς deest in Reg. 2.
(33) Reg. 2, τῶν νοητῶν παρ.
(34) Reg. 2, βαδίζων.
(35) Reg. 2, τὰς ἐκβάσεις.

clare noverat senem in Spiritu in templum advenisse. Post, ut divinum vidit infantem, in ulnis subsultantem suis, atque in illius insilire manus contendentem, statim cognoscit vim mysterii manusque porrigenti seni tradit illum. Accipe, clamans, homo venerabilissime, eum qui in te, magis quam in me puerperam, insilire festinat: accipe illum qui te magis quam Joseph expetit: accipe illum qui amicitiæ tuæ suum erga me Matrem affectum posthabere videtur: accipe, ac a te desiderato arbitratu tuo fruere. Hæc Deipara, ac in senis manibus filium reponit. Tum ille, quam celerrime inclinato in puerum vultu, oculisque in ejus labia intentis: his eum ferme vocibus compellavit:

12. Quæ tanta tua hæc erga nos homines clementia et attemperatio, Domine? Quæ tantæ miserationis tuæ divitiæ? Quid tuam movit clementiam, ut nos vilissimos visitares? Ecqua ratione ad nos venis, o benigne ac bonorum amans, Domine? An cherubim atque seraphim commovisti? An alium omnem cœlestium ornatum adducis? Num « commotio quædam facta est, vel spiritus grandis et fortis subvertens montes et conterens petras; vel ignis facile exterrens, ac accedentes consumens; vel vox auræ tenuis [44], » quibus te olim Thesbitæ exhibuisti? Nequaquam, inquit, o senex sapientiæ studiosissime: cum nulla rerum earum vobis appareo. Ea enim capere nequit natura mortalis materialisque; sed carnem ferens, vobisque similis: infans ut vides, ac corporali statura adhuc puerulus et imperfectus: **361** infans adhuc pannis involutus, materna adhuc ubera ambabus apprehendens manibus: infans, obscurum aliquid hactenus proferens intercisumque, ob eam quam ex Maria sumpsi carnem: infans quem ulnis complecteris, qui ad matrem et ubera respicio. Et hæc quidem jam adsunt. At brevi postea ubi ætatis tricesimum attigero annum, cum Joannis baptismate baptizandus sum, tradendus, vinctus ad Caipham adducendus, exspuendus, alaphis cædendus, flagellandus, demum crucifigendus ac lancea perforandus, velut mortuus in sepulcro deponendus, seductor vocandus, denique, quidquid humanæ proprium naturæ fuerit, perinde atque vos, præter peccatum assumam. Nec mireris, neve obstupescas animo, aut percellare: hoc namque mysterium est a sæculis atque generationibus occultum. Hoc magnum est Patris consilium; hæc magna ejus præscientia, cujus ego angelus a prophetis Dei afflatu prædictus sum [45]. Hæc magna est

[44] III Reg. XIX, 13. [45] Isa. IX, 6; Malach. III, 1.

(36) Ita Reg. 2. At Reg. 1, ἑωρᾶτο.
(37) Reg. 2, τῶν οὐρανῶν.
(38) Reg. 2, καὶ πρὸ τούτου.
(39) Reg. 2. περιπτεῦσαι.

A οὐ γάρ πω σαφῶς ᾔδει τὴν ἐν Πνεύματι πρὸς τὸ ἱερὸν τοῦ γέροντος ἄφιξιν· ἔπειτα δ', ὡς τὸ θεῖον βρέφος ταῖς ταύτης ἀγκάλαις ἑώρα (36) περισκιρτῶν καὶ πρὸς τὰς ἐκείνου παλάμας παρεκπηδῆσαι φιλονεικοῦν, θᾶττόν τε γινώσκει τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν· καὶ τῷ πρεσβύτῃ χειραπλοῦντι τοῦτο προσεπιδίδωσι· Δέξαι, βοῶσα, γεραρώτερε ἄνθρωπε, τὸν πρὸς σὲ μᾶλλον ἢ πρὸς ἐμὲ τὴν τεκοῦσαν νῦν ἐπειγόμενον· δέξαι τὸν σὲ ποθοῦντα μᾶλλον ἢ Ἰωσήφ· δέξαι τὸν δευτέραν τῆς σῆς φιλίας τὴν πρὸς ἐμὲ τὴν μητέρα στοργὴν, ὡς ἔοικε, λογιζόμενον· δέξαι, καὶ, ὡς βούλει, τοῦ ποθουμένου καταπόλαυε. Ταῦτα εἶπεν ἡ Θεοτόκος, καὶ ταῖς τοῦ πρεσβύτου παλάμαις τὸν υἱὸν ἐπιτίθησιν. Ὁ δὲ, τὴν ὄψιν, ὡς εἶχε τάχος, τούτῳ προσεπικλίνας, καὶ τοῖς χείλεσι τούτου προσεπερείσας τὰ ὄμματα, τοιαῖσδέ που φωναῖς πρὸς αὐτὸν B ἀπεχρήσατο·

12. Τίς ἡ τοσαύτη περὶ ἡμᾶς σου φιλανθρωπία καὶ συγκατάβασις, Δέσποτα; Τίς ὁ τοσοῦτος πλοῦτος τῆς εὐσπλαγχνίας σου; Τί τὸ κινῆσαν τὴν σὴν ἀγαθότητα τοὺς ταπεινοὺς ἡμᾶς ἐπισκέψασθαι; Πότερον πῶς ἡμῖν ἥκεις, φιλάνθρωπε καὶ φιλάγαθε Δέσποτα; Ἆρά γε τὰ χερουβὶμ καὶ τὰ σεραφὶμ συγκινήσας, ἢ τὴν ἅπασαν τῶν οὐρανίων (37) διακόσμησιν ἐπαγόμενος; Ἆρά γε « συσσεισμός τις ὢν, ἢ πνεῦμα μέγα καὶ κραταιὸν διαλύον ὄρη καὶ συντρίβον πέτρας, ἢ πῦρ δειματοῦν ῥᾳδίως καὶ καταναλίσκον τοὺς προστυγχάνοντας· ἢ φωνὴ αὔρας λεπτῆς, » οἷς καὶ τῷ (38) Θεσβίτῃ σεαυτὸν ἐνεφάνισας; Οὔ, φησὶν, ὦ γέρον φιλοσοφώτατε· οὐδενὶ τούτων ὑμῖν ἐμφανίζομαι. Οὐ γὰρ C οἶδε ταῦτα χωρεῖν ἡ φύσις ἡ θνητή τε καὶ πρόσυλος· ἀλλὰ σαρκοφόρος τις, καὶ ὑμῖν παραπλήσιος· νήπιος, ὡς ὁρᾷς, καὶ τὴν σωματικὴν ἡλικίαν τέως βρεφοφανὴς καὶ ἀτέλεστος· νήπιος ἔτι σπαργάνοις περισφιγγόμενος, ἔτι τῶν μητρῴων μαζῶν ἀμφοῖν περιδρασσόμενος ταῖν χεροῖν· νήπιος, ἄσημόν τι καὶ περικεκομμένον ἔτι διὰ τὴν ἐκ Μαρίας σάρκα φθεγγόμενος· νήπιος ἀγκάλαις μὲν ταῖς σαῖς συνεχόμενος, ἀποσκοπῶν δὲ πρὸς τὴν μητέρα καὶ τὸν μαζόν. Καὶ νῦν μὲν ταῦτα· μικρὸν δὲ ὕστερον, ὅσον τριάκοντα ἔτη περισπεῦσαι (39) χρόνον, καὶ τὸ Ἰωάννου βαπτισθήσομαι βάπτισμα, καὶ προδοθήσομαι, καὶ δήμιος πρὸς Καϊάφαν ἀχθήσομαι, καὶ ἐμπτυσθήσομαι, καὶ κολαφισθήσομαι (40), φραγγελωθήσομαι· τέλος σταυρωθήσομαι, D καὶ λόγχῃ νυγήσομαι, καὶ τάφῳ νεκροφανῶς συγκλεισθήσομαι, καὶ πλάνος ὀνομασθήσομαι, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἂν εἴη τῆς ἀνθρωπίνης ἴδιον φύσεως, παραπλήσιον (41) ὑμῖν, τῆς ἁμαρτίας χωρὶς, ἀναδέξομαι. Καὶ μὴ θαυμάσῃς, μηδὲ τὸν νοῦν ἐκστῇς καὶ καταπλαγῇς· τοῦτο γὰρ τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν· τοῦτο ἡ μεγάλη τοῦ Πατρὸς (42) βουλή τε καὶ ἡ πρόγνωσις, ἧς ἄγγελος ἐγὼ τοῖς θεηγόροις προηγόρευμαι· τοῦτο ὁ πρὸς ὑμᾶς

(40) Reg. 2, καὶ ῥαπισθήσομαι.
(41) Reg. 2, παραπλησίως.
(42) Reg. 2, τοῦ Θεοῦ. Mox idem, τοῖς θεηγόροις προϋπηγόρευμαι.

οἶκτος, καὶ τὸ μὴ βούλεσθαι βλέπειν τὴν ἐμὴν εἰκόνα δεινῶς ἀνδραποδιζομένην τοῖς δαίμοσι· τὸ μὴ φέρειν ὁρᾷν τὸν βασιλέα τῆς κτίσεως κακῶς τῇ κτίσει δουλεύοντα· τὸ μὴ καρτερεῖν θεωρεῖν τὸν ἀποστάτην καὶ ὑπερήφανον τοῦ ἐμοῦ σφαλερῶς κατεπαιρόμενον πλάσματος. Ταῦτά με τῶν πατρικῶν ἀνεκφοιτήτως ἐξανέστησε κόλπων, καὶ ὡς ὑμᾶς τὴν διὰ σαρκὸς πορείαν ποιήσασθαι πεποίηκε· ταῦτά με γεννηθῆναι καὶ νηπιάσαι, καὶ τῷ ἱερῷ παραστῆναι, καὶ ταῖς σαῖς ἀγκάλαις ἀνακλιθῆναι πεποίηκεν. Οὐ γὰρ ἦν ἄλλως τὸν τύραννον δεσμευθῆναι, καὶ τὰ τούτου σκεύη διαρπασθῆναι, εἰ μὴ παραπλησίως ὑμῖν τῆς ἁμαρτίας χωρὶς κοινωνήσω τῆς ἀνθρωπότητος· οὐκ ἦν ἄλλως τῶν πολυπλόκων τοῦ ᾅδου ἀρκύων τὸν Ἀδὰμ ἀναθῆναι, καὶ τὴν πρώτην κατάστασιν ἀπολήψεσθαι, καὶ τὸ ὅλον Θεὸν τοῦτον γενέσθαι, εἰ μὴ ἐγὼ ἄνθρωπος γένωμαι, καὶ τῆς αὐτῆς αὐτῷ κοινωνήσω καὶ οὐσίας καὶ φύσεως.

13. Τοίνυν τὰς τῆς ἐνανθρωπήσεως της ἐμῆς αἰτίας μαθὼν, ἄπιθι· καὶ σκυθρωπῶς ἐν τοῖς εἰς ᾅδου τῷ Ἀδὰμ διατρίβοντι φαιδροπρεπῶς ἐμφανίσθητι· καὶ ἀντὶ τῶν ἐν λύπαις ὠδίνων τὰ τῆς χαρᾶς τῇ Εὔᾳ διακόμισον εὐαγγέλια· Ἥκει, λέγων, ἡ λύτρωσις· ἥκει ὁ ῥύστης· ἥκει ἡ ἄφεσις· ἥκει ὁ ἐλευθερωτής. Μηκέτι θρήνει, φύσις ἡ ἀνθρωπεία· ἥξει γὰρ ὁ ἀντιληψόμενος ὑμῶν, ἥξει καὶ οὐ χρονιεῖ. Τούτων τοίνυν τῶν θείων φωνῶν κατὰ τὸ νοερὸν οὖς ὁ Ἀβραμιαῖος ἐκεῖνος ἀκούσας πρεσβύτης, τοῦ γήρως ὥσπερ ἐν λήθῃ γενόμενος, θᾶττον ἀνέθορε, καὶ προθυμίας ὅλος πλησθεὶς, γεγωνοτάτῃ φωνῇ· « Ἰσχύσατε, φησὶν, ἀνειμέναι χεῖρες, ἰσχύσατε· γόνατα παραλελυμένα, ἀνορθώθητε· » κνῆμαι συντετριμμέναι, κρατύνθητε, ἵνα, τὴν εἰς ᾅδου πορείαν εὐθυβόλως ἀνύσασαι, τηλικούτων ἀγαθῶν ἄγγελοι χρηματίσητε τοῖς προγόνοις. Εἶθ' ὡς εἶχε τάχους πρὸς τὸ θεῖον ἐπιστραφεὶς βρέφος· « Νῦν ἀπολύεις, ἔφη, τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ· ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου· ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν· φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν τοῦ λαοῦ σου Ἰσραήλ. » Ὢ τῆς ζέσεως! ὢ τῆς θερμότητος! Ἐπειδή σοι, φησὶν, ὦ Δέσποτα, ταῦτα ἔδοξε, καὶ ἐλεῆσαι τὸ σὸν ὑπὸ τῆς ἰδίας φιλανθρωπίας κεκίνησαι πλάσμα, ἐγώ τε περὶ τὰς ἐλπίδας οὐκ ἐψεύσθην (43), καὶ ὁ τοῦ θείου χρηματισμὸς Πνεύματος ἀπαραχάρακτος ἔμεινεν· ἀπόλυσόν με τὸ τάχος· ἀπόλυσον, δέομαι. Μή με κατέχῃς ἐπὶ πολὺ, Δέσποτα· μὴ βραδύνω ταῦτα τοῖς γενάρχαις ἀποκομίσαι τὰ χαροποιὰ εὐαγγέλια· μὴ προλάβῃ τὰ βρέφη με, Δέσποτα, ἃ διὰ σὲ τὸν πρὸς Ἡρώδου φόνον ὑπέμεινε. Νήπιά εἰσι καὶ γοργὰ καὶ εὐκίνητα· ἐγὼ δὲ γέρων καὶ βραδὺς καὶ δυσκίνητος· καὶ δέδοικα μήπου, ταχύτερον προδραμόντα μου μεγίστων οὕτω καὶ λαμπρῶν ἀγαθῶν ἄγγελοι τοῖς τοῦ γένους προπάτορσι γένωνται (44). Οὕτω μὲν οὖν ὁ θεῖος ὄντως ἀνὴρ, καὶ τῆς Χριστοῦ παρουσίας διαπρύσιος κῆρυξ εὐχαριστήσας, τοῦτο γὰρ τὸ τὸν Θεὸν εὐλογῆσαι δη-

A erga vos misericordia, quod nolim meam imaginem conspicere miserabiliter a dæmonibus vinctam: quod non feram Regem creaturæ conspicere ipsi creaturæ misere servientem: quod non sustineam apostatam illum atque superbum cernere adversus opificium meum subdole insurgentem. Hæc me ex paterno sinu excitarunt, licet inde minime discesserim, atque meum ad vos in carne profectum effecerunt. Hæc in causa fuerunt, quod natus, infans fierem, in templo sisterer, tuisque in ulnis reclinarer. Non enim alias fieri potuit ut tyrannus colligaretur, utque vasa illius diriperentur; nisi pari atque vos ratione, excepto peccato, humanæ naturæ particeps fierem. Non poterat aliter Adam implicatis inferni laqueis solvi, atque priorem re- B sumere conditionem, ac demum effici Deus, nisi homo ego fierem, atque eadem qua ille substantia atque natura particeps forem.

13. Meæ itaque incarnationis causas edoctus abscede: ac Adamo cum tristitia in inferno degenti cum hilaritate ac lætitia te siste. Evæ item pro partus doloribus fausta lætaque defer nuntia. Venit, aiens, redemptio, venit Redemptor, venit remissio, venit liberator: ne ultra lugeas, o humanum genus; veniet enim qui opem ferat, veniet et non tardabit. Divinis hisce vocibus spirituali aure auditis Abrahamicus ille senex, senectutis quasi oblitus, illico exsiliit. Repletusque alacritate præalta voce hæc locutus est: « Confortamini, manus C dissolutæ, confortamini: genua dissoluta, erigimini [46]: » tibiæ contritæ, roboramini; ut recto cursu iter in infernum emensæ, tantorum nuntiæ bonorum progenitoribus sitis. Tum, quam citius potuit ad divinum conversus Infantem: « Nunc dimittis, inquit, servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum: lumen ad revelationem gentium et gloriam plebis tuæ Israel [47]. » O fervorem! o ardentem animum! Quandoquidem, Domine, ita decrevisti, atque benignitate permotus opus tuum miseraris: neque ego spe lapsus sum mea, ac divini Spiritus oraculum inviolabile mansit: dimitte me quamprimum, dimitte, quæso; ne me diutius D detineas: ne tardem primis parentibus læta afferre nuntia: ne me, Domine, infantes præveniant, qui propter te ab Herode occisi sunt: pueri sunt, ac vegeti agilesque; at ego senex; tardus, ac ægre mobilis: vereorque ne cito cursu præcurrentes, maximorum præclarorumque bonorum nuntii primis generis parentibus sint. Ita **362** plane divinus ille vir, ac præclarus adventus Christi præco, gratiis actis, ut hinc liquet, quod Deum benedixerit, apprecatusque dimissus est. Afflavit enim invisibiliter, opinor, mentem ejus Salvator, ac obsecrationem ejus plane exaudivit, et ut proprium sibi cul-

[46] Cf. Isa. xxxv, 3. [47] Luc. ii, 29.

(43) Reg. 2, οὐ διεψεύσθην.

(44) Reg. 2, γένηται.

torem assumpsit, qui sub lege et sub umbra diu multumque laborasset, tuncque divina gratiæ doctrina junior effectus esset.

14. Joseph autem et Mater ejus, « mirantes, inquit, erant super his quæ dicebantur de illo [48]. » Mirabantur autem, arbitror, quod nondum de ejus divinitate certiores facti essent : tametsi satis erant miracula in ejus nativitate gesta; illa, inquam, quæ magos spectant atque pastores : necnon variæ angelorum visiones : quodque miracula superat omnia, virginitatis conservatio ac perseverantia, ad rei certam fidem, ac omnium consensum. Attamen cum miraculi magnitudinem conspicerent, atque pietate sua cogitationes frenarent (rati magnum esse, ut revera est, quod Deus incarnaretur), fluctuante adhuc atque dubitante erant animo. Quare cum paucis senex quasi elementis quæ pueri deitatem spectabant tradidisset, illos deinceps alloquitur, benedicens, ac beatos illos prædicans, quod essent œconomiæ illius administri; ea quæ crucem spectabant optime et absolutissime prædixit.

15. « Benedixit enim, inquit, illis Symeon, et dixit ad Mariam Matrem ejus: Ecce hic positus est in ruinam, et in resurrectionem multorum in Israel : et in signum cui contradicetur [49]. » Contradicet enim atque disceptabit de illo, ac doctrina cum spectante, Simon adversus Marcionem, Arius adversus Sabellium, Eutyches adversus Nestorium, utrique adversus Ecclesiam; ita ut alii quidem solam ipsi deitatem, alii carnem solam tribuant : alii creatum, ac paternæ substantiæ alienum inducant, alii Verbum quoddam hypostasi ac substantia vacuum, nihilque discrepans ab eo quod per prolationem effunditur : alii ejus per carnem adventum phantasiam esse suggerant : alii carnem nullatenus sumpsisse contendant, aut assumpisse quidem, sed inanimatam, atque inefficacem; aut animam habentem, sed mente ac ratione destitutam. Demum alii alio modo hæsitabunt ac contradicent, singulis arbitratu suo quæ ipsum spectant determinantibus. « Nam de secta hac, » aiunt Judæi ad Paulum, « notum est nobis quia ubique ei contradicitur [50]. » Contradicitur quidem, at non dejicitur : oppugnatur, at non vincitur : telis petitur, at non vulneratur : obsidetur, at non captiva ducitur: quodque maximum est, cadit, nec conteritur, quin potius in fugam vertit. Ea quippe est puræ fidei nostræ præstantia, quæ omne superat miraculum; ut non modo ipsa, licet undique factiosis hæresum turbis atque procellis circumsessa, immota et inconcussa maneat; sed ut etiam ex contrariis contraria sapienter efficiat,

λοῖ, προσευξάμενος ἀπελύετο. Ἥψατο γὰρ ἀοράτως, οἶμαι, τῶν τούτου φρενῶν ὁ Σωτὴρ, καὶ τῆς δεήσεως τούτου κατὰ πάντα εἰσήκουσε, καὶ ὡς ἴδιον λάτριν, κεκμηκότα μὲν πλεῖστα τῷ νόμῳ καὶ τῇ σκιᾷ, νεάζοντα δὲ τοῖς θείοις τῆς χάριτος δόγμασι, προσελάβετο.

14. Ὁ δὲ Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, « θαυμάζοντες, φησὶν, ἦσαν ἐπὶ τοῖς λαλουμένοις περὶ αὐτοῦ. » Ἐθαύμαζον δὲ, μήπω τελείαν, οἶμαι, λαβόντες πληροφορίαν τῆς τούτου θεότητος· καίτοι ἀρκούντων τῶν κατὰ τὴν γέννησιν θαυμάτων· ἐκείνων, φημὶ, τῶν κατὰ τοὺς μάγους καὶ τοὺς ποιμένας· ἔτι τε τῆς διαφόρου τῶν ἀγγέλων ἐπιστασίας, καὶ τοῦ πάντων θαυμάτων ἐπέκεινα θαύματος, τῆς παρθενίας ἡ φυλακὴ καὶ συντήρησις πρὸς τελείαν τούτου πληροφορίαν καὶ συγκατάθεσιν. Ἀλλ' ὅμως, πρὸς τὸν ὄγκον ἀποσκοποῦντες τοῦ θαύματος, καὶ τὴν οἰκείαν εὐλάβειαν χαλινοῦσαν τοὺς λογισμοὺς ἔχοντες (μέγα γὰρ καὶ κατ' ἀλήθειαν ὂν τὸ σεσαρκῶσθαι Θεὸν ὑπελάμβανον), ἔτι τὸν νοῦν κλονούμενον εἶχον καὶ ἀμφιβάλλοντα. Ὅθεν ἐν βραχέσι τὴν κατὰ τὸ βρέφος θεολογίαν ὁ πρέσβυς στοιχειωσάμενος, πρὸς ἐκείνους λοιπὸν τὰς τῶν λόγων ἡνίας μεταχειρίζεται, εὐλογῶν τε τούτους καὶ μακαρίζων τῆς περὶ τὴν οἰκονομίαν διακονίας· προλέγων τε καὶ τὰ περὶ τὸν σταυρὸν ἄριστά τε καὶ τελεώτατα.

15. « Εὐλόγησε γὰρ, φησὶν, αὐτοὺς Συμεὼν, καὶ εἶπε πρὸς Μαριὰμ τὴν μητέρα αὐτοῦ· Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. » Ἀντιλέξει γὰρ καὶ ἀμφιβαλεῖ περὶ τούτου καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν δόγματος Σίμων πρὸς τὸν Μαρκίωνα, καὶ Ἄρειος πρὸς τὸν Σαβέλλιον, καὶ Εὐτυχὴς πρὸς τὸν Νεστόριον (45), καὶ ἀμφότεροι πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν· οἱ μὲν τὴν θεότητα μόνην, οἱ δὲ τὴν σάρκα τούτῳ προσνέμοντες· οἱ μὲν κτιστὸν εἰσάγοντες, καὶ τῆς πατρικῆς οὐσίας ἀλλότριον, οἱ δὲ Λόγον ἀνυπόστατόν τινα καὶ κενὸν οὐσίας, καὶ μηδὲν τοῦ κατὰ προφορὰν χεομένου διεναλλάττοντα· οἱ μὲν φαντασίαν αὐτοῦ τὴν διὰ σαρκὸς παρουσίαν ὑποτιθέμενοι, οἱ δὲ μηδὲ ἀνειληφέναι σάρκα καθόλου διατεινόμενοι· ἢ ἀνειληφέναι μὲν, ἄψυχον δὲ ταύτην καὶ ἀνενέργητον, ἢ ψυχὴν μὲν ἔχουσαν, ἄνουν δὲ ταύτην καὶ ἄλογον· καὶ ἁπαξαπλῶς ἄλλοι ἄλλως ἀμφιβαλοῦσι καὶ ἀντιλέξουσιν, ἕκαστος κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ τὰ περὶ αὐτοῦ συμπεραίνοντες. « Περὶ γὰρ τῆς αἱρέσεως ταύτης, » πρὸς τὸν Παῦλον οἱ Ἰουδαῖοί φασι, « γνωστὸν ἡμῖν ἐστιν, ὅτι πανταχοῦ ἀντιλέγεται. » Ἀντιλέγεται μὲν, ἀλλ' οὐ βάλλεται· πολεμεῖται, ἀλλ' οὐ νικᾶται· τοξεύεται, ἀλλ' οὐ τιτρώσκεται· πολιορκεῖται, ἀλλ' οὐκ ἀνδραποδίζεται· τὸ μέγιστον, πίπτει, ἀλλ' οὐ συντρίβεται· μᾶλλον δὲ καὶ ἀνατρέπει. Τοῦτο γὰρ τῆς καθαρᾶς πίστεως ἡμῶν τὸ ἐξαίρετον, καὶ παντὸς ἐπέκεινα θαύματος· ὅτι οὐ μόνον αὕτη, καίτοι πανταχόθεν σφοδρῶς περιστοιχιζομένη ταῖς ἐκ τῶν αἱρέσεων συστροφαῖς τε καὶ λαίλαψιν, ἄσειστος

[48] Luc. II, 33. [49] ibid. 34. [50] Act. XXVIII, 22.

(45) Vide quæ de his diximus in Monito.

διατελεῖ καὶ ἀτίνακτος· ἀλλ' ὅτι καὶ διὰ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία σοφῶς (46) κατεργάζεται, λαμπρὰ κατὰ τῶν ἐφεδρευόντων διανιστῶσα τρόπαια.

16. Τοιοῦτος μὲν οὖν, φησὶν, ὦ μακαρία Παρθένε, ὃν ἐκ γαστρός σου προήνεγκας· θραύων μὲν ῥᾳδίως καὶ ταράσσων τοὺς ἑαυτοὺς τῆς ἀληθείας ἀποσπαράξαντας· ἀνιστῶν δὲ καὶ τῷ Πατρὶ προσάγων, ὅσοι ἂν πρόσθωνται τούτῳ, καὶ τὰ τούτου φυλάξωσι δικαιώματα. Οὐ μὴν δὲ, ἐπειδὴ τοιοῦτον ἔσχες Υἱὸν, καὶ τοιαύτης λέλογχας εὐκλείας, ὡς πάσης ἄρδην ἐπέκεινα γνωρισθῆναι γηγενοῦς φύσεως, ἀπείραστός τις ἔσῃ καὶ ἀπαθὴς, καὶ οἱονεὶ πρὸς τὰς θλίψεις ἀνάλωτος· ἀλλὰ « καὶ σοῦ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία· » μὴ γάρ σε, φησὶ, τὸ μεγαλεῖον τοῦ θαύματος πρὸς ὄγκον ἐπάρῃ φυσήματος. Εἰ γὰρ καὶ ὑπὲρ φύσιν ἐκύησας, ἀλλὰ θλῖψιν ἕξεις ταῖς B κατὰ φύσιν γεννώσαις ἐφάμιλλον· μᾶλλον δὲ πολλῷ μεγίστην καὶ ὑπερβάλλουσαν, ὅσον ἐκεῖναι μὲν χωρὶς θαυμάτων τὰς περὶ τὰ τέκνα θλίψεις ὑπέμειναν· σὺ δὲ μετὰ τοσαύτην πληθὺν τεραστίων, μετὰ τὰς ἀπλέτους ἐκείνας τῶν προφητικῶν ῥημάτων ἐκβάσεις, μετὰ τὴν περιβόητον (47) τῆς παρθενίας φυλακὴν καὶ συντήρησιν, ὢ τοῦ θαύματος! « καὶ σοῦ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία. » Τίνος; « σοῦ, φησὶν, αὐτῆς, » τῆς τὸν Γαβριὴλ εὐμοιρησάσης εὐαγγελιστὴν, καὶ τοῦ τόκου σημάντορα· « σοῦ, » τῆς τὴν δύναμιν τοῦ Ὑψίστου ἐπισκιάζουσαν, καὶ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπιφοιτῶν τε καὶ περιιπτάμενόν σε, σχούσης ἀριδηλότατα· « σοῦ αὐτῆς, » ἣν μάγοι μετὰ τοῦ ἀστέρος (48) δι' ἀστέρος ὁδηγηθέντες προσεκύνησαν, καὶ ποιμένες μετὰ ἀγγέλων τῷ θείῳ βρέφει συνεμακάρισαν, C καὶ συνύμνησαν· « σοῦ αὐτῆς, » ἣν Ἰακὼβ φοιτῶσαν ὡς οὐρανοὺς ἑώρακε κλίμακα· καὶ Μωϋσῆς ὁ θεόπτης βάτον πυράφλεκτον, καὶ λυχνίαν, καὶ στάμνον, καὶ πλάκα, καὶ τράπεζαν· καὶ Ἀαρὼν ῥάβδον ἀνίκμως βλαστήσασαν· « σοῦ αὐτῆς, » ὦ πανάφθορε καὶ πανάμωμε, ἣν Δαυῒδ μὲν κιβωτὸν καλεῖ ἁγιάσματος, Σολομὼν δὲ κλίνην χρυσῆν, καὶ θρόνον, καὶ κοιλάδα κρίνων· ἀρετῶν, οἶμαι, τῶν θείων, καὶ παράδεισον θεοφύτευτον. Καὶ « σοῦ » δὲ « αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία· σοῦ » τῆς ἐκλελεγμένης καὶ πρὸ γεννήσεως, τῆς προωρισμένης ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν· « σοῦ αὐτῆς, » ἣν ὁ Πατὴρ ἐξελέξατο, καὶ ὁ Υἱὸς ἐνεσκήνωσε, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον θεοπρεπῶς ἐπεσκίασε· καὶ πᾶσα ἡ κτίσις Θεοῦ Μητέρα καὶ Θεοτόκον κηρύττει κυριώτατά τε καὶ ἀλη- D θέστατα. « Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία. »

17. Διὰ τί, φησὶν, ἐμοῦ, γέρον θαυμασιώτατε; μὴ γὰρ ἐγὼ Θεοῦ Υἱὸν ἐμαυτὴν ἀνεκήρυξα; Μὴ γὰρ ἐγὼ περὶ τοῦ ναοῦ προεφήτευσα; ἢ τὸν Λάζαρον ἤγειρα; ἢ τὸν παράλυτον ἐθεράπευσα; ἢ τὸν ἐκ

A ac præclara adversum insidiantes sibi erigat tropæa.

16. Talis est, inquit, o beata Virgo, is quem ex utero tuo protulisti: qui facile frangat et conturbet eos qui sese a veritate divulserunt; erigatque et offerat Patri eos omnes qui ipsi adhæserint, ac ejus jussa custodierint. Licet porro talem susceperis filium, ac tantam consecuta sis gloriam, ut terrena quoque omni natura superior agnoscaris; nequaquam tentationum passionumque expers futura es, neque ærumnis vacua eris: quin, « et tuam ipsius animam gladius pertransibit [51]: » ne te, inquit, miraculi magnitudo, in tumorem superbiæ efferat. Etsi enim, inquit, supra B naturam uterum gestasti, at afflictionem perpessura es, iis quæ secundum naturam pepererunt qualem; imo multo majorem et graviorem; **363** quatenus scilicet illæ absque miraculo dolores liberorum causa susceptos sustinuerunt; at quod te spectat, post tantam prodigiorum turbam, post innumerabiles illos prophetarum voce prænuntiatos eventus; post celebratissimam virginitatis integritatem ac custodiam, o miraculum! « et tuam ipsius animam pertransibit gladius. » Cujusnam? « tuam, inquit, ipsius, » quæ faustum nuntium Gabrielem nacta es ac partus indicem. « Tuam ipsius » (animam), quæ virtutem Altissimi obumbrantem, ipsumque Spiritum sanctum ad te supervenientem ac circum te volantem manifestissime habuisti. C « Tuam ipsius animam, » quam magi cum stella, stella duce adorarunt [52]: quam pastores et angeli, una cum divino infante beatam prædicarunt atque celebrarunt [53]. « Tuam ipsius animam, » quam Jacob scalam vidit ad cœlos attingentem [54]; Moysesque ille qui Deum vidit, rubum incombustum [55], lucernam, arcam, tabulamque ac mensam: Aaron, sine humore germinantem virgam conspexit [56]. « Tuam ipsius animam, » o plane intemerata atque inculpata Virgo! quam David arcam vocat sanctificationis [57]; Salomon autem, lectum aureum [58]; ac thronum convallemque liliorum [59], virtutum scilicet, ut puto, divinarum, et paradisum a Deo plantatum. Et « tuam ipsius animam pertransibit gladius: tuam ipsius » ante nativitatem electæ, prædestinatæ D a sæculis et generationibus. « Tuam ipsius, » quam Pater elegit, Filius inhabitavit, Spiritus sanctus, ut Deo convenit, obrumbravit: omnisque creatura Dei matrem ac Deiparam propriissime ac verissime prædicat. « Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. »

17. Cur, inquit, meam animam, admirabilissime senex? Num ego meipsam Dei Filium prædicavi? Num ego de templo prophetavi? An Lazarum suscitavi? An paralyticum curavi? An cæco a nativitate

[51] Luc. II, 35. [52] Matth. II, 2-11. [53] Luc. II, 8-14. [54] Genes. XXVIII, 12. [55] Exod. XXVI, 11. [56] Num. XVII, 8. [57] Psal. CXXXI, 8. [58] Cant. III, 9. [59] Cant. II, 1.

(46) Reg. 2, σαφῶς.
(47) Ita Reg. 2. At Reg. 1, ὑπερβόητον.
(48) Reg. 2, μετὰ τοῦ βρέφους.

visum restitui? Quid causæ erit quod animam meam gladius pertransibit? An quod Sabbatum violarim? An quod legem transgressa sim? En tibi, ejus servandæ causa, Filium circumcidi, Hierosolymam properavi, in templo adsum, ac pullos turturum, argumentum parvi pauperisque sacrificii, ad divinam repono mensam. Quid igitur parvi magnive est in lege, quod transgressa sim, ut gladius animam meam sit pertransiturus? Dic cito ne delirum te, ac nimia ætate desipientem esse suspicer. Nequaquam, ait divinus senex, ac prophetica plenus gratia. Nihil eorum in causa est; tu extra ac supra illa omnia posita es; sed, « ut revelentur ex multis cordibus cogitationes [60]. » Quod ais ænigmati simile est, nondum perspicue afflictionis causam aperuisti. Dicas oportet clarius: adhuc enim obscurum ac tenebrosum est quod loqueris. Tum ille: Tibi, inquit, o Christi possessio, prædium, et habitaculum, omnem quæstionum tuarum solvam difficultatem. At cave ne, si te dolor superet, pusillanimem te, nec satis virtuti assuetam arguat: quod tibi non plus licet ascribere, quam soli lucis atque caloris vacuitatem. Eum quem divino modo genuisti visura es tradi, ligari, conspui, verberari, flagellis colaphisque cædi, calamo percuti, spinis coronari, chlamyde indui, Pharisæorum calumniis impeti, a Sadducæis probro affici, a Pilato judicari, a militibus irrideri, a cohorte genu flexo adorari: Barabbam visura es illi anteponi, ac pluris eo fieri, demum cruci illum affigi, aceto cum felle potari, lancea perforari, sepulcro concludi, seductorem vocari, signaculis obstringi, a militibus custodiri. Ac, ut compendio dicam, omne in eo doloris ac dedecoris genus, atrocissime illatum, visura es. Propterea animam tuam pertransibit gladius: ea de causa lugebis ac congemisces; et utpote Mater, pro Filio lacrymaberis, quem scelesti morti tradent: tumque maxime **364** cum secretas illas tecum volves cogitationes, scilicet, faustum Gabrielis nuntium, conceptionem absque semine, partum sine corruptione, inviolatam virginitatem, intemeratam castitatem, in partu vacuitatem doloris, qui naturalem matris legem consequitur, quia nimirum tam ante quam post partum virgo verissime fuisti, ac ita permansisti.

18. « Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. » Revelabitur quippe fervens atque ardentissimus Petri zelus, tepidus ac frigidus per negationem factus: Joannis autem, Jacobi et cæterorum, per fugam qua eo derelicto omnes abscesserunt, quasi omnium maximorum immemores miraculorum. Item revelabitur, quod Pilatus ad pœnitentiam deducatur, per manuum ablutionem: quod

[60] Luc. II, 35.

γενετῆς τυφλὸν ὠμμάτωσα (49); Τίνος χάριν τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἡ ῥομφαία διαδραμεῖται; Ὅτι τὸ Σάββατον ἔλυσα; Ὅτι τὸν νόμον παρέβην; Ἰδοὺ δι' ἐκεῖνον τόν τε Υἱὸν περιέτεμον, τήν τε Ἱερουσαλὴμ ἔφθασα, καὶ τῷ ναῷ πάρειμι, καὶ τοὺς νεοττοὺς τῶν τρυγόνων, δεῖγμα μικρᾶς τε καὶ πενεστάτης ὄντας θυσίας, τῇ θείᾳ τραπέζῃ προσανατίθημι. Τί τοίνυν ἐστὶν ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον, ὃ τοῦ νόμου παρέλυσα, ἵνα ῥομφαία τὴν ψυχὴν ἐμὴν διελεύσηται; Φράσον τὸ τάχος, μήπως ὡς ὑπερβεβηκότα, καὶ πολλῷ τῷ βίῳ καταγηράσαντα ὑποπτεύσωμεν. Οὔ, φησὶν ὁ θεῖος ἐκεῖνος πρεσβύτης, καὶ τῆς προφητικῆς ἀνάπλεως χάριτος· δι' οὐδὲν τούτων· ἔξω (50) γὰρ τούτων πάντων ἦσθα καὶ ὑπερέκεινα· ἀλλ' « ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί. » Αἰνίγματι, φησὶ, λέγεις ὅμοιον· οὔπω σαφῶς τὴν αἰτίαν τοῦ πάθους ἐνέφηνας. Εἰπεῖν σε δεῖ φανερώτερον· ἔτι γὰρ ἀφανές πως καὶ ὑπόσκιον τὸ λαλούμενον. Ἐγώ σοι, φησὶν, ὦ Χριστοῦ κτῆμα, καὶ χρῆμα, καὶ σκήνωμα, τῶν ζητουμένων ἅπαν ἐπιλύσω τὸ ἄπορον. Ἀλλ' ὅρα μή σε τὸ πάθος νικῆσαν μικρόψυχόν τινα δείξῃ καὶ ἀφιλόσοφον· ὅπερ ἐπὶ σοῦ λέγειν μᾶλλον οὐ θέμις ἢ ἐπὶ ἡλίου τὸ ἀφεγγὲς καὶ ἀθέρμαντον. Προδιδόμενον ὄψει τοῦτον, ὃν θεοπρεπῶς ἀπεγέννησας, καὶ δεσμούμενον, ἐπτυσμένον καὶ ῥαπιζόμενον, φραγγελούμενον καὶ κολαφιζόμενον, καλάμῳ τυπτόμενον, ἀκάνθαις στεφανούμενον, χλαῖναν ἐνδιδυσκόμενον, ὑπὸ Φαρισαίων συκοφαντούμενον, ὑπὸ Σαδδουκαίων ὀνειδιζόμενον, ὑπὸ Πιλάτου κρινόμενον, ὑπὸ στρατιωτῶν χλευαζόμενον, τῇ σπείρᾳ γονυπετούμενον· τὸν Βαραββᾶν ὄψει προτιμώμενον τούτου καὶ προκρινόμενον· τέλος σταυρῷ προσπηγνύμενον, ὄξος μετὰ χολῆς ποτιζόμενον, λόγχῃ νυττόμενον (51), τάφῳ περικλειόμενον, πλάνον ὀνομαζόμενον, σφραγῖσι καταδεσμούμενον, φρουρούμενον φύλαξι. Καὶ ἁπαξαπλῶς, πᾶν ἀλγεινὸν καὶ ἀτιμίας ἐμφαντικὸν ἐπ' αὐτῷ κατόψει πραττόμενον μεθ' ὑπερβολῆς· διὰ ταῦτα, σοῦ τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία· διὰ ταῦτα κλαύσεις καὶ κόψῃ, καὶ οἷα μήτηρ θρηνήσεις ἐπὶ Υἱῷ, τὸν τῶν κακούργων ὑπομένοντι θάνατον· μάλιστα τοὺς ἀποῤῥήτους ἐκείνους καθ' ἑαυτὴν ἀνελίττουσα λογισμούς· οἷον, τὸ τοῦ Γαβριὴλ εὐαγγέλιον, τὴν ἄσπορον σύλληψιν (52), τὸν τόκον τὸν ἄφθορον, τὴν ἄσυλον παρθενίαν, τὸ ἀμόλυντον τῆς ἁγνείας, τὸ μηδὲν παθεῖν ἐν τῷ τόκῳ φυσικοῦ νόμου καὶ μητρικῆς ἀκολουθίας, διὰ τοῦ καὶ πρὸ τόκου καὶ μετὰ τόκον παρθένον ὡσαύτως καὶ εἶναι καὶ μεῖναι παναληθέστατα.

18. « Ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί. » Ἀποκαλυφθήσεται γὰρ Πέτρου μὲν ὁ πυρὸς τέως (53) θερμότερος ζῆλος, χλιαρός τις καὶ οἷον ὑπόψυχρος διὰ τῆς ἀρνήσεως· Ἰωάννου δὲ καὶ Ἰακώβου καὶ τῶν λοιπῶν διὰ τῆς φυγῆς, ἣν, ἀφέντες αὐτὸν, ἅπαντες ἔφυγον, πάντων ὥσπερ τῶν μεγίστων θαυμάτων ἐπιλαθόμενοι. Καὶ αὖ πάλιν ἐκ τοῦ ἐναντίου ἀποκαλυφθήσεται Πιλᾶτος μὲν εἰς τὸν

(49) Reg. 2, ὠμμάτωσα ἐν Σαββάτῳ.
(50) Ita Reg. 2. At Reg. 1, τούτων· ἀλλ' ὅπως.
(51) Hæc, λόγχῃ νυττόμενον, desunt in Reg. 1.
(52) Reg. 2, τὴν ἀπόῤῥητον σύλληψιν.
(53) Ita Reg. 2. Reg. vero 1, ὁ διάπυρος καὶ θερμότατος ζ.

μετάμελον ἧκων διὰ τῆς τῶν χειρῶν ἀποσμήξεως· ἡ δὲ τούτου σύνευνος ὡς ἐπίστευσε, διὰ τῆς νυκτερινῆς ὄψεως· ὁ ἑκατόνταρχος διὰ τῶν σημείων· Ἰωσὴφ καὶ Νικόδημος διὰ τῆς κηδείας· Ἰούδας διὰ τοῦ βρόχου· Ἰουδαῖοι διὰ τὸ δοῦναι τοῖς φύλαξι τὰ ἀργύρια. Καὶ ἁπαξαπλῶς, μάχη τις ἔσται καὶ στάσις λογισμῶν τε καὶ διαλογισμῶν ἐναντίων· τῶν μὲν τὰ τῆς θεότητος διαλογιζομένων, τῶν δὲ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος. Θαυμάσουσι μὲν γάρ, φησί, πάσχοντα τοῦτον ὁρῶντες, καὶ ἀγωνιῶντα, καὶ θρόμβους ἱδρώτων ἐκπέμποντα· ἔτι τε δειλιῶντα, καὶ τὴν τοῦ πάθους παραίτησιν προσευχόμενον· τήν τε τῶν νεκρῶν ἐννοοῦντες ἀνάστασιν καὶ τὴν τῶν τυφλῶν ὀμμάτωσιν· τήν τε τῶν λεπρῶν ἀποκάθαρσιν, καὶ τὴν τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἐκδίωξιν· καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν τῶν ὑπ' αὐτοῦ τελεσθέντων σημείων πληθύν· θαυμάσουσι, καὶ τὸν νοῦν ὧδε κἀκεῖσε κλονούμενον ἕξουσι, ἀσύμφωνα ταῦτα τοῖς πρώτοις ὁρῶντες, καὶ ἀκατάλληλα· θαυμάσουσι δὲ πάλιν οἱ τὸν σεισμὸν ὁρῶντες, καὶ τὴν ἐν ἡμέρᾳ νύκτα, τόν τε τοῦ διαπετάσματος διχασμόν, καὶ τὴν τῶν πετρῶν διάῤῥηξιν· ἔτι τε τῶν μνημάτων τὴν ἀνακάλυψιν, καὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἐξανάστασιν· θαυμάσουσι καὶ ἐκστήσονται τῇ καρδίᾳ, καὶ πρὸς ἀπορίας βυθὸν καταντήσουσιν, ἄνθρωπον μὲν τὸν κρεμάμενον βλέποντες, Θεὸν δὲ τὸν ἐνεργοῦντα ταῦτα καὶ συμπεραίνοντα. Οὕτως ἀποκαλυφθήσονται ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί, τῶν μὲν ταῦτα, τῶν δὲ ἐκεῖνα διαλογιζομένων. Ἀλλ' ὅμως ἡ μάχη αὕτη τῶν λογισμῶν (54), καὶ ἡ στάσις, καὶ ἡ φύρσις, καὶ ἡ ἀντίθεσις, ὁμονοίας καὶ συμφωνίας, καὶ εἰρήνης τῆς ἀνωτάτω τῇ Ἐκκλησίᾳ χρηματίσει παραίτιος· δι' ἑκατέρων γὰρ ὃ ἦν Χριστὸς κηρυχθήσεται, καὶ Θεὸς ὁ αὐτὸς καὶ ἄνθρωπος γνωρισθήσεται, αὐτεξουσίως θέλων καὶ ἐνεργῶν ὁ αὐτός, τὰ μὲν τῇ θεότητι, τὰ δὲ τῇ ἀνθρωπότητι. Ταῦτα μὲν οὖν εἶπεν ἄν, οἶμαι, ὁ θεῖος ὄντως καὶ Ἀβραμιαῖος ἐκεῖνος πρεσβύτης, εἴ τις αὐτὸν διήρετο περὶ τούτων.

19. Εἶτα μετ' αὐτὸν παρίσταται καὶ Ἄννα τῷ γράμματι, γηραιοῖς βαδίζουσα βήμασιν· ἐκάλει γὰρ καὶ αὐτὴν τὸ μυστήριον, προφητείας χάριν πληρώσουσαν· ὅπως καὶ αὐτὴ προφητικῶς μαρτυρήσειν, ὡς ἐγνώρισε Κύριος τὸ σωτήριον αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐναντίον τῶν ἐθνῶν ἀπεκάλυψε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου πυθώμεθα, τίς τε καὶ πόθεν αὕτη καθέστηκε, καὶ ἐπὶ ποίοις καὶ πότε τῷ ἱερῷ ἐφέστηκεν· αὖθίς τε ὁποῖα ἔλεγεν, ἐρευνήσωμεν. Φησὶ γὰρ ὁ εὐαγγελιστής· « Καὶ ἦν Ἄννα προφῆτις θυγάτηρ Φανουὴλ ἐκ φυλῆς Ἀσήρ· αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς· ζήσασα μετ' ἀνδρὸς ἔτη ἑπτὰ ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς· καὶ αὐτὴ χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων· ἣ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν. Καὶ αὕτη, αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐπιστᾶσα, ἀνθωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλήμ. » Τίς ὁ λόγος τοῦ

A uxor ejus crediderit per nocturnam visionem, centurio per signa : Joseph et Nicodemus, quid cogitent revelabitur per funeris curam : Judas, per laqueum : Judæi, per pecuniam custodibus traditam. Ut uno verbo dicam, pugna quædam erit et quasi seditio oppositarum cogitationum atque ratiociniorum; aliis quæ deitatem spectant, aliis quæ humanitatem, cogitantibus. Mirabuntur enim, inquit, cum videbunt eum pati, in agone esse, sudoris guttas emittere, itemque pavere ac deprecari passionem. Ubi vero secum reputabunt, mortuos resurrexisse, cæcos visum recepisse, mundatos leprosos, fugatos spiritus malignos, universamque aliam ejus signorum multitudinem, mirabuntur, mentemque ultro citroque fluctuantem habebunt, B videntes hæc minime cum prioribus consentire ac congruere. Mirabuntur item, qui terræ motum videbunt, noctemque in die obtingentem, scissum velum, diruptas petras; insuperque monumenta aperta, ac mortuorum resurrectionem. Mirabuntur, corde obstupescent, atque ad imum dubitationis demergentur, cum hominem suspensum cernent; Deumque, tanta signa operantem ac perficientem. Ita revelabuntur ex multis cordibus cogitationes, aliis hæc, aliis illa cogitantibus. Attamen isthæc cogitationum pugna, seditio, confusio, contradictio, rerum oppositio; supremæ concordiæ, consensionis ac pacis causa, Ecclesiæ futura est; ex utrisque enim prædicabitur quid erat Christus: C idemque Deus et homo fuisse cognoscetur, qui ipse unus libero suo arbitrio vellet et operaretur, hæc secundum deitatem, illa secundum humanitatem. Hæc puto dicturus erat Abrahamicus ille senex, si quis eum his de rebus percontatus esset.

19. Post illum in Scriptura Anna sistitur, senili gressu incedens : nam et ipsam mysterium vocabat, prophetiæ gratiam atque munus impleturam; ut ipsa quoque prophetice testificaretur quod notum fecisset Dominus salutare suum, et in conspectu gentium revelasset justitiam suam [61]. At ex Evangelio primum sciscitemur quænam hæc et cujas esset, D qua de causa et quando venerit in templum : ac rursum quæ dixerit percontemur. Ait enim evangelista : « Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser : hæc processerat in diebus multis, et vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua : et hæc vidua velut annorum octoginta quatuor; quæ non discedebat de templo, jejuniis et obsecrationibus serviens nocte ac die. Et hæc, ipsa hora superveniens, vicissim confitebatur Domino, et loquebatur de illo omnibus qui exspectabant redemptionem in Jerusalem [62]. » Quid

[61] Psal. XCVII, 2. [62] Luc. II, 36-38.

(54) Reg. 2, διαλογισμῶν.

causæ est quod adeo accuratam evangelista fecerit hujus prophetissæ narrationem; ut et patrem et familiam ejus memoraverit, quod vix de alio quoquam reperiatur? Sane certam hujusce rei causam, solus noverit sanctorum Deus, iique qui ex ejus Spiritus instinctu loquuntur, mysteria edocti, juxta divinum Apostolum. Hæc porro prophetica **365** fulgens gratia, iis qui in Jerusalem redemptionem exspectabant, a Deo datam afferebat consolationem, cum diceret, universi advenisse Redemptorem, omniumque Salvatorem venisse et apparuisse, suam redempturum imaginem, liberaturum quod condiderat opificium. Idcirco enim Christus Jesus vocatur, siquidem Jesus Salvator interpretatur.

20. His omnibus ita gestis, ita enuntiatis, obstupescebat Dei mater Maria, et mirabatur qui una aderat Joseph. Impletis tamen iis quæ lege præcepta erant; siquidem advenit Christus omnia quæ legis sunt impleturus, ac finem legis præceptis daturus; in Nazaret remigrant, ubi a Gabriele faustum nuntium acceperat ea quæ Salvatorem mundo genuit, quæque sine semine concipiendo prægnans fuit, et virgo post partum mansit, videntibusque omnibus ostendit notum factum esse salutare Dei, lumenque gentibus illuxisse; Dei item justitiam ac redemptionem in omnibus terræ finibus apparuisse; ac quotquot receperunt eum, gloria divina pariter ac sempiterna induisse, fluxionis simul ac corruptionis nescia.

21. Nos autem, o desideratissimi, perinde atque illi, Christo Deo occurramus, temperantiam afferentes, castitatem gestantes, innocentiam offerentes, injuriarum oblivionem exhibentes, a distrahentibus curis nos segregantes, ac Deo puros offerentes, morum lenitatem gerentes, mansuetudinem atque charitatem mutuam omnibus exhibentes. Ad hæc omnia commiserationem in universos habentes; atque ex commiseranti animo misericordiam semper quasi scaturientes, ita accedentem Christum excipiamus; ita Christum in ulnas, ut Deum decet, suscipiamus, atque vicissim propheticis confiteamur verbis, celebrantes ejus ad nos profectum: ejusque erga nos commiserationem magnificis prædicemus vocibus; ut et regnum cœlorum consequamur, et bonis perfruamur æternis: in ipso Christo Deo nostro, cui cum optimo Patre, ac sanctissimo Spiritu gloria, imperium, honor. adoratio et magnificentia, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen

A τοιαύτην ἀκριβῆ περὶ τῆς προφήτιδος ταύτης τὸν εὐαγγελιστὴν ποιήσασθαι τὴν ἀφήγησιν· ὥστε καὶ τοῦ ταύτης πατρὸς καὶ τῆς φυλῆς ἐπιμνησθῆναι, ὅπερ ἐπ' οὐδενὶ ἑτέρῳ σχεδὸν εὕρηται; Τὸν μὲν περὶ τούτου ἀκριβῆ λόγον μόνος ἂν εἰδείη αὐτὸς ὁ τῶν ἁγίων Θεὸς, καὶ οἱ τῇ αὐτοῦ ἐμπνοίᾳ Πνεύματος (55) λαλεῖν, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, δεδιδαγμένοι μυστήρια· αὕτη δὲ προφητικῇ διαλάμπουσα χάριτι, τοῖς προσδεχομένοις ἐν Ἱερουσαλὴμ λύτρωσιν (56), θεόσδοτον ἐνεγέννα παράκλησιν· ὅτι ὁ τοῦ παντὸς Λυτρωτὴς, λέγουσα, παραγέγονε, καὶ τῶν πάντων ὁ Σωτὴρ ἦλθε καὶ πεφανέρωται, τὴν ἰδίαν εἰκόνα λυτροῦσθαι βουλόμενος, καὶ σώζειν τὸ πλάσμα θέλων, ὃ ἔπλασε. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς ὀνομάζεται, ἐπειδὴ καὶ Σωτὴρ ὁ Ἰησοῦς ἑρμηνεύεται.

B 20. Τούτων δὲ πάντων γινομένων τοῖς πράγμασι, καὶ λεγομένων τοῖς ῥήμασιν, ἥ τε Θεομήτωρ Μαριὰμ ἐξενίζετο, καὶ ὁ συμπαρὼν Ἰωσὴφ ἀπεθαύμαζεν. Ὅμως τὰ δεδογμένα τελέσαντες τῷ νόμῳ, ἐπείπερ ἅπαντα τοῦ νόμου πληροῦν ὁ Χριστὸς παραγέγονε (57), καὶ ἀνάπαυσιν διδόναι τοῖς τοῦ νόμου προστάγμασιν, εἰς Ναζαρὲτ ἐπανέρχονται· ἔνθα καὶ πρὸς τοῦ ἀγγέλου Γαβριὴλ εὐηγγελίσατο ἡ τὸν Σωτῆρα τῷ κόσμῳ γεννήσασα, ἐξ ἀσπόρου μὲν συλλήψεως κυήσασα, παρθένος δὲ μετὰ γέννησιν μείνασα, καὶ πᾶσι δεικνύουσα τοῖς βλέπουσιν, ὡς ἐγνωρίσθη Θεοῦ τὸ σωτήριον, καὶ τὸ φῶς τοῖς ἔθνεσιν ἔλαμψε· καὶ ὡς Θεοῦ δικαιοσύνη καὶ λύτρωσις πᾶσι τῆς γῆς ἐφάνη τοῖς πέρασι· καὶ δόξαν τοὺς δεδεγμένους ἐνέδυσε θεϊκὴν ὁμοῦ καὶ ἀΐδιον, καὶ ῥεῦσιν καὶ φθορὰν οὐ γινώσκουσαν.

C 21. Ἡμεῖς δὲ, ὦ ποθεινότατοι, καθάπερ ἐκεῖνοι, οὕτω Χριστῷ τῷ Θεῷ συναντήσωμεν, σωφροσύνην κομίζοντες, ἁγνείαν βαστάζοντες, ἀκακίαν προσφέροντες, ἀμνηστίαν ἐμφαίνοντες, περισπασμῶν ἑαυτοὺς ἀφορίζοντες, καὶ Θεῷ καθαροὺς προσκομίζοντες, τρόπων ἡμερότητα φέροντες, καὶ τὸ πρὸς ἅπαντας προσηνὲς καὶ φιλάλληλον ἔχοντες. Καὶ πρὸς τούτοις ἅπασι τὴν πρὸς πάντας συμπάθειαν ἄγοντες, καὶ τὸν ἐκ ψυχῆς συμπαθοῦς ἀεὶ προερχόμενον ἔλεον βλύζοντες, οὕτω Χριστὸν προσιόντα δεξώμεθα· οὕτω Χριστὸν εἰσοικίσωμεν· οὕτω Χριστὸν θεοπρεπῶς ἐναγκαλισώμεθα, καὶ προφητικοῖς ἀνθομολογησώμεθα ῥήμασι, τὴν αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀνυμνοῦντες προέλευσιν, D καὶ ἣν πρὸς ἡμᾶς συμπάθειαν εἴργασται μεγαλοφώνοις κηρύττοντες στόμασιν· ἵνα καὶ βασιλείας οὐρανῶν ἐπιτύχωμεν, καὶ αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπολαύσωμεν, ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ παναγάθῳ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(55) Reg. 2, καὶ τῇ αὐτοῦ ἐπιπνοίᾳ Πνεύματι.]
(56) Reg. 2, ἀπολύτρωσιν.
(57) Reg 2, παρεγένετο.

IN HOMILIAM DE CÆCO NATO ADMONITIO.

Non est quod in hujusce homiliæ νοθείᾳ *commonstranda diu immoremur, cum orationis genus, voces cæteraque omnia scriptorem prodant Athanasio longe imparem. Et vero non ex vocibus et stylo tantum spuria illa deprehenditur : cum multa complectatur inepta, et sagaci quovis homine, ne dicam Athanasio, indigna; ut est illud de Samuele propheta commentum, et similia, quæ lectori primo aspectu occurrent observanda.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

(58) *ΟΜΙΛΙΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΚ ΓΕΝΕΤΗΣ ΤΥΦΛΟΝ*

S. P. N. ATHANASII

IN CÆCUM A NATIVITATE HOMILIA.

---

1. Πολυσπούδαστόν ἐστι πᾶσιν ἀνθρώποις τὸ τῶν γονέων γλύκασμα, γνήσιον, ποθητὸν (59), παντὸς χρυσίου τιμιώτερον. Οὐκ ἔστιν ἐν τῷ παρόντι βίῳ γονεῦσιν ἀντισταθμιζόμενον κτῆμα. Χρυσὸς πολλάκις ἀπόλλυται· γονέων δὲ φίλτρον οὐ μαραίνεται. Ἄργυρος πολλάκις ἰοῦται· τῶν δὲ γεννησάντων αἱ ὠδῖνες οὐ μειοῦνται. Μαργαρῖται πολλάκις διαφθείρονται· γονέων δὲ δάκρυα τῷ Κυρίῳ παρίστανται. Διὸ καὶ τῶν γονέων τὸ τίμιον ἡ θεία Γραφὴ γνωρίζουσα, παραινεῖ τοῖς τέκνοις βοῶσα· « Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω. » Ἔστι δὲ πάντως εἰπεῖν τινα· Καὶ εἰ περισπούδαστόν ἐστι τὸ τῶν γονέων γλύκασμα, τίνος ἕνεκεν ὁ Δαβὶδ τοὺς γονεῖς διαβάλλων ἔλεγεν· « Ὁ Πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με· ὁ δὲ Κύριος προσελάβετό με; » Τί λέγεις, ὦ φίλε, πρὸς τὰ παρόντα; Παντὸς κτίσματος τιμιώτερον τὸ τῶν γονέων γλύκασμα· μὴ γὰρ ὡς πρὸς τὸν δημιουργὸν τῶν ἁπάντων Θεόν· οὐκ ἔστι κτίσμα κτίστῃ συγκριθῆναι δυνάμενον. Εἰ μὲν ἦν ὁ Δαβὶδ εἰρηκώς· « Ὁ πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με, » ἀντελάβετο δέ μου ὁ δεῖνα, ὁ γείτων, ἢ ὁ συγγενὴς, ἢ ὁ φίλος, ὡς ὑπεναντίον διεβεβαίου (60)· εἰ δὲ καὶ τῶν γονέων τὸν Κύριον εὐσπλαγχνότερον ἀπεφήνατο, καὶ τοὺς γονεῖς οὐκ ἐνύβρισε, καὶ τὸν Θεὸν ἐδόξασεν.

1. Summa cura hominibus colendus est dulcis ille, germanus, desiderabilis, quovis auro pretiosior, parentum amor. Nullæ sunt in hac vita facultates parentibus comparandæ. Aurum sæpe perit, parentum autem amor non exstinguitur. Argentum plerumque rubiginem contrahit, parentum autem erga prolem affectus non minuitur. Margaritæ non raro corrumpuntur, parentum vero lacrymæ coram Deo sistuntur. Quamobrem divina Scriptura, indicans quantus sit honor erga parentes habendus, sic monet filios, exclamans : « Qui maledicit patri vel matri, morte moriatur [63]. » Sed fortasse dixerit quispiam, Si tanta cura **366** colendus est dulcis ille erga parentes affectus, quid causæ est quod David parentes accusans dixerit : « Pater meus et mater mea dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me [64]? » Quid ad hæc ais, dilecte? Omni creatura pretiosior esse debet dulcis ille erga parentes affectus, nec tamen cum Deo omnium opifice comparandus : nulla quippe est creatura quæ cum Creatore conferri possit. Si David postquam dixit : « Pater meus et mater mea dereliquerunt me, » adjecisset, Ille quidam vicinus, aut cognatus, aut amicus suscepit me; id quasi ex adverso affirmasset. Quod si magis quam parentes misericordem Deum pronuntiavit, parentibus injuriam non fecit, et Deo gloriam dedit.

2. Τίνος δὲ χάριν ὁ Δαβὶδ προσηκατο τὰς συλλαβὰς, λέγων· « Ὁ Πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με· ὁ δὲ Κύριος ἀντελάβετό (61) με; » Ἴστε πάντες σαφῶς, ὅσα τε φιλόλογοι, πῶς ὁ τῶν ἁπάντων Θεὸς βουλόμενος τὸν Σαοὺλ, ὡς φαῦλον, τῆς βασιλείας διαδέξασθαι, καὶ τὸν Δαβὶδ, ὡς φίλον, εἰς τὴν

2. Quid causæ est autem, quod David syllabas apponit dicens : « Pater meus et mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me? » Gnari omnes estis, utpote lectionis studiosi, quo pacto omnium Deus cum vellet Saulem, utpote improbum hominem regno abdicare, et Davidem, ut

[63] Exod. xxi, 17. [64] Psal. xxvi, 10.

(58) Reg. 1, ὁμιλία. Reg. 2, cum editis, λόγος.
(59) Ita mss. Editi vero, ποθηρόν.
(60) Ita Reg. 2. Editi autem, ὡς ὑπ' ἐναντίων διεβεβαιοῦτο.
(61) Reg. 2, solus, προσελάβετο. Item ibid., με, et ita semper. Editi, μου

dilectum sibi, regnum adire, ministrum suum miserit Samuelem ad domum parentum David, cornu ferentem ordinationis, dixeritque Samueli Dominus [66]: Perge ad domum Jessæ, et unge mihi unum ex filiis ejus in regem. Samuel autem ad ministerium missus, respondit Domino : Ecquem ordinabo? Indica nomen, Domine, ut diligentius ad jussa tua properem. Tum Dominus ad Samuelem : Nolo scias quem constituerim, ne quasi personam acceperis, accusere. Habes cornu ordinationis, in quem inclinabitur cornu, et oleum emanabit, illum mihi constitue regem. Cum cornu teneas quod nullam personarum acceptionem facturum est, ne moleste feras. His auditis Samuel, quasi a Deo accepta cognitione, statim, haud dubio pede, accurrit ad domum Jessæ, quem sic alloquitur : Misit me Dominus ordinatum ex filiis tuis unum in regem. Confestim Jesse et uxor ejus filium suum producere natu primum, ut qui primogenitorum benedictionem gestaret, et ut inter liberos suos rectum ordinem servaret. Samuel autem elevans statim manum, ac sese ad ordinationem componens, inclinatoque cornu, priorem absque ordinatione dimisit, oleo, ex Dei nutu, effluere nolente. Cum autem illi cunctos filios suos præter Davidem adduxisset, abscesserunt omnes vacui nec ordinati.

A βασιλείαν προσήκασθαι (62), ἀποστέλλει τὸν ἑαυτοῦ διάκονον Σαμουὴλ εἰς τὸν οἶκον τῶν γονέων τοῦ Δαβὶδ (63), ἐπιφερόμενον τὸ κέρας τῆς χειροτονίας, λέγων πρὸς τὸν Σαμουὴλ ὁ Κύριος· Πορευθεὶς εἰς τὸν οἶκον Ἰεσσαὶ, χρῖσόν μοι ἕνα τῶν υἱῶν αὐτοῦ εἰς βασιλέα. Ὁ δὲ Σαμουὴλ ὡς εἰς διακονίαν στελλόμενος, ἀντερήσατο (64) πρὸς τὸν Κύριον, λέγων· Καὶ τίνα προχειρίσομαι; Λέγε μοι τὸ ὄνομα, Δέσποτα, ἵνα σπουδαιότερον πρὸς τὸ δοκοῦν σοι διαβήσωμαι. Ὁ δὲ Κύριος πρὸς τὸν Σαμουὴλ· Οὐ θέλω σε γινώσκειν τὸν προχειριζόμενον, ἵνα μὴ ὡς προσωπολήπτης διαβληθῇς. Ἔχεις τὸ κέρας τῆς χειροτονίας, ὅπου δ' ἂν ἐπινεύσει τὸ κέρας, καὶ τὸ ἔλαιον λιμνάσει, ἐκεῖνόν μοι προχείρισον (65) εἰς βασιλέα. Κατέχων τὸ κέρας, ἀπροσωπόληπτον διαιτητὴν, μηδαμῶς δυσχέραινε. B Ταῦτα ἀκούσας ὁ Σαμουὴλ, καὶ ὡς παρὰ Θεοῦ τὴν γνῶσιν δεξάμενος, εὐθέως ἀναμφιβόλῳ ποδὶ κατέδραμεν ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Ἰεσσαὶ, λέγων πρὸς αὐτόν· Ἀπέστειλέ με ὁ Κύριος προχειρίσασθαι ἕνα τῶν υἱῶν σου εἰς βασιλέα. Εὐθέως δὲ ὁ Ἰεσσαὶ καὶ ἡ τούτου γαμετὴ τὸν πρῶτον υἱὸν προεβίβασαν, ὡς τὴν εὐλογίαν τῶν πρωτοτόκων βαστάζοντα, καὶ ἐν τοῖς τέκνοις τὴν εὐταξίαν φυλάττοντα. Ὁ δὲ Σαμουὴλ, εὐθέως τὴν χεῖρα ὑψώσας, καὶ πρὸς τὴν χειροτονίαν σχηματισθεὶς, καὶ τὸ κέρας ἐπινεύσας, ἀπέλυσε τὸν πρῶτον ἀχειροτόνητον, θείῳ νεύματι τοῦ ἐλαίου στάξαι μὴ βουληθέντος. Ὡς δὲ ἕνα ἕκαστον τῶν υἱῶν αὐτοῦ παρήγαγεν αὐτῷ ἐκτὸς τοῦ Δαβὶδ, ὑπέστρεψαν οἱ πάντες λιτοὶ (66) καὶ ἀχειροτόνητοι.

3. Iis porro vacuis regressis, Samuelem Jesse aggressus est, his verbis : Quid fecisti, o homo? hallucinatus es, nec te hallucinatum intelligis. Aut deceptus es, aut me illusurus huc properasti. A januæ ingressu aberrasti : alio missus, hic cornu protulisti : nos vano gaudio replevisti : pollicitus es, nec promissa complevisti. Tum Samuel ad Jesse : Quid me incusas, o senex? damnas eum qui me misit. An potest unquam errare propheta? Si proprio consilio huc accessissem, jure dubitares. At si cordium scrutator me misit, quid renuis? Jesse vero ad Samuelem : In quo demum annuam? Adduxi ad te omnem liberorum meorum florem, et nusquam promissi tui indicium comparet. An non potius ignoras eum qui te misit? An non alio missus es? Nunquid ut me senem constitueres regem huc properasti? Tum Samuel ad Jesse : Quid me increpas, o senex, an non alium habes filium? Si non habes, hallucinatus sum; sin habes, nequaquam erravi. Reponit Jesse ad Samuelem : Alius quidem mihi superest filius; sed parvus, despicabilis, neque aptus regno, quem producere pudeat. Tum Samuel ad illum : Vin' tu immutare præceptum Creatoris? pudet te **367** illum producere? Quid enim? An multam carnis molem ungit Deus? Adduc itaque illum;

3. Ὑποστρεψάντων δὲ τούτων λιτῶν, ἀντέβαλλεν ὁ C Ἰεσσαὶ πρὸς τὸν Σαμουὴλ, λέγων· Τί πεποίηκας, ἄνθρωπε; ἐσφάλης, καὶ οὐκ οἶδας. Ἢ ἐσφάλης, ἢ παῖξαί με παρέδραμες. Παρὰ θύρας εἰσῆλυθες· ἀλλαχοῦ ἀπεστάλης, καὶ ὧδε τὸ κέρας ἐγύμνωσας· μάτην ἡμᾶς ἐχαροποίησας, θρυλλήσας, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν μὴ πληρώσας. Ὁ δὲ Σαμουὴλ πρὸς τὸν Ἰεσσαί· Τί καταπλήττεις (67), πρεσβῦτα; καταψηφίζῃ τοῦ ἀποστείλαντός με. Ἔστι προφήτην πλανηθῆναί ποτε; Εἰ μὲν οἰκείᾳ γνώμῃ παρεγενόμην, καλῶς διστάζεις· εἰ δὲ ὁ τῶν καρδιῶν γνώστης ἀπέστειλέ με, τί ἀνανεύεις; Ὁ δὲ Ἰεσσαὶ πρὸς τὸν Σαμουὴλ· Καὶ ἐν τίνι λοιπὸν ἐπινεύσω; Παρήγαγόν σοι πᾶσαν τῶν τέκνων μου τὴν καλλονὴν, καὶ οὐδαμοῦ τῆς ἐπαγγελίας τὸ γνώρισμα. Μὴ μᾶλλον οὐκ ἔγνως τὸν ἀποστείλαντά σε; Μὴ ἄρα ἀλλαχοῦ ἀπεστάλης; Μήτιγε (68) D ἐμὲ τὸν πρεσβύτην κατέδραμες χειροτονῆσαι; Ὁ δὲ Σαμουὴλ πρὸς τὸν Ἰεσσαί· Τί με καταπλήττεις, πρεσβῦτα; Οὐκ ἔχεις ἄλλον υἱόν; εἰ μὲν οὐκ ἔχεις, ἐσφάλην· εἰ δὲ ἔχεις, οὐκ ἐπλανήθην. Ὁ δὲ Ἰεσσαὶ πρὸς τὸν Σαμουήλ· Ἔχω μὲν καὶ ἄλλον υἱὸν, ἀλλ' ὅμως μικρὸν, εὐτελῆ, μὴ ποιοῦντα βασιλέα. Αἰσχύνομαι καὶ προβιβάσαι αὐτόν. Ὁ δὲ Σαμουὴλ πρὸς αὐτόν· Παραδιατάττῃ τῷ Κτίσαντι; αἰσχύνῃ προβιβάσαι τοῦτον; Τί γάρ; Πολυσαρκίαν χρίζει ὁ Θεός;

[66] 1 Reg. XVI, 1-13.

(62) Ita Reg. 2. Editi vero, προήκασθαι.
(63) Reg. 2, διάκονον εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἰεσσαί. Mox χειροτονήσεως. Reg. 1 et 2.
(64) Reg. 2, ἀντεοίσατο. Mox idem, προχειοίσομαι.
(65) Reg. 1. προχείρησαι. Reg. 2, προχειρίσαι.
(66) Λιτοί deest in Reg. 2.
(67) Reg. 1, 2, τί λέγεις;
(68) Ita Reg. 1, 2. Editi vero, μή τοίνε.

Προχείρισαι οὖν τοῦτον· λιμνάσει πάντως τὸ ἔλαιον, ἐπινεύσει, οἶδα, τὸ κέρας. Εὐφραινέσθω σου ὁ οἶκος. Τί γάρ; Ὅτι μικρός ἐστιν, οὐ ποιεῖ βασιλέα; Περίμεινον μικρὸν, καὶ ὄψῃ πῶς οὗτος ὁ μικρὸς τὸν γιγανταῖον πύργον, τὸν Γολιὰθ λέγω δὴ, καταστρέψει. Τοιγαροῦν ταύτην τῶν γονέων τὴν λοιδορίαν ὁ Δαβὶδ κατανοήσας, καὶ τὴν τοῦ Κυρίου παράδοξον εὐεργεσίαν θείᾳ Γραφῇ παραδιδοὺς, ἐβόα· « Ὁ πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με· ὁ δὲ Κύριος προσελάβετό με. »

4. Ταύτην τοίνυν τὴν τοῦ προφήτου Δαβὶδ εὐχάριστον φωνὴν, εὐκαίρως καὶ ὁ ἐκ γενετῆς τυφλὸς ἀναβλέψας, ἐρεῖ μεγαλοφώνως καὶ αὐτός· « Ὁ πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με· ὁ δὲ Κύριος προσελάβετό με. » Ἴστε πάντες σαφῶς, πῶς καὶ οὗτος ὑπὸ μὲν τῶν γονέων διεπτύσθη, ὑπὸ δὲ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐγκατελείφθη. Ὅπως δὲ τὸ χρέως ἀποδωσώμεθα, καὶ μικρὸν ἀναψύξωμεν, ἵνα καὶ πάλιν πιστευθῶμεν ὀφειλήματα· φέρε τοίνυν ἐπὶ τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν εὐκαίρως παραγάγωμεν. Ἤκουες, ἀγαπητὲ, τῇ προτέρᾳ τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου βοῶντος· « Καὶ παράγων, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς, εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς καθήμενον· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· Ῥαββὶ, τίς ἥμαρτεν, οὗτος ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ; » Ὁ δὲ Κύριος πρὸς αὐτούς· « Οὐδὲ οὗτος ἥμαρτεν, οὐδὲ οἱ γονεῖς αὐτοῦ· ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ. Ταῦτα εἰπὼν ὁ Κύριος, ἔπτυσε χαμαὶ, καὶ ἐποίησε πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος, καὶ ἐπέχρισε τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ. » Καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν Σιλωάμ· καὶ ἀπελθὼν ἐνίψατο· καὶ νιψάμενος ἀνέβλεψε· καὶ ἀναβλέψας ἐπίστευσε τῷ ἀποστείλαντι. Ἄκουε συνετῶς. Ἐπηρώτησαν τὸν Κύριον οἱ μαθηταὶ, λέγοντες· « Διδάσκαλε, τίς ἥμαρτεν, οὗτος ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ; » Δικαία τῶν ἀποστόλων ἡ ἐπερώτησις, ἔνθεν δείκνυται, ὅτι ὡς Θεῷ τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ προσίεσαν (69). Τίς γὰρ οἶδε τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, εἰ μὴ ὁ τῶν καρδιῶν ἰχνηλάτης; Διὸ καὶ ὁ Κύριος οὐκ ἀνένευσε πρὸς τὴν ἐπερώτησιν, ἀλλὰ παραυτὰ ἐποίει τὴν ἀπόκρισιν, ἐν ταυτῷ καὶ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπερώτησιν πληροφορῶν, καὶ τὴν αὐτοῦ θεοπιστίαν βεβαιῶν. Ἀποκριθεὶς γὰρ (70) ὁ Κύριος εἶπεν· « Οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ· ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ· » τουτέστιν ἡ παροῦσα τούτου τύφλωσις οὐκ ἔστιν ἁμαρτιῶν πρόσκομμα, ἀλλὰ φύσεως σφάλμα. Ὥσπερ γὰρ φυτὸν πρὸ τοῦ τῆς γῆς ἐκκύψαι, ἐν τῇ ῥίζῃ πολλάκις ἀπὸ περιστάσεως ἀερίου τὴν βλάβην δέχεται, οὕτω καὶ οὗτος ὁ ἐκ γενετῆς τυφλὸς, ἐν τῇ νηδύϊ τὴν πήρωσιν ἐδέξατο· ἢ τοῦ μητρῴου κόλπου ἀνευθέτου ὑπάρχοντος, ἢ τοῦ πατρῴου σπόρου κακοχύμου καταβληθέντος. Ὁ δὲ τὴν σφαλεῖσαν φύσιν διορθώσασθαι δυνάμενος οὐδὲν ἕτερον ἢ τῶν φύσεων δημιουργὸς εὑρεθήσεται. Διὸ καὶ ὁ Κύριος ἀπεφήνατο

A effluet sane oleum, inclinabit se, ut probe novi, cornu. Lætetur domus tua. Quid enim? An quia parvus est, non est aptus regno? Tantillum exspecta, et videbis quo pacto ille parvulus gigantinam turrem, Goliath scilicet, prosternet. Hanc ergo parentum contumeliam secum reputans David, et admirandam Domini benignitatem sacris litteris consignans exclamabat : « Pater meus et mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me [66]. »

4. Hanc itaque prophetæ David vocem gratiarum actione plenam, opportune item cæcus ille a nativitate, visu recepto, magna et ipse voce dicet : « Pater meus et mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. » Probe nostis omnes, quod hic quoque et a parentibus rejectus fuerit, et a Deo non fuerit derelictus. Sed ut debitum persolvamus, paululumque recreemur, ut rursum nobis debita concredantur : age, ad cæcum a nativitate opportune accedamus. Audisti, dilecte, (Dominica [71]) præcedente Joannem evangelistam clamantem : « Et præteriens, » inquit, « Jesus, vidit hominem cæcum a nativitate sedentem. Et interrogaverunt eum discipuli ejus : Rabbi, quis peccavit, hic aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur? » Quibus Dominus : « Neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Hæc cum dixisset Dominus, exspuit in terram, et fecit lutum ex sputo, et linivit super oculos cæci [67]. » Et misit eum ad Siloam : cumque abiisset, lavit : lotus vidit, visuque recepto credidit in eum qui misisset. Hæc prudenter audi. Interrogabant Dominum discipuli dicentes : « Magister, quis peccavit, hic aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur? » Æqua erat apostolorum interrogatio, ut inde liquet, quod ad Dominum Jesum, velut Deum, accesserint. Quis novit enim secreta hominum, nisi scrutator cordium? Quocirca nec Dominus interrogationem abjecit; sed statim respondit, eadem opera et apostolorum interrogationi faciens satis, et deitatis suæ fidem confirmans. Respondens enim Jesus dixit : « Neque hic peccavit, neque parentes ejus : sed ut manifestentur opera Dei in illo; » id est : isthæc ejus cæcitas, non est peccatorum pœna, sed naturæ defectus. Sicut enim planta, antequam e terra pullulet, in radice plerumque ex ambientis aeris affectione damnum accipit; ita et hic a nativitate cæcus, vitium ejusmodi in utero contraxit; sive quod maternus sinus haud recte compositus esset, sive quod paternum semen emissum, vitiosum esset. Qui porro errantem naturam potest corrigere, nihil sane aliud quam naturarum creator deprehendetur. Quare hæc Dominus pronuntiavit : « Neque hic peccavit, ne-

[66] Psal. XXVI, 10. [67] Joan. IX, 1-3, 6.

(69) Ita Reg. 2. Editi vero, προσῆσαν. Infra Reg. 2, ἐρώτησιν pro ἐπερώτησιν. Ibid. Reg. 1, 2, quos sequimur, παραυτά. Editi, παρ' αὐτήν.

(70) Ita Reg. 2. Editi autem, Ἀποκριθεὶς δέ.

(71) Sic Holsteinius.

que parentes ejus, sed ut manifestentur opera Dei in illo. » Hisque prolatis, confestim ipso opere, sese ostendit esse naturarum creatorem, ac de se ipso dixisse : « ut manifestentur opera Dei in illo ; » id est, ut per illum exploratum sit me, non merum hominem, sed Deum fortem esse. Poterat enim Dominus solo verbo cæcum curare, qui verbo cœlos firmaverat, juxta divinum illud dictum : « Verbo Domini cœli firmati sunt [68] ; » poterat itaque verbo hunc a nativitate cæcum curare. Id tamen minime facit, sed luto oculos ungit illius ; ut palam faceret omnibus, esse se illum Adami figulum, qui simile simili resarciret. Non innovat curationis seriem, ne miraculum dissiparet : lutum luto inungit ; ac simile simili resarcit. Posset autem quis dicere, ideo Dominum cæci oculos inunxisse luto, ut palam omnibus faceret, se ipsum esse qui Adamum ex luto efformasset.

A λέγων· « Οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ. » Καὶ ταῦτα εἰπὼν εὐθέως διὰ τοῦ ἔργου γνωρίζει, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ τῶν φύσεων δημιουργὸς, καὶ ὅτι περὶ αὐτοῦ ἔλεγεν· « ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ· » τουτέστιν, ἵνα γνωρισθῶ δι' αὐτοῦ, ὅτι οὐκ εἰμὶ λιτὸς ἄνθρωπος, ἀλλὰ Θεὸς κραταιός. Ἠδύνατο γὰρ ὁ Κύριος τῷ ῥήματι μόνῳ τὸν τυφλὸν ἰάσασθαι, ὁ λόγῳ τοὺς οὐρανοὺς στερεώσας, κατὰ τὸ φάσκον θεῖον ῥητόν· « Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν· » ἠδύνατο οὖν λόγῳ καὶ τοῦτον τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν θεραπεῦσαι. Ἀλλ' οὐ ποιεῖ τοῦτο, πηλὸν δὲ ἐπιχρίει τοῖς ὀφθαλμοῖς (72) αὐτοῦ, ἵνα πᾶσι φανερὸν καταστήσῃ, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τοῦ Ἀδὰμ κεραμεὺς, καὶ διὰ τοῦ ὁμοίου τὸ ὅμοιον ἀποπληρῶν (73). B Οὐ ξενίζει τὴν περιοδίαν, ἵνα μὴ διασκεδάσῃ τὴν θαυματουργίαν· πηλὸν ἐπὶ πηλὸν ἐπιχρίει, διὰ τοῦ ὁμοίου τὸ ὅμοιον ἀναπληρῶν. Ἔστι δὲ πάντως εἰπεῖν τινα, καὶ ὅτι τούτου χάριν ὁ Κύριος ἔχρισε πηλῷ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, ἵνα πᾶσι φανερὸν καταστήσῃ, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὸν Ἀδὰμ χοοπλαστήσας.

368 5. Quid porro causæ est quod eum miserit in Siloam? An etiam Adamum in Siloam demisit? Attente audi. Quando Adamum Dominus ex luto formabat, repugnantium Judæorum aderat nemo : cum nemo itaque adesset qui contradiceret, minore apparatu rationabilem hanc statuam perfecit. Nunc vero cum multi contradicant, longa circuitione utitur, ut potestatem affirmet suam ; ut vel invitos contradicentes ad miraculi assensum pertraheret. Hujus rei gratia luto inunctum illum misit in Siloam, ut sese ablueret : non quod Siloa egeret, Siloæ Dominus ; sed ut currente cæco, qui viderent sequerentur, essetque qui non videbat, videntium dux : ipsi autem qui accurrissent, testes forent miraculi. Nam, cum illud Dominus faceret, mitteretque hominem in Siloam, accurrebant ingentes turbæ, miraculo testimonium perhibentes. Sed adhuc susurrabant Pharisæi, curiose rem investigantes, ac phantasiam esse miraculum illud exclamabant. Quid facturi erant, nisi longiore circuitu miraculum designasset? Quod si alia ratione volueris Siloam in figuram accipere piscinæ baptismatis, nequaquam a vero aberraveris, quandoquidem in illa universi ignorantiæ tenebris lavantur, lumenque piæ religionis accipiunt.

5. Τίνος δὲ ἕνεκεν ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν Σιλωάμ; Μὴ καὶ τὸν Ἀδὰμ εἰς τὸν Σιλωὰμ ἐχάλασεν; Ἄκουε συνετῶς. Ὅτε τὸν Ἀδὰμ ὁ Κύριος ἐπηλόπλασε (74), τότε οὐδεὶς τῶν ἀντιλεγόντων Ἰουδαίων παρῆν· ἐπεὶ οὖν οὐδεὶς ἦν ἀντιλέγων, τότε μὲν ὁ Κύριος εὐσυσταλτικώτερον τὸν λογικὸν ἀνδριάντα κατασκευάζει· νυνὶ δὲ ὡς πολλῶν ὄντων τῶν ἀντιλεγόντων, πλατύνει τὴν περιοδίαν, ἵνα κρατύνῃ τὴν ἐξουσίαν, ὅπως καὶ ἄκοντας τοὺς ἀντιλέγοντας ἐπινεῦσαι τῷ θαύματι παρασκευάσῃ. C Τούτου οὖν χάριν ἀπέστειλε τὸν πηλοφόρον εἰς τὸν Σιλωὰμ νίψασθαι, οὐχ ὅτι τοῦ Σιλωὰμ ἔχρῃζεν ὁ τοῦ Σιλωὰμ δεσπότης· ἀλλ' ὅπως, τοῦ τυφλοῦ τρέχοντος, οἱ βλέποντες ἀκολουθήσωσι καὶ γενήσηται ὁ μὴ βλέπων τῶν βλεπόντων ὁδηγὸς, αὐτοὶ δὲ οἱ καταδραμόντες μάρτυρες γενήσωνται τοῦ θαύματος. Ὅταν γὰρ καὶ τοῦτο ἐποίησεν ὁ Κύριος, καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν Σιλωὰμ, ἄπειρα πλήθη κατέδραμον μαρτυροῦντα τῷ θαύματι. Καὶ ἔτι ἐνήχουν οἱ τῶν Φαρισαίων παῖδες πολυπραγμονοῦντες, καὶ φαντασίαν τὴν θαυματουργίαν βοῶντες. Τί ἔμελλον ποιεῖν, εἰ μὴ ἐπλάτυνε τὴν θαυματουργίαν; Ἄλλως δὲ πάλιν, εἰ βουληθῇς τὸν Σιλωὰμ εἰς τύπον λαβεῖν τῆς τοῦ βαπτίσματος κολυμβήθρας, οὐκ ἂν ἁμάρτοις· ἐπειδὴ ἐν ἐκείνῃ πάντες D ἀπονίπτονται τὸ σκότος τῆς ἀγνωσίας, καὶ λαμβάνουσι τὸ φῶς τῆς εὐσεβείας.

6. Quod autem post tantam miraculi moram Judæorum plerique miraculo contradixerint, id audisti ex evangelistæ verbis : « Itaque vicini, et qui viderant eum prius quia mendicus erat, dicebant : Nonne hic est qui mendicabat, cæcus a nativitate? Alii dicebant, Quia hic est : alii autem : Nequaquam, sed similis est ei. Ille vero qui visum receperat, dicebat : Quia ego sum, quem

6. Καὶ ὅτι μετὰ τὴν τοσαύτην τοῦ θαύματος πλατύτητα οἱ πλείους τῶν Ἰουδαίων ἀντέλεγον τῷ θαύματι, ἤκουες τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος· « Οἱ δὲ γείτονες, καὶ οἱ ἰδόντες αὐτὸν πρὸ τούτου, ὅτι προσαίτης ἦν, ἔλεγον· Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ προσαιτῶν, ὁ ἐκ γενετῆς τυφλός; Ἄλλοι ἔλεγον· Οὗτός ἐστιν. Ἕτεροι δὲ ἔλεγον· Οὐκ ἔστιν οὗτος, ἀλλ' ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. Ὁ δὲ ἀναβλέψας ἔλεγεν ὅτι, Ἐγώ εἰμι, ὃν λέγετε. »

[68] Psal. xxxii, 6.

(72) Reg. 2, ἐπέχρισεν τοὺς ὀφθαλμούς.
(73) Ita Reg. 2. Editi vero, διὰ τοῦ τὸ ὅμοιον ἀνεπλήρου.
(74) Ita Reg. 2. Editi vero, ἐπηλοπλάσθη.

Εἶδες τύφλωσιν ἀναβλέψεως πρόξενον; Ὁ τυφλὸς ἀνέβλεψε καὶ οἱ βλέποντες ἐτυφλώθησαν τῇ κακίᾳ. Ἀεὶ γὰρ ἡ κακία τυφλή (75). Διὸ καὶ Ἰουδαίων παῖδες ἀπὸ κακίας ἐπήχουν τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν, λέγοντες πρὸς αὐτόν· Λέγε ἡμῖν, ἄνθρωπε, τίνος χάριν συγκροτεῖς ἡμῖν τὸν υἱὸν τοῦ τέκτονος, καὶ ὡς Θεὸν αὐτὸν θέλεις διαφημίζεσθαι; Οὐκ εἶ σὺ ὁ ἐκ γενετῆς τυφλός· γνωρίζομεν ἡμεῖς ἐκεῖνον· πολλοστὸν αὐτῷ τὰ πρὸς τὰς χρείας ἐχορηγήσαμεν. Πῶς οὖν θρυλλεῖς σὺ, καὶ λέγεις, ὅτι Αὐτὸς ἀνέῳξέ μου τοὺς ὀφθαλμούς; Εἰ χρημάτων δέῃ, καὶ τούτων χάριν ψευδολογεῖς, ὅσον βούλει κομίζου (76)· μόνον τῆς ἀληθείας μὴ ἀπέχου. Πάντα οὖν ἐποίουν, ἵνα πως διασκεδάσωσι τὸ θαῦμα. Ὁ δὲ ἀναβλέψας πρὸς τοὺς ἀντιλέγοντας Ἰουδαίους ἔφασκε· Τί με συκοφαντεῖτε; Τί μου τὸ ψυχικὸν βλέμμα τυφλῶσαι προαιρεῖσθε; Ἀνέβλεψα, οὐ τυφλοῦμαι· μάτην μοι κονιορτὸν βλασφημίας προσρίπτετε (77). Ἄλλος ἐφιλανθρωπεύσατο, καὶ ὑμεῖς ἀντιβάλλετε. Οὐ προσκυνεῖτε, ἀλλὰ λοιδορεῖτε. Καλῶς δὲ αὐτὸν υἱὸν τοῦ τέκτονος προσαγορεύετε· μετημφίασε γὰρ τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν τὰς θυρίδας. Μικρόν μοι συγχωρήσατε, εἰ μετ' ὀλίγον ὑμῖν διαλέγομαι. Συγχωρήσατέ μοι πρῶτον κατανοῆσαι τοῦ οὐρανοῦ τὸ κάλλος, τοῦ ἡλίου τὸ κέντρον, τῆς σελήνης τὸ φάος, τῆς ἡμέρας τὸν ὅρον, τῆς νυκτὸς τὸ μέτρον, τῶν ἀστέρων τὴν χορείαν, τῶν νεφῶν τὴν διαδρομὴν, τῆς γῆς τὴν εὐθύτητα, τῆς θαλάσσης τὸ κύτος, τῶν πλοίων τὴν ἄτριβον (78) διάβασιν, τῶν ἀνωμάλων τὴν περιοχὴν, τῶν ὀρέων τὰ κυρτώματα, τῶν ποταμῶν τὰ ῥεύματα, τῶν πηγῶν τὰ νάματα, τῶν φρεάτων τὰ ἀντλήματα, τῶν κτηνῶν τὰ σκιρτήματα, τῶν θηρίων τὰ ποικίλματα, τῶν ὀρνέων τὰ σχιζόπτερα, τῶν ἰχθύων τὰ ἰδιώματα, τῶν δένδρων τὰ ὑψώματα, τῶν καρπῶν τὰ γλυκάσματα. Συγχωρήσατέ μοι πρῶτον ταῦτα καὶ παραπλήσια τούτων θεάσασθαι, καὶ εἶθ' οὕτως ὑμῖν διαλέγομαι, πῶς ἀνέβλεψα. Πάλαι μὲν ἐγεννήθην, νυνὶ δὲ πρῶτον εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον τῷ μέρει τῆς ὄψεως. Ἤκουσα τοῦ προφήτου βοῶντος· « Ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται. » Ἐγὼ ἐκ τῶν κτισμάτων, ὑμεῖς ἐκ τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν ἀναλόγως τὸν δημιουργὸν θεωρήσατε. Τί μοι χρημάτων περιουσίαν ἐπαγγέλλεσθε; Οὐ πιπράσκω τὸ δῶρον, οὐ καπηλεύω τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν τὴν ἀνάβλεψιν. Ἄμεινον εὐγνωμόνως προσαιτεῖν, ἢ κακοτρόπως πλουτεῖν. Τὸ λοιπὸν οὐκέτι προσαιτῶ· ἔλαβον γὰρ τὸν παράπτοντά μοι πρὸς ἐργασίαν λύχνον τοῦ σώματος. Οὐκέτι οὖν προσαιτῶ, ἀλλὰ γεωργῶ· οὐκέτι χάριν αἰτῶ, ἀλλὰ μισθὸν ἀπαιτῶ· οὐκέτι ῥάβδῳ τὴν γῆν ψηλαφῶ, ἀλλὰ τὴν ἄμπελον δρεπάνῳ κλαδεύω· οὐκέτι ἀργύρια συνάγω, ἀλλὰ δράγματα θερίζω· οὐκέτι τὴν πήραν περισφίγγω, ἀλλ' ἅμαξαν ἕλκω· οὐκέτι ἄρτων κλάσματα λαμβάνω, ἀλλὰ σῖτον κομίζω· οὐκέτι στένων βοῶ· Δῶτε τῷ τὸ φῶς μὴ ἔχοντι, ἀλλὰ

A dicitis [69]. » Viden' cæcitatem restituti visus conciliatricem? Cæcus visum recepit, et qui videbant, malitia sua excæcati sunt. Semper enim cæca est malitia. Quare Judæi malitia ducti cæci nati auribus personabant his verbis: Dic nobis, o homo, quare jactitas nobis fabri filium illum, eumque ut Deum vis proclamare? Nequaquam tu es ille cæcus a nativitate; novimus illum, ac sæpenumero ipsi necessaria suppeditavimus. Quare tu jactitas ac dicis: Ipse aperuit meos oculos? Si pecunia eges, ejusque causa mentiris, quantum volueris accipe: solum ne a veritate recedas. Nihil itaque non agebant miraculum ut dissiparent. Qui autem visum receperat, contradicentibus Judæis reponit: Cur me calumniamini? Cur visum animæ meæ B excæcare studetis? Visum recepi, non cæcutio. Frustra me blasphemiæ pulvere conspergitis. Alius me beneficio affecit, et vos repugnatis. Non adoratis, sed probris insectamini. Probe autem fabri filium vocatis illum; nam oculorum meorum fenestras commutavit. Veniam mihi præbetote si nonnisi paulo post vobiscum colloquar. Sinite me primum considerare cœli pulchritudinem, solis orbem, lunæ fulgorem, diei terminum, noctis mensuram, stellarum choream, nubium decursum, terræ planitiem, maris latitudinem, navium transitum nullo vestigio relicto, convallium ambitum, montium rotunditatem, fluviorum alveos, fontium scaturigines, puteorum haustus, pecudum C saltus, ferarum varietates, avium multifidas alas, piscium proprietates, arborum proceritatem, fructuum suavitatem. Sinite me hæc primum et his similia contemplari, atque exinde narrabo qua ratione visum recepi. Jam olim natus sum, sed quod visum spectat modo primum ingressus sum in mundum. Audivi prophetam clamantem: « A magnitudine et specie creaturarum, quadam ratione creator eorum conspicitur [70]. » Ex creaturis ego, vos ex **369** meis oculis quadam proportione ac ratione creatorem contemplamini. Quid mihi pecuniarum vim pollicemini? Nequaquam donum vendo, visum oculis datum meis non cauponor. At præstat cum grato animo mendicare, quam sceleribus ditescere. Non ulterius mendicabo; nactus D sum enim qui mihi ad laborem lucernam corporis accenderet. Non ulterius mendicabo, sed agros colam. Non amplius gratis petam, sed mercedem repetam. Non amplius baculo terram tentabo, sed vineam falcula putabo. Non ulterius nummulos cogam, sed manipulos colligam. Non ultra peram constringam, sed currum traham. Non ultra frusta panis accipiam, sed frumentum deferam. Non amplius cum gemitu exclamabo: Date ei qui lumine non fruitur; sed magna voce

[69] Joan. IX, 8, 9. [70] Sap. XIII, 5.

(75) Reg. 2, τυφλοί.
(76) Reg. 1, 2, κομίζου χρῆμα.
(77) Reg. 2, προσαντιλέγετε.

(78) Ita Reg. 1, 2. Editi vero, ἀτριβῆ. Mox iidem mss. κυρτώματα. Editi, κυρτήματα.

clamabo : « Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo [71]? »

7. His auditis contradicentes Judæi, ut vident illum non modo sanatum esse, sed miraculum quoque defendere, accedunt iterum sciscitantes : Quomodo visum accepisti ? Quid fecit tibi homo ille, quod tam firmiter eam rem asseris ? Tum is qui visum receperat ad excæcatos illos : Quomodo visum accepi ? Deone dicitis, quomodo illud consequenter ad naturæ ordinem factum est ? Si quæritis, quomodo ; vicissim vos ego interrogabo : Quomodo in vinum aquam commutavit ? An naturæ ordinem, aut miraculum ut exhiberet ? Quomodo Lazarum ex sepulcro evocavit ? naturali an divino modo ? Quomodo leprosum morbo liberavit ? circuitione quadam, an voluntate ? Quomodo sanguinis fluxu laborantem mulierem, quæ sanguinis profluvio quasi naufragium fecerat, ex ea tempestate eripuit ? Perquirendone morbi rationem, an conspecta ejus fide ? Tum contradicentes illi Judæi, ut viderunt eum in proposito perseverantem, acriter comprehensum vi pertrahunt ad Pharisaicum tribunal, dicebantque illi : Jam carnes lancinari tuas curabimus, ut servi, non doctoris, munus exsequare. Non taces, sed concionem habes, atque ut Deum illum vis proclamare filium Josephi ? Casu quodam visum recepisti, effutisque nobis te a nativitate cæcum esse, atque adducis nobis istum fabri filium ? Non taces : sed magna voce clamas ? Qui porro visum receperat reponit ad contradicentes : Si me clamare non vultis, quid tam frequenter sciscitamini ? Vosmetipsos diffamatis et mihi culpam ascribitis. Si, ut dicitis, casu quodam visum accepi, cur parentes meos accivistis ? Frustra turbas datis : non potestis obtegere miraculum : etsi siluerim ego, clamant oculi mei. Homo quidam Jesus nomine, cujus nomen est curatio, luto unxit oculos meos, et dixit mihi : « Vade, lava in piscina Siloam [72]. » Abiensque lavi, lotus lutum deposui, sed visum recepi.

8. His auditis Pharisaici judices, ingentique coacta turba : Sabbatum enim erat, cum hoc miraculum fecit Jesus ; interrogabant eum eadem quæ Judæi dicentes : Nosti, o homo, quo astes in loco, et indeprecabile hoc tribunal esse, neque fraudem hic unquam latere posse. Dic nobis omni accuratione : Quomodo visum accepisti ? Quid tibi fecit homo ille quem dicis ? Tum ille qui visum acceperat ad Pharisaicum tribunal respondit : Quomodo visum receperim, rursum curiose inquiritis ? Rursus ut reum me examinatis, dicentes : Quomodo visum recepisti ? si dicam vobis, iterum tumultum excitabitis. Dicam vobis quomodo visum receperim. Causam quidem curationis dicam, sed potestatem edendi miracula dicere nequeo : « Quis enim

[71] Psal. XXVI, 1. [72] Joan. IX, 11.

(79) Sic Reg. 2. Editi vero, ψηφίζεσθαι.
(80) Ita Reg. 1, 2. Editi vero, νιψάμενος.

A μεγαλοφώνως κράζω· « Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι ; »

7. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ἀντιλέγοντες Ἰουδαῖοι, ὡς εἶδον αὐτὸν μὴ μόνον ἰαθέντα, ἀλλὰ καὶ συνηγοροῦντα τῷ θαύματι, προσῄεσαν ἔτι ἐπερωτῶντες αὐτόν· Πῶς ἀνέβλεψας ; Τί σοι ἐποίησεν ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος, ὅτι ἐπιμένεις τῷ πράγματι ; Ὁ δὲ ἀναβλέψας πρὸς τοὺς τυφλωθέντας ἔφη· Πῶς ἀνέβλεψα ; Ἐπὶ Θεοῦ λέγετε, πῶς τῆς φύσεως ἀκολουθία γίνεται ; Εἰ τὸ πῶς ἐρωτᾶτε, ἀντερωτήσω ὑμᾶς κἀγώ· Πῶς τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μετέβαλεν, ἀκολουθίαν ἢ θαυματουργίαν μηνύσας ; Πῶς τὸν Λάζαρον ἐκ τοῦ τάφου ἐκάλεσε, φυσικῶς ἢ θεοπρεπῶς ; Πῶς τὸν λεπρὸν τοῦ πάθους ἀπέλυσε, περιοδεύσας, ἢ θελήσας ; Πῶς τὴν αἱμοῤῥοοῦσαν γυναῖκα, ναυαγοῦσαν ἐκ τῆς τῶν
B αἱμάτων φορᾶς, τοῦ κλύδωνος διέσωσε ; Τὸ πάθος ἐρευνήσας, ἢ τὴν πίστιν κατανοήσας ; Οἱ δὲ ἀντιλέγοντες Ἰουδαῖοι, ὡς εἶδον αὐτὸν ἐπιμένοντα, δριμύτερον κατεσχηκότες, εἷλκον αὐτὸν μετὰ βίας ἐπὶ τὸ Φαρισαϊκὸν κριτήριον, λέγοντες πρὸς αὐτόν· Νυνί σου τὰς σάρκας καταξανθῆναι παρασκευάσομεν, ἵνα δουλείαν, καὶ μὴ διδασκαλίαν μετέρχῃ. Οὐ σιωπᾷς, ἀλλὰ δημηγορεῖς, καὶ ὡς Θεὸν αὐτὸν θέλεις φημίζεσθαι (79), ἐκεῖνον τὸν υἱὸν τοῦ Ἰωσήφ ; Ἀπὸ συμβεβηκότος τινὸς ἀνέβλεψας, καὶ προσφωνεῖς ἡμῖν, ὡς ἐκ γενετῆς τυφλὸς ἐτέχθης, καὶ ἐπάγεις ἡμῖν ἐκεῖνον τὸν τοῦ τέκτονος υἱόν ; Οὐ σιωπᾷς, ἀλλὰ μεγάλα βοᾷς ; Ὁ δὲ ἀναβλέψας πρὸς τοὺς ἀντιλέγοντας ἔλεγεν· Εἰ οὐ θέλετέ με βοᾷν, τί ἐπερωτᾶτέ με συχνῶς ; Ὑμεῖς ἑαυτοὺς θρυλλεῖτε, κἀμοὶ τὸ ἔγκλημα προσάπτετε.
C Ὡς φατε, εἰ ἐκ συμβεβηκότος τινὸς ἀνέβλεψα, τί μου τοὺς γονεῖς παρεστήσατε ; Μάτην θορυβεῖσθε· οὐ δύνασθε κρύψαι τὸ θαῦμα· κἂν γὰρ ἐγὼ σιωπήσω, οἱ ὀφθαλμοί μου βοῶσιν. Ἄνθρωπός τις λεγόμενος Ἰησοῦς, οὗ καὶ τὸ ὄνομα ἴασις, πηλὸν ἐπέχρισέ μου τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ εἶπέ μοι· « Ὕπαγε νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ. » Καὶ ἀπελθὼν ἐνιψάμην (80)· νιψάμενος, τὸν μὲν πηλὸν ἀπεθέμην, τὸ δὲ φῶς ἐδεξάμην.

8. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Φαρισαϊκοὶ κριταὶ, καὶ πλήθους ἀπείρου συναθροιζομένου· σάββατον γὰρ ἦν, ὅτε τὸ θαῦμα τοῦτο πεποίηκεν ὁ Ἰησοῦς· ἐπηρώτων αὐτὸν τὰ αὐτὰ τοῖς Ἰουδαίοις λέγοντες· Οἶδας, ἄν-
D θρωπε, ποίῳ τόπῳ παρέστηκας, καὶ ὅτι ἀσυγχώρητον τὸ παρὸν κριτήριον τυγχάνει, καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα πλάνην (81) διαλαθεῖν ποτε. Λέγε ἡμῖν μετὰ πάσης ἀκριβείας· Πῶς ἀνέβλεψας ; Τί σοι ἐποίησεν ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος, ὃν λέγεις ; Ὁ δὲ, ἀναβλέψας πρὸς τὸ Φαρισαϊκὸν κριτήριον, ἀπεκρίνατο· Πῶς ἀνέβλεψα, πάλιν περιεργάζεσθε ; πάλιν ὡς κατάδικον εὐθύνετε, λέγοντές μοι· Πῶς ἀνέβλεψας ; Ἐὰν ὑμῖν εἴπω, πάλιν θορυβεῖσθε. Τὸ πῶς ἀνέβλεψα, ἐγὼ ὑμῖν ἐρῶ. Τὴν μὲν αἰτίαν τῆς περιοδίας λέγω, τὴν δὲ ἐξουσίαν τῆς θαυματουργίας, οὐκ ἔχω λέγειν· « Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν

(81) Reg. 1, πλάνον. Reg. 2, πλάνῃ.

Κυρίου; ἢ τίς ξύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ οὐκ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; » Εἰ θέλετε μαθεῖν τὴν περιοδίαν, αὕτη ἐστὶν, ἣν ἤδη προεῖπον· « Πηλὸν ἐποίησε, καὶ ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμούς· καὶ εἶπέ μοι· Ὕπαγε νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ. Ἀπῆλθον δὲ, καὶ ἐνιψάμην, καὶ εὐθέως ἀνέβλεψα· » οὐ τοῦ ὕδατος ἐνεργήσαντος, ἀλλὰ τοῦ πτύσματος παραδοξοποιήσαντος (82). Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Φαρισαϊκοὶ κριταὶ, ὡς εἶδον αὐτὸν ἔτι ἐπιμένοντα τοῖς αὐτοῖς, τοῦτον ἀπωσάμενοι, τοὺς γονεῖς τοῦ ἀναβλέψαντος ἐφώνησαν, καὶ ἐπυνθάνοντο παρ' αὐτῶν λέγοντες· « Εἴπατε ἡμῖν· οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς ὑμῶν, ὃν λέγεται, ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη; Πῶς οὖν ἄρτι βλέπει; » Οἱ δὲ γονεῖς τοῦ ἀναβλέψαντος ἀνταποκριθέντες πρὸς τοὺς ἐπερωτῶντας, εἶπον τὰ τῆς μακαρίας Σουσάννης· Στενὰ ἡμῖν πάντοθεν. Ἐὰν B εἴπωμεν ὅτι Υἱὸς ἡμῶν ἐστιν, οὐκ ἐκφευξόμεθα τὰς χεῖρας ὑμῶν· τοῦτο γὰρ ἐπηγγείλασθε· ἐὰν δὲ εἴπωμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν υἱὸς ἡμῶν, αἰωνίαν κόλασιν ὑποστησόμεθα· τοῦτο γὰρ ἀπόκειται τοῖς τὴν ἀλήθειαν κρύπτουσι. Διὸ, τὴν αἰωνίαν μᾶλλον κόλασιν προτιμήσαντες, τοσοῦτον ἐροῦμεν, ὅσον καὶ ἐν τοῖς παροῦσι ζημίαν οὐχ ὑπομείνωμεν· « Οὗτος ὁ παῖς, ὦ ἄρχοντες, ὅτι μὲν υἱὸς ἡμῶν ἐστιν, ἴσμεν, καὶ ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη οὐκ ἀγνοοῦμεν· τὸ δὲ πῶς ἀνέβλεψεν, οὐκ οἴδαμεν· ἢ τίς ἤνοιξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν. Ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε, αὐτὸς λαλήσει περὶ ἑαυτοῦ. »

9. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Φαρισαῖοι, καὶ σφόδρα διαπορούμενοι· ἐπέφερεν γὰρ αὐτοῖς οὐ τὴν τυχοῦσαν C αἰσχύνην τὸ ὅλως ὁμολογεῖσθαι, ὅτι υἱὸς αὐτῶν ἐστι, καὶ ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη· ὡς οὖν εἶδον οἱ Φαρισαϊκοὶ κριταὶ ἐπιμένοντας τοὺς γονεῖς τοῦ τυφλοῦ, καὶ λέγοντας, ὅτι Οὗτος ὁ υἱὸς ἡμῶν ἐστι, καὶ ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη, ἐπὶ τούτῳ δακνόμενοι, ἐπειδὴ ὡμολογεῖτο ἡ ἀλήθεια, τινὰς τῶν ἀπατεώνων ἐκ τῶν ὄπισθεν ἀπέστειλαν πρὸς τοὺς γονεῖς τοῦ τυφλοῦ, περιηχοῦντας αὐτῶν τὰς ἀκοὰς, καὶ ἐν τῷ κρυπτῷ λέγοντας· Ἀρνήσασθε τὸ τέκνον ὑμῶν, καὶ μὴ ὁμολογήσητε, ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη, ὅπως ἕξητε τοὺς ἄρχοντας φίλους, καὶ πολλῶν δωρεῶν ἀξιωθήσεσθε. Οἱ δὲ γονεῖς τοῦ ἀναβλέψαντος, ὅσα τε γονεῖς, δακρύοντες ἀπεκρίναντο πρὸς τοὺς τὰ μάταια συμβουλεύοντας· Τί λέγετε, ὦ ἄνθρωποι; Τί ἡμᾶς ὑποσύρετε; ἀρνησώμεθα τὸ ἴδιον ἡμῶν τέκνον; Θηρίων ἡμᾶς ὠμοτέρους θέ- D λετε εἶναι. Δράκων τὰ ἴδια τέκνα περιπτύσσεται, καὶ ἡμεῖς τὸ ἴδιον τέκνον ἀρνησώμεθα; μὴ γὰρ ἠπείθησε τοῖς γονεῦσί ποτε· ἀλλὰ καὶ τυφλὸς ὢν διέτρεφεν ἡμᾶς, καὶ ἀναβλέψας πολλῷ μᾶλλον γηροκομήσει ἡμᾶς. Ἀρκείσθω οὖν ὑμῖν· ἔστω, ὅτι οὐ θέλομεν δι' ὑμᾶς κηρύττειν τὸν περιοδεύσαντα τὸ ἡμέτερον τέκνον, οὔτε εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας, τίς ἐστιν οὗτος. Ἔστι δὲ εἰπεῖν τινα πάντως· Καὶ πόθεν ἡμῖν ἡ γνῶσις, ὅτι διὰ τὸν Φαρισαϊκὸν φόβον ἔκρυψαν οἱ γονεῖς τοῦ ἀναβλέψαντος τὸ κηρύξαι τὸν Δεσπότην Χριστὸν

A cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? aut quis prior dedit illi et non retribuetur ei [73]? » Si discere vultis curationis seriem, ea est quam modo dixi : « Lutum fecit, et unxit oculos meos; et dixit mihi : Vade ad **370** natatoria Siloæ et lava : abii autem et lavi, et continuo visum recepi [74], » non aquæ vi, sed sputi miraculo. Hæc cum audissent Pharisaici judices, ut viderunt eum adhuc in dictis suis perseverantem, abjecto illo, parentes ejus cui visus redditus fuerat advocarunt, et percontabantur ex iis : « Dicite nobis : hiccine filius vester est, quem vos dicitis, quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt [75]? » Parentes porro ejus qui visum receperat, sciscitantibus respondentes, verbis usi sunt beatæ Susannæ [76]: B Angustiæ nobis undique; si dixerimus : filius noster est, non effugiemus manus vestras; id jam enim comminati estis; sin dixerimus, non est filius noster, pœnam luemus æternam, quæ veritatem occultantibus reposita est. Quare pœnam cum præoptemus æternam, tantum respondebimus, quantum satis erit ut impræsentiarum pœnam effugiamus : « Scimus, o principes, quia hic est filius noster, et quia cæcus natus est non ignoramus; quomodo autem nunc videat, nescimus : aut quis ejus aperuit oculos, nos nescimus. Ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquetur [77]. »

9. His Pharisæi auditis, ac multum anxii : haud C modicum enim illis pudorem attulerat, quod vel confessi essent, ipsum filium esse suum, atque cæcum natum fuisse : cum viderent itaque Pharisaici judices perseverare cæci parentes, ac dicere, Filius noster est, ac cæcus natus : eo discruciati quod veritas in confesso esset, impostores quosdam clientes suos miserunt ad parentes cæci, qui eorum auribus insusurrarent, atque clam dicerent : Abnegate filium vestrum, nec fateamini cæcum esse natum, ut vobis principes sint amici; atque multis donemini muneribus. Parentes autem ejus qui visum receperat, utpote parentes, cum lacrymis responderunt vanis illis consiliatoribus : Quid dicitis, o homines? Quid nos subornatis? propriumne filium abnegabimus? Feris nos crudeliores esse D vultis. Draco prolem suam complectitur, nosque proprium negabimus filium? Nunquam parentibus immorigerus fuit; sed cæcus cum esset nos aluit; postquam visum recepit, multo magis senectutem fovebit nostram. Satis itaque sit vobis, quod vestrum gratia nolimus eum prædicare qui filium nostrum curavit, neque cum fiducia dicere, quisnam ille sit. Erit fortasse quispiam qui dicat : Unde nobis liquet, metu Pharisæorum parentes ejus qui visum receperat, non ausos fuisse coram omnibus Dominum Christum prædicare? Unde hoc com-

[73] Rom. XI, 34, 35. [74] Joan. IX, 11. [75] ibid. 19. [76] Dan. XIII, 22. [77] Joan. IX, 20, 21.

(82) Reg. 2, παραδόξως ποιήσαντος.

probetur, evangelista ipse Joannes memoravit his A verbis : « Hæc autem dixerunt parentes ejus qui visum receperat, quoniam timebant Judæos. Jam enim conspiraverant Judæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret [78]. » Viden' Pharisaicam malitiam? Cum oportuisset eos Dominum confiteri, procidere coram ipso, atque adorare Creatorem, ac morbis remedium quærere; non modo illi non confitebantur, sed eos qui confiterentur cædebant. Quamobrem sic eos condemnat Dominus : « Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia tollitis clavem regni cœlorum, et nec ipsi intratis, nec volentes sinitis intrare [79]. »

B 10. Quid ergo judices Pharisaici? Ut viderunt parentes ejus qui visum receperat, non ex sua respondere sententia; iis per aliam januam rejectis, atque iterum accito eorum filio qui visum receperat, non aderat enim filius, cum Pharisæi parentes ejus interrogarent; coloratis verbis iterum interrogant hominem qui visum receperat, dicentes : Vel modo vera confiteris, atque palam facis omnibus, te non esse illum a nativitate cæcum : modo præsens dicebas te iis esse parentibus, et ecce audivimus ab illis, te illorum non esse filium, nec habuisse se filium a nativitate cæcum. **371** Quid tu ergo perseveras dicendo : Homo quidam nomine Jesus luto unxit oculos meos, et lavi, et video? C His auditis ille qui visum receperat, compertaque eorum malitia, respondit illis : Mirum si vere hæc dicitis. Nunquid parentes proprium filium abnegare potuerunt : præsertim mater masculum, aut pater in nullo offensus? multum incredibile illud videtur, nec illud meæ possunt capere aures. Si tamen illud factum fuit, nihil mirum : id humanæ naturæ proprium est, quare veniam merebuntur, quod ex metu id egerint. Vos Scribæ, Deum abnegatis : atque ita vos geritis quasi nihil mali admitteretis. Quod vos adversus Deum admittitis, id parentes adversum me fecisse insimulatis? Nonne a multis jam temporibus de vobis Dominus per Isaiam prophetam exclamavit dicens : « Filios genui et exaltavi; ipsi autem spreverunt me [80]? » Etsi vobis D abnegatio sit familiaris, illud tamen facere non sustinerem. Eum confiteor qui me curavit, agnosco parentes meos : etiam si illi me abnegaverint, ne ita quidem angustior : novi, novi Davidem diserte exclamare : « Pater meus et mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me [81]. » Exasperati porro Pharisæi dicebant : Quid ais, homo vanissime, tene Davidi confers? Et fabri filium Dominum confiteris, qui non habet ubi caput reclinet? Concedatur te visum recepisse : Deum laudato. Quid huic gratias agis? Non est

A ἐπὶ πάντων; Πόθεν οὖν ἡμῖν ἡ ἀπόδειξις, αὐτὸς ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ἀπεμνημόνευσε, λέγων· « Ταῦτα δὲ ἔλεγον οἱ γονεῖς τοῦ ἀναβλέψαντος, ὅτι ἐφοβοῦντο τοὺς Ἰουδαίους. Ἤδη γὰρ συνετέθειντο οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα, ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται. » Εἶδες Φαρισαϊκὴν πονηρίαν. Δέον αὐτοὺς ὁμολογεῖν τὸν Κύριον, προσπίπτειν τε, καὶ προσκυνεῖν τὸν Κτίστην, ἔτι δὲ καὶ τῶν παθῶν τὴν λύσιν ἐπιζητεῖν· ἐκεῖνοι δὲ οὐ μόνον οὐχ ὡμολόγησαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὁμολογοῦντας ἐμάστιζον. Διὸ καὶ ὁ Κύριος κατακρίνων αὐτοὺς ἔλεγεν· « Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ οὔτε ὑμεῖς εἰσέρχεσθε, οὔτε δὲ τοὺς βουλομένους εἰσελθεῖν συγχωρεῖτε. »

B 10. Τί οὖν οἱ Φαρισαϊκοὶ κριταί; Ὡς εἶδον τοὺς γονεῖς τοῦ ἀναβλέψαντος μηδὲν πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἀποκρινομένους, τούτους ἀπωσάμενοι δι' ἑτέρας θύρας, καὶ ἐκ δευτέρου προφωνήσαντες τὸν ἀναβλέψαντα παῖδα· οὐκ ἦν γὰρ παρὼν ὁ παῖς, ὅτε τὴν πεῦσιν προσῆγον οἱ Φαρισαῖοι τοῖς γονεῦσιν αὐτοῦ· πιθανολογοῦντες (83) ἐπηρώτων πάλιν τὸν ἀναβλέψαντα, λέγοντες αὐτῷ· Κἂν νῦν ὁμολογεῖς τὴν ἀλήθειαν, καὶ πᾶσι φανερὸν καθιστᾷς, ὅτι οὐκ εἶ σὺ ὁ ἐκ γενετῆς τυφλός· ἤδη γὰρ παρὼν ἔφης γονέων ἐκείνων εἶναι, καὶ ἰδοὺ ἀκηκόαμεν παρ' αὐτῶν, ὅτι οὐκ εἶ αὐτῶν υἱὸς, οὐδὲ ἔσχον ἐκ γενετῆς τυφλὸν τέκνον. Πῶς οὖν σὺ ἐπιτρίβῃ λέγων, ὅτι Ἄνθρωπός τις λεγόμενος Ἰησοῦς ἐπέχρισε πηλὸν ἐπὶ (84) τοὺς ὀφθαλ-C μούς μου, καὶ ἐνιψάμην, καὶ βλέπω; Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἀναβλέψας, καὶ ἐπιγνοὺς αὐτῶν τὴν κακίαν, ἀντἀπεκρίνατο πρὸς αὐτοὺς λέγων· Θαυμάζω, εἰ ἀληθεύετε ταῦτα λέγοντες. Οἱ γονεῖς εἶχον ἀρνήσασθαι τὸ ἴδιον τέκνον, καὶ μάλιστα μήτηρ ἄῤῥενα, ἢ πατὴρ μὴ παροξυνθείς; σφόδρα ἄπιστόν μοι φαίνεται τὸ λεγόμενον, καὶ τῶν ἐμῶν ἀκοῶν ἀπρόσδεκτον. Εἰ δὲ τοῦτο γέγονεν, οὐδὲν θαυμαστόν· τοῦτο ἴδιον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὑπάρχει, διὸ καὶ συγγνώμης ἀξιωθήσονται, ὡς φόβῳ τοῦτο ποιήσαντες. Ὑμεῖς οἱ γραμματεῖς τὸν Θεὸν ἀρνεῖσθε, καὶ ὡς μηδὲν φαῦλον πράττοντες διάκεισθε. Καὶ περὶ τῶν ἐμῶν γονέων ὁ λόγος· ὃ ὑμεῖς πρὸς τὸν Θεὸν ποιεῖτε, τοῦτο τοὺς γονεῖς πρὸς ἐμὲ ποιεῖν διαβάλλετε. Οὐχὶ περὶ ὑμῶν ὁ Κύριος ἔκραξεν ἐκ πολλῶν τῶν χρόνων διὰ τοῦ προ-D φήτου Ἡσαΐου λέγων· « Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν; » εἰ καὶ ὑμῖν φίλον τὸ ἀρνεῖσθαι, ἀλλ' ὅμως ἐγὼ τοῦτο ποιεῖν οὐκ ἀνέχομαι. Ὁμολογῶ καὶ τὸν θεραπεύσαντά με, γνωρίζω δὲ καὶ τοὺς γεννήσαντάς με· εἰ γὰρ καὶ ἠρνήσαντό με οἱ γονεῖς μου, καὶ οὕτως οὐ διστάζω. Οἶδα, οἶδα σαφῶς βοῶντα τὸν Δαβίδ· « Ὁ πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με, ὁ δὲ Κύριος προσελάβετό μου. » Οἱ δὲ Φαρισαῖοι δριμυχθέντες ἔλεγον αὐτῷ· Τί λέγεις, ματαιόφρον, τῷ Δαβὶδ ἑαυτὸν συγκρίνεις; καὶ τὸν υἱὸν τοῦ τέκτονος Κύριον ὁμολογεῖς, τὸν μὴ ἔχοντα

[78] Joan. IX, 22. [79] Matth. XXIII, 13. [80] Isa. I, 2. [81] Psal. XXVI, 10.

(83) Reg. 1, πιθανολογοῦντες.

(84) ἐπὶ deest in Reg. 1, 2.

ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι; Κείσθω, ὅτι ἀνέβλεψας· τὸν Θεὸν ὑμνολόγει. Τί τούτῳ εὐχαριστεῖς; Οὐκ ἔστιν οὗτος ἐκ τοῦ Θεοῦ· εἰ ἦν ἐκ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἂν ἔλυεν τὸ σάββατον. « Δὸς δόξαν τῷ Θεῷ· ἡμεῖς γὰρ οἴδαμεν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἁμαρτωλός ἐστιν. »

11. Ὁ δὲ ἀναβλέψας, ἀκούσας ὅτι ἁμαρτωλὸν τὸν Κύριον λέγουσι, τὴν ψυχὴν εἰλιγγιάσας, καὶ τὰς ἀκοὰς ἐπισχὼν, ἀνταποκρίνεται πρὸς τοὺς Φαρισαίους λέγων· Τί λέγετε; Ἁμαρτωλός ἐστιν, ὁ τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν φωτοδότης; Τί τῇ πικρίᾳ μέλι προσμιγνύετε; Ἐν ταὐτῷ με καὶ δοξάζειν καὶ βλασφημεῖν παρακελεύετε. Τὸ μὲν δοξάσαι τὸν Θεὸν, καλὸν, τὸ δὲ ἁμαρτωλὸν εἰπεῖν, ἐσκοτισμένης διανοίας ἐστὶν ἐπιχείρημα. Εἰ ἁμαρτωλός ἐστιν, δείξατέ μοι ἁμαρτίας ἔμφασιν ἐν αὐτῷ, καὶ πείθωμαι τῇ διδασκαλίᾳ ὑμῶν· ἢ ὑμεῖς ἔμφασιν ἐν αὐτῷ ἁμαρτίας δείξατε, ἢ ἐγὼ θείας ἐν αὐτῷ θαυματουργίας ὑπάρχειν ἐχέγγυα. Καταλιμπάνω τὰ κατ' ἐμαυτὸν, καὶ λοιπὸν ἐκ τῶν ἄλλων ποιοῦμαι τὴν ἐπερώτησιν· Ἁμαρτωλός ἐστιν, ὥς φατε; Οὐχ οὗτος τὸν υἱὸν τῆς χήρας ἐκκομιζόμενον νεκρὸν λόγῳ ἀνέστησεν; Ἁμαρτωλοῦ ἀνθρώπου, ἢ Θεοῦ Λόγου ἦν τὸ ἔργον; Οὐχὶ τῶν δέκα λεπρῶν ὑφ' ἓν τὴν καταστιχθεῖσαν ὑπὸ τοῦ πάθους παρδαλιαίαν δορὰν ῥήματι ἐκκαθαίρων, εἰς τὴν ἀνθρωπόμορφον μονοειδῆ μετήνεγκε θέαν; Ἁμαρτωλοῦ ἀνθρώπου, ἢ Θεοῦ Λόγου τὸ ἔργον; Οὐχὶ τὸν ὑπὸ λεγεῶνος τῶν δαιμόνων παρενοχλούμενον ἄνθρωπον, τὸν μήτε κρατηθῆναι δυνάμενον, μήτε οἶκον εἰσδεχόμενον, ἀλλ' ἐν τοῖς μνήμασιν αὐλιζόμενον, βασιλικῶς τῆς τυραννίδος ἀπέλυσεν (85); Ἁμαρτωλοῦ ἀνθρώπου, ἢ Θεοῦ Λόγου τὸ ἔργον; Ἀγνωμονέστερόν με τῶν δαιμόνων θέλετε εἶναι; Οἱ γὰρ δαίμονες, καὶ μαστιζόμενοι ὑπ' αὐτοῦ, Υἱὸν Θεοῦ αὐτὸν ἀποκαλοῦσιν· κἀγὼ ὁ θεραπευθεὶς παρ' αὐτοῦ ἁμαρτωλὸν αὐτὸν προσφωνήσω; Ὡς Θεὸς ἐργάζεται, καὶ ὡς ἁμαρτωλὸς φημίζεται; « Εἰ ἁμαρτωλός ἐστιν, οὐκ οἶδα· ἓν δὲ οἶδα, ὅτι τυφλὸς ὢν, ἄρτι βλέπω. » Τοῦτο δὲ Θεοῦ, καὶ οὐχ ἁμαρτωλοῦ τὸ ἔργον.

12. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Φαρισαῖοι, ὡς εἶδον ἑαυτοὺς ἐπιπολὺ τῆς αἰσχύνης ἐμπλέους, ἀπεκρίναντο πρὸς τὸν ἀναβλέψαντα, λέγοντες· Ἔδει μέν σε ὡς κατάδικον μαστιχθῆναι, καὶ κατὰ τοὺς νόμους τιμωρηθῆναι· ἀλλ' ἵνα μὴ παρὰ τῶν ματαιοφρόνων ὡς βάσκανοι διαβληθῶμεν, συμπεριφερώμεθά σου τῇ ἕξει· διὸ δὴ πρὸς τὴν ἐπερώτησιν ἀποκρίθητι τί σοι ἐποίησεν ἐκεῖνος; πῶς ἀνέβλεψας; Λέγε, τί πέπονθας; Ὁ δὲ ἀναβλέψας, ἐπιθαρρήσας, προέκοπτε γὰρ τῇ πίστει, ἀνταπεκρίνετο λέγων· Πάλιν ἐρωτᾶτέ με, πῶς ἀνέβλεψα; Καθ' ἑαυτῶν πράττετε, καὶ οὐκ οἴδατε. Ὅσον θέλετε τὸ θαῦμα σβέσαι, τοσοῦτον πλειόνως αὐτὸ φαιδρύνεται. Πάλιν ἐρωτᾶτέ με, πῶς ἀνέβλεψα, ἤδη τρίτον ὑμῖν εἶπον, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατέ μοι. « Τί πάλιν θέλετε ἀκούειν; Μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε μαθηταὶ αὐτοῦ γενέσθαι; » Οὐχὶ διὰ τοῦτο (86) μετὰ ἀκριβείας τὴν περιοδίαν ἐρευνᾶτε; Εἰ τοῦτο βούλ σθε, τὸ λοιπὸν προσέλθετε πρὸς αὐτὸν ἀνενδοιά-

hic a Deo. Si esset a Deo, non solveret Sabbatum: « Da gloriam Deo, nos scimus quia hic homo peccator est [32]. »

11. Qui autem visum receperat, audiens illos Dominum dicere peccatorem, animo æstuans atque aures obturans, ad Pharisæos respondet dicens: Quid dicitis? Num peccator est qui meis oculis lucem impertivit? Cur acerbitati mel admiscetis? Eodem momento me et gloriam dare et blasphemare jubetis. Deo gloriam dare, probum; peccatorem autem dicere illum, obtenebratæ animæ facinus illud est. Si peccator, mihi peccatorum signa in eo commonstrate, atque doctrinæ vestræ credam. Aut peccatorum signa date: aut divinorum in eo miraculorum dabo argumenta. Ea prætermitto quæ me spectant, atque ex aliis interrogationes paro. An peccator est, ut vos dicitis? Nonne hic est qui filium viduæ delatum mortuum verbo suscitavit? Hominisne peccatoris, an Dei Verbi opus illud erat? Nonne una decem leprosorum morbo maculosam et pantherinam pellem verbo purgans, in humanam uniformemque transmutavit speciem? Peccatorisne hominis, an Dei opus illud est? Nonne eum qui legione dæmonum agitabatur: qui neque teneri poterat, nec in domo permanere, sed in sepulcris morabatur, regio more a tyrannide liberavit? Hominisne peccatoris, an Dei Verbi opus illud? Vultin' me dæmonibus ipsis ingratiorem esse? Dæmones quippe etiam flagellati ab ipso, Filium Dei illum nuncupant: et ego ab ipso sanatus, peccatorem vocabo illum? Ut Deus operatur, et ut peccator proclamatur? « Si peccator est, nescio: unum scio, quia cæcus cum essem, nunc video [33]. » Quod sane Dei, et non peccatoris est opus.

12. His Pharisæi auditis, cum se viderent summo pudore affectos, responderunt ad eum qui visum receperat: Oportebat quidem te ut reum flagellari, ac secundum leges pœnas luere; sed ne a vanis hominibus ut invidi insimulemur, indulgemus hoc ingenio tuo: quare responde ad interrogationem: quid fecit tibi ille homo? Qua ratione visum recepisti? Dic, tibi quid contigit? Tum ille confidenter, nam in **372** fide profecerat, respondit hisce verbis: Rursum sciscitamini, quomodo visum receperim. Contra vosmetipsos ignari agitis. Quanto magis miraculum opprimere studetis, tanto magis ipsum inclarescit. Rursum percontamini, qua ratione visum receperim: jam ter indicavi, nec credidistis mihi. « Quid iterum vultis audire? nunquid et vos vultis discipuli ejus fieri [34]? » An ideo studiose curationis seriem perquiritis? Si id optatis, jam accedite ad illum sine dubitatione, et illuminamini: agnoscite illum sine aliqua dubi-

[32] Joan. IX, 24. [33] ibid. 25. [34] ibid. 27.

(85) Reg. 1, ἀπήλασεν.

(86) Reg. 1, 2, καὶ διὰ τοῦτο.

tatione : non aversatur quemvis hominem se cum fide adeuntem. Hæc cum audissent Pharisæi, maledixerunt eum cui visus fuerat restitutus, dicentes ipsi : « Tu discipulus illius es : nos enim Mosis discipuli sumus. Nos scimus quia Mosi locutus est Deus : hunc autem nescimus unde sit. Tu discipulus illius es [85]. » Qui autem visum acceperat subridendo respondit : Ego discipulus illius sum? bonum mihi convicium fecistis. O gloriosam contumeliam! Magna me imprudentes gloria affecistis. Vos Mosis estis discipuli? Ecquod potestatis vestræ opus edidistis? Vos quidem Mosis estis discipuli ; sed apostoli sunt medici mei discipuli. Ostendite, Mosis discipuli, aliquid contra discipulos medici mei. Si quid vobis insit potestatis, non dicam mortuos, sed dormientes excitate, sicut apostoli defunctos. Si apostolis exæquari potestis ; non dicam super undas, sed super terram ambulate, sicuti Petrus super mare. Si quid inest virtutis, cum apostolis concertate, non dicam spiritus, sed aves abigite, sicut apostoli dæmones. Dicite mihi : Vosne Mosis discipuli estis? Si Mosis discipuli essetis, crederetis Mosi dicenti de ipso : « Quoniam prophetam vobis excitabit Dominus Deus de fratribus vestris, tanquam me. Ipsum audietis juxta omnia quæcunque locutus fuerit vobis. Erit autem, omnis anima quæcunque non audierit prophetam illum, exterminabitur [86]. » Cavete ne exterminemini, et in omnes nationes dispergamini, utpote qui illius a propheta prænuntiati hominis virtutem non agnoveritis. An ignoratis qui sit oculorum meorum medicus? Ignoratis utique, quia occidendum quæritis. Nostis porro qui sit, et unde sit. Nam cum Herodes sciscitaretur a vobis, ubi Christus nasceretur, confestim et locum et modum indicastis, aientes eum in Bethlehem nasciturum. Cum ad cædem quæritur, nostis ; cum miracula perpetrasse ostenditur, ignoratis.

13. Erit quis fortasse qui reponat, Unde scimus cæcum illum qui visum receperat, tam probe cum Pharisaicis judicibus contendisse? Quid ais, o amice? ferrum igni admotum prorsus ignescit, ubi acuitur, scindit acutissime ; et iste dominicis manibus contrectatus, ac divino inunctus sputo, nonne potuit absque syllogismorum apparatu adversus improbos rhetores argumentari? Annon de illo ac illi similibus divina dicit Scriptura : « Dominus sapientes reddit cæcos [87]? » Opportune hominem qui miro modo visum recepit, qui sincere Domino credidit, qui Judæis fortiter obstitit, rationabilem, morigeram, lacte exuberantem ovem vocare licet. Novit enim pastorum principem Christum, Pharisaicos effugit lupos : ingressus est per crucis portam in ecclesiasticum ovile. Audisti modo dicentem Dominum : « Amen, amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium,

A στως, καὶ φωτίσθητε· γνωρίσατε αὐτὸν ἀναμφιβόλως· οὐκ ἀποστρέφεται τὸν μετὰ πίστεως προσιόντα αὐτῷ. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Φαρισαῖοι, ἐλοιδόρησαν τὸν ἀναβλέψαντα, λέγοντες αὐτῷ· « Σὺ εἶ μαθητὴς ἐκείνου· ἡμεῖς γὰρ τοῦ Μωσέως ἐσμὲν μαθηταί. Ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι Μωσῇ λελάληκεν ὁ Θεός· τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν, πόθεν ἐστί. Σὺ εἶ μαθητὴς ἐκείνου. » Ὁ δὲ ἀναβλέψας, ὑπομειδιάσας, ἀπεκρίνατο λέγων· Ἐγώ εἰμι μαθητὴς ἐκείνου; καλῶς ἐλέξατε λοιδορήσαντές με. Ὢ ὕβρεως ἐνδόξου! Ἐδοξάσατέ με μᾶλλον, καὶ οὐκ οἴδατε. Τοῦ Μωσέως ἐστὲ μαθηταί; Καὶ τί δυνάμεως ἀπεδείξασθε ἔργον; Ὑμεῖς μὲν τοῦ Μωσέως ἐστὲ μαθηταί· οἱ δὲ ἀπόστολοι τοῦ ἐμοῦ ἰατροῦ εἰσι μαθηταί. Ἐπιδείξατε καὶ ὑμεῖς οἱ τοῦ Μωσέως μαθηταί τί ποτε κατὰ τῶν μαθητῶν τοῦ ἐμοῦ ἰατροῦ. Εἴ B τί ποτε δυνάμεως ἔχετε, οὐ λέγω νεκρούς, τοὺς καθεύδοντας διυπνίσατε, ὡς οἱ ἀπόστολοι τοὺς τεθνεῶτας. Εἰ δύνασθε τοῖς ἀποστόλοις ἐξισοῦσθαι, οὐ λέγω ἐπὶ ὕδατος, ἐπὶ γῆς βαδίσατε, ὡς ὁ Πέτρος ἐπὶ θαλάσσης. Εἴ τι δυνάμεως ἔχετε, τοῖς ἀποστόλοις ἁμιλλᾶσθε, οὐ λέγω πνεύματα, τὰ ὄρνεα σοβήσατε, ὡς οἱ ἀπόστολοι τοὺς δαίμονας. Εἴπατέ μοι· Τοῦ Μωσέως ἐστὲ μαθηταί; Εἰ Μωσέως ἐστὲ μαθηταί, ἐπειθαρχεῖτε ἂν τῷ Μωσῇ λέγοντι περὶ αὐτοῦ· « Ὅτι προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ. Αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα, ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς. Ἔσται δὲ, πᾶσα ψυχὴ ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται. » Βλέπετε μὴ ἐξολοθρευθήσεσθε, καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη διασπαρήσεσθε, ὡς τοῦ προφητευθέντος τὴν δύναμιν C μὴ γνωρίζοντες. Οὐκ οἴδατε τίς ἐστιν ὁ τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν περιοδευτής; Οὐκ οἴδατε, ἐπειδὴ πρὸς φόνον αὐτὸν ζητεῖτε. Οἴδατε δὲ καὶ τίς ἐστι, καὶ πόθεν ἐστίν. Ὅτε γὰρ παρὰ Ἡρώδου ἠρωτᾶσθε, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται, εὐθυβόλως καὶ τὸν τόπον καὶ τὸν τρόπον ἀνηγγείλατε λέγοντες, ὅτι ἐν Βηθλεὲμ γεννᾶται. Ὅτε πρὸς φονοκτονίαν ἐπιζητεῖται, γνωρίζετε· ὅτε δὲ πρὸς θαυματουργίαν ἐνδείκνυται, οὐ γνωρίζετε.

13. Ἔστι δὲ πάντως εἰπεῖν τινα, Καὶ πόθεν ἡμῖν ἡ γνῶσις, ὅτι ὁ ἀναβλέψας τυφλὸς τοσαύτην δικαιολογίαν εἶχε ποιήσασθαι πρὸς τοὺς Φαρισαϊκοὺς κριτάς; Τί λέγεις, ὦ φίλε; σίδηρος πυρὶ προσομιλήσας ὅλως πυρακτοῦται, καὶ στομωθεὶς ὀξύτατα τέμνει· D καὶ οὗτος τῶν Δεσποτικῶν χειρῶν ἀξιωθεὶς, καὶ τοῦ θεϊκοῦ ἐμπτύσματος, οὐκ εἶχεν ἀσυλλόγιστα κατὰ τῶν παρανόμων ῥητόρων σοφιστεύειν; Οὐ περὶ τούτου καὶ τῶν τοιούτων ἔλεγεν ἡ θεία Γραφή· « Κύριος σοφοῖ τυφλούς; » Εὔκαιρον καὶ τοῦτον τὸν παραδόξως ἀναβλέψαντα, καὶ τῷ Κυρίῳ γνησίως πιστεύσαντα, καὶ κατὰ Ἰουδαίων κραταιῶς ἐνισχύσαντα, λογικὸν, εὐπειθὲς, πολυγάλακτον πρόβατον προσειπεῖν. Ἐπέγνω γὰρ τὸν ἀρχιποιμένα Χριστὸν, ἀπεπήδησε τοὺς Φαρισαϊκοὺς λύκους· εἰσῆλθε διὰ τῆς σταυρικῆς θύρας εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν μάνδραν. Ἤκουες ἀρτίως τοῦ Κυρίου λέγοντος· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ μὴ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας

[85] Joan. IX, 28, 29. [86] Deut. XVIII, 15, 19; Act. III, 22, 23. [87] Psal. CXLV, 8.

εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, ἀλλὰ ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν, κλέπτης ἐστὶ καὶ λῃστής. » Θύραν ὁ Κύριος ἑαυτὸν προσηγόρευσε· καὶ γὰρ ὅπως μή τινες, θύραν ἀκούσαντες, δόξουσιν ἁπλῶς αὐτὸν περὶ θύρας λιτῆς λέγειν, ἐπάγει τὴν ἑρμηνείαν, ἵνα κρατύνῃ τὴν διδασκαλίαν· εὐθέως γὰρ προσθεὶς ἔλεγεν· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν· Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα τῶν προβάτων· δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ καὶ ἐξέλθῃ, νομὴν εὑρήσει.» Καλῶς ὁ Κύριος θύραν ἑαυτὸν προσηγόρευσεν, ὡς φυλάττων τοὺς ἔνδον τῆς πίστεως, ὡς ἀποσοβῶν τοὺς ἔξω περιαθροῦντας, καὶ εἰσάγων εἰς τὴν τοῦ οἰκοδεσπότου πατρὸς συντυχίαν. Οὐδεὶς γὰρ γινώσκει τὸν Πατέρα εἰ μὴ διὰ τοῦ Υἱοῦ, κατ' αὐτὸν τὸν λέγοντα· « Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι. » Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα τῶν προβάτων. Καλῶς ὁ Κύριος ἑαυτὸν προσηγόρευσε θύραν, καὶ οὐ θύρας· εἷς γὰρ ὁ Πατὴρ (87), καὶ εἷς ὁ Υἱὸς, καὶ ἓν Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐ τρεῖς θεοί· ἀλλὰ μία θύρα γνώσεως. Καὶ τίς τούτου μάρτυς; Παῦλος βοῶν· « Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα.» Οὐδαμοῦ, οὐ δύο, οὐ τρεῖς, οὐ τέσσαρες, οὐ πέντε, ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ *εἷς*, ἐπειδὴ καὶ μία θύρα, εἷς Κύριος, ἀδιαίρετος οὐσία· μία πίστις, ἡ ἀβαθμίδοτος δοξολογία (88), ἓν βάπτισμα, καὶ ἀκαπήλευτον φώτισμα· ὁ ταύτην ἔχων τὴν γνῶσιν διὰ τῆς θύρας εἰσέρχεται, καὶ τῇ θύρᾳ Χριστοῦ (89) περιπτύσσεται, καὶ τῆς θύρας οὐ χωρίζεται.

14. Ἡμᾶς ὁ Κύριος ἀρτίως ἴδια πρόβατα ἀκολακεύτως προσηγόρευσεν· ἴδια πρόβατα, ὡς πολυποιοῦντα τῇ φιλοπτωχίᾳ· ὡς πλεονάζοντα τὸ γάλα τοῦ θρεπτικοῦ λόγου (90)· ὡς χλοαζόμενα τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα· ὡς πειθομένους τῇ σταυρικῇ βακτηρίᾳ· ὡς συναγομένους τῇ τριπλόκῳ τῆς πίστεως ἀλύσει· ὡς μὴ λειποτακτοῦντας, ἀλλ' ἐπερειδομένους τῷ ἀκρογωνιαίῳ λίθῳ Χριστῷ. Θύραν ὁ Κύριος ἑαυτὸν προσηγόρευσε· καὶ καλῶς θύραν· ἔχει γὰρ δύο παραστάδας (91), τὴν Παλαιὰν καὶ Καινὴν Διαθήκην· ὀδὸν καὶ ὑπέρθυρον, περιτομὴν καὶ ἀκροβυστίαν· οἶκον τὴν ἐκκλησίαν· τράπεζαν τὸ θυσιαστήριον· ἄρτον τὸν ἀμνόν· κρατῆρα τὸν μυστικὸν οἶνον· χρυσὸν τὴν ἀκίβδηλον πίστιν· ἄργυρον τὴν λαμπρὰν πολιτείαν· μαργαρίτας τὰ θεῖα δόγματα· χλαῖναν τὴν στολὴν τοῦ βαπτίσματος. Ἤκουες ἀρτίως αὐτοῦ λέγοντος· « Ἐγώ εἰμι ὁ Ποιμὴν ὁ καλός· ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. » Ἑαυτὸν ὁ Κύριος ᾐνίττετο· ὃ γὰρ (92) ἤμελλε ποιεῖν, προέλεγεν· οὐδεὶς γὰρ ὑπὲρ τῶν προβάτων θάνατον κατεδέξατο εἰ μὴ μόνος ὁ Κύριος. Αὐτὸς μόνος ὑπὲρ τῶν λογικῶν προβάτων κατεδέξατο θάνατον, οὐκ ἀκούσιον, ἀλλ' ἑκούσιον· θάνατον οὐκ ἐπιζήμιον, ἀλλ' ἐπικερδῆ· θάνατον οὐ φθορᾶς δεκτικὸν, ἀλλ' ἀφθαρ-

A sed ascendit aliunde, ille fur est et latro [88]. » Ostium sese Dominus appellat; etenim ne fortasse quidam, ostium audientes, arbitrarentur eum de communi quodam ostio verba facere, interpretationem subjungit, ut doctrinam firmet suam: continuo enim adjicit: « Amen, amen dico vobis: Ego sum ostium ovium: per me si quis ingredietur, et egredietur, pascua inveniet [89]. » Pulchre Dominus ostium sese vocavit, utpote qui custodiat eos qui intus in fide sunt: qui et abigat **373** eos qui foris circumspiciunt: qui inducat ad patrisfamilias consortium. Nemo quippe cognoscit Patrem, nisi per Filium, sicut ipse dicit: « Nemo novit Patrem nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare [90]: » Ego sum ostium ovium. Probe B sese Dominus ostium appellat, et non ostia: unus enim Pater, unus Filius, unus Spiritus sanctus: et non tres dii; sed unum cognitionis ostium. Ecquisnam hujusce rei testis? Paulus qui clamat: « Unus Dominus, una fides, unum baptisma [91]. » Nusquam duo, non tres, non quatuor, non quinque; sed ubique unus, quandoquidem unum ostium; unus Dominus, indivisa substantia: una fides, gloria scilicet nullis distincta gradibus: unum baptisma, ac pura illuminatio. Qui hac instructus est cognitione, per ostium ingreditur, ac ostio, Christo scilicet, circumdatur, neque ab ostio separatur.

14. Nos modo Christus citra adulationem proprias vocavit oves: proprias oves, utpote lani- C geras beneficentia erga pauperes: ut plenas lacte exuberante nutricantis sermonis: ut pastas Domini corpore: ut obsequentes baculo crucis: ut triplicata coactas fidei catena: ut ordinem minime deserentes, sed innixas angulari lapide Christo. Ostium sese Dominus appellavit: ac pulchre ostium, habet enim postes duos, Vetus ac Novum Testamentum, limen ac superliminare, circumcisionem ac præputium; domum, ecclesiam; mensam, altare: panem, agnum; craterem, mysticum vinum; aurum, sinceram fidem; argentum, præclaram vitæ rationem; margaritas, divina dogmata; chlænam, baptismatis stolam. Audisti modo ita loquentem illum: « Ego sum Pastor bonus, bo- D nus pastor animam suam ponit pro ovibus [92]. » Dominus semetipsum adumbrabat, quod enim erat facturus prænuntiabat. Nemo quippe mortem pro ovibus subiit, nisi solus Dominus. Ipse solus pro rationalibus ovibus mortem sustinuit, non invite sed sua sponte, mortem non damnosam sed perutilem; mortem non corruptionis capacem, sed incorruptionis conciliatricem: mortem fide intel-

[88] Joan. x, 1. [89] ibid. 9. [90] Matth. xi, 27. [91] Ephes. iv, 5. [92] Joan. x, 11.

(87) In Reg. 2 articulus deest.

(88) Apud Græcos duplex est δοξολογία· prima eaque major est, Hymnus, *Gloria in excelsis*; altera quæ minor vocatur, est versus: *Gloria Patri*, quam hic indicari putamus.

(89) Reg. 2, καὶ τὴν θύραν Χριστόν. Mox idem, ἡμᾶς ὁ Κύριος. Editi, ὑμᾶς ὁ Κύριος.

(90) Reg. 2, γάλα τὸ θρεπτικόν· ὡς χλοαζ. Mox idem, πειθομένη.

(91) Reg. 1, 2, παραστάτας. Mox Reg. 2, ὀδίονα καὶ ὑπέρθ.

(92) Ita Reg. 2. In editis, γάρ deest.

ligendam, non curiosius examinandam : mortem A non ad mortis consuetudinem contingentem, sed quæ ipsius mortis mors esse deprehendatur. Nisi enim Dominus voluntarie mortem suscepisset, nequaquam diabolus mortem pertulisset. Quamobrem exclamat Paulus hisce verbis : « Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, stimulus tuus? Ubi est, inferne, victoria tua [93]? » Verum hic sermonem obsignantes nostrum, gratias Deo agamus : cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

[93] I Cor. xv, 54.

σίας χορηγόν· θάνατον πίστει κατανοούμενον, οὐ πολυπραγμονούμενον· θάνατον οὐ καθ' ὁμοιότητα τοῦ θανάτου γενόμενον, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ θανάτου θάνατον εὑρισκόμενον. Εἰ μὴ γὰρ ὁ Κύριος τὸν ἑκούσιον θάνατον κατεδέξατο, οὐκ ἂν ὁ διάβολος θάνατον ὑπέμεινε. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος βοῶν ἔλεγε· « Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; Ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος; » ἀλλ' ἐνταῦθα τὸν λόγον σφραγίσαντες, τῷ Θεῷ εὐχαριστήσωμεν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN DUAS SEQUENTES HOMILIAS ADMONITIO.

Duas sequentes homilias ejusdem esse scriptoris arguit cum styli genus tum ordo atque series orationis : quare consequenter ponuntur in Regio codice 205. Athanasii porro eas esse credidit vir eruditus Holsteinius, licet in iis Athanasianum nihil compareat. Frigidum quippe est orationis genus, quod nihil nervorum, nihil salis obtineat : nec magnum sese prodit in ejus structura hujusce scriptoris judicium. Etiamsi porro aliunde non liqueret esse has homilias Athanasio abjudicandas, coarguunt sane isthæc sub finem secundæ homiliæ verba : τρεῖς ὑποστάσεις κηρύττοντες, μίαν θεότητα ὁμολογοῦντες, *fuisse illas post Nestorianam vulgatam hæresin descriptas. Licet enim* ὑποστάσεων *quandoque meminerit Athanasius, nunquam tamen ait tres hypostases in confesso apud omnes esse : imo in synodali epistola Alexandrina, nihil interesse inquit, si vel una solum vel tres hypostases esse dicantur, dum recta servetur sententia.*

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

Ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου εἰς τό· *Πορεύεσθε εἰς τὴν κατέναντι κώμην, καὶ εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ' αὐτῆς· λύσαντες ἀγάγετέ μοι.*

—

S. P. N. ATHANASII

In illud Evangelii secundum Matthæum : *Ite in castellum quod contra vos est, et invenietis asinam alligatam et pullum cum ea : solventes, adducite mihi [94].*

—

374 1. Iteratis nos beneficiis donans Deus, B suamque in nos gratiam effundens, simul doctrina sua animas nostras excitat. Iis enim qui hujus sæculi malis premuntur, ejusque negotiis distrahuntur, hoc Deus sæculum cordi imprimit, ut cognoscant homines, se non sæcula exspectare, sed hoc duntaxat sæculum in phantasia habere. Ut itaque de futuro sæculo prospiciant, innatam nobis per liberum arbitrium doctrinam largitus est. Omnes igitur homines, sapientes et insipientes, principes et privati, divites et pauperes, compertum habent mortem omnes excepturam. Illud enim est, hoc sæculum in phantasia habere; hoc autem est, unumquemque finem suum ob oculos ponere. Plerique gnari obventuram sibi mortem, putant se post hoc sæculum fore quasi nunquam exstitissent : quales erant qui aiebant : « Exigua et tristis est vita nostra, nec est regressus finis nostri. Venite ergo, inquiunt, et fruamur bonis quæ sunt;

[94] Matth xxi, 9.

1. Πάλιν ἡμᾶς εὐεργετῶν ὁ Κύριος, καὶ τὴν οἰκείαν ἑαυτοῦ εἰς ἡμᾶς ἐκτείνων χάριν, ὁμοῦ καὶ διὰ τῆς ἑαυτοῦ διδασκαλίας τὰς ἡμετέρας διεγείρει ψυχάς. Τοῖς γὰρ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ μοχθήσασι, καὶ περισπασθεῖσιν ἐν τοῖς αὐτοῦ πράγμασιν, ὁ Θεὸς τὸν αἰῶνα τοῦτον ἐν καρδίᾳ δέδωκεν, ὅπως γνόντες γνώσονται οἱ ἄνθρωποι, ὅτι οὐ τοὺς αἰῶνας διαμενοῦσιν, ἀλλὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον φαντάζονται. Ἵνα οὖν καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος πρόνοιαν ποιήσωνται, ἔμφυτον ἡμῖν μάθησιν διὰ τοῦ αὐτεξουσίου ἐχαρίσατο. Πάντες οὖν οἱ ἄνθρωποι, σοφοί τε καὶ ἄφρονες, ἄρχοντες καὶ ἰδιῶται, πλούσιοι καὶ πένητες ἴσασιν, ὅτι θάνατος πάντας διαδέξεται. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸν αἰῶνα τοῦτον φαντάζεσθαι· τοῦτό ἐστιν ἕκαστον τὸ ἑαυτοῦ τέλος πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν. Πολλοὶ δὲ, καὶ τοῦτο εἰδότες, ὅτι θάνατος αὐτοὺς διαδέξεται, οἴονται μετὰ τοῦτον τὸν αἰῶνα ἔσεσθαι ὡς οὐχ ὑπάρξαντες· οἷοι ἦσαν οἱ εἰπόντες· « Ὀλίγος ἐστὶ καὶ λυπηρὸς ὁ βίος ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἀναποδισμὸς τῆς τελευτῆς ἡμῶν. Δεῦτε

οὖν, φασί, καὶ ἀπολαύσωμεν τῶν ὄντων ἀγαθῶν· οἴνου πολυτελοῦς καὶ μύρων ἐμπλησθῶμεν.» Τούτους δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος διατίθησι λέγοντας· «Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν.» Εἰ τοσοῦτον οὖν ἴσχυσαν γνῶναι οἱ ἄθλιοι, ὅτι ὀλίγος ἐστὶ καὶ λυπηρὸς ὁ βίος αὐτῶν· πῶς τὸν τῶν ἀγαθῶν ποιητὴν τάχιον οὐχ εὗρον; μόνον οὖν σοφοῦ ἐστι γνῶναι τὰς αἰτίας τῶν γενομένων· οἶδε γὰρ σαφῶς, καὶ πῶς ἐγένοντο, καὶ οὗ χάριν ἐγένοντο· οἶδεν, ὅτι τῶν πάντων ὁ Θεὸς ποιητής ἐστιν· ἤκουσε γὰρ τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· «Εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε.» Οἱ δὲ τῷ βίῳ τούτῳ χρησάμενοι, ὡς ἐν νεότητι σπουδαίως, καὶ τῇ ἑαυτῶν κακίᾳ καταδαπανηθέντες ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους, οὐκ ἔγνωσαν τὰ ποιήματα τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ ἦσαν ἀκριβώσαντες περὶ τούτων τὸν νοῦν, πάντως ἂν καὶ τὸν τούτων δημιουργὸν Θεὸν τάχιον ἐπεγίνωσκον· «Ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται.» Ὁδῷ οὖν κέχρηται ἀγούσῃ τοὺς ἀνθρώπους ἐκ τῶν κτισμάτων ἐπὶ τὸν τῶν ἁπάντων κτίστην καὶ δημιουργόν.

2. Ταῦτα μὲν προσεθήκαμεν τῷ λόγῳ, ἐπειδήπερ πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθησαν· καὶ ὅτι «φθόνῳ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον,» καὶ σειραῖς τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτημάτων ἕκαστος ἐσφίγγετο. «Ἐβασίλευσε γὰρ ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ.» Ἀλλ' ἐπεδήμησεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς λυτρούμενος τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ ζωοποιῶν τοὺς τεθανατωμένους. Ἀμέλει καὶ ὁ θεσπέσιος Ἀπόστολος, τοῦτο ἐπιστάμενος, ἔγραφε λέγων· «Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον τῷ τοῦ ἑνὸς δικαιώματι ἡ χάρις εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς.» Ἐπεδήμησε τοιγαροῦν πρὸς ἡμᾶς ὁ ζῶν καὶ ἐνεργὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ εἰκὼν ἡ ἀπαράλλακτος, ὁ Υἱὸς ὁ μονογενής, «δι' οὗ γεγόνασιν οἱ αἰῶνες, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ποιησάμενος.» Διὸ ἀποστέλλει δύο μαθητὰς εἰς τὴν κατέναντι κώμην, λέγων πρὸς αὐτούς· «Πορεύθητε εἰς τὴν κώμην τὴν κατέναντι ὑμῶν, καὶ εὐθέως εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ' αὐτῆς· λύσαντες ἀγάγετέ μοι.» Ματθαῖος μὲν διαγράφων τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς γενόμενα, ὄνον καὶ πῶλον ὠνόμασε· Λουκᾶς δὲ τὰ ἀμφότερα εἰς μίαν ἑνότητα ἀνακεφαλαιούμενος, πῶλον ὀνομάζει· φησὶ γὰρ οὕτω Λουκᾶς ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν Εὐαγγελίῳ· «Ἀπέστειλε δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, εἰπών· Ὑπάγετε εἰς τὴν κατέναντι κώμην· ἐν ᾗ εἰσπορευόμενοι εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον, ἐφ' ὃν οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἐκάθισε· λύσαντες ἀγάγετέ μοι.» Εὑρήσεις οὖν τὸν Ματθαῖον πανταχοῦ δύο ὀνομάζοντα, τὸν δὲ Λουκᾶν εἰς ἓν τὰ δύο ἀνακεφαλαιοῦντα. Οἷον καὶ ἐπὶ τῶν τυφλῶν, ὁ Ματθαῖος δύο πάλιν ὀνομάζει, εἰπών· «Καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν τῷ Ἰησοῦ ἠκολούθησαν αὐτῷ δύο τυ-

A vino pretioso et unguentis nos impleamus [95].» Hos et beatus Paulus sic loquentes exhibet: «Manducemus et bibamus: cras enim moriemur [96].» Si ergo miseri illi tantum cognoscere valuerunt, exiguam scilicet ac tristem esse vitam suam: cur bonorum auctorem citius non invenere? Solius itaque sapientis est nosse rerum causas: manifeste novit quippe, quo modo et quo fine res factæ sint: novit Deum, omnium esse factorem: audivit quippe dicentem Apostolum: «Sive manducatis, sive bibitis, sive quid facitis; omnia in gloriam Dei facite [97].» Qui vero vita hujus sæculi vivunt, tanquam in juventute celeriter, et malitia propria a principio ad finem usque consumpti, non norunt opificia Dei. Nam si mente sua accurate illa con- B siderassent, citius plane eorum creatorem Deum agnovissent: «Ex magnitudine enim ac specie creaturarum, auctor earum perspicitur [98].» Viam ergo ad usum proposuit, quæ homines ducat a creaturis ad omnium creatorem et opificem.

2. Hæc orationi nostræ præfiximus, quia omnes quasi oves erraverunt, et quia «invidia diaboli mors intravit in mundum [99],» ac vinculis peccatorum suorum quisque constringitur. «Regnavit enim mors ab Adam usque ad Mosem, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ [1].» Sed venit Dominus noster Jesus C Christus, redempturus captivos, et mortuos vivificaturus. Hujus sane rei gnarus beatus Apostolus, hæc scripsit: «Si enim unius delicto multi mortui sunt; multo magis unius justificatione gratia in omnes homines ad justitiam vitæ [2].» Peregrinatum itaque ad nos est vivum et efficax Dei Verbum, atque imago invariabilis, Filius unigenitus, «per quem sæcula facta sunt, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens [3].» Idcirco mittit discipulos duos in castellum e regione situm, dicens eis: «Ite in castellum quod contra vos est, et statim invenietis asinam alligatam, et pullum cum ea; solvite et adducite mihi.» **375** Matthæus quidem describens Ecclesiam, ejusque prolem, asinam et pullum nominavit. Lu- D cas vero in unum ambo complexus, pullum nominat: ait enim ipse Lucas in Evangelio suo: «Misit duos discipulos suos dicens: Ite in castellum quod contra vos est: in quod introeuntes, invenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo unquam hominum sedit: solvite illum et adducite mihi [4].» Invenies itaque Matthæum duo ubique nominare; Lucam vero duo in unum complecti. Cujusmodi est illud de cæcis, quos Matthæus duos item memorat, dicens: «Et transeunte inde Jesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes et dicentes: Miserere nostri, fili David [5].» Lucas vero duos in unum complexus, ait: «Factum est autem, cum appro-

[95] Sap. II, 5, 6. [96] I Cor. XV, 32. [97] I Cor. X, 31. [98] Sap. XIII, 5. [99] Sap. II, 24. [1] Rom. V, 14. [2] ibid. 15. [3] Hebr. I, 3. [4] Luc. XIX, 29, 30. [5] Matth. IX, 27.

pinquaret Jericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat, quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quod Jesus Nazarenus transiret, et clamavit dicens : Jesu, fili David, miserere mei [6]. » Similiter deprehendes dæmoniacos duos nominare Matthæum ; Lucam vero accuratiore mente, pie pro duobus unum dicere. Matthæus ergo de duobus sic loquitur : « Et cum venisset trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sævi nimis [7]. » Lucas vero unum pro duobus scripsit his verbis : « Et cum egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam ex urbe, qui habebat dæmonia jam a temporibus multis [8]. » Ubique ergo Matthæum invenies semper de duobus loquentem, Lucam autem de uno. Non quod divina labantur Evangelia, absit ! nec quod opposita loquantur, qui uno eodemque Spiritu sancto repleti sunt : unam enim eamdemque vim in sacris litteris sancti viri conservant.

A φλοὶ, κράζοντες καὶ λέγοντες· « Ἐλέησον ἡμᾶς, υἱὸς Δαβίδ. » Ὁ δὲ Λουκᾶς τοὺς δύο εἰς ἕνα ἀνακεφαλαιούμενός φησιν· « Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἐγγίζειν αὐτὸν εἰς Ἱεριχὼ, τυφλός τις ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν, προσαιτῶν. Ἀκούσας δὲ ὄχλου διαπορευομένου, ἐπυνθάνετο τί ἂν εἴη τοῦτο. Ἀπήγγειλαν δὲ αὐτῷ, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζαραῖος (93) παρέρχεται, καὶ ἐβόησε λέγων· Ἰησοῦ υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με. » Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν δαιμονιζομένων εὑρήσεις τὸν μὲν Ματθαῖον δύο ὀνομάζοντα, τὸν δὲ Λουκᾶν ἀκριβεστέρᾳ τῇ διανοίᾳ εὐσεβῶς ἀντὶ τῶν δύο ἕνα εἰρηκότα. Φησὶν οὖν ὁ Ματθαῖος περὶ τῶν δύο οὕτως· « Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ πέραν εἰς τὴν χώραν τῶν Γερασηνῶν, ὑπήντησαν αὐτῷ δύο δαιμονιζόμενοι, ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι, χαλεποὶ λίαν. » Λουκᾶς δὲ τοὺς δύο εἰς ἕνα B γράφων ἔλεγεν· « Ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ ἐν τῇ γῇ ὑπήντησεν ἀνήρ τις ἐκ τῆς πόλεως, ὃς εἶχε δαιμόνια ἐκ χρόνων ἱκανῶν. » Πανταχοῦ οὖν εὑρήσεις τὸν Ματθαῖον διττῶς περὶ πάντων φθεγγόμενον· τὸν δὲ Λουκᾶν ἑνικῶς διαλεγόμενον. Ὥστε οὐκ ἐσφαλμένα εἰσὶ τὰ θεῖα Εὐαγγέλια, μὴ γένοιτο! οὔτε πάλιν ἀντίθετα ἑαυτοῖς ἐφθέγξαντο οἱ ἐξ ἑνὸς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐμφορούμενοι· μίαν γὰρ καὶ τὴν αὐτὴν σώζουσι διὰ τῶν ἁγίων Γραφῶν δύναμιν οἱ ἅγιοι.

3. Horum porro mentio a nobis facta est, non quod proposito nostro exciderimus. Lectum namque fuit nobis, ut audivistis, Evangelium secundum Matthæum. Scripturæ porro sententia hæc est : « Tunc misit Jesus duos discipulos, dicens eis : Ite in castellum, quod contra vos est : et statim invenietis asinam alligatam, et pullum cum ea ; solvite et adducite mihi. » Jam supra diximus asinam istam, Ecclesiam esse ex gentibus coactam : pullus autem, pater noster Adam est, quem Satanas versutiis suis alligavit. Ipsa quippe asina immundum erat animal [9], ut quæ cibum non ruminaret sursum ducendo ac demittendo : quæ est gentium Ecclesia. Nam antehac illa idolis suis contaminabatur, immundoque polluebatur sanguine ; ita ut per Jeremiam prophetam ei dicatur : « Fornicata es cum pastoribus multis [10] ; » sed Dei Filius hominum amantissimus, ad nos peregrinatus est : « et habitu inventus ut homo, humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis [11]. » Neque enim angelorum erat, Dei creaturam salvam facere ; sed Verbi, Dei et hominis. Ipsi quippe debebatur illud, utpote qui creator diceretur. Mittit itaque discipulos duos in castellum e regione situm, qui solverent asinam atque pullum, « ut exhiberet eam sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem amplius maculam, aut aliquid eorum, » quæ superius dicta sunt de illa : sed « ut sit sancta et immaculata Christo [12]. » Ita enim qui ex ea nascentur futuri sunt « populus acceptabilis, sectator bonorum operum [13]. »

3. Τούτων δὲ καὶ ἡμεῖς ἐμνημονεύσαμεν οὐκ ἐκπεσόντες τοῦ προκειμένου· ἀνεγνώσθη γὰρ ἡμῖν, ὡς ἠκούσατε, Εὐαγγέλιον τὸ κατὰ Ματθαῖον. Ἡ δὲ περιοχὴ τῆς Γραφῆς ἐστιν αὕτη· « Τότε Ἰησοῦς ἀπέστειλε δύο μαθητὰς, λέγων αὐτοῖς· Πορεύθητε εἰς τὴν κώμην, τὴν κατέναντι ὑμῶν, καὶ εὐθέως εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ' αὐτῆς· λύσαντες C ἀγάγετέ μοι. » Ἤδη προειρήκαμεν, ὅτι αὕτη ἡ ὄνος ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία ἐτύγχανεν· ὁ δὲ πῶλος ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀδάμ ἐστιν, ὃν ἔδησεν ὁ Σατανᾶς ταῖς αὐτοῦ πανουργίαις. Αὕτη γὰρ ἡ ὄνος ἀκάθαρτον ζῶον ἐχρημάτιζε, μὴ ἀνάγουσα, μήτε κατάγουσα μηρυκισμόν· ἥτις ἐστὶν ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία· ἐμιαίνετο γὰρ πρὸ τούτου ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῆς, καὶ ἐμολύνετο ἐν τοῖς ἀκαθάρτοις αἵμασιν· ὡς λέγεσθαι πρὸς αὐτὴν διὰ Ἱερεμίου (94) τοῦ προφήτου· « Ἐμοίχευσας ἐν ποιμέσι πολλοῖς· » ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ἐπεδήμησε πρὸς ἡμᾶς, « καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. » Οὐ γὰρ ἦν ἀγγέλων τὸ σῶσαι κτίσιν Θεοῦ, ἀλλὰ Λόγου, Θεοῦ καὶ D ἀνθρώπου. Αὐτῷ γὰρ καὶ ἐχρεωστεῖτο, τῷ καὶ κτίστῃ εἰρημένῳ. Ἀποστέλλει οὖν τοὺς δύο μαθητὰς εἰς τὴν κατέναντι κώμην λῦσαι τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον, « ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον Ἐκκλησίαν, μηκέτι ἔχουσαν σπῖλον ἢ ῥυτίδα, ἢ ἄλλο τι » τῶν προλεχθέντων περὶ αὐτῆς· ἀλλ' « ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος τῷ Χριστῷ. » Οὕτως γὰρ καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς γεννώμενα ἔσονται εἰς « λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων. »

[6] Luc. XVIII, 35-38. [7] Matth. VIII, 28. [8] Luc. VIII, 27. [9] Levit. XI, 4. [10] Jer. III, 1. [11] Philipp. II, 7. [12] Ephes. V, 27. [13] Tit. II, 14.

(93) Reg., Ναζωραῖος.

(94) Reg. 2, διὰ Ἡσαΐου. Mox idem, ἐμοιχεύσω.

4. Ἀπέρχονται οὖν οἱ δύο μαθηταὶ εἰς τὴν κατέναντι κώμην, καὶ λύουσι τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον, κατὰ τὰ κελευσθέντα αὐτοῖς παρὰ τοῦ διδασκάλου. Ἀνεκαλέσατο γὰρ ἡμᾶς ἐκ τῆς κατέναντι κώμης εἰς τὴν ἐπουράνιον πόλιν, τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. Ἔλυσε δὲ ἡμᾶς ἐκ τῶν τοῦ διαβόλου δεσμῶν· ὡς καὶ τὸν προφήτην Ἡσαΐαν πρὸ πολλοῦ βοᾷν καὶ λέγειν· « Ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους μου, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν ἀνειμένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. » Πορεύονται οἱ μαθηταὶ εἰς τὴν κατέναντι κώμην. Κώμην δὲ ἐὰν ἀκούσῃς, τὸν περίγειον τοῦτον κόσμον ὑπολάμβανε· ἡ γὰρ πόλις ἡ ἐπουράνιός ἐστιν, ὡς προείπαμεν. Τὸ δὲ, καὶ « Εἰς τὴν κατέναντι κώμην, » Μωσῆς ἐν τῇ Γενέσει προεσήμανεν, εἰπών· « Ἀπῴκησεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ ἀπέναντι τοῦ Παραδείσου τῆς τρυφῆς, καὶ ἐκέλευσε τὰ χερουβὶμ, καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τὴν στρεφομένην φυλάττειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς. » Οὐδενὸς γὰρ ἄλλου ἦν εἰσαγαγεῖν ἡμᾶς, ὅθεν ἐξεβλήθημεν, ἢ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, τοῦ τεθεικότος τὰ χερουβὶμ φυλάττειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς. Οὐδενὸς γὰρ ἄλλου ἦν ἀνακαλέσασθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς κατέναντι κώμης εἰς τὴν ἐπουράνιον πόλιν ἢ αὐτοῦ, τοῦ ἀποφηναμένου καθ' ἡμῶν. Οὕτως οὖν νοηθήσεται καὶ τὸ ἐπὶ τῆς ὄνου καὶ τοῦ πώλου, ὅτι πᾶσα ἡ ἀνθρωπότης ἐστίν. Ὑποδείγμασι γὰρ κέχρηται ἡ θεία Γραφή· κἂν γὰρ τὴν Ἐκκλησίαν διαλάβω, τὸν ἄνθρωπον σημαίνω· κἂν τοῦ Ἀδὰμ μνήμην ποιήσωμαι, ἀλλὰ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν ἀνθρωπότητα ὁμολογῶ. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐπεδήμησεν ὁ Κύριος καὶ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ἵνα τὸ πεπλανημένον ἐπιστρέψῃ, καὶ τὸ ἀπολωλὸς ζητήσας εὕρῃ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ λύων τοὺς πεπεδημένους, καὶ ἀνορθῶν τοὺς κατεῤῥαγμένους, καὶ ἀνακαλούμενος τοὺς ἐκπεσόντας, καὶ λυτρούμενος τοὺς αἰχμαλώτους. Τοῦτο δὲ μηνύων ὁ θεοφόρος Δαβὶδ ἐν Ψαλμοῖς ᾄδει, λέγων· « Ἐπίστρεψον, Κύριε, τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν, ὡς χειμάῤῥους ἐν τῷ νότῳ· » οὗτός ἐστιν ὁ καὶ τὸ σκότος καταλάμπων, περὶ οὗ γέγραπται· « Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν, ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα. » Τῆς γὰρ παρουσίας τοῦ Σωτῆρος καταλαμψάσης τὰ σύμπαντα, λύεται λοιπὸν ἡ ὄνος καὶ ὁ πῶλος ἐκ τῶν δεσμῶν. Αὐτὸς γὰρ καὶ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἦρεν, ὡς φησι διὰ τοῦ προφήτου· « Ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἁμαρτίας σου. »

4. Abeunt ergo discipuli duo ad vicum ex adverso situm, solvuntque asinam et pullum, prout sibi a magistro jussum fuerat. Revocavit enim nos ex vico contra posito, ad cœlestem civitatem, supernam Jerusalem. Nos autem solvit ex vinculis diaboli; ut et Isaias propheta jam olim exclamaret: « Dedi te in fœdus generis mei in lucem gentium : ut aperias oculos cæcorum, et **376** educas ex vinculis remissos, et ex domo carceris sedentes in tenebris [14]. » Abeunt discipuli in castellum e regione positum. Castellum porro cum audis, terrenum hunc mundum intellige. Civitas enim cœlestis est, uti supra diximus. Illud autem : « In castellum quod contra vos est, » Moses in Genesi olim significarat dicens : « Collocavit Deus Adam e regione paradisi voluptatis : jussitque cherubim, et flammeum gladium atque versatilem custodire viam ligni vitæ [15]. » Neque enim alterius cujusdam erat reducere nos ad locum unde fueramus expulsi, nisi ipsius Domini, qui cherubim posuerat ad custodiendam viam ligni vitæ. Nullius erat alterius revocare nos ex castello e regione sito ad cœlestem civitatem, quam ejus qui in nos protulit sententiam. Ita ergo intelligetur, asinam illam memoratam atque pullum, esse totum humanum genus. Exemplis namque utitur divina Scriptura : nam licet Ecclesiam accipiam, hominem significo, et si Adamum memorem, una totum genus humanum declaro. Idcirco enim advenit Dominus ac Salvator noster Jesus Christus, ut quod erraverat reduceret, et quod perierat quærens inveniret. Ipse namque est qui solvit compeditos, qui confractos erigit, qui lapsos revocat, qui captivos redimit. Quod indicans deifer ille David in Psalmis ita canit : « Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in austro [16]. » Hic est qui tenebras illustrat, de quo scriptum est : « Galilæa gentium, populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam [17]. » Salvatoris quippe adventu cuncta illustrante, solvitur demum asina atque pullus ex vinculis. Ipse enim peccata nostra tulit, ut per prophetam ait : « Ego sum qui deleo peccata tua [18]. »

5. Δείξωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς ἀγαθὸν τῇ ψυχῇ ἑαυτῶν· λύσωμεν πάντα δεσμὸν (95) ἀδικίας. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ κυρίως ἀγαθὸν, ἵνα ἐν οἷς αὐτὸς ὁ διδάσκαλος ὀρθῶς καὶ καλῶς ἐπολιτεύσατο, μανθάνωμεν αὐτὸν μὴ λόγῳ μόνον παραδεδωκέναι ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ πράγμασι τὰ συμφέροντα. Ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος διὰ τοῦ προφήτου· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. » Δήσαντες γὰρ ἡμῶν πόδας καὶ χεῖρας οἱ πρὸ τούτου κύριοι, ᾐχμαλώτευσαν ἡμᾶς, προκόπτειν οὐχ

5. Ostendamus ergo et nos bonum animæ nostræ : solvamus omne iniquitatis vinculum. Illud namque est proprie bonum; ut quoniam ipse Magister recte atque probe conversatus est, ediscamus ipsum, non verbo tantum, sed re ipsa, nobis congruentia tradidisse. Audi enim illum prophetæ voce dicentem : « Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, et cæcis visus restitutionem [19]. » Qui enim ante istum domini erant, ligatis pedibus manibusque nos captivos tenebant, nec permittebant nos proficere in

[14] Isa. XLII, 6, 7. [15] Gen. III, 24. [16] Psal. CXXV, 4. [17] Isa. IX, 2. [18] Isa. XLIII, 25. [19] Isa. LXI, 1.

(95) Reg. σύνδεσμον.

via veritatis. At Dei Filius erga homines benignus, ad genus humanum peregrinatus, nos liberavit. Proprios enim discipulos misit, solvitque nos a vinculis diaboli. Mirabilia itaque illa signa a Jesu edita, licet secundum historiam sensibili modo facta fuerint, at spiritualium gratia gesta sunt. Quæ historiam spectant impleta quidem sunt, atque divinæ res erant, quæ iis significabantur. Nisi enim divinæ res fuissent significatæ, nequaquam prophetæ adventum ipsius prænuntiaturi fuissent. Isaias itaque clamat dicens : « Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam et pullum filium subjugalis [20]. » Hisce a Jesu mirabilibus perpetratis signis nihil adjiciendum, nihil detrahendum. Omnia enim perfecte et absque ullo defectu effecit. Erat namque potens in opere et sermone. Hæc sane Psalmista declarat his verbis : « Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. Specie tua et pulchritudine tua, intende, prospere procede, et regna [21]. » Magna itaque potentia sua totum liberavit humanum genus.

6. Hæc porro Jesus signa fecit præsens ipse nobiscum, ut timeamus a facie ejus. Quod autem ea sint sensibilia spiritualium symbola, audi. Venit quippe Salvator in primis ut hominis animam beneficio donaret. At quandoquidem multis ignotum illud **377** erat, per curationes sub aspectum cadentes, occultam salutem animæ indicabat. Enimvero ipsi, dum concederet peccatorum paralytico remissionem, fides non habebatur : dicebant quippe Judæi : « Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus [22]? » Dehinc postquam quod occultum ac præcipuum erat latenter fecerat ; secundo loco corpus curavit. Ait enim ipsi : « Surge, tolle grabatum tuum, et ambula [23]. » Vides quam cito hic vinculis solvatur : nec solum exteriori curatione solvitur : sed tantis etiam peccatis liberatur : imo eum quoque curationis præconem exhibuit : ac demum quæ sensibili modo gesta sunt, spiritualium gratia agebantur. Ea quoque de causa mittuntur et discipuli in castellum ex adverso situm, ac solvunt asinam et pullum, sicuti a magistro jussum ipsis fuerat. Hoc autem plane factum est, ut implerentur Jacobi prophetiæ. Cum benediceret enim duodecim patriarchas, ubi ad Judam pervenit, prophetat, ac divina profert verba. Audi namque illum dicentem : « Ligans ad vineam pullum suum, et ad vitem pullum asinæ suæ [24]. » Demum quæcunque de Juda dicta sunt, comperies de adventu Salvatoris dicta fuisse. Potest quippe quisquis est studiosus, paulatim legendo, ea quæ de ipso dicta sunt intelligere. At ne totam enarremus historiam, audiamus Apostolum hæc loquentem : « Manifestum est enim, quod ex Juda ortus sit Dominus noster [25]. »

A ἐπιτρέποντες τῇ ὁδῷ τῆς ἀληθείας. Ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, ἐπιδημήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς. Ἀπέστειλε γὰρ τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, καὶ ἔλυσεν ἡμᾶς ἐκ τῶν τοῦ διαβόλου δεσμῶν. Οὐκοῦν τὰ γενόμενα παράδοξα σημεῖα παρὰ τοῦ Ἰησοῦ, κἂν αἰσθητῶς κατὰ τὴν ἱστορίαν ἐγένετο, ἀλλὰ νοητῶν χάριν ἐγένετο. Ἐτελεῖτο γοῦν τὰ τῆς ἱστορίας· καὶ πράγματα ἦν θεῖα τὰ σημαινόμενα. Εἰ μὴ γὰρ πράγματα θεῖα ἦν τὰ σημαινόμενα, οὐκ ἂν οὕτως ἔμελλε τοῖς προφήταις προκηρύξαι αὐτοῦ τὴν ἐπιδημίαν. Ἡσαΐας οὖν βοᾷ, λέγων· « Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραῢς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον, υἱὸν ὑποζυγίου. » Ἐπὶ τούτοις τοῖς γενομένοις παραδόξοις σημείοις παρὰ τοῦ Ἰησοῦ οὐκ ἔστιν οὔτε προσθῆναι, οὔτε ἀφελεῖν. B Πάντα γὰρ τελείως καὶ ἀνελλιπῶς ἐποίησεν. Ἦν γὰρ δυνατὸς ἐν ἔργοις καὶ λόγοις αὐτοῦ. Ἀμέλει τούτων μηνύων καὶ ὁ ψαλμῳδὸς ἔλεγε· « Περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυνατέ. Τῇ ὡραιότητί σου καὶ τῷ κάλλει σου καὶ ἔκτεινε (96), καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε. » Τῇ γοῦν δυνάμει αὐτοῦ τῇ μεγάλῃ πᾶσαν ἠλευθέρωσε τὴν ἀνθρωπότητα.

6. Ταῦτα δὲ ἐποίησε τὰ σημεῖα παρὼν αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς μεθ' ἡμῶν, ἵνα φοβηθῶμεν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Ὅτι δὲ τὰ αἰσθητὰ σύμβολα νοητῶν ἐστιν, ἄκουε. Ἐπεδήμησε γὰρ ὁ Σωτὴρ, ἵνα τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν προηγουμένως εὐεργετήσῃ. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο τοῖς πολλοῖς ἄγνωστον ἦν, διὰ τῶν ὁρωμένων ἰάσεων τὴν κεκρυμμένην τῆς ψυχῆς σωτηρίαν ἐδείκνυεν. Ἀμέλει τῷ παραλυτικῷ ἄφεσιν τῶν ἁμαρ- C τιῶν δωρησάμενος ἠπιστεῖτο· ἔλεγον γὰρ Ἰουδαῖοι· « Τίς δύναται ἁμαρτίας ἀφιέναι, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός; » Εἶτα, ἐπειδὴ τὸ ἀφανὲς καὶ προηγούμενον ποιήσας ἐλάνθανε, κατὰ δεύτερον λόγον καὶ τὸ σῶμα ἰάσατο. Εἶπε γὰρ αὐτῷ· « Ἔγειραι, ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει. » Ὁρᾷς, πῶς ταχέως οὗτος λέλυται ἀπὸ τῶν δεσμῶν· καὶ οὐ μόνον διὰ τῆς ἔξωθεν ἰάσεως λέλυται, ἀλλὰ καὶ τῶν τοσούτων ἁμαρτημάτων ἐλευθεροῦται· ἔτι μὴν καὶ κήρυκα τῆς θεραπείας αὐτὸν ἀπέδειξε, καὶ ὅλως τὰ γενόμενα αἰσθητῶς νοητῶν χάριν ἐγίνοντο. Διά τοι τοῦτο ἀποστέλλονται καὶ οἱ μαθηταὶ εἰς τὴν κατέναντι κώμην, καὶ λύουσι τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον, κατὰ τὰ κελευσθέντα αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ διδασκάλου. Τοῦτο δὲ ὅλως γέγονεν, ἵνα πληρω- D θῶσιν αἱ τοῦ Ἰακὼβ προφητεῖαι. Εὐλογῶν γὰρ τοὺς δώδεκα πατριάρχας, φθάσας εἰς τὸν Ἰούδαν, προφητεύει, καὶ θεῖα ῥήματα φθέγγεται. Ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· « Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ. » Καὶ ὅλως τὰ λεχθέντα πάντα εἰς τὸν Ἰούδαν εὑρήσεις εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Σωτῆρος προφητευόμενα· δύναται γὰρ ὁ φιλομαθὴς κατ' ὀλίγον ἀναγινώσκων νοῆσαι τὰ περὶ αὐτοῦ εἰρημένα. Ἵνα δὲ μὴ πᾶσαν τὴν ἱστορίαν διηγησώμεθα, ἀκούσωμεν τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· « Πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος ἡμῶν. »

[20] Isa. LXII, 11 ; Zach. IX, 9. [21] Psal. XLIV, 4. 5. [22] Marc. II, 7. [23] ibid. 9. [24] Genes. XLIX, 17. [25] Hebr. VII, 14.

(96) Reg. ἔκτεινον.

7. Διὰ τοῦτο γοῦν ἐγένετο τὰ γενόμενα, ἵνα τὸν δημιουργὸν διὰ τῆς ἑαυτοῦ λειτουργίας φανερὸν ποιήσωσι. Τίς γὰρ, θεασάμενος ναῦν ἄριστα εὐθυνομένην, οὐκ ἔννοιαν δέχεται κυβερνήτου; ἅρμα δὲ καλῶς διαβαῖνον, καὶ τεχνικαῖς ἡνίαις φερόμενον, οὐκ ἐννοεῖ τὸν ἡνιοχοῦντα; Εἰ οὖν ἐπὶ τῶν ἐν χερσὶ τοιαῦτα, τί ἂν εἴποιμεν ἐπὶ τῶν τοῦ Σωτῆρος παραδόξων; Ὁρῶμεν γὰρ τῶν ποιημάτων αὐτοῦ τὰ φοβερὰ καὶ παράδοξα· οἷον θαλάσσης τὰς τρικυμίας, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ προσαρασσόντων ἀνέμων τὰς κινήσεις, ἡλίου τε τὸν κύκλον, καὶ σελήνης τὸν δρόμον, καὶ τῶν ἀστέρων τὴν σύνθεσιν. Τίς δὲ οὐκ ἐφοβήθη, ὅτε τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω; ὅτε ὁ ἥλιος, οὐ φέρων τὸ τολμηθὲν, φόβῳ τὸ φῶς ἔστειλεν; ἢ ὅτε αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν, καὶ τὰ μνημεῖα ἠνεῴχθησαν, καὶ οἱ ἐναποκείμενοι ἀνέστησαν, καὶ οἱ ἐχθροὶ ἐφοβήθησαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ; διὸ καὶ ἄκοντες ὡμολόγουν, ὅτι ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸς ἦν οὗτος, καὶ ὅλως τὰ πλείονα τῶν ἔργων αὐτοῦ ἐν ἀποκρύφοις ἐστί. Χίλιαι γὰρ χιλιάδες παραστήκουσιν αὐτῷ αἰνοῦντες· καὶ μύριαι μυριάδες λειτουργοῦσιν αὐτῷ. Ἐπιγνῶμεν οὖν ἡμεῖς τὸν εὐεργέτην· δοξάσωμεν τὸν Πατέρα σὺν Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι· μίαν θεότητα ὁμολογήσωμεν· τοῦ ἁμαρτάνειν παυσώμεθα· τῶν πτωχῶν μνημονεύσωμεν· ἡ φιλαδελφία μενέτω· τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε. Οὕτω γὰρ διάγοντες, βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομήσομεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A 7. Ideo igitur ea gesta sunt, ut creatorem ministerio suo manifestum facerent. Quis enim navim conspiciens probe directam, non in gubernatoris cognitionem incidit? currum autem recte incedentem conspiciens, atque habenis arte factis rectum, non cogitat aurigam? Si autem obviis de rebus ita judicatur, quid dixerimus de miraculis Salvatoris? Videmus namque opera ejus quæ terribilia et admiranda sunt; cujusmodi sunt maris decumani fluctus, ventorum in eo illidentium motus, solis orbis, lunæ cursus, astrorum compositio. Quis non exterritus fuit, cum velum templi scissum est a summo usque ad imum? cum sol tantum non ferens ausum, metu lucem contraxit? aut cum petræ scissæ sunt, et monumenta aperta sunt,
B ac qui in iis jacebant resurrexere [25], inimicique reformidarunt a facie ejus : quare vel inviti confitebantur, quod vere Filius Dei esset iste. Et vere multa opera ejus abscondita sunt [26]. Millia enim millium laudantium astant ei; et decies millies dena millia ministrant ei [27]. Cognoscamus itaque benefactorem : glorificemus Patrem cum Filio et sancto Spiritu : unam confiteamur deitatem : peccandi finem faciamus, pauperum recordemur : amor fratrum in nobis maneat : hospitalitatis ne obliviscamini. Nam si ita vitam agamus, regnum cœlorum hæreditate accipiemus, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[25] Matth. XXVII, 54. [26] Eccli. XLIII, 36. [27] Dan. VII, 10.

TOΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

Εἰς τό· Πορευομένου δὲ αὐτοῦ ὑπεστρώννυον τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ. Ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔχαιρε χαρὰν μεγάλην, καὶ ἔκραζεν· Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις [28].

S. P. N. ATHANASII

In illud : *Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via. Plurima autem turba gaudebat gaudio magno, et clamabat : Hosanna in excelsis* [28].

1. Ἐὰν τὰ καθέκαστα τῶν ἐξ ἀρχῆς γενομένων πραγμάτων σκοπήσωμεν, ἄπειρά ἐστιν. Εἰ οὖν βλεπομένων καὶ γενομένων παρὰ τοῦ Θεοῦ μνησθῆναί τις οὐ δύναται, πῶς ἂν τὰ κεκρυμμένα αὐτοῦ κατανοῆσαί τις δυνηθῇ; « Τὰ γὰρ πλείονα, » φησὶ, « τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ ἐν ἀποκρύφοις ἐστίν. » Οὐκοῦν ἔστιν ἔργα τοῦ Θεοῦ ἀόρατα, ἅτινα ἐν ἀποκρύφοις τυγχάνει· περὶ ὧν καὶ ὁ θεσπέσιος Ἀπόστολος συμμαρτυρεῖ, καὶ λέγει· « Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· » ἀληθῶς γὰρ, « ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ! » Ἀμέλει καὶ ὁ προφήτης,

D 1. Si singula quæ ab initio gesta sunt opera contemplari velimus, infinita illa sunt. Quod si ea quæ sub aspectum cadunt atque a Deo acta sunt, memoria tenere nemo possit, occulta ejus quomodo quis intelligere poterit? « Multa enim, » inquit, « opera Dei abscondita sunt [29]. » Sunt ergo invisibilia quædam Dei opera, quæ in occulto sunt; de quibus **378** divinus Apostolus testatur dicens : « Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur [30]. » Revera enim, « quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus [31]! » Et vere propheta

[28] Luc. XIX, 36. Matth. XXI, 8. [29] Eccli. XLIII, 36. [30] Rom. I, 20. [31] Rom. XI, 33.

ejusdem cum esset sententiæ ait : « Consideravi opera tua, et expavi [32]. » Quæramus ergo nos primum regnum ejus, atque ita hæc omnia adjicientur nobis ; ita enim Dominus noster Jesus Christus in Evangeliis nos docet his verbis : « Quærite et invenietis [33]. » Quærimus porro, non margaritas, non hyacinthos, quæ imprudentibus admirationi sunt ; sed sapientiam Dei in mysterio absconditam : « Quam nemo principum hujus sæculi cognovit. » Nam « si cognovissent, inquit, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent [34]. » Hæc est autem sapientia, de qua et Salomon in prophetia dicebat : « Mitte mihi sedium tuarum assistricem sapientiam [35]. » Quod autem et Christus sapientia prædicetur, testis erit mihi Paulus dicens : « Christus Dei virtus et Dei sapientia [36]. Quærite ergo primum regnum Dei et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis [37]. » Nam quæ futura sunt, prioribus (ac præcipuis illis) posteriora sunt. Etsi enim rationem quamdam habeat legis umbra, attamen futurorum bonorum arrhabo est.

2. Judæi ergo in hodiernum usque diem, litteræ magis quam spiritui adhibentes animum, errant. Audi namque quid dicant : Hic homo legem et Sabbata solutum venit. Verum si mendicus contra divitias loquatur, nequaquam illi fides habebitur : neque si intemperans homo adversus temperantiam verba faciat, verum est testimonium ejus. Non enim ex affectu hæc affirmant. Ille namque ideo divitias damnat quod eas minime possideat : qui vero continentiam non servat, neque cum labore temperantiam exercet, is homines irridet earum virtutum studiosos. Et vero Dominus et Salvator noster Jesus Christus, eorum coarguens amentiam, ait : « Non veni solvere legem aut prophetas, sed adimplere [38]. » Ideoque beatus Paulus hæc scribit. « Plenitudo igitur legis Christus, ad justitiam omni credenti [39]. » Accuratius itaque, dilecti, illud de discipulis consideremus : consideremus, inquam, in illa quæ proprie, et sine additamento sapientia vocatur. Hæc quippe notitiam divinorum habet mysteriorum. Hæc in mente nostra ceu in domo habitat, si præsertim pura sit, ac cogitationes observet : « Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis [40]. » Purgemus itaque nos, dilecti, ab omni sorde animæ et corporis, auscultemusque clamantem prophetam : « Mundate manus, peccatores : purgate corda, duplices animo [41]. » Ita enim quis poterit, et sensibilia probare, et spiritualia tenere ; atque hæc eligere, ab illis procul recedere. Quemadmodum probi trapezitæ, bonum eligamus, et ab omni mala specie abstineamus. Bona ergo velut necessa-

A τῆς αὐτῆς ἐχόμενος γνώμης, ἔλεγε· « Κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην. » Ζητήσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς πρῶτον τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ οὕτω ταῦτα πάντα προστεθήσεται ἡμῖν· οὕτω γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν Εὐαγγελίοις διδάσκει λέγων· « Ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε. » Ζητοῦμεν δὲ ἡμεῖς οὐ μαργαρίτας, οὐδὲ ὑακίνθους, ἅπερ οἱ ἀπειρόκαλοι (8) τεθαυμάκασιν· ἀλλὰ ζητοῦμεν Θεοῦ σοφίαν ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην· « Ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν. » « Εἰ » γὰρ « ἔγνωσαν, φησὶν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. » Αὕτη δέ ἐστιν ἡ σοφία, περὶ ἧς ἔλεγε καὶ ὁ Σολομὼν ἐν προφητείᾳ· « Ἐξαπόστειλόν μοι τὴν τῶν σῶν θρόνων πάρεδρον σοφίαν. » Ὅτι δὲ ὁ Χριστὸς καὶ σοφία κηρύσσεται, μαρτυρήσει μοι ὁ B Παῦλος, λέγων· « Χριστὸς Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία. Ζητεῖτε οὖν πρῶτον τὴν βασιλείαν καὶ τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ, καὶ οὕτω ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. » Τὰ γὰρ ἐσόμενα τῶν ἡγουμένων δεύτερα τυγχάνει· κἂν γὰρ ἔχει λόγον ἡ κατὰ τὸν νόμον σκιὰ, ἀλλὰ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀῤῥαβών ἐστιν.

2. Ἰουδαῖοι τοιγαροῦν μέχρι σήμερον, τῷ γράμματι μᾶλλον ἢ τῷ πνεύματι προσέχοντες, ἐπλανήθησαν. Ἄκουε γὰρ αὐτῶν λεγόντων· Οὗτος ὁ ἄνθρωπος τὸν νόμον ἦλθε καταλῦσαι καὶ Σάββατα. Ἀλλ' ἐὰν πτωχὸς λέγει κατὰ χρημάτων, οὐ πιστευθήσεται· οὐδ' ἂν ἀκόλαστος περὶ σωφροσύνης, ἀληθὴς αὐτοῦ ἡ μαρτυρία. Οὐ γὰρ ἐκ διαθέσεως περὶ τούτων δια-C βεβαιοῦνται· ὁ μὲν γὰρ τῷ μὴ ἔχειν καταποφαίνεται τοῦ πλούτου· ὁ δὲ μὴ ἐνεργήσας τῇ ἐγκρατείᾳ, μηδὲ μετὰ πόνου σωφροσύνην ἀσκήσας, χλευάζει τοὺς ἐπιποθοῦντας. Ἀμέλει ὁ Κύριος καὶ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, διελέγχων αὐτῶν τὴν ἄνοιαν, ἔλεγεν· « Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, οὐδὲ τοὺς προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι. » Διὸ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος γράφει, λέγων· « Πλήρωμα οὖν νόμου ὁ Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι. » Κατασκεψώμεθα οὖν βαθύτερον περὶ τῶν μαθητῶν, ἀγαπητοί· κατασκεψώμεθα δὲ ἐν τῇ κυρίως καὶ ἄνευ προσθήκης σοφίᾳ καλουμένῃ· αὕτη γὰρ γνῶσιν ἔχει θείων μυστηρίων· αὕτη ἐν τῇ διανοίᾳ ἡμῶν ὡς ἐν οἴκῳ κατοικεῖ, ἐὰν μάλιστα καθαρὰ τυγχάνῃ, περὶ τὰ νοήματα ἀσχολουμένη· « Εἰς γὰρ κακότεχνον ψυχὴν οὐκ D εἰσελεύσεται σοφία, οὐδὲ κατοικήσει ἐν σώματι κατάχρεῳ ἁμαρτίαις. » Καθαρίσωμεν οὖν ἑαυτοὺς, ἀγαπητοὶ, ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ ψυχῆς καὶ σώματος· ἀκούσωμεν τοῦ προφήτου βοῶντος· « Ἁγνίσατε χεῖρας, ἁμαρτωλοὶ, καθαρίσατε καρδίας, δίψυχοι. » Οὕτω γάρ τις δυνηθῇ καὶ τὰ αἰσθητὰ δοκιμάζειν, καὶ τὰ νοητὰ κατέχειν· καὶ τὰ μὲν αἱρεῖσθαι, τῶν δὲ πόῤῥω γενέσθαι. Ὡς δόκιμοι τραπεζῖται τὸ καλὸν ἐκλεξώμεθα, ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπεχόμενοι. Τοῖς οὖν καλοῖς ὡς ἀναγκαίοις προσέλθωμεν, τοῖς δὲ ἀδια-

[32] Habac. III, 2. [33] Matth. VII, 7. [34] I Cor. II, 6. [35] Sap. IX, 4. [36] I Cor. I, 24. [37] Matth. VI, 33. [38] Matth. V, 17. [39] Rom. X, 4. [40] Sap. I, 4. [41] Jac. IV, 8.

(8) Reg. ἀπειρόκακοι.

φόροις; ὅσον ἡ χρεία ἀπαιτεῖ. Ὁ γὰρ πλοῦτος τῷ ἰδίῳ λόγῳ οὐδὲ ἀγαθὸς οὐδὲ φαῦλος τυγχάνει, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει τοῦ χρωμένου εἰς ἑκάτερα κρίνεται. Αὐτίκα ὁ μέγας Ἀβραὰμ πλούσιος σφόδρα ἐτύγχανεν· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο τῆς ἀρετῆς ἐξέκλινεν. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ πτωχὸς Λάζαρος, ἐν πενίᾳ ὤν, εἰς ἀνδρείαν καὶ μεγαλοψυχίαν τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ λογισμῷ ἐνηλείφετο. Οὐκοῦν, ὡς ἔφην, οὔτε ἡ πενία κακὸν, οὔτε ὁ πλοῦτος φαῦλος· ἀλλὰ ἡ χρῆσις μετὰ τῆς διαθέσεως τοῦ χρωμένου. Ἀμέλει τοῦ πιστοῦ ὅλος ὁ κόσμος τῶν χρημάτων· τοῦ δὲ ἀπίστου οὐδὲ ὀβολός. Τῷ μὲν γὰρ πιστῷ τὰ πάντα ὑποτέτακται, καὶ δοῦλα τὰ πάντα τυγχάνει· ἐπειδὴ καὶ πάντων ἄρχει, καὶ πάντων καταφρονεῖ· ὁ δὲ ἄπιστος πάντων ἐστὶ δοῦλος, κυριευόμενος ὑπὸ τοῦ μαμωνᾶ, μηδενὸς ἄρχων, ἀλλὰ μᾶλλον ἀρχόμενος. Καὶ πάντα μὲν τὰ τοῦ Θεοῦ ποιήματα καλά· ἡ δὲ τῶν χρωμένων διάθεσις πολὺ τὸ διάφορον ἔχει.

3. Ἀμέλει ὁ σοφὸς Ἐκκλησιαστὴς, μετὰ σοφίας τοῖς πᾶσι τὸν νοῦν ἑαυτοῦ ἐπιστήσας, κατεσκέψατο, καὶ διέγνω, πῶς πλούτῳ χρήσηται· πῶς πενίαν ἐνέγκῃ· πῶς νόσον ὑπομένῃ· πῶς δὲ ὑγίειαν καταμίξῃ. Αὗται δέ εἰσιν αἱ ἀρεταὶ, αἵτινες τὴν ἐπιμέλειαν τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει ποιοῦνται. Ἀπεναντίως δὲ τοῖς εἰρημένοις ὁ μὴ σοφὸς διατεθήσεται· τοῦτο δέ ἐστι τὸ περισπασμὸν πονηρὸν δεδόσθαι τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων παρὰ Θεοῦ, ἵνα ἐκ τοῦ ἐπιπόνου μόχθου, καὶ τῆς ἐν τοῖς ὁρωμένοις ἀμηχανίας, ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν καὶ σοφίαν καταφεύγωσι. Τούτου χάριν περισπασμὸν « πονηρὸν » δέδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, τουτέστιν, ἐπίπονον. Ὅτι δὲ « τὸ πονηρὸν » ἐπίπονόν ἐστιν, ἄκουε τὸ Ἰὼβ γεγραμμένον· φησὶ γάρ· Ἔπεσεν ἐν τῷ Ἰὼβ ἕλκη πονηρὰ, τουτέστιν, ἐπίπονα· καὶ αἱ πληγαὶ Αἰγύπτου πονηραὶ κέκληνται, τουτέστιν, ἐπίπονοι· ἵνα καὶ τὴν διάνοιαν ἑαυτῶν κινήσωσιν οἱ ἄνθρωποι ἐπὶ τὰ θεῖα λόγια, καὶ ἐν τούτοις ἀεὶ φρονιμώτεροι γενόμενοι, ἐπιστήσωσι τὸν νοῦν ἑαυτῶν τῷ ζωοποιῷ πνεύματι. Οἴδατε γὰρ, ὅτι τὸ μὲν γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ. Πόνῳ οὖν καὶ ἀσκήσει τὴν τῆς ἀρετῆς ὠφέλειαν ἀσπασώμεθα· πόνῳ γὰρ τὸ καλὸν κατορθοῦται, ὡς ὁ μακάριος Παῦλος γράφει λέγων· « Ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις (9), ἐν πληγαῖς, ἐν ἀκαταστασίαις, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησι· » Πάντα στέγω, πάντα ὑπομένω, ἵνα μή τινα ἐγκοπὴν δῶμεν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. »

4. Ταῦτα δὲ προεθήκαμεν τῷ λόγῳ, ἐπειδὴ τὸ ἀνάγνωσμα δοκεῖ τινα ἔχειν λόγον· φησὶ γάρ· « Πορευομένου δὲ αὐτοῦ, ὑπεστρώννυον τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ· » ἵνα τὸν Ἰησοῦν ἐπιβιβάσαντες τῷ πώλῳ, ἄρξωνται πορεύεσθαι. Τοῦτο δὲ ἡμᾶς τὸ εὐαγγελικὸν διδάσκει ῥητόν. Καὶ πόσα ὅλως οἱ ἀπόστολοι ἱμάτια εἶχον ἑαυτῶν, ὥστε τὰ μὲν αὐτῶν ἐπιῤῥίπτειν τῇ ὄνῳ, ἵνα ἐπιβιβάσωσι τὸν Ἰησοῦν, τὰ δὲ ὑποστρωννύειν ἐν τῇ ὁδῷ· ἀκτήμονες ἄνδρες, καὶ πάντα κατα-

A ria adeamus; indifferentia, quantum postulat necessitas. Divitiæ namque ratione sui, nec bonæ nec malæ sunt; sed utentis animo in utramque partem æstimantur. Repente magnus ille Abraham dives fuit: nec ideo a virtute declinavit. Similiter mendicus Lazarus in paupertate cum viveret, ad fortitudinem et magnanimitatem sapientia et ratiocinio sese confirmabat. Itaque, ut dixi, nec paupertas malum est, nec divitiæ perniciosæ; sed usus atque utentis affectus. Fidelis sane hominis sunt omnes mundi opes; infidelis ne obolus quidem. Fideli enim omnia subjecta sunt, omnia ipsi serviunt: quia ipse omnibus imperat et omnia spernit; infidelis autem omnium est servus, sub dominatu mamonæ: nemini imperans; sed potius sub omnium imperio B est. Et quidem omnia Dei opificia bona sunt; at inter utentium affectus ingens est discrimen.

379 3. Profecto sapiens Ecclesiastes, mentem omnibus sapienter applicans, consideravit ac novit, qua ratione divitiis uteretur: quomodo pauperiem ferret, quomodo morbum sustineret, quomodo sanitatem attemperaret. Hæ sunt virtutes quæ curam humano generi afferunt. Opposito autem modo qui sapiens non est affectus erit: hoc est autem illud: occupationem pessimam datam esse filiis hominum a Deo, ut ex ingenti labore, et magna in aspectabilibus rebus difficultate, ad Dei providentiam atque sapientiam confugiant. Idcirco occupationem « pessimam [42] » dedit Deus filiis hominum, id est laboriosam. Quod autem illud, « pessimum, » idipsum C sit quod laboriosum, audi illud in libro Job scriptum [43]: Ceciderunt in Job ulcera pessima, id est laboriosa: et Ægypti plagæ « pessimæ » vocatæ sunt, id est laboriosæ; ut et mentem suam homines ad divina oracula concitent; in iisque semper prudentia proficiant, mentem suam vivifico spiritu confirment. Nostis enim litteram quidem occidere, spiritum autem vivificare. Labore itaque ac exercitatione nostra virtutis utilitatem amplectamur. Labore quippe bonum perficitur, quemadmodum beatus Paulus scribit: « In tribulationibus, in necessitatibus, in plagis, in perturbationibus [44], » etc. Rursumque idem ait: « Omnia operio, omnia sustineo, ne quod offendiculum demus Evangelio Chri- D sti [45]. »

4. Hæc autem orationi nostræ præfiximus, quia cum iis lectio communem quamdam habet rationem; ait enim: « Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via [46]: » ut Jesum pullo imponentes procedere inciperent. Hoc autem evangelica nos docet lectio. Quot ergo habebant apostoli vestimenta, ut alia quidem injicerent in asinam, ut imponerent illi Jesum; alia substernerent in via: viri scilicet possessionibus vacui, qui omnia reli-

[42] Eccle. I, 13. [43] Job II, 7. [44] II Cor. VI, 4. [45] I Cor. VII, 12. [46] Luc. XIX, 26.

(9) Ita Reg. 2. In editis, ἐν ἀνάγκαις deest.

querant, et qui tum alia omnia præcepta, tum hoc servabant, ut neque duas tunicas haberent? Quanta porro isthæc hilaritas, ut incedentem asinum, non humi, sed per vestimenta vellent incedere? Hoc autem luxuriosorum ac delicatorum. An Jesus ita deliciis operam dabat, ut nollet se vehentem asinam humi incedere? Dilecti, non delicatorum est hæc doctrina: nec quis unquam exstitit qui hoc egerit. Neque enim inter gentiles Nabuchodonosor id unquam fecit: nec qui ei successit Baltasar: neque magnus Salomon, cum esset in regno suo. Supra diximus enim novisse eum quo pacto divitiis uteretur, quo pauperiem ferret, etc. Ipsum enim sic loquentem audire licet: « Domine, divitias et paupertatem ne dederis mihi; sed cum mensura da mihi quæ necessaria sunt et sufficiunt [47]. » Sapientiam autem magis curabat, quare exclamat ac dicit: « Elegi ipsam habere præ auro et argento, super salutem ac speciem dilexi illam [48]. » Unde discipulis tot vestimenta, ut a Bethania donec Jerosolymam introiret, asinæ incedenti substernerentur?

5. Sed me oratio ipsa concitat ad sublimiorem accedere interpretationem, ac disquirere quæ sint apostolica vestimenta. Nos itaque ipsos a terra paululum subducamus. Dico igitur substrata asinæ vestimenta, morales esse præceptiones ejus pedibus suppositas, hæ scilicet: « Non mœchaberis, non occides, non furtum facies, non loqueris falsum testimonium: honora patrem tuum et matrem tuam [49], » et his similia præcepta. Ne itaque humi ulterius incedamus: quando nobis enim apostolica substrata sunt vestimenta, humi incedere non debemus; ut ne animæ nostræ pedes terræ pulvere inquinemus. Quod si quis ad hoc nos provocet, dicamus ipsi: « Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos [50]? » Atque ideo fortasse lavat Jesus discipulorum pedes, ut, eo **380** qui ante hærebat excusso pulvere, non ultra humi ambularent, nec pedes suos terræ pulvere inquinarent, sed purgati per vestimenta incederent. « Quam speciosi, » enim inquit, « pedes evangelizantium pacem [51]. » Accingamus itaque et nos lumbos mentis nostræ, et calceis subligemus pedes in præparatione Evangelii pacis [52]. Contigit enim nos aliquando in terra tentari, cum tempore captivitatis, captivi ducti sumus in terram Chaldæorum. Quapropter ingemens propheta dicebat: « Delicata mea ambulavit vias asperas [53]. » Nam ante adventum Domini, experimentum fecit pes delicatæ animæ ambulandi in terram, ubi vero ad nos venit Dominus noster Jesus Christus, prædicaturus captivis remissionem: « Tunc mittit aquam in pelvim, et ponit vestimenta sua, et linteo circumcingit se, et lavat pedes discipulorum. Postquam vero lavit pedes eorum, induitur

λείποντες, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων πάντων καὶ ταύτην τὴν ἐντολὴν φυλάξαντες, τὸ μήτε δύο χιτῶνας ἔχειν; Τίς δὲ καὶ ἡ τοσαύτη ἱλαρότης, ὥστε βαδίζοντος ὄνου, μὴ θέλειν ἐπιβαίνειν χαμαὶ, ἀλλ' ἐπὶ ἱματίων; Ταῦτα δὲ ἐκδιῃτημένων ἐστὶ καὶ τρυφώντων. Ἆρα καὶ Ἰησοῦς τρυφῇ ἐσχόλαζεν, ἵνα μὴ βουληθῇ ἐποχουμένου αὐτοῦ χαμαὶ πατεῖν τὴν ὄνον; Ἀγαπητοὶ, οὐκ ἔστι τρυφώντων τὸ διδασκάλιον· ἀλλ' οὐδὲ τῶν πώποτέ τις ὁ τὸ ῥητὸν τοῦτο ποιήσας· οὐδὲ γὰρ ὁ παρ' Ἕλλησι Ναβουχοδονόσωρ τοῦτο πεποίηκεν· οὐδὲ ὁ τοῦτον διαδεξάμενος Βαλτάσαρ· οὔτε μὴν ὁ μέγας Σολομὼν, ὅτε ἦν ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. Προειρήκαμεν γὰρ, ὅτι ἐγίγνωσκε, πῶς χρήσηται τῷ πλούτῳ, πῶς πενίαν ἐνέγκῃ, καὶ τὰ ἑξῆς. Αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἀκοῦσαι λέγοντος· « Κύριε, μή μοι δῷς πλοῦτον, μηδὲ πενίαν· ἀλλὰ μέτρησόν μοι τὰ δέοντα καὶ αὐτάρκη. » Σοφίας δὲ μᾶλλον ἐπεμελεῖτο· διὸ βοᾷ καὶ λέγει· « Εἱλόμην αὐτὴν ἔχειν ἀντὶ χρυσίου καὶ ἀργυρίου· ὑπὲρ ὑγείαν καὶ εὐμορφίαν ἠγάπησα αὐτήν. » Πόθεν δὲ τοσαῦτα ἱμάτια τοῖς μαθηταῖς, ὥστε ἀπὸ Βηθανίας ἕως εἰσέλθῃ εἰς Ἱεροσόλυμα ὑποστρωννύναι τῇ ὄνῳ βαδιζούσῃ;

5. Ἀλλὰ νύττει με ὁ λόγος ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν ἀναγωγὴν, καὶ ἐκζητῆσαι τὰ ἀποστολικὰ ἱμάτια. Ἐπαναγάγωμεν οὖν ἑαυτοὺς ἐκ τῆς γῆς ὀλίγον. Φημὶ τοίνυν τὰ ὑποστρωννύμενα ἱμάτια τῇ ὄνῳ τὰ ἠθικὰ εἶναι παιδεύματα, ῥιπτόμενα ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῆς· ταῦτά ἐστι τό· « Οὐ πορνεύσεις· οὐ φονεύσεις· οὐ κλέψεις· οὐ ψευδομαρτυρήσεις· τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, » καὶ τὰ τούτοις ὅμοια παραγγέλματα. Μηκέτι οὖν χαμαὶ πατῶμεν· ἱματίων γὰρ ἡμῖν ἀποστολικῶν ὑπεστρωμένων, χαμαὶ πατεῖν οὐκ ὀφείλομεν, ἵνα μὴ τοὺς πόδας ἑαυτῶν τῆς ψυχῆς μολύνωμεν ἀπὸ τοῦ χοῦ τῆς γῆς· ἀλλὰ καὶ ἐάν τις ἡμᾶς ἐπὶ τούτῳ προσκαλέσηται, εἴπωμεν αὐτῷ· « Ἐνιψάμην τοὺς πόδας μου, πῶς μολυνῶ αὐτούς; » Καὶ τάχα διὰ τοῦτο νίπτει Ἰησοῦς τῶν μαθητῶν τοὺς πόδας, ἵνα, ἥνπερ εἶχον πρότερον κόνιν ἀποβαλόντες, μηκέτι χαμαὶ πατῶσι, μηδὲ μολύνωσιν ἑαυτῶν ἀπὸ τοῦ χοῦ τῆς γῆς τοὺς πόδας, ἀλλὰ καθαροὶ γενόμενοι ἐπὶ ἱματίων ἐπιβαίνωσιν. « Ὡς ὡραῖοι » γὰρ, φησὶν, « οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην. » Περιζωσώμεθα οὖν καὶ ἡμεῖς τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ἡμῶν, καὶ ὑποδυσώμεθα τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης. Συνέβη γὰρ ἡμᾶς ποτε ἐπὶ γῆς πειραθῆναι, ὅτε κατὰ τὸν καιρὸν τῆς αἰχμαλωσίας ἐξῃχμαλωτίσθημεν εἰς τὴν γῆν τῶν Χαλδαίων. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ προφήτης στενάζων ἔλεγεν· « Ἡ τρυφερά μου ἐπορεύθη ὁδοὺς τραχείας. » Πρὸ γὰρ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου πεῖραν ἔλαβεν ὁ ποῦς τῆς τρυφερᾶς ψυχῆς βαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς· ὅτε δὲ ἐπεδήμησεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, κηρύξαι τοῖς αἰχμαλώτοις ἄφεσιν· « Τότε ἔβαλεν ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἀποτίθεται τὰ ἱμάτια, καὶ λέντιον περιζώννυται, καὶ νίπτει τῶν μαθητῶν τοὺς πόδας· καὶ μετὰ τὸ νίψαι

[47] Prov. xxx, 8. [48] Sap. vii, 9, 10. [49] Exod. xx, 12-17. [50] Cant. v, 3. [51] Rom. x, 15; Isa. lii, 7. [52] Ephes. vi, 14. [53] Baruch. iv, 26.

αὐτῶν τοὺς πόδας, ἐνδύεται (10) τὰ ἱμάτια αὐτοῦ· » καὶ ἐνδεδυμένος συνήσθιεν αὐτοῖς. Ὥστε διὰ τοῦτο ὑπέστρωσαν τὰ ἱμάτια αὐτῶν οἱ μαθηταὶ ἐν τῇ ὁδῷ, ἵνα μὴ ἐπὶ γῆς βαίνωμεν, μηδὲ ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ πορευώμεθα· ἀλλ' ἀντὶ τοῦ τὸ στῆθος ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἐπανακλίνεσθαι, ἐπικλίνωμεν (11) μᾶλλον αὐτῷ, ὡς Ἰωάννης, ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ. Κἂν γὰρ ἔτι ἐπὶ τῆς γῆς ὁ τοιοῦτος διατρίβῃ, οὐκ ἔχει τοὺς πόδας συρομένους ἐπὶ τῆς γῆς· ἀλλ' ὡς ὁ Παῦλος, ἐπὶ γῆς περιπατῶν, ἐν οὐρανῷ πολίτευμα ἔχει.

6. « Ἐπεκάθισαν οὖν, φησὶ, τὸν Ἰησοῦν ἐπὶ τὸν πῶλον. Καὶ, πορευομένου αὐτοῦ, ὑπέστρωσαν τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ. Οἱ δὲ ὄχλοι οἱ προάγοντες αὐτὸν καὶ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον, λέγοντες· Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. » Θαῦμα καινὸν καὶ παράδοξον, ἀγαπητοί. Ἆρα γὰρ πλῆθος ἦν μαθητῶν μετὰ τοῦ Ἰησοῦ, οὐχ οἱ δώδεκα ἦσαν μόνοι; Καὶ πῶς πλῆθος ἐνταῦθα σημαίνει τὸ Εὐαγγέλιον; Ἀλλὰ τάχα καὶ ἄγγελοι αὐτῷ συμπαρῆσαν, καὶ δυνάμεις θεῖαι αὐτῷ ἐμαθήτευον. Πρὸ γὰρ Πέτρου, καὶ Ἰωάννου, καὶ τῶν λοιπῶν, Γαβριὴλ αὐτῷ μαθητεύεται· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἀποσταλεὶς πρὸς τὴν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ μεμνηστευμένην παρθένον Μαρίαν. Αὐτός ἐστιν ὁ λέγων, « Ἆρον τὸ παιδίον, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον. » Αὐτός ἐστιν ὁ εἰρηκώς· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. » Αὐτός ἐστιν ὁ καὶ ἐν τῷ μνημείῳ ἀποκυλίσας τὸν λίθον· αὐτός ἐστιν ὁ καὶ ταῖς γυναιξὶν εὐαγγελισάμενος, καὶ εἰπών· « Οὐκ ἔστιν ὧδε, ὃν ζητεῖτε· ἀνέστη ἐκ τῶν νεκρῶν, ὥσπερ εἴρηκε. Δεῦτε, φησὶν, ἴδετε τὸν τόπον, ὅπου ἔκειτο· ἰδοὺ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε. » Διὸ καὶ ὁ προφήτης πρὸ πολλοῦ βοᾷ λέγων· « Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν, ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα. » Καὶ ἄγγελοι οὖν αὐτῷ μαθητευόμενοι διακονοῦσι. « Καὶ ἰδοὺ, φησὶν, οἱ ἄγγελοι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ. » Καὶ πάντες αὐτῷ μαθητεύοντες (12) χαίρουσιν· « Ἤρξαντο » γὰρ, φησὶν, « ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν χαίρειν χαρὰν μεγάλην. »

7. Ζητῶ οὖν, ἐπὶ τίνι χαίρουσιν οἱ μαθηταὶ καὶ αἱ θεῖαι δυνάμεις, καὶ χαίρουσιν αἰνοῦντες τὸν Θεὸν φωνῇ μεγάλῃ; Ἆρα ὅτι ὁ Κύριος ἐπὶ ψιλοῦ ὀναρίου ἐκαθέσθη; Καὶ διὰ τοῦτο χαίρουσιν οἱ μαθηταὶ καὶ αἱ θεῖαι δυνάμεις, ὅτι ὁ Κύριος ἐπὶ ὀναρίου ἐπωχεῖτο; Τίς ἡ τοσαύτη ἀπειροκαλία; Ἐάν τις ἐπὶ ὄνου καθεσθῇ, χαρᾶς ἄξιόν ἐστι; Καὶ ἐπὶ τούτῳ τις ὀφείλει χαίρειν, καὶ ταῦτα οἱ τοῦ Κυρίου μαθηταί; Ἐγὼ οὐκ οἶμαι διὰ τοῦτο χαίρειν τοὺς μαθητὰς τοῦ Ἰησοῦ· μάλιστα καὶ ἀγγέλων αὐτοῖς συνόντων, καθὼς ὑπεθέμεθα. Ἐκεῖνοι γὰρ ἴσασι, διὰ ποῖα πράγματα χαίρουσι. Πάντως γὰρ ὁρῶσί τινα, ἐφ' οἷς ἄξιον ἦν αὐτοὺς χαίρειν. Πρόσχες γὰρ, τί φησι τὸ Εὐαγγέλιον· ὅτι ἔχαιρον « ἐπὶ πασῶν, ὧν εἶδον, δυνάμεων. » Οἵας δὲ

vestimentis suis [54] : » atque indutus cœnavit cum illis. Ideo ergo discipuli substraverunt vestimenta sua in via, ne in terra amplius incedamus, neve supra pectus aut ventrem gradiamur; sed potius quam supra terram pectus nostrum reclinemus, supra pectus Jesu, quemadmodum Joannes, reclinemus illud. Nam qui talis est, etiamsi in terra versetur, non habet tamen pedes in terra versantes; sed sicuti Paulus, dum in terra ambulat, conversationem suam in cœlis habet.

6. « Imposuerunt ergo, » inquit, « Jesum super pullum. Eunte autem illo substernebant vestimenta sua in via. Turbæ autem quæ præcedebant, et quæ sequebantur, clamabant dicentes : Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini [55]. » Miraculum novum et stupendum, dilecti. Nunquid discipulorum multitudo cum Jesu erat? nonne duodecim soli erant? Ecquid ergo multitudinem hic indicat Evangelium? Sed fortassis angeli quoque aderant illi, ac divinæ virtutes pro discipulis erant. Nam ante Petrum, Joannem ac reliquos, Gabriel ipsius est discipulus : ipse namque missus est ad Mariam virginem ex semine David, desponsatam viro. Ipse est qui ait : « Accipe puerum et fuge in Ægyptum [56]. » Ipse est qui dixit : « Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi [57]. » Ipse est qui lapidem in monumento revolvebat. Ipse est qui mulieribus annuntiabat dicens : « Non est hic quem quæritis : surrexit a mortuis, sicut dixit. Venite, inquit, videte locum, ubi positus erat. Ecce præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis [58]. » Quare diu antea propheta clamaverat : « Galilæa gentium, populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam [59]. » Ergo et angeli ut discipuli ei ministrant. « Et ecce, ait, angeli accesserunt, et ministrabant ei [60] : » Gaudentque omnes qui e discipulorum ejus numero sunt. Nam « cœperunt, ait, omnis turba discipulorum gaudere gaudio magno [61]. »

7. Quæro itaque, quid causæ est quod discipuli et divinæ virtutes gaudeant, imo gaudeant magna voce Deum laudantes? Num ideo gaudent discipuli ac divinæ virtutes, quod Dominus vili asello vehatur? quæ tanta imperitia? An gaudio dignum est si quis asello vehatur? An ideo lætandum, et quidem Domini discipulis? Non putarim ego ideo gaudere discipulos Jesu, maxime præsentibus angelis, ut memoravimus. Illi namque sciunt qua de causa gaudeant : semper enim nonnulla vident, quorum causa gaudere illos convenit. Attende enim, quid dicat Evangelium : gavisos eos fuisse, « super omnibus quas viderant virtutibus [62]. » Quas autem virtutes videbant discipuli, cum Dominus asinæ in-

[54] Joan. XIII, 4, 5, 12. [55] Matth. XXI, 7-9. [56] Matth. II, 13. [57] Luc. I, 36. [58] Matth. XXVIII, 6, 7. [59] Isa. IX, 1, 2. [60] Matth. IV, 11. [61] Luc. XIX, 37. [62] ibid.

(10) Reg ἐνδιδύσκεται.
(11) Reg. ἐπανακλίνωμεν.
(12) Sic Reg. Editi vero, διακονοῦντες.

cideret? Non erat parvi res momenti, sed per rei illius seriem contemplabantur mysteria quædam divinasque virtutes. Audi **381** enim Salvatorem dicentem: « Gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem justis qui non indigent pœnitentia [63]. » Quare alibi docet eos loquens in parabolis: « Homo quidam habens centum oves, si erraverit una ex eis, nonne relinquit nonaginta novem, quæ non erraverant, et vadit quærere eam quæ erravit? Et inveniens eam, gaudet super eam magis, quam super nonaginta novem, quæ non erraverunt [64]. » Quæ enim non erraverunt, non egent pœnitentia. Hic itaque pullus etiam ovis vocatur, et filius adolescentior: « Ovis enim, inquit, errans factus est populus meus [65]. » Et alibi: « Cognovit bos possessorem suum et asinus præsepe domini sui [66]. » Item: « Filius hic meus adolescentior perierat, et inventus est: mortuus erat, et revixit [67]. »

8. Hæc itaque omnia in se suscipiens Dominus, hominem induit, et quasi ovis ad occisionem ductus est, ac sedit super asellum, et mortuus est atque sepultus secundum Scripturas. Et corpus quidem ejus jacebat in monumento, deitas vero ejus infernum spoliabat; atque solvebat compeditos, captivos redimebat, mortuosque vivificabat. Ideo namque in crucem ascendit de inimico triumphans, atque factus pro nobis maledictum, spinisque coronatus, ut nos ex lata adversum nos sententia redimeret. Nam Adamo dictum fuit: « Spinas germinabit tibi terra [68]: » Quare coronam spineam accipit, calamumque dexteræ ejus manui gestandum pararunt; ut eo serpentis facile cædem patraret. Item pro serpentis veneno, quod hausit Adam in paradiso, ipse pro nobis felle et aceto potatur. Et pro costa ex qua prodiit Eva, ipse latus suum præbuit perforandum. Mulier Eva, mulier Maria, ex qua natus est Christus. Homo Adam, homo etiam quem Christus gestabat. Paradisus erat ex quo Adam ejectus est; paradisus item quem latroni aperuit Christus. Hic itaque pullus peccator unus est, pœnitentiam agens, quem solvit Dominus ex diaboli vinculis, de quo gaudium est, non in terra modo, sed etiam in cœlis. Cum igitur solutus pullus fuisset a discipulis, adducunt eum ad Jesum, gaudentque gaudio magno: item angeli et divinæ virtutes gaudent super eo qui perierat et inventus est. Qui igitur iis quæ diximus, accurate animum applicuerit, et evangelica verba mystice legerit, is sane perspiciet, hunc pullum esse peccatorem Adamum. Cum dico Adamum, universum genus humanum intellige. Hic ergo pullus ante Salvatoris adventum, feris erat subjectus, quemadmodum antehac diximus. Feras voco omnem adversam

A δυνάμεις ἐθεώρουν οἱ μαθηταὶ, ἐν τῷ ἐπικαθέσθαι τῇ ὄνῳ τὸν Ἰησοῦν; Οὐκ ἦν ψιλὸν τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ διὰ τῆς ἱστορίας ἐθεώρουν τινὰ μυστήρια καὶ δυνάμεις θείας. Ἄκουε γὰρ τοῦ Σωτῆρος λέγοντος, ὅτι « Χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ἢ ἐπὶ ἐννενήκοντα ἐννέα δικαίοις, οἵτινες οὐ χρείαν ἔχουσι μετανοίας. » Διὸ καὶ ἐν ἑτέρῳ ἐδίδασκεν αὐτοὺς, λέγων ἐν παραβολαῖς· « Ἄνθρωπός τις ἔχων ἑκατὸν πρόβατα, ἐὰν πλανηθῇ ἓν ἐξ αὐτῶν, οὐχὶ ἀφίησι τὰ ἐννενήκοντα ἐννέα τὰ μὴ πεπλανημένα, καὶ πορεύεται ζητῶν τὸ πεπλανημένον; Καὶ εὑρὼν αὐτὸ, χαρὰν (13) χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον ἢ ἐπὶ τοῖς ἐννενήκοντα ἐννέα τοῖς μὴ πεπλανημένοις· » τὰ γὰρ μὴ πεπλανημένα χρείαν οὐκ ἔχουσι μετανοίας. Οὗτος οὖν ὁ πῶλος καὶ πρόβατον καλεῖται, καὶ υἱὸς
B νεώτερος. « Πρόβατον γὰρ, φησὶ, πλανώμενον ἐγενήθη ὁ λαός μου· » καὶ πάλιν· « Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· » καὶ, « Ὁ υἱός μου οὗτος ὁ νεώτερος ἀπολωλὼς ἦν, καὶ εὑρέθη· νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησεν. »

8. Ταῦτα οὖν πάντα εἰς ἑαυτὸν ἀναδεξάμενος ὁ Κύριος, ἄνθρωπον ἐνεδύσατο, καὶ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ἐπὶ ὀναρίου ἐκαθέσθη, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη, κατὰ τὰς Γραφάς. Καὶ τὸ μὲν σῶμα αὐτοῦ ἔκειτο ἐν τῷ μνημείῳ, ἡ δὲ θεότης ἐσκύλευσε τὸν ᾅδην· καὶ ἔλυσε τοὺς πεπεδημένους, καὶ ἐλυτροῦτο τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ ἐζωοποίει τοὺς τεθανατωμένους. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀνέρχεται θριαμβεύων τὸν ἐχθρὸν, καὶ γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, καὶ στεφανούμενος ἐξ ἀκανθῶν,
C ἵνα τῆς γενομένης καθ' ἡμῶν ἀποφάσεως ἐλευθερώσῃ. Λέλεκται γὰρ τῷ Ἀδὰμ, ὅτι « Ἀκάνθας ἀνατελεῖ σοι ἡ γῆ· » διὸ τὸν ἐξ ἀκανθῶν στέφανον ἀναδέχεται, καὶ κάλαμον τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ κατέχειν παρεσκεύασαν, ἵνα διὰ τούτου τοῦ ὄφεως ῥᾳδίως τὴν ἀναίρεσιν ποιήσηται. Οὕτω γὰρ πάλιν ἀντὶ τοῦ ἰοῦ τοῦ ὄφεως, οὗ μετέλαβεν Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ, αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν χολὴν μετ' ὄξους ποτίζεται· καὶ ἀντὶ τῆς πλευρᾶς, ἐξ ἧς ἐξῆλθεν Εὔα, αὐτὸς τὴν ἑαυτοῦ πλευρὰν παρέσχεν εἰς σφαγήν. Γυνὴ Εὔα, γυνὴ Μαρία, ἐξ ἧς ἐγεννήθη ὁ Χριστός. Ἄνθρωπος ὁ Ἀδὰμ, ἄνθρωπος, ὃν ἐφόρεσεν ὁ Χριστός. Παράδεισος, ἐξ οὗ ἐξεβλήθη ὁ Ἀδάμ· παράδεισος, ὃν ἀνέῳξε τῷ λῃστῇ ὁ Χριστός. Οὗτος οὖν ὁ πῶλος ὁ εἷς
D ἁμαρτωλός ἐστιν, ὁ μετανοῶν, ὃν ἔλυσεν ὁ Κύριος ἐκ τῶν τοῦ διαβόλου δεσμῶν, περὶ οὗ χαρὰ γίνεται οὐ μόνον ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Μετὰ οὖν τὸ λυθῆναι τὸν πῶλον ὑπὸ τῶν μαθητῶν, φέρουσιν αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ χαίρουσι χαρὰν μεγάλην· ἔτι μὴν καὶ ἄγγελοι καὶ θεῖαι δυνάμεις χαίρουσιν ἐπὶ τῷ ἀπολωλότι καὶ εὑρεθέντι. Ὁ οὖν ἐπιμελῶς προσέχων τοῖς λεγομένοις, καὶ τοὺς εὐαγγελικοὺς λόγους μυστικῶς ἀναγινώσκων, ὄψεται, ὡς ὁ πῶλος οὗτος ὁ ἁμαρτωλὸς Ἀδάμ ἐστιν. Ἐὰν δὲ λέγω Ἀδὰμ, πᾶσα ἀνθρωπότης ἐστίν. Οὗτος οὖν ὁ

[63] Luc. XV, 7. [64] Matth. XVIII, 12 13. [65] Isa. LIII, 6. [66] Isa. I, 3. [67] Luc. XV, 32. [68] Genes. III, 18.

(13) Reg. χαρᾷ.

πῶλος πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας· θηρίοις ἦν ὑποβεβλημένος, καθὼς καὶ πρὸ τούτου ὑπεθέμεθα. θηρία δὲ λέγω πᾶσαν τὴν ἀντικειμένην δύναμιν, καὶ αὐτὸν τὸν μέγαν δαίμονα Σατανᾶν.

A potestatem, ipsumque magnum dæmonem Satanam.

9. Ὅτε οὖν ἐπεδήμησεν ὁ Κύριος πρὸς ἡμᾶς, καὶ δέδωκεν ἡμῖν ἐξουσίαν ὥστε πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, τότε καὶ ἡμεῖς θαῤῥοῦντες λέγομεν σὺν τῷ Προφήτῃ· « Οὐ παραδώσεις τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι. » Συνέθλασε γὰρ ὁ Κύριος τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων. Διὸ καὶ ὁ Προφήτης βοᾷ λέγων· « Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. » Ἐκυρίευσαν οὖν οὗτοι, ὡς προεῖπον, τοῦ πώλου. Καὶ οὗτοι ἦσαν οἱ δήσαντες αὐτόν. Οἶμαι γὰρ καὶ τὸν προφήτην Ἡσαΐαν διὰ τοῦτο λέγειν· « Λέων καὶ σκύμνος λέοντος, ἐκεῖθεν B καὶ ἀσπίδες καὶ ἔκγονα ἀσπίδων πετώμενα (14), οἳ ἔφερον ἐπὶ ὄνων καὶ καμήλων τὸν πλοῦτον αὐτῶν. » Παιδεῦσαι οὖν ἡμᾶς βουλόμενος ὁ προφήτης τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις, διὰ τῶν θηρίων ἐγνώρισεν· αἵτινες ἀντικείμεναι δυνάμεις τὸν ἑαυτῶν ὀλέθριον πλοῦτον ἐφόρτιζον τὴν ἀνθρωπότητα. Τίς δέ ἐστιν ὁ πλοῦτος τοῦ διαβόλου; Ἡ κακία, καὶ ἡ εἰδωλολατρεία, καὶ ἡ ἡδονή, καὶ ἡ ἀφροσύνη, καὶ πᾶσα ἁμαρτία. Τοῦτον γὰρ αὐτὸν τὸν πλοῦτον ἡ ὄνος καὶ ὁ πῶλος κατὰ πολλὴν τὴν ἀνάγκην ἐβάσταζε, καὶ ἐδέδετο τοῖς τῆς ἁμαρτίας δεσμοῖς· οὐδὲν γὰρ τῆς ἁμαρτίας βαρύτερόν ἐστι· διὸ καὶ μολίβδῳ εἴκασται παρὰ τῷ προφήτῃ. Ἀπὸ οὖν τούτων ἁπάντων εἰς ἡμᾶς ἐπιδημήσας, ἠλευθέρωσε, καὶ ἀποφορτίσας C τὸν ἐκείνων πλοῦτον, καὶ λύσας ἐπεκαθέσθη τῷ πώλῳ. Διὸ καὶ οἱ μαθηταὶ ῥίπτουσιν ἐπ' αὐτὸν τινα τῶν ἱματίων, τινὰ δὲ καὶ ὑποστρωννύουσιν ἐν τῇ ὁδῷ.

9. Cum igitur ad nos Salvator venit, deditque nobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem inimici potestatem, tunc et nos fidenter dicimus cum Propheta : « Ne tradas bestiis animas confitentes tibi [68*]. » Contrivit enim Dominus capita draconum. Quare Propheta clamat dicens : « Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem [69]. » Illi ergo pullo huic dominabantur. Arbitror enim Isaiam prophetam ideo dicere : « Leo et catulus leonis, inde et aspides, et genimina aspidum volantia, qui ferebant super asinos et camelos divitias suas [69*]. » Propheta igitur volens nos edocere quid sint adversæ potestates, ferarum exemplo illas nobis repræsentavit. Quæ adversæ potestates perniciosas suas divitias imposuerant humano generi. Quænam sunt illæ diaboli divitiæ? Improbitas, idololatria, voluptas, insipientia, et quodcunque peccatum. Has enim divitias asina et **382** pullus ejus, magna vi coacti, portabant, ac constricti erant peccatorum vinculis. Nihil enim peccato gravius, quare a propheta plumbo comparatur. Ab his itaque omnibus ad nos peregrinatus Dominus nos liberavit, atque abjecto illo divitiarum onere, solutoque pullo, super eum sedit. Quamobrem discipuli injiciunt in eum quædam ex vestimentis, alia in via sternunt.

10. Ταῦτα δέ εἰσι τὰ ἠθικὰ παιδεύματα, ὡς προείπαμεν. Χαίρουσιν οἱ μαθηταὶ χαρὰν μεγάλην· καὶ γὰρ κατὰ ἀλήθειαν χαρᾶς ἐστιν ἄξιον μεγάλης ἐπὶ τούτοις πᾶσιν, οἷς ὁ Ἰησοῦς ἐπιδημήσας εὐηργέτησε τὴν ἀνθρωπότητα. Ἐπιμεληθῶμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τῶν τῆς διανοίας ὀφθαλμῶν, καὶ γενώμεθα μαθηταὶ τῆς σοφίας, ὅπως ἴδωμεν τὰς δυνάμεις τὰς καθ' ἑκάστην ὥραν διακονούσας τῷ Ἰησοῦ. Τηλικούτων οὖν ἀγαθῶν καταξιωθέντες, χαίρωμεν καὶ ἡμεῖς. Χαίρωμεν καὶ ἡμεῖς χαρὰν μεγάλην, διότι κατηξίωσεν ὁ Κύριος καὶ Σωτὴρ ἡμῶν παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν. D Ἀνέστη γὰρ τριήμερος ἐκ τῶν νεκρῶν, σκυλεύσας τὸν ᾅδην, τὸν ἐχθρὸν καταπατήσας, τῆς θλιβούσης ἡμᾶς ἁμαρτίας τὰ δεσμὰ διαῤῥήξας. Διὸ καὶ « συνήγειρεν ἡμᾶς, καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις » ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης τοῦ Πατρός. Ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν ἀνῆλθεν αὐτὸς ὁ Χριστός, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. Εἴπωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς φωνῇ μεγάλῃ· « Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. » Προσκυνήσωμεν οὖν Πατέρα σὺν Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, τρεῖς ὑποστάσεις κηρύττοντες, μίαν θεότητα ὁμολογοῦντες. Ἀρε-

10. Hæc porro sunt moralia documenta, uti supra diximus. Gaudent discipuli gaudio magno : nam revera beneficia illa omnia quibus Jesus adveniens affecit humanum genus, magno sunt digna gaudio. Studiose itaque nos curemus mentis oculos, simusque sapientiæ discipuli, ut virtutes videamus quæ singulis horis Domino Jesu ministrant. Cum tantis itaque bonis donati simus, gaudeamus et nos. Gaudeamus, inquam, gaudio magno, quia Dominus et Salvator noster pro nobis pati dignatus est. Surrexit enim tertia die ex mortuis, exspoliatis inferis, hoste conculcato, diruptis peccati nos opprimentis vinculis. Quapropter nos « conresuscitavit et consedere fecit in cœlestibus [70] » in dextera majestatis Patris. Quo Christus præcursor pro nobis ascendit, æterna redemptione inventa. Dicamus itaque et nos alta voce : « Hosanna in excelsis, benedictus qui venit in nomine Domini [70*]. » Adoremus ergo Patrem cum Filio et sancto Spiritu, tres hypostases prædicantes, unam deitatem confitentes. Virtutem, dilecti, eligamus; labores ejus causa libenter suscipiamus, continentiam exerceamus, pau-

[68*] Psal. LXXIII, 19. [69] Psal. XC, 13. [69*] Isa. XXX, 6. [70] Ephes. II, 6. [70*] Matth. XXI, 9.

(14) Πετωμένων habet edit. LXX.

perum recordemur. Ita enim viventes, hæreditatem regni cœlorum consequemur, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

A τὴν προτιμήσωμεν, ἀγαπητοὶ, καὶ τοὺς ὑπὲρ ταύτης πόνους ἑκουσίως ἀσπασώμεθα· ἐγκράτειαν ἀσκήσωμεν· τῶν πτωχῶν μνημονεύσωμεν. Οὕτω γὰρ διάγοντες, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομήσομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN SEQUENTEM HOMILIAM ADMONITIO.

Hanc putat Holstenius Athanasii esse, in eaque se Athanasiani styli notas, scilicet, τὸ δριμὺ καὶ τὸ ἀπέριττον, *a Photio observatas reperire arbitratur. At nobis, ita variant opiniones, præter nomen nihil hic videtur Athanasianum. Licet enim non inelegans sit hæc homilia, at minime refert illam Athanasii gravitatem, et nativam eloquentiam. Imo vero fucatum est orationis genus, cui etiam nonnihil interdum salis ac judicii deesse deprehendet acutus lector.*

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΠΕΜΠΤΗΝ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΔΟΣΙΑΝ ΤΟΥ ΙΟΥΔΑ ΛΟΓΟΣ.

—

S. P. N. ATHANASII

SERMO IN SANCTAM QUINTAM FERIAM ET PRODITIONEM JUDÆ.

—

1. Salvatoris nostri passio, Judæorum luctus, Ecclesiæ lætitia est : illis quippe calamitatem, nobis gaudium peperit ; illos morte damnavit, nobis dies festos paravit. Hodie Judaicæ improbitatis terminus compertus est, ac Dominicæ beneficentiæ lucernæ accensæ sunt. Hodie in angulo cœna paratur, et universo orbi mensa instruitur. Hæc dies cœlestis cibi spicam pullulavit : hodie lignum voluptatis citra periculum homo contrectat : hodie mysteriorum thesaurus reseratur : hodie esca paratur apostolis, beatitudinis nempe panis : hodie spiritualis convivii perceptio initium accepit : hodie dicitur illud : « Accipite, manducate, hoc est corpus meum [71]. » Crucem præoccupo, portiones divido,
383 venditionem tuam anteverto, o Juda, effusione sanguinis, quem tu vendere paras : te præoccupans gratis distribuo ; meum quippe, o Juda, corpus est : tuum autem est osculo ipsum vendere : meum est opus salutem per sanguinem afferre ; tuum est opus, sanguinis nundinatio. Lavi pedes tuos ad cursum contra me suscipiendum festinantes. Manus tuas miracula edere docui, venditionis meæ pretio depressas. Accipite, comedite, antevertite proditoris celeritatem : esu vincite venditionem. Non differo donum passionem exspectans, non moror donum ; prope namque est venditio. Impatibile corpus est : impatibilitatis comedentium do testimonium : prævenio dentibus Judæorum phalangam : dum crucem

B 1. Τοῦ Σωτῆρος τὰ πάθη, πένθος μὲν Ἰουδαίων, εὐφροσύνη δὲ τῆς Ἐκκλησίας· ἐκείνοις μὲν γὰρ συμφορὰν, ἡμῖν δὲ χαρὰν ἀπεγέννησεν· ἐκείνους θανάτῳ κατέκρινεν, ἡμῖν δὲ ἑορτὰς προεξένησε. Σήμερον τῆς Ἰουδαϊκῆς πονηρίας τὸ πέρας ἠλέγχθη, καὶ τῆς δεσποτικῆς εὐεργεσίας αἱ λαμπάδες ἀνήφθησαν. Σήμερον ἐν γωνίᾳ δεῖπνον σκευάζεται, καὶ τῇ οἰκουμένῃ γίνεται τράπεζα· σήμερον τῆς οὐρανίου τροφῆς ἄσταχυν ἐβλάστησε· σήμερον τοῦ ξύλου τῆς τρυφῆς ἀκινδύνως ἄνθρωπος ἅπτεται· σήμερον τῶν μυστηρίων ἀνοίγεται (15) θησαυρός· σήμερον βρῶσις ἀποστόλοις εὐτρεπίζεται, μακαριότητος ἄρτος· σήμερον τῆς πνευματικῆς εὐωχίας ἀπόλαυσις ἄρχεται· σήμερον τὸ « Λάβετε, φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα. » Προλαμβάνω τὸν σταυρὸν, διαμερίζω τὰ μέλη, προφθάνω
C σου τὴν πρᾶσιν, Ἰούδα, τῇ ἐκχύσει τοῦ αἵματος, ὃ πιπράσκειν βούλῃ· προλαμβάνων χαρίζομαι· ἐμὸν γάρ ἐστιν, Ἰούδα, τὸ σῶμα· σοῦ δὲ τὸ πωλῆσαι φιλήματι· ἐμοῦ ἔργον ἡ διὰ αἵματος σωτηρία· σὸν δὲ ἔργον ἡ τοῦ αἵματος ἐμπορία. Ἔνιψά σου τοὺς πόδας, εἰς τὸν κατ' ἐμοῦ δρόμον ὁρμῶντας. Ἐδίδαξα χεῖρας θαυματουργεῖν, τῷ τῆς ἐμῆς πράσεως κοιλαινομένας τιμήματι. Λάβετε, φάγετε· προλαμβάνετε (16) τὴν τοῦ προδότου ταχύτητα· νικήσατε τὴν πρᾶσιν τῇ βρώσει. Οὐ χρονοτριβῶ τὸ δῶρον, ἀναμένων τὸ πάθος· οὐκ ἀναβάλλομαι τὴν δόσιν· ἐγγὺς γὰρ ἡ πρᾶσις. Ἀπαθές ἐστι τὸ σῶμα· χαρίζομαι τῆς τῶν ἐσθιόντων ἀπαθείας μαρτύριον. Προλαμβάνω τοῖς

[71] Matth. XXVI, 26.

(15) Reg. ἀνάγεται.

(16) Reg. προλαμβάνω

δοῦσι τῶν Ἰουδαίων τὴν φάλαγγα· ἕως τὸν σταυρὸν ὑπερτίθεμαι, φάγετε καὶ ὑμεῖς, φάγετε. « Οὐκ ἔστι » γὰρ « λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυσὶν » Ἰουδαίοις. Ἕως ἐκεῖνος τοὺς συναλλακτὰς ζητεῖ, τὸν πωλούμενον μαργαρίτην ἁρπάσατε.

2. « Τί μοι θέλετε δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν αὐτὸν προδώσω; » Τί πωλεῖς ἄρτον, Ἰούδα, τὸν ἤδη τῇ βρώσει παραδοθέντα; Ποῦ σου τῆς φιλοπτωχίας οἱ λόγοι· « Ἐδύνατο τοῦτο πραθῆναι πολλοῦ, » λέγων, « καὶ δοθῆναι πτωχοῖς; » Ὅτε γυναῖκα μύροις ἀλείφουσαν, καὶ προλαμβάνουσαν τῇ χρίσει τὸν τάφον, καὶ ζῶντα τιμῶσαν, ἐπειδὴ νεκρὸν οὐκ ἠδύνατο· ταύτην ἐξυβρίζεις, τοὺς τῆς φιλοπτωχίας προβαλλόμενος νόμους· « Ἠδύνατο, λέγων, τοῦτο πραθῆναι· » τουτέστιν, ἠδύνατο καὶ τοῦτο μετὰ τούτου πραθῆναι. Ἔστω· φονεύεις, οὐδὲ θάπτεσθαι κελεύεις; Ἔστω· αἷμα πωλεῖς, τί καὶ τὸ ἄλειμμα πιπράσκεις; Ὢ φιλαργυρίας φιλοπτωχίας ἐνδυομένης προσωπεῖον! Ὢ τῆς μισανθρώπου φιλανθρωπίας! ἠδύνατο τοῦτο πραθῆναι, καὶ δοθῆναι πτωχοῖς. Κάπηλος φιλοπτωχίας Ἰούδας, καὶ αὐτὸ τῆς φιλοπτωχίας τὸ σχῆμα πραγματευόμενος. Ἀλλ' οὐκ ἠτόνησεν ἡ τοῦ Σωτῆρος μακροθυμία ἐκτείνειν μετὰ τοῦ σφαγέως τὴν χεῖρα. Συνεσθίει τῷ προδότῃ, δυσωπῶν τὴν προαίρεσιν. Ἐπιδίδωσιν ἄρτον, καὶ τρέφει τὸν ἀναιρέτην· καὶ τὴν Νέαν Διαθήκην ἐπὶ τραπέζης ἀναγράφων, οὐκ ἀποστερεῖ τῆς κληρονομίας τὸν προδόντα, καὶ διαθέμενος οὐκ ἀποστερεῖ τοῦ μέρους τὸν μετὰ βραχὺ παραδιδόντα. Ἀλλ' οὐκ ὤφειλεν ὁ κλῆρος τὸν τρόπον· ἡ τιμὴ τὴν γνώμην οὐ μετέβαλεν· ὡς γὰρ ἔλαβε τὸ ψωμίον, εἰσῆλθεν ὁ Σατανᾶς εἰς αὐτόν. Ἡ τοῦ Ἰούδα προαίρεσις τοῦ διαβόλου κλῆσις· οὐ γὰρ ἁπλῶς εἰσῆλθεν, ἀλλ' εὗρε τὸ τῆς ψυχῆς καταγώγιον· εὗρε γνώμην ἐπιτηδείαν πρὸς οἰκείωσιν· εὗρε σεσαρωμένον· εὗρε ποθούμενον πάθος, καὶ τὸν οἶκον οὐκ ἔφυγεν· εὗρεν ὅπλον, ᾧ χρησάμενος παρατάξηται.

3. « Τί μοι θέλετε δοῦναι; » Πειράζων μὲν ὁ διάβολος τὸν Κύριον εἶπε· « Ταῦτα πάντα σοι δώσω. » Νῦν δὲ ὁ Ἰούδας βοᾷ· Τί θέλετε δοῦναι! Ὢ ῥημάτων καὶ τρόπων συγγένεια; ὢ συμφωνία διαβόλου πάλαι μελετηθεῖσα! Οὐ λέγει, τί μοι δύνασθε δοῦναι; Ὡς εὔωνον κτίσμα τὸν δεσπότην προτίθησιν· ὡς ἄτιμον συμφωνεῖ τὸν ἀτίμητον. Τί τοιοῦτο οὐ λαμβάνεις, οἷον δίδως, Ἰούδα; Ὑπόμνησον σεαυτὸν τῶν τοῦ πιπρασκομένου θαυμάτων, καὶ τότε ἀναλόγως τὸν θαυματουργὸν καπήλευε. Βάδιζε πρὸς τὸν λεπρόν· παρ' ἐκείνου διδάσκου τὴν τῆς ἰατρείας ποσότητα. Ἐρώτα τυφλούς, τίνος ἀξίαν ἡγοῦνται τὴν ἴασιν. Ἐρώτα τὸν Λάζαρον, πόσου τιμᾶται τὴν τοῦ θανάτου φυγήν. Ἐξέταζε τὸν παράλυτον τὸν τοῦ χρόνου καὶ τῆς κλίνης διὰ τὸ πάθος δεσμώτην. Ζυγοστάτησον τὰς αὐτοσχεδίους ἐν ἐρήμῳ τραπέζας. Διατίμησον τὸν ἐπὶ τῶν κυμάτων περίπατον, τὰς τῆς θαλάσσης καὶ τῶν ἀνέμων ἐπιτιμήσεις· τὰς τῶν δαιμονιώντων θερα-

A differo, comedite et vos, comedite. « Non est bonum sumere panem filiorum, et mittere canibus [72] » Judæis. Dum ille quærit quibuscum paciscatur, vos venditam rapite margaritam.

2. « Quid vultis mihi dare, et ego vobis eum tradam [73]? » Cur panem vendis, o Juda, jam pro cibo distributum? Quorsum abiere verba illa amoris erga pauperes indicia : « Potuit istud venundari multo, et dari pauperibus [74]? » Cum mulierem unguentis Dominum perfundentem, atque unctione sepulturam prævenientem, vivoque honorem exhibentem, quod mortuo non poterat; eam, inquam, contumelia afficis, legemque prætendis studii erga B pauperes. « Potuit, ait, istud venundari : » hoc est, potuit et istud una cum ipso venundari. Esto, occidis, an quoque sepeliri vetas? Esto, sanguinem vendis, cur et unguentum venundas? O avaritiam quæ pauperum amoris larvam assumit! o inhumanam humanitatem! Potuit istud venundari et dari pauperibus. Amorem pauperum vendit Judas, et ipsam misericordiæ erga pauperes speciem negotiatur. At Salvatoris æquanimitas nihil ideo remissa est, ut etiam cum parricida manum extenderet. Una cum proditore comedebat, ut illi propositi sui pudorem afferret. Panem porrigit, interfectoremque nutrit : ac Novum Testamentum in mensa perscribens, proditorem nequaquam privat C hæreditate : ac dum Testamentum tradit, eum qui se mox traditurus est a sua parte non abigit. Sed sors illa nequaquam mores ejus, nec honor sententiam mutavit. Nam simul atque buccellam accepit, intravit Satanas in ipsum. Judæ propositum erat diaboli invitatio. Non enim modo ingressus est, sed invenit animæ diversorium : invenit mentem sibi ad habitandum accommodam, invenit eam scopis mundatam : invenit desideratum sibi affectum, nec domum aversatus est : invenit telum, quo usus, aciem instrueret.

3. Inducta iterum ille Orthodoxi persona, Concedamus, ait, Spiritum sanctum non vocari Deum, at Dominus saltem vocatur; scriptum est enim : « Dominus autem Spiritus est. » Tum subsequitur : Dic quod adjectum est : « Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas [22]. » De Domino loquitur, inquit, quia Dominus est Spiritus. Nos contra : Vere de vobis dictum est : « Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt [23]. » Cum enim subsequentia aperte indicent esse Spiritum eum de quo dictum est, « Dominus autem Spiritus est, » tu te ipse decepisti, ut ex ore tuo te ipse coargueres, et audires : « De ore tuo te judico, serve nequam [24]. » Nam illud subsequitur : « Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas. » Qui vero Spiritus Domini est, ille est Domini Spiritus, qui dictus est Dominus. Quemadmodum enim Filius cum sit Dominus, Dominus est : ita et Spiritus cum sit Dominus, Dominus est.

4. At ille iterum assumpta sibi persona, se ipse interrogabat : Annon adorandus? ipse sibi respondit : Nequaquam ; id enim scriptum non est. Rursum usurpata Orthodoxi persona : Si homines ipsos adorarunt homines, puta Nathan propheta Davidem ; scriptum enim est : « Introivit in conspectum regis Nathan propheta, et adoravit eum pronus in terram [25]; » quare non præ omnibus hominibus Spiritum sanctum adorabimus? Ipse iterum sibi reponit : « Dominum Deum tuum adorabis [26], » et non Spiritum. Spiritus non est Dominus, sed neque Deus : quomodo igitur adorandus erit, qui non intra adorandorum limites comprehendatur? Nam, « Nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto. [27] » Oportet enim eum qui ad Deum accedit, per alium accedere ad Spiritum sanctum. Si igitur Spiritum sanctum adoravero, per quem et a quo adductus accedam adoraturus? Quid vos ad hæc? In jus te vocabit Nathan propheta in die judicii, ut qui contra legem non fecerit, cum Davidem adoraret. Dictum enim illud attulisti, ut ipsum videare transgressionis reum agere.

[19] Psal. LXXXIII, 8. [20] Psal. LXXXI, 1. [21] Exod. XXII, 28. [22] II Cor. III, 17. [23] Rom. I, 22. [24] Luc. XIX, 22. [25] III Reg. I, 24. [26] Matth. IV, 10. [27] I Cor. XII, 3.

(16**) Sic Palat. In prius editis quædam desunt.

(16***) Excidisse videtur περί. EDIT.

Nam si ille Davidem adoraverit, cum scriptum sit : « Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies [28] : » te accusante reus est violatæ legis. Nos porro prophetam minime incusamus, absit! quinimo ea potissimum de causa Spiritum sanctum dicimus adorandum. Neque enim Davidem adorasset propheta, si nudum hominem agnovisset. At edoctus illum esse Christum Domini, oleo sancto inunctum adorabat illum, ob Spiritus sancti in oleo efficaciam.

5. Quid porro causæ est quod, « sicut aspidis surdæ et obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium [29], » cum audieris illud : « Dominum Deum tuum adorabis; » quod sequitur non audisti : « Et illi soli servies? » Id nimirum agis ut ne audias : « Soli servies. » Cui? Patrine an Filio? Ecqua ratione *soli* dices? Si Christianus es, aies ob naturæ identitatem. Quod si demonstretur Spiritum sanctum ejusdem esse naturæ, illud : « Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies, » de Patre, Filio et Spiritu sancto dicitur, ob naturæ identitatem. Sin minus, cogeris, cum de unica persona illud accipias : « Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies; » aut Filium repudiare aut Patrem expungere. Si ergo commonstratum fuerit, Spiritum, qui ex Patre per Filium effunditur, ejusdem esse naturæ ac deitatis atque Filius et Pater, sane adorandus esse ac colendus ostendetur. **476** Ejusdem porro Spiritus gratia, eam ipsam naturam ex divinis conabimur oraculis declarare. Et vero illud : « Nemo enim potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto, » nihil probat contra adorationem Spiritus sancti. Sicut enim cum ipsum Deum Patrem in Spiritu et veritate adoramus, non excludimus veritatis adorationem, sed scimus veritatem ipsum esse Filium, atque in Spiritu et veritate adorantes Deum, adoramus ipsam veritatem; ita et Spiritum adoramus, quemadmodum et veritatem. Quod si, quoniam in Spiritu adoramus, ideo non adoras Spiritum : et si, quoniam in veritate adoramus, non adoras veritatem, arbitrarisque minui Spiritus sancti dignitatem, quod in ipso Filium Dominum esse confiteamur, minues certe et Patris dignitatem, siquidem « nemo venit ad Filium, nisi quem Pater cœlestis traxerit ad ipsum [30]. » Hoc enim in Evangelio scriptum est : Apostolusque clamat : « Fidelis Deus, per quem vocati estis ad communionem Filii ejus [31]. » Et Pater ipse in prophetis ad ipsum dicit Filium : « Ecce proselyti ad te venient per me [32]. » Quod si per Patrem ad Filium vocamur, non idcirco dignitate minor est Spiritus sanctus. Introducimur, ais, Spiritu : lege Scripturas et disce quod, quemadmodum per Patrem ad Filium, ita per Filium ad Patrem. Sunt enim hæc, uti supra dictum est, reciproca. Quemadmodum itaque

A παρανομήσαντα. Εἰ γὰρ ἐκεῖνος τῷ Δαβὶδ προσεκύνησε (γέγραπται δέ· « Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις »), παρὰ τὸν νόμον πεποίηκε κατὰ τὴν σὴν κατηγορίαν. Ἡμεῖς δὲ οὐ κατηγοροῦμεν τοῦ προφήτου· μὴ γένοιτο! ἀλλὰ διὰ τοῦτο μάλιστα λέγομεν προσκυνητὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Οὐχ ἂν γὰρ τῷ Δαβὶδ προσεκύνησεν ὁ προφήτης, εἰ ψιλὸν ἄνθρωπον ἐγίνωσκεν· ἀλλὰ Χριστὸν Κυρίου διδαχθεὶς αὐτὸν εἶναι, ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ χρισθέντα, προσεκύνει αὐτὸν διὰ τὴν ἐν τῷ ἐλαίῳ τοῦ Πνεύματος ἐνέργειαν

5. Πῶς δὲ, « ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς, ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνῆς ἐπᾳδόντος, » τὸ, « Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου προσκυνήσεις, » ἀκούσας, τοῦ ἑξῆς οὐκ ἐπήκουσας, τοῦ, « Καὶ αὐτῷ μόνῳ λα- B τρεύσεις; » Τοῦτο δὲ ποιεῖς, ἵνα μὴ ἀκούσῃς τὸ, « Μόνῳ λατρεύσεις. » Τίνι; τῷ Πατρὶ, ἢ τῷ Υἱῷ; Καὶ πῶς *μόνῳ* ἐρεῖς; Ἐὰν ἧς Χριστιανὸς, ὅτι διὰ τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως. Ἐὰν δειχθῇ οὖν καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς αὐτῆς φύσεως, τὸ, « Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, » Πατέρα καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα λέγει, διὰ τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως. Εἰ δὲ μὴ, ἀναγκασθήσῃ ἐπὶ ἑνὸς προσώπου δεχόμενος, τῷ (17) « Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, » ἢ τὸν Υἱὸν παρακούσασθαι, ἢ τὸν Πατέρα παραγράψασθαι. Ἐὰν οὖν δειχθῇ τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως καὶ θεότητος τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πατρὶ, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκχυθὲν, καὶ προσκυνητὸν καὶ λατρευτὸν ἀποδειχθήσεται. Πειρασόμεθα δὲ σὺν εὐ- C μενείᾳ αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος δεῖξαι ταύτην τὴν φύσιν ἐκ τῶν θείων λογίων. Καὶ τὸ, « Οὐδεὶς γὰρ δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, » οὐ κατὰ τῆς τοῦ Πνεύματός ἐστι προσκυνήσεως. Ὡς γὰρ αὐτὸν τὸν Θεὸν Πατέρα ἐν Πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνοῦντες, οὐκ ἀποστεροῦμεν τῆς ἀληθείας τὴν προσκύνησιν, ἀλλ' ἴσμεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς ἡ ἀλήθεια, καὶ ἐν Πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνοῦντες τὸν Θεὸν, προσκυνοῦμεν τὴν ἀλήθειαν· οὕτω δὴ καὶ τὸ Πνεῦμα προσκυνοῦμεν, ὡς τὴν ἀλήθειαν. Εἰ δὲ, ἐπειδὴ ἐν Πνεύματι προσκυνοῦμεν, οὐ προσκυνεῖς τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐπειδὴ ἐν ἀληθείᾳ προσκυνοῦμεν, οὐ προσκυνεῖς τὴν ἀλήθειαν, καὶ νομίζεις δὲ ἐλαττοῦσθαι τὴν τοῦ Πνεύματος ἀξίαν, ἐπειδὴ ἐν αὐτῷ τὸν Υἱὸν Κύριον ὁμολογοῦμεν· ἐλαττώσεις ἄρα D καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς ἀξίαν, ἐπειδὴ « οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Υἱὸν, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ ὁ οὐράνιος ἑλκύσῃ αὐτὸν πρὸς αὐτόν. » Τοῦτο γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γέγραπται· καὶ ὁ Ἀπόστολος βοᾷ· « Πιστὸς ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. » Καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ἐν τοῖς προφήταις, πρὸς αὐτὸν τὸν Υἱὸν λέγει· « Ἰδοὺ προσήλυτοι διελεύσονταί σοι δι' ἐμοῦ. » Εἰ δὲ καὶ διὰ τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν καλούμεθα, οὐχ ἐλαττοῦσθαι (17') ἄρα τούτου ἕνεκεν τῆς ἀξίας τὸ Πνεῦμα. Προσαγόμεθα τῷ Πνεύματι. Ἀνάγνωθι τὰς Γραφὰς καὶ μάθε, ὅτι, ὥσπερ διὰ τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν, καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν

[28] Deut. VI, 13. [29] Psal. LVII, 5, 6. [30] Joan. VI, 44. [31] I Cor. I, 9. [32] Isa. LIV, 15.

(17) Forte leg. δεχόμενος τὸ, « Κυρίῳ, etc. Ed. Patr.

(17') Lege ἐλαττοῦται. Idem.

Πατέρα. Ἀντιστρέφει γάρ, καθὼς προαποδέδοται. A Ὡς οὖν διὰ τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν, οὕτως διὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸ Πνεῦμα. Οὐ γὰρ πρότερον ἐνοικήσαντος τοῖς ἀποστόλοις τοῦ Πατρὸς, ἐγνώσθη ὁ Υἱός· ἀλλὰ πρότερον αὐτῶν γνόντων τὸν Υἱὸν, καὶ μαθητευθέντων, καὶ ἀποσταλέντων δύο δύο, ὡς γέγραπται, καὶ γραφέντων αὐτῶν τῶν ὀνομάτων ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ καταξιωθέντων τῆς θείας θεοπτείας ἐν τῇ ὀπτασίᾳ τῆς ἀναστάσεως, τότε δέδοται αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ὁδηγοῦντος αὐτοὺς πρὸς τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν. Καὶ ὥσπερ λέγοντες Κύριον Ἰησοῦν, ἐκ τῆς ὁδηγίας αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος τοῦτο γνόντες εἰρήκαμεν· οὕτως ὁδηγούμενοι παρὰ τοῦ Υἱοῦ εἰς τὴν τοῦ Πνεύματος γνῶσιν, ἐβαπτίσθημεν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· δηλονότι ἀποκαλύψαντος τοῦ Υἱοῦ τὴν εἰς τὸ Πνεῦμα μυσταγωγίαν.

per Patrem ad Filium, ita per Patrem et Filium ad Spiritum. Neque enim prius in apostolis habitavit Pater quam sit agnitus Filius; sed cum Filium prius cognovissent, cum edocti ac bini missi fuissent, uti scriptum est; cum eorum nomina in cœlis scripta fuissent; cum in visione resurrectionis divino conspectu digni habiti fuissent, tum datus illis fuit Spiritus sanctus a Deo, introducente illos ad Spiritus gratiam. Et quemadmodum Dominum Jesum dicentes, Spiritus sancti ductu, id gnari dicimus, ita a Filio ad Spiritus notitiam deducti baptizati sumus in Patrem et Filium et Spiritum sanctum: revelante scilicet Filio initiationem ad Spiritum.

6. Πῶς δὲ οὐ θέλεις προσκυνεῖσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ B ἅγιον, εἰς ὃ ἐβαπτίσθης; Τί γὰρ ἄρα μεῖζόν ἐστι, προσκύνησις ἢ βάπτισμα; Πῶς δὲ οὐχ ὁμολογούμενόν ἐστιν, ὅτι τῆς προσκυνήσεως τὸ βάπτισμα μεῖζον, ὅπου γε καὶ κατηχούμενοι προσκυνοῦσι Πατέρα καὶ Υἱὸν, οὐκ ἔχουσι δὲ τελειότητα, ἐὰν μὴ βαπτισθῶσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος; Εἰ δὲ μή εἰσι τέλειοι Χριστιανοὶ οἱ κατηχούμενοι πρὶν ἢ βαπτισθῶσι, βαπτισθέντες δὲ τελειοῦνται· τὸ βάπτισμα ἄρα μεῖζόν ἐστι τῆς προσκυνήσεως, ὃ τὴν τελειότητα παρέχει. Καὶ τοῦτό ἐστιν « ἡ λογικὴ καὶ ζῶσα λατρεία ἡμῶν, » ἣν ὁ Ἀπόστολος λέγει· « Παραστήσατε τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. » Παρεστήσαμεν δὲ τὰ αὐτὰ λογικὴν λατρείαν, συνταφέντες τῷ Χριστῷ ἐν τῷ C βαπτίσματι. Τὸ ἄρα, « Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, » τὴν τοῦ βαπτίσματος εἰσάγει διδασκαλίαν. Πρὸς τούτοις ἑαυτῷ ἐπήγαγεν, ὡς ἡμῶν εἰρηκότων· Εἰ μήτε Κύριός ἐστι, μήτε Θεὸς, μήτε προσκυνητὸς, πῶς συναριθμεῖται τῇ Τριάδι, Καὶ τότε τὸ ἑαυτοῦ τίθησι· Τῷ ὀνόματι συναριθμεῖται, φησὶ, τῷ τοῦ Πνεύματος, μὴ τῷ τοῦ Πατρὸς, ἢ Θεοῦ, ἢ Υἱοῦ συναριθμεῖται ὀνόματι. Οὕτως κάλει, μήτε πλεῖον οὗ ἔχει· ἀρκεῖται γὰρ τῷ οἰκείῳ ἀξιώματι. Κἄν τε γὰρ θέλῃς πλεῖον οὗ ἔχει προσθεῖναι, οὐκ ἐφίεται· οὐ γὰρ ἐξ ὧν σὺ δοξάζεις προσλαμβάνεται τῷ ὅρῳ τοῦ πρὸ πάσης κτίσεως τιμήσαντος. Ἡμεῖς δὲ πρὸς αὐτόν· Συναρίθμησον καὶ πάντας ἀγγέλους τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, ἀκούσας παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ· « Ἐγὼ εἶπα· D Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες. » Καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἀγαθὸν οὐ καταξιοῖς τῆς τοῦ ὀνόματος συναριθμήσεως· τοὺς δὲ ἀνθρώπους ἀναγκασθήσῃ, ἐξ ὧν δέδωκας, συναριθμῆσαι τῷ Θεῷ; Ἡμεῖς δὲ οὐ τῷ ὀνόματι συναριθμοῦμεν (οὐδὲν γὰρ τοῦτο μέγα), ἀλλ' αὐτῇ τῇ φύσει, ὡς ὕστερον ἀποδείξομεν, πρότερον ἐλέγξαντες τὴν ἐν τῷ σχεδαρίῳ σου ματαίαν ἀδολεσχίαν. Ἀληθῶς δὲ, καθὼς καὶ ἄκων ὡμολόγησας, κἂν θέλῃς αὐτῷ τι προσθεῖναι, λέγω δὴ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, οὐκ ἐφίεται· κἂν θελήσῃς ὑφελεῖν, σεαυτὸν ἀδικεῖς· ἀρκεῖται γὰρ τῷ οἰκείῳ

6. Cur autem nolis adorari Spiritum sanctum, in quem baptizatus es? Utrum enim majus est, adoratio an baptismus? Annon in confesso est, adorationem esse baptismo majorem? Siquidem catechumeni adorant Patrem et Filium, nec tamen perfecti sunt, nisi baptizati fuerint in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Quod si catechumeni non sunt perfecti Christiani priusquam baptizentur, baptizati autem perficiuntur: baptisma utique præstantius est adoratione, quod perfectionem tribuat. Et hoc est « rationabile et vivens obsequium nostrum, » de quo Apostolus: « Exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum [33]. » Exhibuimus porro rationabile obsequium consepulti Christo in baptismo. Illud ergo, « Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies, » baptismi doctrinam inducit. Ad hæc nostro nomine sibi ipsi objecit: Si neque Dominus est, neque Deus, neque adorandus, qua ratione Trinitati connumeratur? Tum sibi reponit: Connumeratur nomine Spiritus, non Patris, non Dei, non Filii. Ita et tu appella, nec plus quam habet tribuas. Sua ille sibi dignitate contentus est. Et quamvis plus adjicere velis quam ipse habeat, non id ille admittit. Non enim ex iis, quibus tu glorificas, aliquid sibi assumit præter illius præscriptum, qui se præ omnibus creaturis honoravit. Cui nos: Connumera omnes item angelos Patri atque Filio, cum audieris ab ipso Deo: « Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes [34]. » An Spiritum sanctum et bonum in nominis communionem vocare non dignaris, qui ex concessis homines cogeris Deo connumerare? Nos autem non nomini connumeramus: nihil id magni esset, sed ipsi naturæ, ut deinceps ostendemus, postquam futiles schedulæ tuæ nugas confutaverimus. Vere ut vel invitus confessus es, si velis aliquid ipsi, scilicet Spiritui sancto, adjicere, id ille non admittit; si demere, te **477** ipse lædis. Sua quippe dignitate contentus est; si tamen dignitatis nomen, cum de Spiritu loquimur, usurpare licet. Quod ipsum de Patre et Filio dici potest. Neque enim

[33] Rom. XII, 1. [34] Psal. LXXXI, 6.

Patri aut Filio aliquid addere potes, aut aliquid ipsis demere, etsi demere velis: te enim ipse lædis. Omnia siquidem perfecta in Patre et Filio et Spiritu sancto, nihilque imperfectum, ut quid extrinsecus assumatur; ex præscripto enim ejus qui ante omnes creaturas est honoratur, ut ipse scripsisti, eo animo ut significares, non esse ipsum ejus Spiritum in rei veritate, sed gratia; quemadmodum et alii omnes administratorii quidem, sed non natura, ejus spiritus sunt.

7. Post hæc rursum nos ex se quærentes inducit: Non est ergo æqualiter honorandus cum Patre et Filio Spiritus sanctus? Rursumque sibi reponit: Nequaquam est. Neque enim scriptum hoc est. Nam de Patre quidem et Filio scriptum est: « Ut honorificent Filium, sicut honorificant Patrem [35]. » Neque dicitur, et Spiritum. Tum nos ad illum: Beatæ aures quæ vos non audiere, et animæ quæ a vestris sermonibus vulneratæ non fuere. Ecqua vero ratione, si non eumdem putas habendum honorem Spiritui sancto, quem Patri atque Filio, pari cum (Spiritus sancti) honore, in illum baptizatus es? Annon tibi Pater atque Filius baptismatis confessione videntur honorari? Si honor ea in re nullus, quorsum baptizamur? Quare singulis horis periclitamur, ut baptismum servemus immaculatum, adversum diaboli insidias dimicantes? Cur non tibi videtur quacunque hostia præstantior illa corporum nostrorum exhibitio, dicente Apostolo: « Ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem [36]? » Omnis porro hostia in Dei honorem offertur. Hanc vero Patri et Filio et Spiritui sancto in baptismo etiam obtulimus hostiam, non diverso loco, non alio modo honoravimus Patrem et Filium et Spiritum sanctum.

8. Perinde vero ac si fuisset a nobis interrogatus, se ipse denuo interrogat: Quid ergo? creaturamne dicis Spiritum sanctum? Erit igitur ille una ex creaturis? Tum sibi ipse respondet: Si scriptum est, dico; si non est scriptum, non dico. Iterum autem id sibi objicit, quasi a nobis allatum: Scriptum est, inquit, « In ipso creata sunt omnia. » Tum sibi ipse respondet: At non communionem habet cum omnibus Spiritus sanctus, cum sit unicus. Neque enim nominum communio communionem affert naturarum: alioquin omnes creaturæ ejusdem essent dignitatis. Ad hæc nos iterum: Si timorem Dei cor tuum haberet, nequaquam scripsisset malitiam, sed sincere quid sentias diceres. Non audes porro dicere, non quod Deum, sed quod turbam metuas, quemadmodum Pharisæi, qui baptisma Joannis undenam esset dicere non audebant. Tu vero metuens non siles, sed clamas: ad eos porro clamas qui probe norunt, quid sit « venenum aspidum sub labiis eorum [37]. » Pharisæi autem sic apud se ratiocinaban-

[35] Joan. v, 23. [36] Rom. xii, 1. [37] Psal. xiii, 3.

A ἀξιώματι, εἴπερ ἔστιν ἐπὶ Πνεύματος ἀξίωμα λέγειν. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ. Οὔτε γὰρ προσθεῖναί τι δύνῃ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, οὔτε ὑφελεῖν τι, κἂν θέλῃς ὑφελεῖν· σεαυτὸν γὰρ ἀδικεῖς· ἐπεὶ πάντα τέλεια ἐπὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, καὶ οὐδὲν ἀτελὲς, ἵνα καὶ προσλάβηται ἔξωθεν. Ὅρῳ γὰρ τοῦ πρὸ πάσης κτίσεως τετίμηται, ὡς αὐτὸς γέγραφας, διὰ τούτου παραστῆσαι θέλων μὴ εἶναι αὐτὸ αὐτοῦ Πνεῦμα τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλὰ τῇ χάριτι, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα πάντα λειτουργικὰ, καὶ οὐ φύσει εἰσὶν αὐτοῦ πνεύματα.

7. Πρὸς τούτοις πάλιν ἑαυτῷ ἐπήγαγεν, ὡς παρ' ἡμῶν αὐτῷ εἰρημένον· Οὐκ ἔστιν οὖν ὁμότιμον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Καὶ πάλιν ἑαυτῷ ἀποφαίνεται· Οὐκ ἔστιν· ἐπειδὴ οὐδὲ γέγραπται. B Περὶ μὲν γὰρ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ γέγραπται· « Ἵνα τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα. » Μὴ εἶπε, καὶ τὸ Πνεῦμα. Πρὸς ταῦτα ἡμεῖς πρὸς αὐτόν· Μακάρια τὰ ὦτα τὰ μὴ ἀκούσαντα ὑμῶν, καὶ ψυχαὶ αἱ φυλαχθεῖσαι ἄτρωτοι ἀπὸ τῶν ὑμετέρων λόγων. Καὶ πῶς, οὐ λογιζόμενος ὁμότιμον εἶναι τὸ Πνεῦμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, ὁμοτίμως εἰς αὐτὸ βαπτίζῃ; Ἢ οὐ δοκεῖ σοι τιμᾶσθαι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν τῇ τοῦ βαπτίσματος ὁμολογίᾳ; Καὶ εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν ἡ τιμὴ, τί καὶ βαπτιζόμεθα; Τί καὶ κινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν ἐπὶ τῷ φυλάξαι τὸ βάπτισμα ἄσπιλον, ἀγωνιζόμενοι πρὸς τὰς μεθόδους τοῦ διαβόλου; Πῶς δὲ οὐ δοκεῖ σοι πάσης θυσίας ἀνωτέρα εἶναι ἡ τῶν σωμάτων ἡμῶν παράστασις, τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· C « Ὅπως παραστήσητε τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ: » Πᾶσα δὲ θυσία εἰς τιμὴν Θεοῦ γίνεται. Ταύτην δὲ Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι προσηγάγομεν κἀν τῷ βαπτίσματι, οὐκ ἐν διαφόρῳ τόπῳ, οὐδὲ ἐν ἄλλῳ τρόπῳ τιμήσαντες Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα.

8. Καὶ ἔτι ἑαυτὸν ἐρωτᾷ, ὡς παρ' ἡμῶν ἐπερωτώμενος· Τί οὖν; λέγεις τὸ Πνεῦμα κτίσμα; Οὐκοῦν ἔσται τῶν κτισμάτων ἕν. Εἶτα αὐτὸς ἑαυτῷ· Εἰ γέγραπται, λέγω· εἰ δὲ οὐ γέγραπται, οὐ λέγω. Καὶ πάλιν ἑαυτῷ ἀνθυποφέρει, ὡς παρ' ἡμῶν ἐπενεχθὲν αὐτῷ, καί φησι· Γέγραπται, ὅτι « Ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα. » Καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ· Ἀλλ' οὐ κοινοποιεῖται τοῖς πᾶσι μοναδικὸν ὂν τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Οὐ γὰρ ἡ D κοινότης τῶν λέξεων κοινοποιεῖται τὰς φύσεις· ἐπεὶ ἄρα ὁμοτιμία ἐν τοῖς κτίσμασιν. Ἡμεῖς δὲ πάλιν πρὸς ταῦτα· Εἰ φόβον Θεοῦ εἶχεν ἡ καρδία σου, οὐ γέγραφε πονηρίαν, ἀλλ' ἐξ εὐθείας ἔλεγες, ὃ ἐφρόνεις. Φοβῇ δὲ εἰπεῖν, οὐ τὸν Θεὸν φοβούμενος, ἀλλὰ τὸν ὄχλον, ὡς οἱ Φαρισαῖοι τὸ βάπτισμα Ἰωάννου φοβηθέντες εἰπεῖν, πόθεν ἦν. Καὶ φοβούμενος οὐ σιωπᾷς, ἀλλὰ βοᾷς· βοᾷς δὲ τοῖς εἰδόσι, τί ἐστιν, « ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. » Καὶ γὰρ διελογίσαντο οἱ Φαρισαῖοι· « Ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ οὐρανοῦ, ἐρεῖ· Διὰ τί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ; καὶ ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ ἀνθρώπων, φοβούμεθα τὸν ὄχλον. » Τοῦτο καὶ αὐτὸς διαλογίζῃ· Ἐὰν εἴπωμεν, Οὐκ ἔστι κτίσμα, ἐροῦσι·

Διὰ τί οὖν οὐ προσκυνεῖς αὐτῷ; Ἐὰν εἴπω, Κτίσμα, A φοβοῦμαι καὶ τὸν ὄχλον. Ὁ γὰρ λαὸς ἅπας λιθοβολήσει ἡμᾶς, ἀποταξάμενος τῇ κτίσει, καὶ συνταξάμενος Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. Τί οὖν ποιεῖς; Κτίσμα λέγων κρύπτεις τὸν δόλον, καὶ αὐτὸ κατασκευάζεις εἰρηκώς· Ἀλλ' οὐ κοινοποιεῖται τοῖς πᾶσι, μοναδικὸν ὂν, τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Οὐ γὰρ ἡ κοινότης τῶν λέξεων κοινοποιεῖται τὰς φύσεις. Ἐπεὶ ἄρα ἔσται ὁμοτιμία ἐν τοῖς κτίσμασιν· ὅ ἐστι· Κτίσμα μέν ἐστιν, οὐκ ἔστι δὲ ὁμότιμον τοῖς κτίσμασιν. Ὡς εἰ ἔλεγέ τις· Ὁ ἥλιος μοναδικόν ἐστιν ἄστρον, καὶ οὐκ ἔστιν ὁμότιμον τοῖς ἀστράσι. Πᾶν ἄστρον ἐστὶν ἡμεροφανὲς, κἂν μὴ κοινοποιῆται τοῖς ἄλλοις ἄστροις. Καὶ τί ἐστιν ἀσεβέστερον τοῦ εἰπεῖν κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, λέγοντος τοῦ Υἱοῦ, ὅτι « Οὐχ ἐστὲ ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς τὸ B λαλοῦν ἐν ὑμῖν. » Αὐτοῦ λέγοντος τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς εἶναι, σὺ πῶς κτίσμα αὐτὸ λέγεις; Πῶς δὲ οὐκ ἀκούεις τοῦ Πατρὸς λέγοντος· « Ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· » καὶ ἔτι· « Ἰδοὺ ὁ Παῖς μου ὁ ἐκλεκτὸς, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου· θήσω τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν; » Καὶ πρὸς τούτοις ὁ Πέτρος λέγει· « Ὑμεῖς ἐπίστασθε τὸ γενόμενον ῥῆμα καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας· ἀρξάμενον γὰρ ἀπὸ Γαλιλαίας μετὰ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐκήρυξεν Ἰωάννης, Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει. » Ἆρα τῷ ἑαυτοῦ κτίσματι χρίεται ὁ Υἱός; Καὶ πῶς οὐκ ἀνόητον εἰπεῖν τοῦτο; Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Υἱὸς λέγει· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με. Εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με. » Καὶ C ὁ Πέτρος δὲ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων λέγει οὕτως· « Τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψωθεὶς, τὴν δὲ ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐξέχεε τοῦτο, ὃ ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούετε. » Ἆρα ὃ αὐτὸς ἔκτισε, λαμβάνει παρὰ τοῦ Πατρός; καὶ οὐκ ἔσχεν ἐξουσίαν τοῦ ἑαυτοῦ κτίσματος; Ἀλλ' ἐρεῖς· Μεῖζον οὖν ἐστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Υἱοῦ; Ἀποκρινόμεθά σοι τοίνυν· Μὴ γένοιτο! Οὐδεὶς ἡμῶν τοῦτο λέγει. Ἀλλ' ἔδει αὐτὸν, δούλου μορφὴν λαβόντα, χρίεσθαι, οὐκ ἔτι ἐλαίῳ τῷ κατὰ τὸ παλαιὸν κατασκευαζομένῳ προστάγματι Θεοῦ, ἀλλ' ἐλαίῳ ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους. « Διὰ, γὰρ, τοῦτο, φησὶν ὁ Δαβὶδ, ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. » — « Διὰ τοῦτο, » ποῖον; ὅτι, Θεὸς ὢν καὶ Υἱὸς, μορφὴν δούλου ἔλαβεν. D

tur: « Si dixerimus, E cœlo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, Ex hominibus: timemus turbam [38]. » Ita vero tute apud te ratiocinaris: Si dixerimus, Non est creatura, dicent: Quare ergo non adoras illum? Sin dixero, Creatura est, timeo et ego turbam. Omnis namque populus lapidabit nos, qui creaturæ renuntiavit, adhæretque Patri, Filio et Spiritui sancto. Quid ergo facis? Creaturam cum dicis, dolum occultas, illudque apparas cum dicis: At non communionem habet cum omnibus Spiritus sanctus, cum sit unicus. Neque enim nominum communio communionem affert naturarum. Alias quippe omnes creaturæ dignitatis ejusdem essent: hoc est, creatura quidem est, non autem æqualis creaturæ sunt honoris. Ac si diceret aliquis: Sol singulare est astrum, nec parem cum eo dignitatem habent aliæ stellæ. Omne sidus in die lucet, etiamsi commune nihil habeat cum cæteris astris. Ecqua major impietas quam creaturam dicere **478** Spiritum sanctum, cum dicat Filius: « Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis [39]. » Cum dicat ipse, Spiritum Patris ipsum esse, cur tu creaturam dicas? Cur Patrem non audis dicentem: « In novissimis diebus effundam de Spiritu meo super omnem carnem [40], » itemque: « Ecce Puer meus electus, in quem complacuit sibi anima mea: ponam Spiritum meum super eum [41]? » Ad hæc Petrus ait: « Vos scitis quod factum est verbum per universam Judæam: incipiens enim a Galilæa post baptismum, quod prædicavit Joannes, Jesum a Nazaret, quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto et virtute [42]. » Suane igitur creatura ungitur Filius? Annon insani est illud effutire? Ipse autem Filius ait: « Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me. Evangelizare pauperibus misit me [43]. » Petrus vero hæc ait in Actibus apostolorum: « Dextera igitur Dei exaltatus: et promissione Spiritus sancti accepta a Patre, effudit hunc quem vos videtis et auditis [44]. » Ergone quem ipse condidit, ipse a Patre accepit? neque potestatem habuit in creaturam suam? At dices: Major ergo Spiritus Filio? Respondemus tibi: Absit! Nostrum nemo id dicit. Sed oportuit eum, cum formam servi accepisset, ungi non illo quidem oleo, jussu Dei olim præparato, sed oleo lætitiæ præ consortibus. « Propterea enim, dicit David, unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis [45]. » — « Propterea, » quid est? quia nimirum cum Deus esset et Filius, formam servi accepit.

9. Ἐπειδὴ δὲ προεπηγγειλάμεθα δεικνύναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆς αὐτῆς φύσεως ὂν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ἀκολούθως διάλογον ἐκ δύο προσώπων ἐνστησάμενοι, τοῦτο δεῖξαι σπουδάσωμεν, σὺν εὐμενείᾳ αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος. Συντυχόντες τινὶ τῶν τὰ αὐτὰ τῷ γράψαντι τὸ σχεδάριον φρονούντων, ἔφημεν οὕτως· Μόνος ἔχειν τὴν ἀθανασίαν εἴρηται ὁ Θεὸς παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ· « Ὁ μόνος γὰρ, φησὶν, ἔχει ἀθανασίαν, φῶς

9. Quandoquidem autem Spiritum sanctum ejusdem atque Pater et Filius esse naturæ supra nos demonstraturos promisimus, restat ut duarum personarum instituto dialogo, illud ipsum, favente nobis ejusdem Spiritus gratia, ostendere aggrediamur. Si quis igitur nobis ex eorum numero forte occurrerit, qui cum scriptore hujus schedulæ sentiunt, ita illum alloquemur: Solus Deus immorta-

[38] Matth. xxi, 26. [39] Matth. x, 20. [40] Joel ii, 28. [41] Isa. xlii, 1. [42] Act. x, 37, 38. [43] Isa. lxi, 1. [44] Act. ii, 33. [45] Psal. xliv, 9.

litatem habere ab Apostolo dicitur: « Solus enim, » inquit, « habet immortalitatem, lucem habitans inaccessibilem [46]. » *Maced.* Etiam. *Orth.* Habent eamdem et angeli, et principatus, et potestates, et throni, et dominationes? *Maced.* Habent. *Orth.* Quomodo igitur solus Deus immortalitatem habet? *Maced.* Quia Deus ipse est immortalitas; angeli vero, archangeli et cœlestia omnia, immortalitatis participatione, immortalia sunt. *Orth.* Filius Dei habetne immortalitatem? *Maced.* Plane habet. *Orth.* Nunquid ut Pater, an ut cœlestia? *Maced.* Ut Pater. *Orth.* Quomodo igitur solus Pater habet immortalitatem? *Maced.* Quia substantia Filii nihil prorsus variat a substantia Patris. *Orth.* Filius ergo, perinde ut Pater, solus Deus dicitur propter invariatam substantiam. *Maced.* Eodem modo Filium et Patrem immortalitatem habere dico. *Orth.* Habetne vero et Spiritus sanctus immortalitatem? *Maced.* Habet. *Orth.* Siccine habet, ut Pater et Filius, an ut angeli et principatus et potestates, participatione et gratia? *Maced.* Ut Pater et Filius. *Orth.* Ejusdem ergo ac Pater et Filius naturæ est Spiritus sanctus? *Maced.* Absit! *Orth.* Non igitur solus Deus habet immortalitatem. Est namque et alia inventa natura, pari illam, quo Deus ipse, modo habens.

A οἰκῶν ἀπρόσιτον. » *Μακεδ.* Ναί. *Ὀρθ.* Ἔχουσι δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι, καὶ ἀρχαὶ, καὶ ἐξουσίαι, θρόνοι καὶ κυριότητες; *Μακεδ.* Ναί. *Ὀρθ.* Πῶς οὖν μόνος ὁ Θεὸς ἔχει τὴν ἀθανασίαν; *Μακεδ.* Ὅτι ὁ Θεὸς αὐτός ἐστιν ἡ ἀθανασία· οἱ δὲ ἄγγελοι μετοχῇ εἰσιν ἀθανασίας ἀθάνατοι, καὶ οἱ ἀρχάγγελοι, καὶ πάντα τὰ ἐπουράνια. *Ὀρθ.* Καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἔχει ἀθανασίαν, ἢ οὔ; *Μακεδ.* Καὶ πάνυ. *Ὀρθ.* Οὕτως ὡς ὁ Πατὴρ, ἢ ὡς τὰ ἐπουράνια; *Μακεδ.* Ὡς ὁ Πατήρ. *Ὀρθ.* Πῶς οὖν μόνος ὁ Πατὴρ ἔχει τὴν ἀθανασίαν; *Μακεδ.* Ὅτι ἀπαράλλακτός ἐστι κατ' οὐσίαν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρί. *Ὀρθ.* Μόνος οὖν Θεὸς ὁ Υἱὸς, ὡς καὶ ὁ Πατὴρ, λέγεται διὰ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας; *Μακεδ.* Οὕτως ἔχειν τὴν ἀθανασίαν τὸν Υἱὸν ὁμοίως τῷ Πατρὶ λέγω. *Ὀρθ.* Ἔχει τε καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ τὴν ἀθανασίαν; B *Μακεδ.* Ἔχει. *Ὀρθ.* Οὕτως ἔχει ὡς ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, ἢ ὡς ἄγγελοι, καὶ ἀρχαὶ, καὶ ἐξουσίαι, μετοχῇ καὶ χάριτι; *Μακεδ.* Ὡς ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱός. *Ὀρθ.* Τῆς αὐτῆς ἄρα φύσεώς ἐστι Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὸ ἅγιον Πνεῦμα; *Μακεδ.* Μὴ γένοιτο! *Ὀρθ.* Οὐκ ἔτι οὖν μόνος ὁ Θεὸς ἔχει τὴν ἀθανασίαν. Εὑρέθη γὰρ καὶ ἄλλη φύσις οὕτως αὐτὴν ἔχουσα, ὡς αὐτὸς ὁ Θεός

10. *Maced.* Rursum igitur tria unum dico. *Orth.* Hypostasibus, non unum, sed tria sunt. *Maced.* Quomodo igitur unam dico naturam? *Orth.* Quia Pater, et Filius et Spiritus sanctus eodem plane modo immortalitatem Patris habent. Atque ut Paulus, Petrus ac Timotheus unius naturæ sunt et tres hypostases: ita Patrem et Filium et Spiritum sanctum tres hypostases dico, et unam naturam. *Maced* Sed ante homines exsistunt alii **479** homines: alia igitur natura ante Patrem etiam et Filium et Spiritum sanctum exsistit. *Orth.* Absit! *Maced.* Cur igitur dicis, Eodem quo homines modo? *Orth.* Ante homines quidem, Paulum et Petrum et Timotheum, exsistunt homines, et ante hos rursum alii; ante Adamum autem nemo alius exsistit, sed Deus ipse. Ante Patrem vero, Filium et Spiritum sanctum nihil exsistit: sed ex Patre Filius natus est, et Spiritus procedit. *Maced.* Spiritus igitur non est Filii? *Orth.* Omnia quæ sunt Patris, sunt etiam Filii: nam testatur Apostolus quoque, Spiritum esse et Patris et Filii. Sic enim loquitur: « Vos autem in carne non estis, sed in spiritu; si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Quod si quis Spiritum Christi non habet, is non est ejus. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vivit propter justificationem. Quod si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum Christum a mortuis habitat in vobis, vivificabit et mortalia corpora vestra, per inhabitantem Spiritum ejus in vobis [47]. » Et Filius ipse nominat eum Spiritum Patris sui. *Maced.* Quomodo? *Orth.* « Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris qui loqui-

10. *Μακεδ.* Πάλιν οὖν τὰ τρία ἓν λέγω. *Ὀρθ.* Ταῖς ὑποστάσεσιν οὐχ ἓν, ἀλλὰ τρία. *Μακεδ.* Πῶς οὖν λέγω μίαν φύσιν; *Ὀρθ.* Ὅτι ὁμοίως ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα, τὴν τοῦ Πατρὸς ἀθανασίαν ἔχει. Καὶ ὥσπερ Παῦλος, καὶ Πέτρος, καὶ Τιμόθεος, φύσεως C μιᾶς εἰσι, καὶ τρεῖς ὑποστάσεις· οὕτως Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τρεῖς ὑποστάσεις λέγω, καὶ μίαν φύσιν. *Μακεδ.* Ἀλλὰ τῶν ἀνθρώπων προϋπάρχουσιν ἄλλοι ἄνθρωποι· ἄρα καὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος προϋπάρχει ἄλλη φύσις. *Ὀρθ.* Μὴ γένοιτο! *Μακεδ.* Πῶς οὖν λέγεις· Οὕτως, ὡς ἐπὶ ἀνθρώπων; *Ὀρθ.* Τῶν μὲν ἀνθρώπων, Παύλου, καὶ Πέτρου, καὶ Τιμοθέου, προϋπάρχουσιν ἄνθρωποι, καὶ τῶν πρὸ αὐτῶν ἄλλοι· τοῦ δὲ Ἀδὰμ οὐ προϋπάρχει ἄλλος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεός. Πατρὸς δὲ καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος οὐδὲν προϋπάρχει· ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς γεγέννηται, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται. *Μακεδ.* Οὐκ ἔστιν οὖν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα; *Ὀρθ.* Πάντα μὲν τὰ τοῦ Πατρὸς, εἰσὶ καὶ τοῦ Υἱοῦ. Καὶ γὰρ ὁ Ἀπόστολος λέγει καὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ D εἶναι τὸ Πνεῦμα, οὕτως λέγων· « Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. Εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν, τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην. Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἐγείροντος Χριστὸν Ἰησοῦν ἐκ τῶν νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Υἱὸς εἶπε, τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα. *Μακεδ.* Πῶς; *Ὀρθ.* « Οὐ γάρ ἐστε ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Πατὴρ ἑαυτοῦ λέγει τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος·

[46] I Tim. VI, 16. [47] Rom. VIII, 9-11.

« Ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. » *Μακεδ.* Ὁ Υἱός ἐστιν ὁ λέγων.

11. *Ὀρθ.* Ἀνάγνωθι τὸν Ἀπόστολον, ἵνα ἀκούσῃς αὐτοῦ. Λέγει γὰρ οὕτως, γράφων τῷ ἑαυτοῦ μαθητῇ· « Ὅτε δὲ ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ αὐτοῦ ἔλεος ἔσωσεν ἡμᾶς, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν. » *Μακεδ.* Ἡμεῖς οὐ δυνάμεθα εἰπεῖν μίαν φύσιν Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. *Ὀρθ.* Ὁμολογεῖς καὶ αὐτὸς τὸν Πατέρα εἶναι ἅγιον, περὶ οὗ εἴρηται· « Ἅγιος ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος. » *Μακεδ.* Ναί. B *Ὀρθ.* Οὕτως λέγεις ἁγίους τοὺς ἀγγέλους, ὡς τὸν Πατέρα; *Μακεδ.* Οἱ ἄγγελοι μετοχῇ ἁγιασμοῦ εἰσιν ἅγιοι· ὁ δὲ Πατὴρ φύσει ἐστὶν ἅγιος. *Ὀρθ.* Οὕτως, ὡς οἱ ἄγγελοι μετοχῇ εἰσιν ἅγιοι, ἅγιος ὁ Υἱὸς, ἢ ὡς ὁ Πατήρ; *Μακεδ.* Ὡς ὁ Πατήρ· κατὰ πάντα γὰρ αὐτὸν ὅμοιον λέγω. *Ὀρθ.* Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὕτως λέγεις ἅγιον, ὡς τοὺς ἀγγέλους, ἢ ὡς τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν; *Μακεδ.* Ὡς τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν. *Ὀρθ.* Τῆς αὐτῆς ἄρα φύσεώς ἐστι Πατρὶ καὶ Υἱῷ; *Μακεδ.* Καὶ εἰ ἀληθῶς, ὡς λέγετε, μία φύσις ἐστί· καθέζεται δὲ ὁ Υἱὸς ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρός· ποῦ καθέζεται τὸ Πνεῦμα; *Ὀρθ.* Σὺν αὐτῷ τῷ Χριστῷ. Εἰ γὰρ ἡμεῖς, ὡς λέγει Παῦλος, συγκαθεζόμεθα, δῆλον ὅτι (17*) καὶ τὸ Πνεῦμα· διὰ γὰρ αὐτὸ καὶ ἡμεῖς. *Μακεδ.* Ποῦ γέγραπται, ὅτι καὶ ἡμεῖς συγκαθεζόμεθα; *Ὀρθ.* Ἐν C τῇ πρὸς Ἐφεσίους Ἐπιστολῇ γέγραπται· « Καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι, συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ, καὶ συνήγειρε, καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ἀδύνατον δὲ συγκαθίσαι τινὰ τῷ Χριστῷ μὴ γενόμενον ναὸν τοῦ Πνεύματος. Εἰ δὲ ὁ ναὸς συγκαθέζεται, τί ἂν εἴποις περὶ τοῦ ἐνοικοῦντος Πνεύματος; *Μακεδ.* Ἀποστολικὸν τὸ Πνεῦμά ἐστιν· ἀποστέλλεται γάρ. *Ὀρθ.* Ὁ γὰρ Υἱὸς οὐκ ἀποστέλλεται; *Μακεδ.* Ναί. *Ὀρθ.* Μὴ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον ἀπεστάλη; *Μακεδ.* Οὔ· πανταχοῦ γὰρ λέγω εἶναι τὸν Υἱὸν καὶ τὸν Πατέρα. *Ὀρθ.* Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ πανταχοῦ λέγεις; *Μακεδ.* Ναί. *Ὀρθ.* Εἰ πανταχοῦ ἐστιν ὁ Πατὴρ, καὶ πανταχοῦ ἐστιν ὁ Υἱὸς, καὶ πανταχοῦ τὸ Πνεῦμα· τῆς αὐτῆς φύσεώς ἐστι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ D Υἱῷ τὸ Πνεῦμα. *Μακεδ.* Ἐπειδὴ καὶ ὁ διάβολος πανταχοῦ ἐστι, τῆς αὐτῆς φύσεώς ἐστι Πατρὶ καὶ Υἱῷ; *Ὀρθ.* Οὐκ ἔστι πανταχοῦ ὁ διάβολος· οὔτε γὰρ ἐν τῷ οὐρανῷ ἐστιν, οὔτε ἐν πάσῃ τῇ γῇ· ἀλλ' ὥσπερ τις τύραννος ἐν τόπῳ τινὶ ὢν, διὰ τῶν προσταγμάτων ἑαυτοῦ ἀποστέλλων ὑπηκόους, πανταχοῦ κρατεῖν λέγεται, ἔνθα εἰσὶν αἱ ὑπηρετούμεναι αὐτῷ δυνάμεις· καὶ τῇ μὲν ὑποστάσει ἐν ἑνὶ τόπῳ ἐστί· τῇ δὲ ἐνεργείᾳ τοῦ θελήματος πανταχοῦ· ὅπου δ' ἂν κρατῇ, εἶναι λέγεται· οὕτως καὶ ὁ διάβολος τῇ μὲν ὑποστάσει περι-

A tur in vobis [48]. » Quin Pater ipse suum esse Spiritum testatur per prophetam dicentem : « In novissimis diebus effundam de spiritu meo super omnem carnem [49]. » *Maced.* Filius est qui loquitur

11. *Orth.* Apostolum lege, ut ipsum audias. Sic enim ille ad discipulum suum scribens ait : « Postquam apparuit gratia Salvatoris nostri Dei, non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Dominum Salvatorem nostrum [50]. » *Maced.* Nos non possumus unam Patris et Filii et Spiritus sancti naturam profiteri. *Orth.* Atqui Patrem ipse quoque sanctum confiteris, de quo dictum est : « Sanctus et in sanctis requiescens [51]. » *Maced.* Etiam. *Orth.* Siccine sanctos dicis angelos, quemadmodum Patrem? *Maced.* Angeli sanctitatis participatione sancti sunt : Pater autem natura sanctus est. ([17**] *Orth.* Filium vero non dicis sanctum? *Maced.* Etiam.) *Orth.* Siccine, ut angeli sancti sunt participatione, Filius sanctus est, an ut Pater? *Maced.* Ut Pater, cui eum in omnibus similem profiteor. *Orth.* Spiritum sanctum eademne ratione, qua angelos, an qua Patrem et Filium, sanctum confiteris? *Maced.* Eadem qua Patrem et Filium. *Orth.* Ejusdem igitur cujus Pater et Filius est naturæ? *Maced.* Si revera, ut affirmatis, una natura est : et vero Filius ad dextram Patris sedet: ubi sedet Spiritus? *Orth.* Apud Christum ipsum. Si enim, ut ait Paulus, nos quoque sumus consessuri : non dubium est et Spiritum sanctum, quippe per quem et nos. *Maced.* Ubi scriptum est, nos quoque una sessuros? *Orth.* In Epistola ad Ephesios scriptum est : « Cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo, et conresuscitavit, et in cœlestibus consedere fecit [52]. » Non potest enim una cum Christo sedere, nisi qui templum Spiritus factus est. Quod si templum una sedet, quid de inhabitante Spiritu dixeris? *Maced.* Spiritus est missus : mittitur enim. *Orth.* Annon mittitur et Filius? *Maced.* Etiam. *Orth.* Num de loco in locum missus est? *Maced.* Minime : Filium enim et Patrem ubique esse dico. *Orth.* Spiritum non dicis esse ubique? *Maced.* Etiam. *Orth.* Si ubique est Pater, et ubique est Filius, et ubique Spiritus sanctus : ejusdem igitur ac Pater et Filius naturæ est Spiritus sanctus. *Maced.* Cum vero et diabolus ubique sit, erit et ille ejusdem ac Pater et Filius naturæ? *Orth.* Diabolus non ubique est. Neque enim in cœlo est, neque in universa terra; sed ut tyrannus aliquis in quodam loco consistens, ministros mandatis instructos mittens, ubicunque potentiæ suæ ministros habet, ibidem dominari dicitur : et hypostasi quidem uno in loco est, sed operatione **480** voluntatis ubicunque dominatur,

[48] Matth. x, 20. [49] Joel II, 28. [50] Tit. III, 4-6. [51] Isa. LVII, 15. [52] Ephes. II, 5, 6.

(17*) Vulg., δηλονότι. EDIT.
(17**) Hæc desunt in Græco, sed habentur in veteri interpretatione Latina.

ibidem esse dicitur: pari modo diabolus quoque hypostasi quidem sua de loco in locum transit; operatione autem voluntatis ubique terrarum est, voluntate ejus operante in « filiis diffidentiæ per principes et potestates, et mundi rectores tenebrarum [53]. » Pater autem, et Filius et Spiritus sanctus substantia, potentia et gloria ubique in omnibus et per omnia sunt. Quod si ita est: una igitur est Patris, Filii et Spiritus sancti substantia. *Maced.* Pater quidem et Filius substantia et voluntate et potentia et gloria ubique et in omnibus: Spiritus autem ibi est, quo mittitur. *Orth.* Quando igitur in cœnaculum venit, in quo erant discipuli, seditque supra singulos eorum, non erat tum in cœlo quoque? *Maced.* Gabriel quando ad Mariam missus est, non erat tum in cœlo quoque? *Orth.* Non substantia, sed cogitatione. *Maced.* Idem de Spiritu dico. *Orth.* Et quomodo audis eum qui dicit: « Spiritus Domini replevit orbem terrarum; et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis [54]? » Quid est autem aliud, quod Dei cognitionem habeat, quam Spiritus, de quo dicitur, « Spiritus scientiæ et pietatis [55]? » *Maced.* Sanctificationis Spiritus ille est. *Orth.* Annon sanctificat et Pater? Aut non scriptum est in Evangeliis: «Pater, sanctifica illos in veritate tua [56]? » Et per prophetam ait: « Ego Dominus sanctificans illos [57]. » *Maced.* Sanctificat plane et Pater et Filius. *Orth.* Si sanctificat Pater, sanctificat et Filius, et sanctificat quoque Spiritus: ejusdem igitur hic est ac Pater et Filius naturæ: nam quorum eadem operatio, eadem et natura.

A ἔρχεται ἀπὸ τόπου εἰς τόπον, τῇ δὲ ἐνεργείᾳ τοῦ θελήματος πανταχοῦ γῆς, ἐνεργουμένου τοῦ θελήματος αὐτοῦ ἐν « τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, διὰ τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν ἐξουσιῶν, καὶ τῶν κοσμοκρατόρων τοῦ σκότους. » Πατὴρ δὲ, καὶ Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, οὐσίᾳ, καὶ δυνάμει, καὶ δόξῃ πανταχοῦ, καὶ ἐν πᾶσι, καὶ διὰ πάντων εἰσίν. Εἰ δὲ τοῦτο, μία ἄρα οὐσία Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. *Μακεδ.* Πατὴρ μὲν καὶ Υἱὸς οὐσίᾳ καὶ βουλῇ καὶ δυνάμει καὶ δόξῃ πανταχοῦ καὶ ἐν πᾶσι· τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκεῖ ἐστιν, ἔνθα ἀποστέλλεται. *Ὀρθ.* Ὅτε οὖν κατῆλθεν ἐν τῷ ὑπερῴῳ ἔνθα ἦσαν οἱ μαθηταὶ, καὶ ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, οὐχ ἦν καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ; *Μακεδ.* Ὁ γὰρ Γαβριὴλ, ὅτε ἀπεστάλη πρὸς τὴν Μαρίαν, οὐχ ἦν καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ; *Ὀρθ.* Οὐσίᾳ, οὔ· διανοίᾳ, B ναί. *Μακεδ.* Οὕτω λέγω καὶ τὸ Πνεῦμα. *Ὀρθ.* Καὶ πῶς ἀκούεις τοῦ λέγοντος, ὅτι « Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην· καὶ τὸ συνέχον πάντα γνῶσιν ἔχει φωνῆς; » Τί δέ ἐστι τὸ τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν ἔχον, ἀλλ' ἢ τὸ Πνεῦμα, περὶ οὗ εἴρηται· « Πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας; » *Μακεδ.* Ἁγιαστικόν ἐστι τὸ Πνεῦμα. *Ὀρθ.* Ὁ γὰρ Πατὴρ οὐχ ἁγιάζει; Ἢ οὐ γέγραπται ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· « Πάτερ, ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; » Καὶ διὰ τοῦ προφήτου λέγει· « Ἐγὼ Κύριος ἁγιάζων αὐτούς. » *Μακεδ.* Ναὶ, ἁγιάζει καὶ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός. *Ὀρθ.* Εἰ ἁγιάζει ὁ Πατὴρ καὶ ἁγιάζει καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ ἁγιάζει καὶ τὸ Πνεῦμα· τῆς αὐτῆς ἄρα φύσεώς ἐστι Πατρὶ καὶ Υἱῷ· ὧν γὰρ ἡ αὐτὴ ἐνέργεια, καὶ ἡ αὐτὴ φύσις.

12. *Maced.* Nos viæ ducem Spiritum sanctum dicimus. Qui autem viæ dux est, is ad alium ducit. *Orth.* Nonne viæ dux est et Deus? *Maced.* Ubi scriptum est? *Orth.* Quis est qui sedet super cherubim? *Maced.* Deus. *Orth.* Audi igitur Davidem dicentem: « Qui pascis Israel, intende: qui deducis velut ovem Joseph. Qui sedes super cherubim, manifestare [58]. » Audis quod et pascat et deducat Deus? *Maced.* Pascit, fateor, et deducit Deus, sed ad seipsum deducit. Spiritus autem non ad seipsum, sed ad omnem veritatem deducit. *Orth.* Nonne et Deus ad omnem veritatem deducit? *Maced.* At ipse revera est omnis veritas. *Orth.* Ejusdem ergo viæ dux est, cujus dux est et Spiritus. Quorum vero eadem est operatio, eadem quoque natura est. Non potes enim dicere, Spiritum aliter deducere; Deum autem ad omnem veritatem deducere, cum Dominus Jesus dixerit, Spiritum ad omnem veritatem nos deducere. *Maced.* At dixi, Deum esse omnem veritatem, ipsumque ad seipsum deducere: Spiritum vero non ad seipsum, sed ad omnem veritatem, hoc est ad Deum. *Orth.* Si Deus ad seipsum deducit, quorsum Spiritus sancti deductione opus est? *Maced.* Primum deducit Spiritus, deinde Deus. *Orth.* Si qui viæ dux est, ad alium quemdam dedu-

C 12. *Μακεδ.* Ἡμεῖς ὁδηγητικὸν λέγομεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ὁ δὲ ὁδηγῶν πρὸς ἄλλον ὁδηγεῖ. *Ὀρθ.* Οὐχ ὁδηγεῖ οὖν ὁ Θεός. *Μακεδ.* Ποῦ γέγραπται; *Ὀρθ.* Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ τίς ἐστι; *Μακεδ.* Ὁ Θεός. *Ὀρθ.* Ἄκουε οὖν τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· « Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσχες· ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσὴφ, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, ἐμφάνηθι. » Ἀκούεις, ὅτι καὶ ποιμαίνει καὶ ὁδηγεῖ ὁ Θεός; *Μακεδ.* Ναὶ, ποιμαίνει καὶ ὁδηγεῖ ὁ Θεός· ἀλλὰ πρὸς ἑαυτὸν ὁδηγεῖ. Τὸ δὲ Πνεῦμα οὐ πρὸς ἑαυτὸν, ἀλλὰ πρὸς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν ὁδηγεῖ. *Ὀρθ.* Ὁ γὰρ Θεὸς οὐ πρὸς πᾶσαν ἀλήθειαν ὁδηγεῖ; *Μακεδ.* Ἀλλ' αὐτός ἐστιν ἀληθῶς ἡ πᾶσα ἀλήθεια. *Ὀρθ.* Τὴν αὐτὴν ἄρα ὁδηγεῖ ὁδηγίαν, ἣν ὁδηγεῖ τὸ Πνεῦμα. Ὧν δὲ ἡ αὐτὴ ἐνέργεια, καὶ ἡ αὐτὴ φύσις. Οὐδὲ γὰρ D δύνῃ εἰπεῖν, ὅτι τὸ μὲν Πνεῦμα ἄλλως ὁδηγεῖ, ὁ δὲ Θεὸς πρὸς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν· τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ εἰρηκότος, ὅτι αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ὁδηγεῖ ἡμᾶς πρὸς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. *Μακεδ.* Ἀλλ' εἶπον, ὅτι ὁ Θεός ἐστιν ἡ πᾶσα ἀλήθεια, καὶ αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν ὁδηγεῖ, τὸ δὲ Πνεῦμα οὐ πρὸς ἑαυτὸ, ἀλλὰ πρὸς πᾶσαν ἀλήθειαν, ὅ ἐστι πρὸς τὸν Θεόν. *Ὀρθ.* Καὶ εἰ ὁ Θεὸς πρὸς ἑαυτὸν ὁδηγεῖ, τίς ἡ χρεία τῆς τοῦ Πνεύματος ὁδηγίας; *Μακεδ.* Πρῶτον ὁδηγεῖ τὸ Πνεῦμα, καὶ τότε ὁ Θεός. *Ὀρθ.* Εἰ ὁ ὁδηγῶν πρὸς ἄλλον τινὰ ὁδηγεῖ,

[53] Ephes. v, 6; vi, 12. [54] Sap. i, 7. [55] Isa. xi, 2. [56] Joan. xvii, 17. [57] Ezech. xx, 12. [58] Psal. lxxix, 1, 2

ὁδηγεῖ δὲ τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Θεόν· καὶ ὁ Θεὸς, ὁδηγῶν, πρὸς ἄλλον τινὰ ὁδηγεῖ. *Μακεδ.* Εἶπον, ὅτι πρὸς ἑαυτόν. *Ὀρθ.* Οὐκ ἄρα ὁ ὁδηγῶν, πρὸς ἄλλον τινὰ ὁδηγεῖ, ἀλλὰ πρὸς ἑαυτόν. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ Πνεῦμα ὁδηγοῦν, καὶ πρὸς ἑαυτὸ ὁδηγεῖ, καὶ πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ πρὸς τὸν Υἱόν. Ἡ γὰρ πᾶσα ἀλήθεια, πρὸς ἣν ὁδηγούμεθα, ἡ εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμά ἐστιν ὁδηγία· κἂν ὁδηγῇ ὁ Πατὴρ, πρὸς ἑαυτὸν ὁδηγεῖ· κἂν ὁδηγῇ τὸ Πνεῦμα, πρὸς ἑαυτὸ ὁδηγεῖ. *Μακεδ.* Ἀλλ' εἶπον, ὅτι πρῶτον ὁδηγεῖ τὸ Πνεῦμα, καὶ τότε ὁ Θεός. *Ὀρθ.* Ἀλλ' εἰ τὴν αὐτὴν ὁδηγίαν ὁδηγεῖ τῷ Θεῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὧν ἡ αὐτὴ ἐνέργεια, ἡ αὐτὴ φύσις. *Μακεδ.* Ἀλλὰ τοῦτο ζητεῖται, εἰ πρῶτον τὸ Πνεῦμα ὁδηγεῖ, καὶ τότε ὁ Θεός. *Ὀρθ.* Εἶπον, ὅτι οὐδὲν ποιεῖ, κἂν πρῶτον τὸ Πνεῦμα ποιῇ, κἂν πρῶτον ὁ Θεὸς, ὅπερ οὐκ ἔστι κοινόν· μᾶλλον γὰρ εὑρεθήσεται ἐν τοῖς πλείοσιν ὁ Θεὸς πρῶτος ὁδηγῶν τοῦ Πνεύματος κατὰ τὸν σὸν λόγον. Ἡμεῖς γὰρ λέγομεν τὴν αὐτὴν καὶ κατὰ ταυτὸν εἶναι ὁδηγίαν Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Ἐπεὶ δὲ σὺ μερίζεις τὸν καιρὸν καὶ τὴν ὁδηγίαν, εἰπὲ παρὰ τίνος ὡδηγήθη πρώτου Ἀδὰμ, μένων ἐν τῷ παραδείσῳ πρὸ τῆς παραβάσεως ἐργάζεσθαι αὐτὸν καὶ φυλάττειν· παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἢ παρὰ τοῦ Υἱοῦ, ἢ παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος; *Μακεδ.* Παρὰ τοῦ Πνεύματος. *Ὀρθ.* Καίτοιγε εἴρηται· « Καὶ ἔθετο αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐν τῷ παραδείσῳ ἐργάζεσθαι καὶ φυλάττειν. » Οὐκοῦν καὶ ἄκων ὁμολογεῖς Θεὸν εἶναι τὸ Πνεῦμα· ἐπειδὴ αὐτὸ πρῶτον ὁδηγεῖν λέγεις. *Μακεδ.* Ὁ Θεὸς ἐν τῷ Πνεύματι ὁδηγεῖ. *Ὀρθ.* Καὶ πῶς γέγραπται· « Ὁ ὁδηγήσας ὡς πρόβατα τὸν λαόν σου ἐν χειρὶ Μωσέως καὶ ἐν βραχίονι Ἀαρών; » Μὴ ἡ χεὶρ Μωσέως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστι; *Μακεδ.* Εἰ μία φύσις ἐστὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, δύναται καὶ γεννῆσαι καὶ κτίσαι τὸ Πνεῦμα. *Ὀρθ.* Μίαν λέγεις φύσιν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος εἶναι, ἢ οὐδὲ τοῦτο λέγεις; *Μακεδ.* Μίαν οὐ λέγω· ὁμοίαν δὲ λέγω. *Ὀρθ.* Ὁμοίαν λέγεις, ὡς χρυσοῦ καὶ χαλκοῦ; *Μακεδ.* Μὴ γένοιτο! *Ὀρθ.* Ἀλλ' ὡς τί; *Μακεδ.* Ὡς χρυσοῦ καὶ χρυσοῦ. *Ὀρθ.* Τοῦτο οὖν ἐστι μία φύσις. Ὅλως δὲ οὕτως ὅμοιον λέγεις τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, ὡς χρυσὸν χρυσῷ; *Μακεδ.* Ναί. *Ὀρθ.* Ἐὰν οὖν θελήσῃ ὁ Υἱὸς, τῆς αὐτῆς ὢν φύσεως τῷ Πατρὶ, δύναται γεννῆσαι Υἱόν; *Μακεδ.* Ναὶ, δύναται· ἀλλ' ἵνα μὴ θεογονίαν διδαχθῶμεν, τοῦτο οὐ ποιεῖ. *Ὀρθ.* Οὐδὲν ἄρα κωλύει τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ μήτε γεννᾶν, μήτε κτίζειν, ἵνα μὴ θεογονίαν, ὡς ἔφης, μήτε πολυθεΐαν διδαχθῶμεν. Ἃ μέντοιγε θέλει ὁ Πατὴρ, κτίζει ὁ Υἱὸς, ἁγιάζει τὸ Πνεῦμα. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, « Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. » Οὔτε ὁ Πατὴρ, βοηθείας δεόμενος, κτίζει διὰ τοῦ Υἱοῦ, οὔτε ὁ Υἱὸς, βοηθείας χρῄζων, κτίζει διὰ τοῦ Πνεύματος· ἀλλ' ἵνα ἐκ τῶν γιγνομένων δειχθῇ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἡ ταυτότης. Ὅτι δὲ δύναται κτίσαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐδείχθη ἐκ τοῦ

A cit, deducit autem Spiritus ad Deum; Deus quoque deducens, ad alium quemdam deducit. *Maced.* Dixi, quod ad seipsum. *Orth.* Non igitur qui deducit, ad alium quemdam deducit, sed ad seipsum. Quod si ita est, Spiritus quoque deducens et ad seipsum deducit, et ad Patrem et ad Filium. Omnis enim illa veritas ad quam deducimur, nihil aliud est, quam in Patrem, Filium et Spiritum sanctum deductio: et quando deducit Pater, ad seipsum deducit; et quando deducit Spiritus, ad seipsum deducit. *Maced.* At dixi, primum deducere Spiritum, et tum demum Deum. *Orth.* Si vero ejusdem viæ dux est Spiritus, cujus et Deus, quorum eadem est operatio, eorum eadem est et natura. *Maced.* Sed hoc quæritur: utrum prius Spiritus, an vero Deus B deducat. *Orth.* Dixi, quod nihil ad rem, sive Spiritus primum fecerit, sive Deus primum, quod commune non est. Quin potius, juxta tuum sermonem in pluribus **481** Deus Spiritu prior deducere comperietur. Nos enim dicimus, unam et eamdem esse Patris, Filii et Spiritus sancti deductionem. Tu vero siquidem et tempus et deductionem dividis, dic quæso, a quo primo Adam deductus fuerit, dum in paradiso ante transgressionem mansit ad colendum eum et custodiendum? a Patrene, an a Filio, an a Spiritu sancto? *Maced.* A Spiritu. *Orth.* Atqui dicitur: « Et collocavit ipsum Deus in paradiso ad colendum eum et custodiendum [59], » annon vel invitus profiteris, Spiritum esse Deum: quandoquidem primum ipsum deducere affirmas? *Maced.* C Deus in Spiritu deducit. *Orth.* Quomodo igitur scriptum est: « Deduxisti sicut oves populum tuum in manu Mosis et in brachio Aaronis [60]? » Num Mosis manus est Spiritus sanctus? *Maced.* Si una Patris et Filii et Spiritus sancti natura est, Spiritus et gignere poterit et creare. *Orth.* Aut unam confiteris Patris et Filii et Spiritus sancti naturam esse, aut non? *Maced.* Unam non confiteor: similem autem dico. *Orth.* Similemne ut aurum æri? *Maced.* Absit! *Orth.* Ut quid ergo? *Maced.* Ut aurum auro. *Orth.* Una est igitur horum natura. Tu vero siccine in universum similem Patri Filium dicis, ut aurum auro? *Maced.* Etiam. *Orth.* Poterit igitur Filius, cum ejusdem ac Pater naturæ sit, gignere Filium, si volet? *Maced.* Etiam potest: sed D non facit hoc, ne deorum generationem doceamur. *Orth.* Nihil igitur prohibet, quominus ejusdem ac Pater et Filius naturæ sit Spiritus sanctus, licet nec gignat, nec creet: ne vel generationem, ut ais, vel multitudinem deorum doceamur. Nimirum quæ vult Pater, creat Filius, sanctificat Spiritus. Atque hoc est: « Verbo Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum [61]. » Neque Pater, quod auxilii indigeat, per Filium creat: neque Filius, quod auxilii egeat, per Spiritum creat; sed ut ex rebus conditis Patris, et Filii, et Spiritus sancti identitas demonstretur. Cæterum quod Spi-

[59] Genes. II, 15. [60] Psal. LXXVI, 21. [61] Psal. XXXII, 6.

ritus sanctus creare possit, Dominicum corpus A ostendit, angelo dicente: « Quod enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est [62]. » *Maced.* Etiam Pater Spiritus sanctus est: item Filius: et quando ait, Ex Spiritu sancto est, Filium intelligit, non eum, de quo nos loquimur, Spiritum.

13. *Orth.* Lege locum Evangelii, ut audias angelum Mariæ dicentem: « Spiritus sanctus superveniet in te [63]: » qualis ille? isne, de quo loquimur, an Filius? an alius quis Spiritus sanctus? Nam et angeli spiritus sancti sunt. *Maced.* Spiritum sanctum dicit illum ipsum, in quem baptizamur. *Orth.* Ex hoc igitur Spiritu corpus Dominicum natum esse ait Gabriel. Neque enim alius in eam supervenit, alius gratiam operatus est: sed quod in ea natum est, ex Spiritu sancto est, ex eo videlicet, qui su- B per illam venit. *Maced.* Quomodo igitur ait: « Sapientia ædificavit sibi domum [64]? » *Orth.* Hoc enim est, quod nos dicimus: omnia Patris opera Filii esse; et Filii quæ sunt, Spiritus dici. Itaque, quoniam una est Patris ac Filii potentia in Spiritu sancto operans. Paulus dicit: « Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores [65]. » Et rursus idem: « A Mileto mittens Ephesum vocavit majores natu Ecclesiæ, » eosque sic allocutus est: « Attendite vobis, et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, pascere Ecclesiam Christi [66]. » Vides, quos Deus præposuit, eosdem Spiritum sanctum quoque præposuisse, et quos Spiritus præposuit, eosdem Deum præposuisse: nec alios Spi- C ritum, alios Deum, sed illos ipsos, quos præposuit Deus, præposuit et Spiritus. Quodsi Spiritus eos præposuit, quos præposuit Deus, hinc sequitur eamdem Dei et Spiritus esse operationem. Quorum vero eadem est operatio, eorum eadem quoque est natura.

482 *Maced.* Atqui Deus est qui omnia in omnibus operatur. Scriptum est enim: « Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus: et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus: et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus [67]. » *Orth.* Recita quæ sequuntur, ut audias: « Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem datur per Spiritum sermo sapientiæ; alii vero D sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum; alteri fides in eodem Spiritu; alii gratia sanitatum in eodem Spiritu; alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult [68]. » Vult autem eadem, quæ volunt Pater et Filius, atque ideo voluntatem eorum unam dicimus. Quorum autem voluntas eadem est, eademque operatio, natura item est eadem.

14. *Maced.* Nunquid igitur Spiritus est Deus?

Κυριακοῦ σώματος, τοῦ ἀγγέλου εἰρηκότος· « Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. » *Μακεδ.* Καὶ ὁ Πατὴρ Πνεῦμα ἅγιόν ἐστι, καὶ ὁ Υἱός· καὶ ὅταν λέγει, Ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου, τοῦ Υἱοῦ λέγει, οὐχὶ δὲ τοῦ Πνεύματος, περὶ οὗ ὁ λόγος.

510 saluti invident et gloriæ, omnem prorsus improbitatem longissime vincit. Hoc jam præstant ii qui negant Salvatorem ex natura nostra primitias sumpsisse. Sed multis modis peccant, tum quod Scripturæ sanctæ testimonio, tum magis Spiritus sancti oraculis adversentur : tum quod Domini nostri in homines amorem obscurare non dubitent : vel quod generi hominum universo præstita beneficia respuant, maximeque, quod magnam assumpti hominis œconomiam inutilem declarent. Non assumpsit ex nostra natura carnem : quomodo igitur habitavit in nobis? Quomodo semen Abrahæ assumpsit? Quomodo dicitur : « Ex quibus Christus secundum carnem [87]? » Vana igitur prophetarum vaticinia : vanæ Davidi factæ a Deo promissiones : « De fructu ventris tui ponam super sedem tuam [88]. » Falso Christus fideles vocat fratres suos : falso Paulus ait : « Nam ipsius genus sumus [89]. » Ecquem non pudeat tot tantosque testes impudenter rejicere, nova absurdaque dogmata fabricare, debito gratiarum actionis honore Dominum privare, damno denique genus nostrum universum in illo afficere? Non ex nobis est caro illa assumpta. Qualem igitur salutis spem habemus? Non adhuc lex impleta est : adhuc accusamur de peccato : adhuc maledictionis onere premimur : adhuc mors in nobis dominatur : adhuc generis nostri viget condemnatio. Si nihil omnino de substantia humana habuit is qui legem implevit, adhuc natura accusationibus est obnoxia. Fortassis qui generis nostri sunt in judicium publicum vocabunt legislatorem, ut qui nimis arduas inutilesque hominibus leges imposuisse videatur, eo quod nemo eas possit implere. Sic carnis rejectio blasphemiarum omnium fit fundamentum. Necessarium igitur est, imo pernecessarium credere Scripturis sanctis, confiteri ex nostro genere primitias, celebrare singularem assumentis in genus hominum amorem, obstupescere magnæ œco-

XV.

B *Πρὸς τοὺς ζημιοῦντας ἡμῶν τὸ γένος, τῷ μὴ λέγειν, ἐκ τῆς φύσεως ἡμῶν εἰληφέναι τὴν ἀπαρχὴν τὸν Σωτῆρα.*

Πᾶσα μὲν κακία πρᾶγμα φευκτὸν καὶ Θεῷ στυγητὸν, καὶ ἀνθρώποις πολέμιον· τὸ δὲ καὶ τῇ οἰκείᾳ σωτηρίᾳ καὶ δόξῃ βασκαίνειν τινὰς, τοῦτο πᾶσαν ὑπερβάλλει πονηρίας ὑπερβολήν· ὅπερ ποιοῦσι τὰ νῦν οἱ λέγειν τολμῶντες μὴ ἐκ τῆς φύσεως ἡμῶν παρὰ τοῦ Σωτῆρος εἰλῆφθαι τὴν ἀπαρχήν. Καὶ πολυτρόπως παρανομοῦσι· τοῦτο μὲν τῇ τῶν ἁγίων Γραφῶν μαρτυρίᾳ, μᾶλλον δὲ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος νομοθεσίᾳ μαχόμενοι· τοῦτο δὲ τὴν τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπίαν ἐπισκιάζειν τολμήσαντες· τοῦτο δὲ τὴν κοινὴν ἀνθρώπων εὐεργεσίαν ἐκβάλλοντες· ἔτι μὴν καὶ ἀνόνητον τὴν μεγάλην οἰκονομίαν τῆς ἐνανθρωπήC σεως ἀποφαίνοντες. Οὐκ ἔλαβεν ἐκ τῆς ἡμετέρας φύσεως σάρκα· πῶς οὖν ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν; Πῶς σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπελάβετο; Πῶς εἴρηται· « Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα; » Ψευδεῖς τῶν προφητῶν αἱ προῤῥήσεις· ψευδεῖς αἱ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Δαβὶδ ὑποσχέσεις· « Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου· ψευδῶς ἀδελφοὺς ὁ Κύριος τοὺς πιστοὺς ὀνομάζει· ψευδῶς ὁ Παῦλος εἶπε· « Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. » Τίς οὐκ αἰσχύνηται καὶ τοσούτων μαρτύρων πλῆθος ἀναιδῶς παρορᾷν, καὶ δογμάτων ἀτοπίαν καινοτομεῖν, καὶ τῆς ἐπὶ τούτοις εὐχαριστίας τὸν Δεσπότην ἀποστερεῖν, καὶ τὸ γένος ἡμῶν ὅλον ἐν ταύταις ζημιοῦν; Οὐκ ἐξ ἡμῶν ἡ ληφθεῖσα σάρξ; Καὶ ποίαν ἔχομεν σωτηρίας ἐλπίδα; Ἔτι ἡμῖν ὁ νόμος ἀπλήρωτος· ἔτι τῆς παραβάσεως D ἐγκλήματα· ἔτι τῆς κατάρας τὸ βάρος· ἔτι τοῦ θανάτου τὸ κράτος· ἔτι τοῦ γένους ἡ καταδίκη. Εἰ μηδὲν εἶχεν ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας ὁ τὸν νόμον πληρώσας, ἔτι ταῖς κατηγορίαις ἡ φύσις ὑπεύθυνος. Τάχα καὶ δίκην οἱ τοῦ γένους πρὸς τὸν νομοθέτην ἀντικρυς συγκροτήσουσιν, ὡς περιττὰ καὶ ἀνόνητα τοῖς ἀνθρώποις νομοθετήσαντα, τῷ μηδένα δυνηθῆναι ταῦτα πληρῶσαι. Οὕτως ἡ τῆς σαρκὸς ἀθέτησις πάσης γίνεται βλασφημίας ὑπόθεσις. Ἀναγκαῖον οὖν, ἀναγκαῖον πιστεῦσαι ταῖς ἁγίαις Γραφαῖς, ὁμολογῆσαι τὴν ἐξ ἡμῶν ἀπαρχὴν, δοξάσαι τὴν τοῦ λαβόντος φιλανθρωπίαν, ἐκπλαγῆναι τὸ θαῦμα τῆς μεγάλης οἰκονομίας, μὴ δεδοικέναι τὴν ἐκ νόμου κατάραν· « Χρι-

[87] Rom. IX, 5. [88] Psal. CXXXI, 11. [89] Act. XVII, 28.

στὸς γὰρ ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου· » τὴν πλήρωσιν τοῦ νόμου, τὴν διὰ τῆς ἀπαρχῆς γενομένην, ὅλῳ λογίζεσθαι τῷ φυράματι, γινώσκειν τὸ πρέπον καὶ τὸ ἀκόλουθον· ὅτι, Θεοῦ γυμνοῦ τὸν νόμον πληρώσαντος, ὅπερ οὐδὲ λέγειν ἁρμόδιον, οὐκ ἦν ἄλλην οὐσίαν μετέχειν τοῦ κατορθώματος· σαρκὸς δὲ τῆς ἐξ ἡμῶν ἐν τῷ πληρώσαντι τὸν νόμον γνωριζομένης, ἀναφαίνεται τοῦ γένους τὸ καύχημα, ὡς καταπατεῖν ἀδεῶς τοῦ θανάτου τὸ κέντρον, οἷα μηκέτι χώραν ἔχον κατὰ τῆς φύσεως, ἧς ἡ ἀπαρχὴ προλαβοῦσα κατεπάτησέ τε καὶ ἤμβλυνε, καὶ πᾶσι δέδωκε τοῖς πιστεύουσι λέγειν· « Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; Ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νεῖκος; » καὶ πάλιν· « Ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ὁ θάνατος, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. » Δι' ἀνθρώπου λέγει, οὐ παρὰ ἀνθρώπου. Ὃ γὰρ παρὰ ἀνθρώπου γίνεσθαι ἀδύνατον ἦν, τοῦτο δι' ἀνθρώπου τοῦ συνημμένου Θεῷ ῥᾳδίως ἐγένετο. Οὕτω τῆς ἀναστάσεως τὸ δῶρον καρπούμεθα· οὕτω τὴν υἱοθεσίαν ἀπολαμβάνομεν· οὕτως ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου καλούμεθα· οὕτω συγκληρονόμοι γινόμεθα· οὕτω τὸν ἐχθρὸν ἐν τῇ ἀπαρχῇ νενικήκαμεν· οὕτω τὴν παῤῥησίαν ἐξ ἐκείνης δεχόμεθα· οὕτω τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαιον ὡς ἡμέτερον οἰκειούμεθα, τῆς ἐξ ἡμῶν ληφθείσης σαρκὸς ἐπισείοντες αὐτῶν τὴν ἔνθεον ἀριστείαν· οὕτω σύμμορφοι γενέσθαι τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ πάντες οἱ πιστεύοντες γνησίως ἀπεκδεχόμεθα· οὕτως ἀληθὲς εὑρίσκομεν τὸ, « Συνήγειρεν ἡμᾶς καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. » Μήπω γὰρ ἀναστάντων ἡμῶν ἐν τῇ καθ' ἕκαστον ὑποστάσει, μηδὲ γενομένων ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀνελθόντα καὶ κατελθόντα συγγένειαν κατέχομεν ἐν τῇ τῶν τοιούτων ἐλπίδι ἀσφαλῆ τὰ ἐνέχυρα. Πόσον οὖν ἄξιοι μίσους οἱ φθονεῖν ἡμῖν ἐπὶ τοσούτοις καὶ τηλικούτοις ἀγαθοῖς διὰ τῆς οἰκείας κακοδοξίας ἀγωνιζόμενοι, καὶ κωλύοντες μὲν τὸ γένος σεμνύνεσθαι, χωρίζοντες δὲ τὴν σάρκα, ἣν ἑαυτῷ παραδόξως ὁ Λόγος συνέζευξεν, ἀνθιστάμενοι δὲ Παύλῳ βοῶντι, « Ἃ ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω, » μισθοῦντες δὲ τὴν γλῶτταν τῷ διαβόλῳ πρὸς τὸ κρύπτειν τὰ κατ' ἐκείνου γενόμενα; Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐκείνῳ βαρὺ καὶ οὐ φορητὸν, ὡς τὸ ἰδεῖν τὴν ὑπ' αὐτοῦ πλανηθεῖσαν φύσιν ἀναληφθεῖσαν μὲν τῇ ἀπαρχῇ παρὰ τοῦ τῶν οὐρανῶν βασιλέως, πολιτευσαμένην δὲ μεγαλοφυῶς τε καὶ ὑπὲρ ἔπαινον· γενομένην δὲ κρείττονα τοῦ θανάτου· καταλύσασαν δὲ τὴν αὐτοῦ τυραννίδα· ἀναληφθεῖσαν δὲ εἰς οὐρανὸν, καὶ τῆς ἐνδόξου καθέδρας ἀξιωθεῖσαν, ἔν τε πρὸς τὸν ἀναλαβόντα πάσῃ τῇ κτίσει γινωσκομένην τῇ ἄκρᾳ συναφείᾳ, τῇ τῆς δόξης κοινωνίᾳ τῷ ἀμερίστῳ, τῆς ὑπὲρ πάντα λόγον ἀξίας.

XVI.

Πρὸς τοὺς κελεύοντας ἁπλῶς πιστεύειν τοῖς λεγομένοις, καὶ μὴ κατανοεῖν τὸ πρέπον ἢ ἀπρεπές.

Πολλῶν δεινῶν ὑπαρχόντων δογμάτων, ὧν ἐπεισήγαγε τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων εἰς ἐπικίνδυνον ἀπάτην

A nomiæ miraculum; non timere maledictionem legis: « Christus enim nos a maledicto legis liberavit [90], » impletionem legis a primitiis factam toti massæ ascribere, agnoscere quid congruat et quid consequatur. Nam si solus Deus legem implevit, quod ne dicere quidem convenit, nulla alia natura præclari facti est particeps. At si suscepta ex nobis caro in eo, qui legem implevit, agnoscatur, manifesta fit generis nostri gloria, quod secure mortis stimulum possit conculcare, quippe cui nihil ultra in eam naturam juris sit, a cujus primitiis (Christo) jam olim fuit contrita et fracta, ut omnes credentes nunc possint dicere: « Ubi est, o mors, stimulus tuus? Ubi tua, inferne, victoria [91]? » Et rursum: « Sicut per unum hominem mors: ita per B unum hominem resurrectio mortuorum [92]. » Per hominem dicit, non ab homine. Quod enim ab homine fieri non poterat, id per hominem Deo copulatum nullo negotio fiebat. Sic resurrectionis donum consequimur; sic adoptionem nanciscimur; sic Domini fratres appellamur; sic cohæredes efficimur; sic hostem in primitiis vincimus; sic fiduciam ex illis accipimus; sic sumptæ ex nobis carnis adversus diabolum tropæum nobis vindicamus, divinum illorum robur concutientes, sic omnes, qui vere credimus, exspectamus nos glorioso ejus corpori conformes fore. Sic verum illud esse comperimus. « Conresuscitavit nos et consedere fecit in cœlestibus [93]. » Etsi enim in nostra quisque hypo- C stasi nondum resurrexerimus, nec in cœlestibus simus: propter cognationem tamen cum eo qui ascendit et descendit, ipsa talium spe firma tenemus pignora. Quanto igitur odio digni illi, qui perversa sua doctrina tanta ac talia nobis bona invidere non dubitant: qui genus nostrum honorari nolunt; qui carnem separant, quam sibi, modo plane stupendo, Verbum conjunxit, **511** adversantes Paulo clamanti: « Quæ Deus conjunxit, homo non separet [94]; » qui denique linguam diabolo mercede locant ad occultanda ea, quæ contra ipsum facta sunt. Nihil enim illi acerbius, nihil intolerabilius accidere potest, quam si videat seductam a se naturam a cœlesti Rege in primitiis sursum evectam, et excelso animo ac supra laudem omnem D conversam, et superiorem factam morte destruxisse ipsius tyrannidem, et assumptam in cœlum, gloriosaque sede fuisse honoratam, et apud eum qui assumpserat, inter omnes creaturas, in summa conjunctione cognitam, in participatione gloriæ cum eo qui a se est indivisus, quæ dignitas omnem orationem exsuperat

XVI.

Adversus eos qui volunt simpliciter iis quæ dicta sunt credendum esse, nec considerandum quid conveniat et quid non conveniat.

Etsi multa et horrenda dogmata in hominum genus ille omnis honesti osor dæmon invexit, ut peri-

[90] Galat. III, 13. [91] I Cor. XV, 55. [92] ibid. 22. [93] Ephes. II, 6. [94] Matth. XIX, 6.

culosa fallacia assentientes involveret : tamen haud scio an superioribus temporibus hujusmodi quid parturiverit quale nunc parturit. Nam earum quæ viguerunt hæreses, quæque alius atque alius erroris mater fuit. At quæ nunc novissima omnium inventa est, ea cunctas renovavit, cunctas audacia superavit, postremo præ cæteris omnibus malorum ortum indicavit. Vere « parturiit injustitiam, concepit dolorem et peperit iniquitatem [95]. » Parturivit impietatis propositum : concepit malæ artis instituta, in quibus et alii errarunt : peperit multifarium aliud malum suo quidvis arbitratu innovandi. Quin etiam ut omnes se sequantur, imperiose præcipit : Amplectimini, inquit, simpliciter, quæ dicuntur, nec inquirat quisquam quid in iis conveniens sit, quid inconveniens. Ac fidem nominat inconsideratam noxiamque approbationem infirmorum nullisque demonstrationibus instructorum dogmatum. Credamne sine judicio? nec inquiram, quid aut fieri possit, aut utile sit, aut deceat, aut Deo gratum, aut naturæ congruum, aut veritati consonum, aut scopo accommodatum, aut mysterio consentaneum, aut pietate dignum sit? Ecqua utilitas erit mihi? Aut quis menti fructus quæ horum nihil secum reputavit, sed auditum quidem sono verborum obtulit, nullam vero dictorum cepit intelligentiam? Hoc adversariis omnibus erroris universorumque malorum causa est. Quis enim est inimicorum Ecclesiæ catholicæ qui non postulet dictis omnibus suis, absque prævio examine, fidem haberi? Quamvis gentilem dixeris, sive Manichæum, sive Arii aut Apollinarii, aut alterius hujusmodi hæredem, non recusat examen, ut fugiat convictionem. Nonne alia suo marte eructans, alia ex Scripturæ divinæ harmonia resecans et ad scopum trahens suum, argumenta profert, quæ a nemine, ut optat ipse, indaganda pronuntiat? Deinceps si omnibus simpliciter adhibeamus aurem, nec enascentem ex eorum dictis absurditatem confutaverimus, nec dogmatum pugnæ, quæ ex perversa illorum interpretatione oritur, solutionem efflagitaverimus, quis in posterum amplius veritatis viam inveniet? quis non facile in præcipitium hæreticorum dogmatum incidet, non considerans novorum dogmatum inconvenientiam, nec veritatis exigens convenientiam? Quid credam corde ad justitiam? quid loquar ore ad salutem, cum mihi maligne objecerint illud : « Pater, qui misit me, major me est [96]? » Simpliciterne accipiam, an præcipitanter assentiar? audacter Filium Patre inferiorem pronuntiabo, et nihil omnino perpendam, neque quod œconomiæ iste sermo sit, neque quod ejusdem hoc dictum sit : « Ego et **512** Pater unum sumus [97]; » et : « Ut honorent Filium, sicut honorant Patrem [98]; » et : « Qui vidit me, vidit et Patrem [99]; » et infinita alia, quæ æqualitatem paremque Patris et Filii honorem in omnibus declarant? Si igitur nihil eorum quæ inde consequuntur ex-

A τῶν δεχομένων ὁ μισόκαλος δαίμων, οὐκ οἶδ' εἴ τι τοιοῦτον ἐν τοῖς ἀνέκαθεν χρόνοις ὤδινεν, οἷον νῦν. Ἑκάστη μὲν γὰρ τῶν ἀπὸ τῶν αἱρέσεων τῆσδε ἢ τῆσδε τῆς πλάνης γέγονε μήτηρ· ἡ δὲ νῦν μετὰ πάσας ἐφευρεθεῖσα πάσας ἀνενεώσατο, καὶ πάσας ὑπερεβάλετο, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν τῶν κακῶν γένεσιν ἐπεδείξατο. Ὄντως « ὠδίνησεν ἀδικίαν, συνέλαβε πόνον καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν. » Ὠδίνησε πρόθεσιν ἀσεβείας, συνέλαβε τὴν ἄλλοις πλανηθεῖσαν πρόθεσιν κακοτεχνίας· ἔτεκε τὸ ποικίλον κακὸν τῆς αὐτονόμου καινοτομίας, καὶ πάντας ἀκολουθεῖν ἐπιτάττει μετὰ πολλῆς ἐξουσίας· Δέχεσθε, φησὶν, ἁπλῶς τὰ λεγόμενα, καὶ μηδεὶς ἐξεταζέτω, τί πρέπον ἐν αὐτοῖς, ἢ τί ἀπρεπές. Καὶ πίστιν ὀνομάζει τὴν ἀβασάνιστον ἐπὶ τοῖς ἀστάτοις καὶ ἀναποδείκτοις ἐπὶ βλάβῃ συγκατάθεσιν. B Ἀλόγως πιστεύσω; καὶ μὴ ἐξετάσω τί δυνατὸν, ἢ συμφέρον, ἢ πρέπον, ἢ Θεῷ φίλον, ἢ τῇ φύσει κατάλληλον, ἢ τῇ ἀληθείᾳ σύμφωνον, ἢ τῷ σκοπῷ ἀκόλουθον, ἢ τῷ μυστηρίῳ ἁρμόδιον, ἢ τῆς εὐσεβείας ἄξιον; Καὶ τί κέρδος ἕξω; ἢ τίς ὄνησις τῇ διανοίᾳ τῇ μηδὲν τούτων λογιζομένῃ, ἀλλ' ἀκοὴν μὲν τῷ ἤχῳ τῶν ῥημάτων βάλλεσθαι, ψυχὴν δὲ μηδεμίαν τῶν λεγομένων σύνεσιν δέχεσθαι; Τοῦτο περὶ πᾶσι τοῖς ἀλλοτρίοις τῆς πλάνης καὶ τῶν κακῶν ὅλων αἴτιον γίνεται. Τίς γὰρ τῶν πολεμίων τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας οὐκ ἀξιοῖ πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις ἀκρίτως πιστεύειν; Κἂν Ἕλληνα εἴπῃ, κἂν Μανιχαῖον, κἂν Ἀρείου, κἂν Ἀπολλιναρίου, κἂν ἄλλου τοιούτου τινὸς κληρονόμον, οὐχὶ παραιτεῖται τὴν ἐξέτασιν, ἵνα φύγῃ τὸν ἔλεγχον; Οὐ τὰ μὲν οἴκοθεν C ἐρευγόμενος, τὰ δὲ ἐκ τῆς θείας τῶν Γραφῶν ἁρμονίας ἀποκόψας, καὶ πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν ἑλκύσας, προβάλλει μὲν κατασκευὰς, ἃς ὡς βούλεται μηδένα χρῆναι πολυπραγμονεῖν ἀποφαίνεται; Εἶτα, ἂν πᾶσιν ἁπλῶς τὰς ἀκοὰς ὑποθήσωμεν, καὶ τὴν ἀνακηρύττουσαν ἀφ' ὧν λέγουσιν ἀτοπίαν, μηδ' ἐλέγξωμεν, μηδὲ τὴν λύσιν τῆς τῶν δογμάτων μάχης τῆς φυομένης διὰ τῆς κακῆς ἑρμηνείας αὐτῶν ἀπαιτήσωμεν· καὶ τίς εὑρήσει λοιπὸν ἔτι ἀληθείας ὁδόν; τίς οὐκ ἐμπεσεῖται ῥᾳδίως εἰς κακοδοξίας κρημνὸν, μὴ σκοπῶν τῆς καινοτομίας τὸ ἀπρεπὲς, μήτε ἀπαιτῶν τῆς ἀληθείας τὸ πρέπον; Τί πιστεύσω τῇ καρδίᾳ εἰς δικαιοσύνην; τί λαλήσω τῷ στόματι εἰς σωτηρίαν, ὅταν προβάλωσι κακοήθως τὸ, « Ὁ πέμψας με ὁ Πατὴρ μείζων μού D ἐστίν; » Ἁπλῶς δέξομαι; προπετῶς συνθῶμαι; τολμηρῶς ἀποφανοῦμαι τοῦ Πατρὸς ἥττονα τὸν Υἱόν; καὶ μηδὲν ὅλως λογίσομαι, μήθ' ὅτι τῆς οἰκονομίας ὁ λόγος, μήθ' ὅτι τοῦ αὐτοῦ φωνή· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν· » καὶ, « Ἵνα τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα· » καὶ, « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα· » καὶ ἄλλα δὲ μυρία, τὰ τὴν ἰσότητα καὶ τὴν ὁμοτιμίαν ἐν πᾶσι γνωρίζοντα; Εἰ οὖν μηδὲν δεῖ τῶν ἀνακυπτόντων ὁρᾷν, μήτε τὸν πρέποντα λόγον ἀποδιδόναι περὶ τῶν ἀνακυπτόντων καὶ ἐναντίων εἶναι δοκούντων, πῶς σύμφωνα δείξομαι τὰ τοσοῦτον ἀλλήλων κατὰ τὸ πρόχειρον τῆς ἐπαγγελίας ἀπᾴδοντα; Πῶς αὐτὸς φανήσεται καὶ μονογενὴς καὶ πρωτότοκος,

[95] Psal. vii, 15. [96] Joan. xiv, 28. [97] Joan. x, 30. [98] Joan. v, 23. [99] Joan. xiv, 9.

πᾶσι δήλου τυγχάνοντος, μὴ συμβαίνειν ἀλλήλοις τὰ δύο περὶ τὸν ἕνα τὸν ἐν μιᾷ θεωρούμενον φύσει; Ὁ μὲν γὰρ μονογενὴς μὴ ἔχων ἀδελφοὺς, οἷα μονογενὴς, πρωτότοκος καλεῖσθαι οὐ δύναται· πρωτότοκον γὰρ εἶπεν ὁ Παῦλος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς· ὁ δ' αὖ πρωτότοκος, ἔχων, ὡς εἰκὸς, ἀδελφοὺς, μονογενὴς οὐκ ἔτι προσαγορεύεται. Πάλιν ὁ αὐτὸς καὶ πρόσφατος λέγεται καὶ αἰώνιος· « Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. » Τὸ ἕτερον ἑτέρῳ ἀντικαθίσταται. Εἰ πρόσφατος, πῶς αἰώνιος; Εἰ αἰώνιος, πάντως οὐ πρόσφατος. Τὸ δὲ, « Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, » πῶς οὐ προδήλως τοῖς ἄλλοις μάχεται, δι' ὧν μανθάνομεν καὶ Πατέρα αὐτὸν ἔχειν ἐν οὐρανοῖς, καὶ μητέρα ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ γενεαλογεῖσθαι σαφῶς παρὰ τοῖς ἐνδόξοις εὐαγγελισταῖς; Εἰ ἀπάτωρ, πῶς οὐρανίου Πατρός; εἰ ἀμήτωρ, πῶς ἐκ τῆς Παρθένου μητρός; εἰ ἀγενεαλόγητος, πῶς « βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ; » Τοσούτων οὖν ὄντων καὶ πολλῷ πλειόνων τῶν οὕτως ἀλλήλων ἀσυμφώνων εἶναι δοκούντων, τί ἄρα κελεύουσιν ἡμᾶς ἀβασανίστως δέξασθαι; τί δὲ ἀπώσασθαι; Οὐ γὰρ οἷόν τε πᾶσιν ὁμοίως ἕπεσθαι τοὺς μὴ τὴν ἁρμόζουσαν λύσιν τῆς νομιζομένης διαφωνίας εὑρίσκοντας. Εἰ τὸ « μονογενὴς » ἀληθὲς, τὸ « πρωτότοκος » οὐ τοιοῦτον. Εἰ τὸ « πρωτότοκος » ἀψευδὲς, τὸ « μονογενὴς » ἐναντίον. Εἰ τὸ « χθὲς καὶ σήμερον » ὡμολόγηται, τὸ « αἰώνιον » οἴχεται. Εἰ τὸ « ἀπάτωρ » ἕστηκε, τὸ ἔχειν Πατέρα λυθήσεται. Εἰ τὸ « ἀμήτωρ » πέπηγε, τὸ μητέρα ἔχειν ἀνατραπήσεται. Εἰ τὸ « ἀγενεαλόγητον » ἄραρε, πῶς τῇ γενεαλογίᾳ προσέξομεν; Εἰ τὸ μὴ ἔχον ἀρχὴν ἡμερῶν ἢ τέλος βέβαιον, πῶς νοήσομεν τὸ τὴν ἀρχὴν ἡμερῶν καὶ τὸ τέλος μηνῦον, « Τοῦ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, » σταυρωθέντος δὲ ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου; Ἰδοὺ καὶ ἀρχὴ ἡμερῶν καὶ ζωῆς τέλος. Τί οὖν ποιήσωμεν, εἴ τις τῶν ἀπίστων ἡμᾶς ἀπαιτοίη λόγον, κατηγορῶν τῆς ἁγίας Γραφῆς, ὡς ἐναντία λεγούσης; εἴπωμεν, Πίστευσον πᾶσι; Καὶ τίς οὐκ ἂν ἀποπηδήσας καταγελάσειεν, οὐδαμῶς οἷός τε ὢν τὰ ἀλλήλοις μαχόμενα, καὶ μηδεμίαν λύσιν λαμβάνοντα, ὡς ἀξιόπιστα δέχεσθαι; Δύο γὰρ ὄντων ἐναντίων λόγων, ἀνάγκη τὸν ἕτερον ψευδῆ διελέγχεσθαι. Τί πρὸς ταῦτα ἐροῦμεν; Ἦ καὶ ἡμεῖς ἀπαιτούμενοι τὸ πιστεύειν δόγμασιν ἀναποδείκτοις καὶ ἀσυστάτοις αἱρετικῶν ἢ Ἑλλήνων, κατὰ τὴν τοιαύτην πρότασιν συνθησόμεθα; Ἀλλ' ἄπαγε! οὔτε ἀσύστατα τὰ ἡμέτερα, οὔτε ἀλλήλοις μαχόμενα, καθὼς ἐῤῥέθη παρὰ τῶν ἁγίων νοούμενα. Ἐῤῥέθη δὲ τὰ μὲν πρὸς τὴν γνωσθεῖσαν ἡμῖν οἰκονομίαν, τὰ δὲ πρὸς τὴν ἀκατάληπτον τοῦ Λόγου οὐσίαν, καὶ πάντα εὑρίσκεται σύμφωνα καὶ ἀκόλουθα, περὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τὰς δύο φύσεις ἐκλαμβανόμενα· ὡς εἶναι τὸ μὲν πρόσφατον τῆς σαρκὸς, τὸ δὲ αἰώνιον τοῦ Θεοῦ. Τὸ μὴ ἔχειν ἀρχὴν ἡμερῶν ἴδιον τοῦ Λόγου· τὸ γεννηθῆναι ἐν ἡμέραις Ἡρώδου οἰκεῖον τῆς ἀπαρχῆς. Τὸ πάντη ἀγενεαλόγητον ἐπὶ τῆς πρὸ αἰώνων ἐκ Πατρὸς ὑπάρξεως τοῦ Υἱοῦ· « Τὴν, γὰρ, γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; »

A pendendum est, si nec ratio eorum quæ consequuntur et contraria videntur congrua reddenda est, quomodo conciliabimus quæ prima pronuntiationis fronte inter se discrepant? Quomodo idem videbitur et unigenitus et primogenitus? cum palam sit omnibus, duo relata ad unum, eumque in una consideratum natura, minime inter se convenire. Etenim unigenitus, cui ut unigenito fratres nulli sunt, non potest appellari primogenitus. Paulus enim primogenitum dixit in multis fratribus. Nec rursum primogenitus, fratres habens, unigenitus vocatur amplius. Rursum idem ille et novissimus dicitur et æternus : « Jesus Christus heri et hodie, ipse et in sæcula [1]. » Hic alterum alteri adversatur. Si novissimus est, quomodo æternus? Si æternus, B non igitur novissimus. Jam illud : « Sine Patre, sine matre, sine genealogia [2], » annon manifeste pugnat cum aliis, ex quibus discimus et Patrem ipsum in cœlis habere, et matrem in terra, et majores ejus a præclaris evangelistis diserte nominatos? Si sine Patre, quomodo Patris cœlestis Filius? Si sine matre, quomodo ex Virgine matre? Si sine genealogia, unde, « Liber generationis Jesu Christi [3]? » Cum igitur tot ac tanta sint et multo plura, quæ inter se videntur pugnare, quidnam illi nos inexploratum jubent accipere, quid ejicere? Neque enim omnibus æque assentiri possunt, qui apparentis discrepantiæ convenientem solutionem non inveniunt. Si verum illud : « unigenitus, » falsum hoc, C « primogenitus. » Si verum hoc : « primogenitus, » falsum contra, « unigenitus. » Si profitemur illud : « Heri et hodie, » evanescit alterum, « sempiternum. » Si stat illud, « sine Patre, » corruit alterum, quod Patrem habeat. Si manet ac fixum est hoc, « Sine matre, » labat illud, habere matrem. Si placuit illud, « sine genealogia, » quomodo attendemus genealogiæ? Si firmum est illud, quod neque initium neque finem dierum habet, quomodo intelligemus hoc, quod et initium et finem dierum indicat : « Cum natus esset Jesus in Bethleem Judææ in diebus Herodis regis [4] : » crucifixus autem sub Pontio Pilato? En tibi et initium dierum et vitæ finem. Quid igitur faciemus si quis infidelium Scripturam sanctam de dictis contrariis accusans, D rationem a nobis exigat? jubebimusne eum omnibus credere? Et quis non resiliens deriserit, quippe qui nullo modo possit ea tanquam fide digna amplexari, quæ inter se pugnant, nec solutionem ullam admittunt? Duorum enim contrariorum dictorum necesse est alterum falsitatis convinci. Quid ad hoc dicemus? Num et nos rogati ut nulla demonstratione probatis infirmisque hæreticorum aut Græcorum dogmatibus credamus, ejusmodi propositioni assentiemur? Sed apage! neque enim nostra, si quo a sanctis dicta sunt sensu accipiantur, vel non consistere possunt, vel sibi ipsi sunt contraria. Dicta autem sunt illa quidem ratione cognitæ nobis œco-

[1] Hebr. XIII, 8. [2] Hebr. VII, 3. [3] Matth. I, 1. [4] Matth. II, 1.

nomiæ, atque dispensationis : hæc vero ratione incomprehensibilis Verbi substantiæ. Atque hoc modo omnia inter se consentiunt sibique sunt consequentia, de uno et eodem in duabus naturis considerato accepta, ut Christus intelligatur novissimus esse secundum carnem, æternus secundum deitatem. Non habere initium dierum proprietas est Verbi, natum esse in diebus Herodis, proprietas est primitiarum : Sine genealogia esse, ratione æternæ Filii ex Patre exsistentiæ : nam « generationem ejus quis enarrabit [a]? » Genealogiam habere, ratione carnalis ipsius nativitatis. Sic et unigenitus est secundum Verbi substantiam : et primogenitus secundum incarnationis œconomiam. Sic adversariis quoque, aut de veritate persuadebimus, **513** aut victoriam reportabimus : sic Scripturæ sanctæ concordiam ostendemus : sic mysterii gloriam legitime prædicabimus : sic congruentem fidei certitudinem in animabus nostris recondemus, nec sine verbo credentes, nec sine fide loquentes.

A Τὸ δὲ γενεαλογεῖσθαι σαφῶς ἐπὶ τῆς κατὰ σάρκα γενέσεως τοῦ αὐτοῦ. Οὕτω καὶ μονογενὴς κατὰ τὴν τοῦ Λόγου οὐσίαν, καὶ πρωτότοκος κατὰ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν. Οὕτω καὶ τὸ ἐχθρὸν ἢ πείσομεν ἢ νικήσομεν, καὶ τὴν ἁγίαν Γραφὴν σύμφωνον ἐπιδείξομεν, καὶ τοῦ μυστηρίου τὴν δόξαν ἐνθέσμως κηρύξομεν, καὶ τὴν ἁρμόζουσαν πληροφορίαν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν θησαυρίσομεν, μήτε χωρὶς λόγου πιστεύοντες, μήτε χωρὶς πίστεως λέγοντες.

XVII.

Adversus eos qui duarum naturarum discrimen post passionem et ascensionem tollunt.

Etsi magna et immortalis veritatis vis a compluribus sæpe multumque oppugnata est : invictam tamen eam esse ipsa tandem res eventusque docuerunt. Ecce tibi enim multos adversus eam armatos, qui cum non pauca pravorum dogmatum tela emisissent, eaque solidis demonstrationis armis resilire, et inania inefficaciaque ad se redire vidissent, postremum omnium ejusmodi emiserunt telum, quod manifestioribus etiam argumentis conteri potest et confringi. Etiamsi, inquiunt, quis dederit, duarum in Christo naturarum factam fuisse conjunctionem : a passione tamen et assumptione ejus, nec duas amplius agnoscemus, nec secundum naturam discrimen aliquod credemus inter Verbum et carnem. Quid dicitis? quid affirmatis? nunquid evanescit naturarum discrimen, nec reliquum est ullum horum indicium? Quo igitur nomine appellabimus id quod nobis est propositum? Verbumne solum? (Neque enim carnem dixeritis, qui scilicet hoc ipso honorem afferre existimatis.) Et qui non injuria illud afficitis, dum existimatis ejusmodi substantiam esse, ut alia in ipsum possit creata substantia mutari? Cujus enim inferiora sunt capacia, id multis commune, non unius est peculiare. Cui vero soli id proprium est, quod sit inaccessum, huic quomodo inaccessum alterum adjicitur? Nec Verbum duntaxat afficitis contumelia, sed etiam carnis hypostasin aufertis. Cujus enim nullum indicium reliquum est, hujus gloriam quo tandem modo perspiciemus? si eo quod exsistit, agnoscitur, merito glorificatur : si non exsistit, quomodo amplitudine gloriæ fruetur? Non potestis gloriæ indicare excellentiam, nisi prius ostenderitis id quod honoratur. Confiteamur igitur necesse est inconfusam duarum naturarum unionem, ut nec mutetur assumens, nec assumptum tollatur, sed gloriæ, de una persona prædicatæ, communio servetur. Quod si utrumque simul, quantumlibet reluctante natura, Verbum solum dixeritis, ne sic

B

XVII.

Πρὸς τους ἀναιρουντας τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάληψιν.

Πολλὴ καὶ ἀγήρως τῆς ἀληθείας ἡ δύναμις, παρὰ πολλῶν μὲν πολλάκις πολεμουμένη, τὸ δὲ εἰς τέλος ἀήττητον ἔργοις αὐτοῖς ἐπιδεικνυμένη. Ἰδοὺ γὰρ πολλοὶ τῶν κατ' αὐτῆς ὁπλισθέντων, πολλὰ βέλη κακοδοξίας ἐκπέμψαντες, καὶ εἰδότες τῷ στεῤῥῷ τῆς ἀποδείξεως ὅπλῳ ταῦτα πάλιν ἀποκρουσθέντα, καὶ κενὰ δὲ καὶ ἀνενέργητα πρὸς αὐτοὺς ὑποστρέψαντα, τελευταῖον τῶν ἄλλων ἔπεμψαν βέλος σαφεστέροις ἐλέγχοις συντριβῆναι δυνάμενον. Εἰ καί τις δοίη, φησὶ, δύο φύσεων ἐν Χριστῷ γεγενῆσθαι σύνοδον, ἀλλ' οὖν γε μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάληψιν οὐκ ἔτι δύο νοήσομεν, οὔτε τινὰ διαφορὰν κατὰ φύσιν μεταξὺ τοῦ Λόγου
C καὶ τῆς σαρκὸς πιστεύσομεν ὑπάρχειν. Τί λέγετε; τί ἀποφαίνεσθε; οἴχεται τῶν φύσεων τὸ διάφορον, καὶ οὐδὲν φέρεται τούτων γνώρισμα; Τί οὖν ὀνομάσομεν τὸ προκείμενον; Λόγον μόνον (οὐ γὰρ φαίητε σάρκα, ἐν τούτῳ τιμᾷν δῆθεν οἰόμενοι); Καὶ πῶς οὐχ ὑβρίζετε τοιαύτην αὐτοῦ τὴν οὐσίαν νομίζοντες εἶναι, ὡς δυνατὸν ἑτέρᾳ οὐσίᾳ κτιστῇ πρὸς αὐτὸν μεταστῆναι; Τὸ γὰρ τοῖς ἥττοσι χωρητὸν κοινὸν τῶν πολλῶν, οὐχ ἑνὸς ἐξαίρετον. Οὗ δὲ μόνον τὸ ἀπρόσιτον ἴδιον, τούτῳ πῶς προστίθεται ἀπρόσιτον ἕτερον; Καὶ οὐ μόνον τὸν Λόγον ὑβρίζετε, ἀλλὰ καὶ τῆς σαρκὸς ὑπόστασιν ἀφανίζετε. Ἧς γὰρ μηδὲν ἔτι λείπεται γνώρισμα, ταύτης ποίῳ τρόπῳ τὴν δόξαν κατανοήσομεν; Εἰ ἐν τῷ εἶναι γνωρίζεται, εἰκότως δοξάζεται· εἰ δὲ μὴ ἔχει τὸ εἶναι, πῶς καρποῦται
D τῆς δόξης τὸ μέγεθος; Ἐὰν μὴ δείξητε τὸ τιμώμενον, οὐ μηνύετε τῆς δόξης τὸ ὑπέρογκον. Ἀνάγκη τοίνυν ὁμολογεῖν ἀσύγχυτον τῶν δύο τὴν ἕνωσιν, οὔτε εἰς τροπὴν τοῦ λαβόντος, οὔτε εἰς ἀφανισμὸν τοῦ ληφθέντος, ἀλλ' εἰς κοινωνίαν δόξης ἐφ' ἑνὸς προσώπου κηρυσσομένης. Κἂν γὰρ ὑπομείνητε Λόγον μόνον ὀνομάζειν τὸ συναμφότερον, καίτοι τῆς φύσεως ἀνθισταμένης, οὐδ' οὕτως κρύψετε τὸ διάφορον· ὁπότε τὸ μὲν ἦν ἀπ' ἀρχῆς, τὸ δ' αὖθις ἐγένετο· καὶ τὸ μὲν ἀόρατον καὶ ἀψηλάφητον εἰς ἄπειρον ἐξ ἀπείρου, τὸ δὲ ἐξ ὁρατοῦ καὶ ψηλαφητοῦ πρὸς τὸ ἀόρατον καὶ ἀναφὲς μεταβέβηκε· καὶ τὸ μὲν ἀναλλοίωτον ἅπαξ, τὸ δὲ δι' ἀλλοιώσεως ἐπὶ τὴν κρείττονα λῆξιν ἐλήλυθεν. Εἶτα, εἰ μόνον Λόγος τὸ μέ-

[a] Isa. LIII, 8.

νον, πῶς οὐκ ἐῤῥέθη, ὅτι Ἡ σάρξ Λόγος ἐγένετο, ἀλλ' « Ὁ Λόγος σάρξ; » Τίς δὲ οὕτω μεμηνὼς καὶ φρενοπλὴξ, ὡς τολμῆσαι εἰπεῖν τὴν θείαν οὐσίαν προσλαβεῖν ἄλλης θεότητος οὐσίαν, ἐξ ἑτέρας φύσεως ἐπιγενομένην· ἵν' αὔξησιν παρασκευάσῃ νοεῖσθαι διὰ τῆς τοιαύτης προσθήκης τοῦ κατὰ φύσιν ἀνενδεοῦς καὶ τελείου; Πῶς δὲ οἱ θεῖοι λόγοι καὶ μετὰ τὴν ξένην ἄνοδον ἔτι κηρύσσουσι τὰ τῆς σαρκὸς διαφέροντα, τὸ πάλιν ἐλθεῖν, τὸ κατὰ τὸν αὐτὸν ὀφθήσεσθαι τρόπον; Ἢ καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἐναντία νομοθετήσετε, τοῖς εἰρηκόσι σαφῶς· « Οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν; » Πάντα πρὸς ἔμφασιν σαρκὸς, νῦν μὲν ὧδε, νῦν δὲ ὧδε θεωρουμένῳ· ὃν πρότερον ἐθεάσασθε, τοῦτ' ἔστι τοῖς τῆς σαρκὸς ὀφθαλμοῖς· ἅπερ ὁ μὴ δεχόμενος οὕτως οὐ μόνον τοῖς ἀγγέλοις μάχεται, ἀλλὰ καὶ τοῖς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἱεροῖς λόγοις ἀντικαθίσταται. Πῶς ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Δεσπότης Χριστός; ὡς Λόγος μόνον; Καὶ ποῦ τὰ τῆς ὁμοτιμίας καὶ ἀξίας τῆς πρὸς τὸν Πατέρα, εἴπερ ἐντυγχάνων καθάπερ ὑποδεέστερος, καὶ οὐ μετὰ αὐθεντίας ἐνεργεῖ, ἴσον ἔχων τὸ παντοδύναμον; Ἢ δηλονότι τῆς ἀπαρχῆς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ τοῦ οἰκείου φυράματος, ἵνα δείξῃ, πόση περὶ τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν ἡ σχέσις. Τίνα δὲ οὐκ ἐντρέπει τοῦ πανσόφου Παύλου τὸ τρανότατον κήρυγμα, ὅτι « Τοὺς χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, παραγγέλλει πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν, καθότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην, ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ, ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν; » Μὴ ἀνῄρηται ἡ διαφορά; Μὴ οὐκ εἶπε Θεὸν ἐν ἀνδρί; μὴ οὐκ ἔδειξε τὸν ἐγείροντα Θεὸν καὶ τὸν ἀναστάντα ἄνδρα; Ἀλλ' εἰ καὶ τὸ διάφορον ἔδειξε, τὸ ἀχώριστον οὐ παρέλιπεν. Οὐ γὰρ εἶπε Θεὸν μετὰ ἀνδρὸς, ἀλλὰ Θεὸν ἐν ἀνδρί. Πῶς δὲ νοήσομεν καὶ τὸ, « Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, » εἰ μὴ τῆς σαρκὸς ἡ φύσις, ἡ δεξαμένη τοὺς ἥλους, αὐτὴ σαφῶς ἀποδείξῃ τοὺς τύπους; Οὐ γὰρ θεότητος οὐσία ἡ ἀόρατος καὶ ἀνεπαφὴς ἴχνη πολλῶν εἰς ἔλεγχον ἐπιφέρεσθαι ἤμελλεν· ἀλλ' ἡ ἐκ τοῦ παθητοῦ γένους ληφθεῖσα τὴν τῶν ἠσεβηκότων ἐλέγξει παρανομίαν, γνωρίζειν συνωθουμένων ἐν τῇ τρωθείσῃ σαρκὶ τὰ οἰκεῖα τολμήματα. Οὕτω δέδεικται καὶ τὰ ἰδιώματα τῶν φύσεων διαφέροντα, καὶ τὸ κέρδος τῆς ἐνανθρωπήσεως ἀναντίῤῥητον, καὶ τὸ ἐπιχείρημα τῶν ἀντιλεγόντων ἀναίσχυντον, καὶ τὸ δυνατὸν τῆς ἀληθείας ἀκαταμάχητον.

A quidem discrimen occultabitis: quando illud quidem erat ab initio, hoc deinde factum est: et illud quidem invisibile et intactum, in infinitum ex infinito, hoc vero ex visibili et contrectabili, in invisibile et intactile transiit. Denique illud prorsus est immutabile, hoc per mutationem ad meliorem statum venit. Deinde si solum Verbum remanet, cur non dicitur: Caro Verbum facta est, sed « Verbum caro factum est [6]? » Quis enim tam insanus, tam amens est, qui asserere audeat, substantiam divinam, alius deitatis substantiam, ex altera natura prognatam, assumpsisse; ut per hujusmodi additamentum indicaret accessisse aliquid ei qui natura sua nullius indigens est, et perfectus? Cur vero litteræ sacræ etiam post stupendam ascen- B sionem, carnis a Verbo distinctionem prædicant; qualia sunt, rursum rediturum, item visum iri eodem quo antea modo. An vos contraria angelorum dictis sancietis? qui aperte dixere: « Hic Jesus qui assumptus est a vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum [7]. » Omnia ad significandam carnem ejus qui nunc quidem hic, nunc vero hic visus est: quem prius vidistis, carnis videlicet oculis. Quæ qui hoc sensu non accipit, is non angelis solum adversatur, sed sacris etiam Spiritus sancti verbis repugnat. Quomodo supplicat **514** pro nobis Dominus Christus? nunquid ut Verbum tantum? Ubi igitur par ejus cum Patre honor et majestas; siquidem is C supplicat ut indigentior, non ut æqualem habens omnipotentiam, cum auctoritate operatur? Nimirum sic hoc accipiendum est, primitias intercedere pro massa propria, ut ostendant quanta naturam carnis necessitudine attingant. Quem vero non pudore suffundat illa sapientissimi Pauli maxime perspicua prædicatio? quod « tempora hujus ignorantiæ despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus ut omnes ubique pœnitentiam agant, eo quod statuit diem, in quo judicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis [8]. » Nunquid sublata est differentia? Annon dixit, Deum in viro? Annon ostendit suscitantem Deum et resurgentem virum? quanquam autem ostendisset differentiam, insepa- D rabilitatem tamen non præteriit. Neque enim dixit, Deum cum viro, sed Deum in viro, rursum et per virum. Quomodo intelligemus et hoc? « videbunt, in quem transfixerunt [9], » nisi ipsa natura carnis, quæ clavos sensit, vestigia eorum clare sit indicatura? Non enim deitatis natura, ut multi convincantur, vestigia clavorum circumlatura est, cum invisibilis et intactilis sit: sed quæ ex genere patibili assumpta est natura, illa impiorum transgressionem redarguet, qui suam audaciam in vulnerata carne prodidere. Sic igitur et distinctas naturarum proprietates, et incarnationis minime dubios fructus, et impudentes adversariorum conatus, et inexpugnabilem veritatis vim ostendimus.

[6] Joan. I 14. [7] Act I 11. [8] Act. XVII, 30, 31. [9] Joan. XIX, 37.

IN SEQUENTIA OPUSCULA ET FRAGMENTA ADMONITIO.

Quæ sequuntur ex Vaticanis codicibus Roma a fratribus nostris transmissa nobis sunt, exscribente D. Joanne Guillot, qui omnia isthæc accurate collegit, suaque manu exaravit; νοθείᾳ *porro laborare nemo non videt, nec est ea in re probanda insistendum. Prodeunt autem ex cod. ms. Græc. bibliothecæ Vaticanæ in fol. num.* 850, *eleganti satis et diligenti manu exarato in charta papyracea : qui non excedit annos* 200.

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

Πρός τινα πολιτικὸν, σύνταγμα πάνυ ὠφελιμώτατον, καὶ πολὺ ὠφελέστατον.

—

S. P. N. ATHANASII

Ad quemdam Politicum syntagma utilissimum.

—

1. Quandoquidem, ingeniose homo, summeque naturalium rerum explorator, acquisita bellicæ artis cognitione, susceptaque politicarum rerum accurata notitia, sacerdotum tamen eloquia minime negligis vel respuis ; imo tanto iis studio das operam, ut plerumque, dum corpori alimenta præbes, animam a cibo litterarum minime cohibeas; sed eam, ceu quodam divino sale, Patrum sententiis et colloquiis in ipsa mensa admissis foveas; illud, inquam, in causa mihi fuit, ut pauca, sed utilissima, in compendium a me redacta, ex lectione Christianorum omnium auctorum, maximeque eorum qui vita, eruditione, nobilitate, et dignitate præcelluere, veluti donum quoddam, tibi, o amicorum optime, viro lectionis studioso ac religioso offerrem, hoc scilicet syntagma meum, variis ex Patribus et ex auditis sermonibus decerptum, unde non spernenda doctrina et notitia legentibus accedat : rationem enim et una divisionem continet triplicis animæ nostræ partis; docetque quo pacto omnes moveamur **515** homines, et quomodo ad salutem, vel ad perniciem impellamur. Definit autem cogitationes, quibus quodvis peccatum consummatur. Distinguit item passiones nostras, docens quænam animæ, quænam corporis sint. Exinde vero declarat varios Dei providentiæ modos. Hinc de libero hominis arbitrio disserit, deque nostro in rebus agendis abusu. Compendio exhibet fidem in sanctam et beatam Trinitatem. Docet quid de Domini incarnatione, de discrimine virtutum, de discretione naturæ rerum credendum sit. Uno verbo, est ceu compendiosa cognitio nostrum ipsorum, nec non naturæ nostræ atque fidei. Quod opusculum dum circumferes, atque accurate leges, ex eoque utilitatem percipies, non obliviscere, hoc bene novi, ejus qui propria manu descripsit, tibique obtulit.

a) Forte leg. οὐ καταφρόνητον. Edit. Patrol.

A 1. Ἐπειδή σοι τῷ περιδεξίῳ καὶ μεγαλεπιβόλῳ τῆς φύσεως μετὰ τῆς τῶν τακτικῶν ἐμπειρίας τε καὶ μαθήσεως, ἔτι δὲ καὶ τῆς τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἀκριβοῦς μεταλήψεως, οὐδὲ τὰ τῶν ἱερέων λόγια ἀμελετήτως παρεώρασαι, ἀλλ' ἔτι τοσοῦτόν σοι καὶ ταῦτα πεφιλοπόνηται, ὥστε τὸ σῶμα πολλάκις σιτίοις τρέφων, οὐδὲ τὴν ψυχὴν ἀποστερεῖς τῆς ἐκ τῶν λόγων σιτίσεως· ἀλλ' ὡς ἀνά τινι θείῳ ἅλατι τοῖς τῶν Πατέρων ἀποφθέγμασι, καὶ ταῖς ἐπιτραπεζίοις παραρτύεις ὁμιλίαις· ἰδοὺ καὶ αὐτὸς, μικρά τινα συνοψίσας τῶν χρησίμων καὶ λυσιτελῶν, καὶ ἀναγινώσκων πάντα μὲν Χριστιανὸν, πλέον δὲ τοὺς ὅσοι καὶ βίῳ, καὶ λόγῳ, καὶ εὐγενείᾳ, καὶ ἀξιώματι ὑπερανεστήκασιν ὕψει, οἷόν τι δῶρον αὐτοσχεδιάσας ἀνδρὶ φιλολόγῳ καὶ φιλοθέῳ μάλιστα πρέπον, B ὦ φίλων ἄριστε, τὸ παρόν σοι προσενήνοχα σύνταγμα, ἐκ διαφόρων μὲν Πατέρων καὶ ἀκροατικῶν λόγων ἀπανθισθὲν, οὐκ ἀκαταφρόνητον (a) δὲ τὴν γνῶσιν τοῖς μετιοῦσιν ἐμποιοῦν· διάγνωσιν γὰρ ὁμοῦ καὶ διαίρεσιν τοῦ τριμεροῦς τῆς ἐν ἡμῖν ἔχει ψυχῆς, καθὼς πάντες κινούμεθα ἄνθρωποι, καὶ πῶς πρὸς σωτηρίαν ἢ ἀπώλειαν συνωθούμεθα. Ὁρίζει δὲ τοὺς λογισμοὺς, δι' ὧν πᾶσα ἁμαρτία τελεῖται. Διαιρεῖ δὲ καὶ τὰ ἐν ἡμῖν πάθη, τίνα μὲν ψυχικὰ, τίνα δὲ τοῦ σώματος. Ἐφεξῆς δὲ καὶ τοὺς τρόπους ὑποτίθεται τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας. Εἶτα καὶ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου αὐτεξουσιότητος διαλαμβάνει, καὶ τῆς ἡμῶν ἐν τοῖς πράγμασι παραχρήσεως. Συνοψίζει δὲ καὶ τὴν ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ μακαρίᾳ Τριάδι πίστιν. Ἔτι C δὲ καὶ ὅπως δεῖ πιστεύειν περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως, περὶ διαφορᾶς τε ἀρετῆς, καὶ διακρίσεως τῆς τῶν πραγμάτων διδάσκει φύσεως. Καὶ ὅλως ἐπίτομός τίς ἐστι γνῶσις ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν, καὶ τῆς τῶν καθ' ἡμᾶς φύσεώς τε καὶ πίστεως. Ὃ δὴ καὶ περιφέρων εἰς χεῖρας, ἐπιμελέστερόν τε μετιὼν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν καρπούμενος ὄνησιν, οὐκ ἀμνημονήσεις, εὖ οἶδ' ὅτι, τοῦ αὐτοχειρίᾳ καὶ γεγραφότος, καὶ δεδωκότος.

Διάγνωσις τοῦ τριμεροῦς τῆς ψυχῆς. A

Ὅτι πᾶσα ψυχὴ λογικὴ τρία μέρη κέκτηται· λογισμὸν, θυμὸν, καὶ ἐπιθυμίαν. Ἐάν ἐστιν ἐν τῷ θυμῷ ἀγάπη καὶ φιλανθρωπία, καὶ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ καθαρότης καὶ σωφροσύνη, ὁ λογισμός ἐστι πεφωτισμένος· ἐὰν δέ ἐστιν ἐν τῷ θυμῷ μισανθρωπία, καὶ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ ἀκολασία, ὁ λογισμός ἐστιν ἐσκοτισμένος. Ὁ μὲν οὖν λογισμὸς τότε ὑγιαίνει, καὶ σωφρονεῖ, ὅταν τὰ πάθη ἔχῃ ὑποτεταγμένα, καὶ τοὺς λόγους τῶν κτισμάτων τοῦ Θεοῦ πνευματικῶς θεωρῇ, καὶ πρὸς τὴν ἁγίαν καὶ μακαρίαν Τριάδα διάγῃ. Ὁ δὲ πάλιν τότε κινεῖται κατὰ φύσιν, ὅταν πάντας ἀνθρώπους ἀγαπᾷ, καὶ πρὸς οὐδένα αὐτῶν λύπην ἢ μνησικακίαν κέκτηται. Ἡ δὲ ἐπιθυμία, ὅταν ὑπὸ ἐγκρατείας, καὶ ταπεινοφροσύνης, καὶ ἀκτημοσύνης νεκρώσῃ τὰ πάθη, τουτέστι, μὴ ᾖ δούλη σαρκὸς ἐσχημάτισται, καὶ δόξης παρεχομένης B ἔφεσιν, καὶ τραπῇ πρὸς τὸν θεῖον καὶ ἀθάνατον ἔρωτα. Καὶ γὰρ ἡ ἐπιθυμία πρὸς τρία τὴν κίνησιν ἔχει, ἢ πρὸς ἡδονὴν σαρκὸς, ἢ πρὸς δόξαν κενὴν, ἢ πρὸς ἀπάτην χρημάτων· καὶ διὰ τὴν παράλογον ταύτην ἔφεσιν καταφρονεῖ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν θείων, καὶ τῆς οἰκείας εὐγενείας ἐπιλανθάνεται, καὶ πρὸς τὸν πλησίον ἐκθηριοῦται, καὶ τὸν λογισμὸν σκοτίζει, καὶ οὐ συγχωρεῖ ἀναβλέψαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ὧν ὁ ἀνώτερον κτησάμενος φρόνημα ἀπ' ἐντεῦθεν ἀπολαύει τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ ζῇ μακαρίαν ζωὴν, προσδοκῶν τὴν ἀποκειμένην μακαριότητα τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Κύριον.

Διαίρεσις καὶ ἀποδιαίρεσις λεπτομερὴς τῆς ψυχῆς. C

Ἡ ψυχὴ διαιρεῖται εἰς τὸ λογιστικὸν, τὸ θυμικὸν καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν. Τοῦ λογιστικοῦ τὰ ἁμαρτήματά εἰσι ταῦτα· ἡ ἀπιστία, ἡ αἵρεσις, ἡ ἀφροσύνη, ἡ ἀδιακρισία, ἡ βλασφημία, αἱ συγκαταθέσεις τῶν ἁμαρτημάτων τῶν ἐκ τοῦ παθητικοῦ μέρους. Ἴασις δὲ τούτων καὶ θεραπεία ἡ ἀδίστακτος πίστις πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὰ ἀληθινὰ δόγματα, ἡ συνεχὴς μελέτη τῶν λογίων τοῦ Πνεύματος, ἡ καθαρὰ προσευχὴ, καὶ ἡ ἀδιάλειπτος πρὸς Θεὸν εὐχαριστία. Τοῦ θυμικοῦ τὰ ἁμαρτήματα ἡ ἀσπλαγχνία, τὸ μῖσος, τὸ ἀσυμπαθὲς, τὸ μνησίκακον, ὁ φθόνος, ὁ φόνος, καὶ ἡ συνεχὴς περὶ τὰ τοιαῦτα μελέτη. Ἴασις τούτων καὶ θεραπεία ἡ φιλανθρωπία, ἡ ἀγάπη, ἡ φιλαδελφία, ἡ συμπάθεια, ἡ ἀνεξικακία, ἡ χρηστότης. Τοῦ ἐπιθυμητικοῦ τὰ ἁμαρτήματα ἡ γαστριμαργία, ἡ πορνεία, ἡ ἀκαθαρσία, ἡ ἀσέλγεια, ἡ φιλοχρηματία, ἡ τῆς δόξης ἐπιθυμία. D Ἴασις τούτων καὶ θεραπεία, ἡ ἐγκράτεια, ἡ νηστεία, ἡ κακοπάθεια, ἡ ἀκτημοσύνη, ὁ τῶν χρημάτων πρὸς πένητας σκορπισμὸς, ἡ τῶν ἀθανάτων ἐκείνων ἔφεσις, ἡ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ ὄρεξις, καὶ ἡ τῆς υἱοθεσίας ἐπιθυμία.

Διάγνωσις τῶν λογισμῶν, δι' ὧν πᾶσα ἁμαρτία τελεῖται.

Ὀκτώ εἰσι πάντες οἱ περιεκτικοὶ λογισμοί. Πρῶτος ὁ τῆς γαστριμαργίας· δεύτερος ὁ τῆς πορνείας· τρίτος ὁ τῆς φιλαργυρίας· τέταρτος ὁ τῆς ὀργῆς· πέμπτος ὁ τῆς λύπης· ἕκτος ὁ τῆς ἀκηδίας· ἕβδομος ὁ τῆς κενοδοξίας· ὄγδοος ὁ τῆς ὑπερηφανίας. Τούτους πάντας τοὺς λογισμοὺς παρενοχλεῖν μὲν ἡμῖν ἢ μὴ παρεν-

Explicatio triplicis animæ partis.

Anima omnis rationalis tres habet partes, cogitationem, animum et concupiscentiam. Si sit in animo charitas et humanitas et in concupiscentia puritas et temperantia, tum cogitatio est illuminata; sin autem in animo sit odium, et in concupiscentia intemperantia, cogitatio est tenebris offusa. Tum porro sana cogitatio est et temperans, cum tenet sibi subditas passiones, cumque rationes rerum a Deo creatarum spiritualiter contemplatur, et cum sancta ac beata Trinitate versatur. Tumque secundum naturam movetur, cum omnes amat homines, nullamque adversus quempiam retinet indignationem aut injuriarum memoriam. Concupiscentia autem cum per temperantiam, humilitatem et paupertatem, passiones mortificat, id est, cum non est carnis serva, nec vanam gloriam appetit, sed vertitur ad divinum et immortalem amorem. Concupiscentia namque ad tria motum habet suum, ad carnis voluptatem, aut ad vanam gloriam, aut ad fallaciam divitiarum : atque per stultam hujusmodi cupidinem Deum spernit, itemque divina, suæ obliviscitur nobilitatis, ac in proximum suum ferocit, cogitationem obtenebrat, neque sinit eam respicere veritatem. At qui sublimiore præditus est mente jam ex hac vita fruitur regno cœlorum, vitamque ducit beatam, eam exspectans felicitatem, quæ diligentibus Deum reposita est.

Divisio et subdivisio multiplex animæ.

Anima dividitur in rationabilem, irascibilem et concupiscibilem. Rationabilis peccata hæc sunt : infidelitas, hæresis, insipientia, indiscretio, blasphemia, consensus ad perpetranda peccata, quæ ex patibili parte procedunt. Horum porro medela atque curatio est : indubitata fides in Deum et in vera dogmata, frequens meditatio oraculorum Spiritus, pura oratio, et gratiarum actio sine intermissione Deo oblata. Irascibilis peccata sunt : immisericordia, odium, animus commiserationis expers, recordatio injuriarum, invidia, cædes, ac frequens earum rerum meditatio. Horum medela et curatio est : humanitas, charitas, fratrum dilectio, commiseratio, patientia, mansuetudo. Concupiscibilis peccata sunt : edacitas, fornicatio, impuritas, lascivia, avaritia, gloriæ cupido. Horum remedium atque curatio est : temperantia, jejunium, malorum tolerantia, paupertas, largitio bonorum pauperibus facta, bonorum illorum immortalium desiderium, regni Dei appetitio, adoptionis cupiditas.

516 *Notitia cogitationum quibus peccatum omne perficitur.*

Cogitationes omnes octo numero sunt. Prima est gulæ; secunda, fornicationis; tertia, avaritiæ; quarta, iræ; quinta, tristitiæ; sexta, pigritiæ; septima, inanis gloriæ; octava, superbiæ. Nostræ porro facultatis non est, ut hæ omnes cogitationes, molestiam vel afferant, vel non afferant ; ut vero

maneant, et passiones excitent, vel non excitent, nostræ facultatis est. Aliud enim est irruptio, aliud adhæsio, aliud passio, aliud pugna, aliud consensus, aliud operatio. Et irruptio quidem est simplex reminiscentia ab inimico inducta; qualis est isthæc: Hoc facito, vel illud: ut Christo olim et Deo nostro dictum est: « Dic ut lapides isti panes fiant [10]. » Hoc, uti dictum est, penes nos non est. Adhæsio est admissio inductæ ab inimico cogitationis, et quasi meditatio et congressus cum illo circa propositum nostrum. Passio est affectio ex adhæsione parta, mota ab inimico, passione scilicet ab illo excitata; estque velut admissio, meditatio, et phantasia. Pugna est colluctatio, aut ad eliminandam cogitationem passionis, aut ad consensum, ut ait Apostolus: « Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem. Hæc autem sibi adversantur. [11]. » Consensus autem est nutus ad passionem cogitationis. Operatio est ipse actus. Deletur vero temperantia, edacitas; divino amore et futurorum desiderio, fornicatio; commiseratione erga pauperes, avaritia; benignitate et charitate erga omnes, ira; spirituali gaudio, mundana tristitia; patientia et tolerantia, et gratiarum actione Deo facta, pigritia; occultis virtutum operibus, ac frequenti oratione, inanis gloria: nullum judicando vel spernendo, ut jactator ille Pharisæus, seseque omnium postremum reputando, superbia. His igitur supra dictis passionibus liberata mens, et ad Deum erecta, jam ex hoc mundo beatam ducit vitam, accepto Spiritus arrhabone: atque hinc profecta passionum expers, cum vera cognitione, ad lumen sanctæ ac beatæ Trinitatis sistitur in sæcula infinita cum sanctis angelis refulgens.

A οχλεῖν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν· ἐμμένειν δὲ, ἢ πάθη κινεῖν, ἢ μὴ κινεῖν, ὁμοίως τῶν ἐφ' ἡμῖν. Ἄλλο δέ ἐστι προσβολὴ, καὶ ἄλλο συνδυασμὸς, καὶ ἄλλο πάθος, καὶ ἄλλο πάλη, καὶ ἄλλο συγκατάθεσις, καὶ ἄλλο ἐνέργεια. Καὶ προσβολὴ μέν ἐστιν ἡ ἁπλῶς γινομένη τοῦ ἐχθροῦ ὑπόμνησις· οἷον, Ποίησον τόδε, ἢ τόδε· ὡς ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν· «Εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται.» Τοῦτο, ὡς εἴρηται, οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Συνδυασμὸς δέ ἐστιν ἡ παραδοχὴ τοῦ ὑποβαλλομένου λογισμοῦ παρὰ τοῦ ἐχθροῦ· οἷον μετ' αὐτοῦ μελέτη καὶ ὁμιλία ὑπὲρ τῇ προαιρέσει ἡμῶν. Πάθος δέ ἐστιν ἡ ἀπὸ τοῦ συνδυασμοῦ ἕξις γινομένη παρὰ τοῦ ἐχθροῦ ὑποβαλλομένου πάθους· καὶ οἷον ἡ συνοχὴ, μελέτη, καὶ φαντασία. Πάλη δέ ἐστιν ἡ ἀντίστασις, ἢ πρὸς ἀναίρεσιν τοῦ λογισμοῦ τοῦ πάθους, ἢ πρὸς συγκατάθεσιν, B καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός. Ταῦτα δὲ ἀντίκεινται ἀλλήλοις. » Συγκατάθεσις δὲ ἡ κατάνευσις πρὸς τὸ πάθος τοῦ λογισμοῦ. Ἐνέργεια δὲ ἡ αὐτὴ πρᾶξις. Ἀναιρεῖται δὲ ὑπὸ μὲν τῆς ἐγκρατείας ἡ γαστριμαργία, ὑπὸ δὲ τοῦ θείου πόθου καὶ τῆς τῶν μελλόντων ἐφέσεως ἡ πορνεία· ὑπὸ δὲ τῆς συμπαθείας τῆς πρὸς τοὺς πένητας ἡ φιλαργυρία· ὑπὸ δὲ τῆς ἀγαθότητος καὶ τῆς πρὸς πάντας ἀγάπης ἡ ὀργή· ὑπὸ δὲ τῆς πνευματικῆς χαρᾶς ἡ κοσμικὴ λύπη· ὑπὸ δὲ τῆς ὑπομονῆς, καὶ καρτερίας, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν εὐχαριστίας, ἡ ἀκηδία· ὑπὸ δὲ τῆς κρυπτῆς τῶν ἀρετῶν ἐργασίας, καὶ τῆς συνεχοῦς προσευχῆς ἡ κενοδοξία· ὑπὸ δὲ τοῦ μὴ κρίνειν τινὰ, C ἢ ἐξουθενεῖν, ὡς ὁ μεγάλαυχος Φαρισαῖος, ἀλλ' ἡγεῖσθαι ἑαυτὸν ἔσχατον πάντων, ἡ ὑπερηφανία. Τούτων οὖν τῶν εἰρημένων παθῶν ὁ νοῦς ἐλευθερωθεὶς, καὶ πρὸς Θεὸν ἀνυψωθεὶς, ἀπεντεῦθεν ζῇ τὴν μακαρίαν ζωὴν, τὸν ἀῤῥαβῶνα δεχόμενος τοῦ Πνεύματος· καὶ τῶν ἐντεῦθεν ἀποδημήσας μετὰ ἀπαθείας καὶ γνώσεως ἀληθοῦς, παρίσταται τῷ φωτὶ τῆς ἁγίας καὶ μακαρίας Τριάδος εἰς αἰῶνας ἀπεράντους μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων καταλαμπόμενος.

Distinctio passionum.

Passionum aliæ corporeæ sunt, aliæ animam spectant. Corporeas dicimus, edacitatem, fornicationem, ebrietatem, lasciviam. Animam spectare dicimus hasce, odium erga proximum, iram, contentionem, inanem gloriam. Hæ in anima nostra operantur, absente charitate et temperantia; præsente autem charitate atque temperantia, isthæc omnia delentur; alia per spiritualem charitatem, alia per jejunium et temperantiam. Tunc enim mens domesticum lumen accipit, ac Deum nullo obice videt.

Διάθεσις τῶν παθῶν.

Τῶν παθῶν τὰ μέν ἐστι σωματικὰ, τὰ δὲ ψυχικά. Καὶ σωματικὰ μὲν λέγομεν γαστριμαργίαν, πορνείαν, μέθην, ἀσέλγειαν· ψυχικὰ δὲ μῖσος πρὸς τὸν πλησίον, φθόνος, ἔρις, κενοδοξία, ὑπερηφανία. Ταῦτα δὲ ἐνεργοῦσιν εἰς τὴν ἡμετέραν ψυχὴν, ἀπούσης ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας· παρούσης δὲ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας, ταῦτα πάντα ἐξαφανίζονται, τὰ μὲν ὑπὸ ἀγάπης D πνευματικῆς, τὰ δὲ ὑπὸ νηστείας καὶ ἐγκρατείας. Τότε γὰρ ὁ νοῦς καὶ τὸ οἰκεῖον φῶς ἀπολαμβάνει καὶ τὸν Θεὸν ἀπαρεμποδίστως ὁρᾷ.

De Dei providentia.

Omnia ex Deo sunt, bona, tristia, indigna; sed alia quidem placito ejus; alia, dispensatione; alia permissione. Quæ placito ejus (eveniunt) cum scilicet vitam in virtute agimus; vult namque Deus nos sine peccato degere, atque cum pietate et virtute vitam instituere. Dispensatione autem, quando lapsi et post peccatum admissum castigamur. Per-

Περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας.

Πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ ἀγαθὰ, καὶ τὰ λυπηρὰ καὶ τὰ ἀνάξια· ἀλλὰ τὰ μὲν εὐδοκίᾳ, τὰ δὲ οἰκονομίᾳ, τὰ δὲ παραχωρήσει. Καὶ τὰ κατ' εὐδοκίαν, ὅτε κατ' ἀρετὴν πολιτευώμεθα· βούλεται γὰρ ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἀναμαρτήτους διάγειν, καὶ μετὰ τῆς εὐσεβείας, καὶ ἀρετῆς πολιτεύεσθαι. Κατ' οἰκονομίαν δὲ, ὅταν σφαλλόμενοι καὶ ἁμαρτάνοντες παιδευώμεθα. Κατὰ παραχώρησιν δὲ, ὅταν παιδευόμενοι μὴ ἐπιστρέφωμεν·

[10] Matth. IV, 3. [11] Galat. V, 17.

εὐδόκησε γὰρ ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον σωθῆναι, καθὼς καὶ οἱ ἄγγελοι ἐβόων λέγοντες· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ εἰρήνη ἐπὶ γῆς ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίας. » Οἰκονομικῶς δὲ πάλιν παιδεύει ἡμᾶς ἁμαρτάνοντας, « ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν, » ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Κρινόμενοι δὲ ὑπὸ τοῦ Κυρίου παιδευόμεθα. Οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν ὁ Κύριος οὐκ ἐποίησε· » τουτέστι λοιμοὺς, λιμοὺς, νόσους, καὶ σφαγὰς πολέμων. Ταῦτα γὰρ πάντα τῆς ἁμαρτίας ἐστὶν ἀναιρετικά. Παραχωρεῖ δὲ καὶ τελείως ἐγκαταλιμπάνει τοὺς μὴ θέλοντας ἢ ἀναμαρτήτως διάγειν, ἢ παιδευομένους μὴ ἐπιστρέφειν, ἀλλ' ἔτι τῇ κακίᾳ ἐμμένειν, καθὼς γέγραπται, ὅτι « Τετύφλωκεν ὁ Θεὸς αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν· » καί· « Παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νοῦν ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα· » τουτέστιν, εἴασε διὰ τὸ αὐτεξούσιον· καί « Σκληρύνων σκληρυνῶ τὴν καρδίαν Φαραώ· » τουτέστι, παραχωρήσω σκληρυνθῆναι διὰ τὴν ἀπάθειαν αὐτοῦ.

A missione vero, cum castigati non convertimur. Nam Deo placitum est hominem salvum fieri, quemadmodum et angeli clamabant dicentes : « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in **517** hominibus bonæ voluntatis [12], » Cum œconomia vero nos corripit peccantes, « ut non cum hoc mundo damnemur, » ut ait Apostolus : « Cum judicamur autem, a Domino corripimur [13].—Non est malum in civitate, quod non fecerit Dominus [14], » id est, pestem, famem, bellorum cædes. Hæc enim omnia peccatum auferunt. Permittit vero atque omnino sinit eos qui sine peccato degere nolunt, correptos non emendari, sed in malitia perseverare, uti scriptum est : « Excæcavit Deus oculos eorum, et cor eorum obscuravit ; » et : « Tradidit eos in reprobum sensum, ut
B faciant ea quæ non conveniunt [15] ; » id est, permisit ob liberum arbitrium ; et : « Indurans indurabo cor Pharaonis [16] ; » id est, permittam indurari ob ejus animi socordiam.

Περὶ τῆς αὐτεξουσιότητος ἡμῶν.

Ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον αὐτεξούσιον ἔπλασε, λόγῳ καὶ σοφίᾳ τιμηθέντα, πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτοῦ θεὶς τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον· ἵνα, εἰ μὲν θελήσει τῇ αὐτεξουσιότητι τῆς ζωῆς παραθήσῃ, ζήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα· εἰ δὲ ἀπὸ κακῆς προαιρέσεως παραθήσει τὴν ὁδὸν τοῦ θανάτου, αἰωνίως κολάζηται. Τὰ γὰρ τῆς φύσεως ἀμετάβλητα οὔτε τιμωριῶν οὔτε τιμῆς ἄξια. Οὐδεὶς γὰρ ἐνεκλήθη ποτὲ τὸ εἶναι λευκὸς, ἢ μέλας, ἢ τὸ εἶναι μακρὸς, ἢ μικρός· οὐ γὰρ τῆς ἡμετέρας εἰσὶ προαιρέσεως. Τῶν γὰρ τῆς προαιρέσεως καὶ αἱ κολάσεις εἰσὶ καὶ αἱ τιμαί. Ἀμφοτέρων οὖν χρεία, καὶ τῆς ἡμετέρας βουλῆς καὶ θελήσεως, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ συνεργείας καὶ ἀντιλήψεως· ἑτέρου γὰρ λείποντος, ἀργεῖ καὶ τὸ ἕτερον. Προέγνω γὰρ ὁ Θεὸς, καὶ προώρισε, καὶ ἐκάλεσεν, ἀλλὰ τοὺς κατὰ πρόθεσιν κλητοὺς ὄντας, καθὼς φησιν ὁ Ἀπόστολος, τουτέστι κατὰ θέλησιν καὶ βούλησιν· τοὺς γὰρ μὴ βουληθέντας εἴασε τῷ αὐτῶν πορεύεσθαι θελήματι. Οὐ γὰρ βιάζεται, οὐδὲ λυμαίνεται τὸ αὐτεξούσιον ἡμῶν· τῆς γὰρ ἐπ' ἄμφω ῥοπῆς, πρὸς ἀρετὴν φημι καὶ κακίαν, τὸ αὐτεξούσιον ἐλάβομεν. Οὐδὲν τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ δοθέντων ἡμῖν εἰς χρῆσιν, κακόν· πάντα γὰρ ὅσα ἐκ τοῦ Θεοῦ καλὰ, καὶ λίαν καλά· ἡ παράχρησις μόνον κακόν· τοῦ γὰρ ἡμετέρου ἐστὶν αὐτεξουσίου. Διὸ οὐ τὰ βρώματα κακὸν, ἀλλ' ἡ γαστριμαργία· οὐδὲ παιδοποιία, ἀλλ' ἡ πορνεία· οὐδὲ μετάληψις τοῦ οἴνου, ἀλλ' ἡ μέθη· οὐδὲ τὰ χρήματα, ἀλλ' ἡ φιλαργυρία· οὐδὲ ἡ δόξα, ἀλλὰ ἡ κενοδοξία. Χρὴ οὖν πάντα ποιεῖν, ὥστε τὴν παράχρησιν φεύγειν, καὶ χρήσασθαι τοῖς παρὰ Θεοῦ δοθεῖσι δικαίως· οὕτω γὰρ ποιοῦντες, καὶ τῆς κακίας ἀνώτεροι γενησόμεθα, καὶ τῆς ἀρετῆς ἐντὸς εὑρεθῶμεν.

De libero nostro arbitrio.

Deus hominem liberum fecit, verbo et sapientia ornatum, posita ante ejus oculos vita atque morte, ut si quidem voluerit libero suo arbitrio vitam amplecti, vivat in sæculum ; sin pravo consilio viæ mortis insistat, æternum crucietur. Quæ enim natura habet immutabilia, neque supplicio digna sunt, neque præmio. Nemo quippe unquam accusatus fuit, quod sit albus vel niger, aut quod sit proceræ vel parvæ staturæ : ea enim non penes arbi-
C trium nostrum sita sunt. Nam supplicia et præmia voluntati et proposito tribuuntur. Utraque igitur re opus est ; voluntate scilicet, seu proposito nostro, ac Dei auxilio et patrocinio. Altero namque deficiente, alterum est inutile. Præscivit enim Deus, prædefinivit, et vocavit, sed eos qui secundum propositum vocati sunt, quemadmodum ait Apostolus [17], id est, secundum voluntatem : eos quippe qui noluerint, sinit ipse ad suam voluntatem et propositum incedere. Non vim infert arbitrio nostro, neque lædit ipsum. Accepimus enim nutum ad utramque partem ; ad virtutem nempe, et ad vitium, liberum scilicet arbitrium. Ex iis quæ a Deo nobis ad usum data sunt nihil est malum : omnia enim quæ ex Deo procedunt bona sunt, et
D admodum bona ; solus abusus malus, qui nostri solius arbitrii est. Quamobrem non cibi mali, sed crapula : neque liberorum procreatio, sed fornicatio : nec vini potus, sed ebrietas : non divitiæ, sed avaritia : non gloria, sed vana gloria. Nihil igitur non agendum, ut abusum fugiamus, atque probe utamur iis quibus a Deo donati sumus. Nam id si agamus, et malitia vitioque superiores erimus, et intra virtutis limites inveniemur.

Συνήθεια σαφὴς καὶ σύντομος, καὶ διάγνωσις τῆς πίστεως ἡμῶν τῆς ἐν τῇ Τριάδι ἁγίᾳ.

Ὀφείλομεν πιστεύειν ὡς ἐβαπτίσθημεν· ἐβαπτίσθημεν δὲ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ,

Brevis et clara formula et notitia fidei nostræ circa sanctam Trinitatem.

Credere debemus, ut baptizati sumus ; baptizati autem sumus in nomine Patris et Filii et Spiritus

[12] Luc. II, 14. [13] I Cor. XI, 32. [14] Amos III, 6. [15] Joan. XII 40 ; Rom I, 28. [16] Exod. IV, 21. [17] Rom. IX, 29.

sancti, in unam scilicet substantiam, et deitatem et in unum regnum, imperium et virtutem : ac tres hypostases, sive personas, et characteres, et (si ita appellare velis) proprietates. Nam aliud sunt hypostases, aliud substantia. Substantiam quippe appellamus communitatem trium hypostasium : unius enim naturæ et substantiæ sunt tres personæ. Hypostasin autem vocamus, naturam cum characteristicis proprietatibus; alius enim est Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus. Quod quidem proprietates seu hypostases dividit, sed non naturam. Non tamen aliud et aliud, quod divideret naturas; sed ejusdem naturæ et ejusdem substantiæ. Simul enim Pater et Filius et Spiritus sanctus; sed Pater est ingenitus, Filius proles Patris, quasi ex sole lumen et ex mente verbum. Spiritus autem sanctus, emissio Patris. Proprium ergo **518** Patris est quod sit ingenitus seu non genitus, et quod vocetur Pater : proprium Filii, quod vocetur Filius, et gignatur ex Patre : proprium Spiritus, quod vocetur Spiritus sanctus et ex Patre procedat. Trium vero personarum sive hypostasium, una natura, una voluntas, una operatio, una bonitas, una virtus, unum placitum. Quapropter et unum Deum confitemur. Non enim alius ab alio separati sunt, sicut homines, neque sententia differunt : sed simul Pater, Filius, et Spiritus sanctus una consistunt sine confusione et divisione. Unaquæque autem persona, ut dictum est, suam servat proprietatem, alia paternitatem, alia filiationem, alia processionem. Si ergo te quis interroget : Quid est Pater? responde illi : Quod Filius et Spiritus sanctus, manens tamen Pater. Quod si dixerit : Quid est Filius? responde : Quod Pater et Spiritus, manens tamen Filius. Similiterque de Spiritu sancto : illud enim est quod Pater et Filius, manens tamen Spiritus sanctus. Proprietas immobilis, quemadmodum ait vir in theologis magnus et divinus Gregorius. Quomodo namque dixeris proprietatem manere, si moveatur et concidat. Est itaque deitas, ut paucis absolvamus, indivisibilis in divisis; illud secundum naturam, hoc secundum hypostases. Sicut in tribus solibus mutuo hærentibus una foret lucis commistio. Cum itaque deitatem, quæ est in una natura, respiciemus, et primam causam et monarchiam, unum est quod cogitamus; cum autem proprietates et personas in quibus divinitas, tres sunt quæ adorantur. Exempla porro adsint, quæ obscuram quamdam tantæ rei imaginem adumbrent, divinæ nempe naturæ, juxta theologum Gregorium, oculi aspectum cogita, aquæ scaturiginem, fontem et fluvium; hæc enim nec tempore aliquo distant, neque sunt inter se avulsa, ut se mutuo non contingant; tametsi videntur proprietatibus suis distingui. Perpende item solem, lumen atque radium : mentem, verbum et spiritum, qui exit una cum verbo. Verum, ut quidam dixit : Fides dux esto, non demonstratio. Oportet enim quemque hominem, per pura ac Deo illustrante

A καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· εἰς μίαν οὐσίαν δηλονότι, καὶ θεότητα, καὶ μίαν βασιλείαν, καὶ ἀρχὴν, καὶ ἰσχύν· καὶ τρεῖς ὑποστάσεις, εἴτουν πρόσωπα, καὶ χαρακτῆρας, εἰ δὲ βούλει καλεῖν, καὶ ἰδιότητας. Ἄλλο γὰρ ὑποστάσεις, καὶ ἄλλο οὐσία. Οὐσίαν γὰρ καλοῦμεν τὸ κοινὸν τῶν τριῶν ὑποστάσεων· μιᾶς γὰρ φύσεως καὶ οὐσίας τὰ τρία πρόσωπα. Ὑπόστασιν δὲ καλοῦμεν φύσιν μετὰ χαρακτηριστικῶν ἰδιωμάτων· ἄλλος γὰρ ὁ Πατὴρ, καὶ ἄλλος ὁ Υἱὸς, καὶ ἄλλος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὅπερ τέμνει τὰς ἰδιότητας μόνον, ἤγουν ὑποστάσεις, οὐ μὴν καὶ φύσιν. Οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο, ὅπερ τέμνει τὰς φύσεις· ἀλλὰ τῆς αὐτῆς φύσεως, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας. Ἅμα γὰρ Πατὴρ καὶ Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα· ἀλλ', ὁ μὲν Πατὴρ καὶ ἀγέννητος, ὁ δὲ Υἱὸς καὶ γέννημα τοῦ Πατρὸς, ὡς ἐξ
B ἡλίου φῶς, καὶ ἐκ νοῦ λόγος· τὸ δὲ Πνεῦμα ἅγιον καὶ ἐκπόρευμα τοῦ Πατρός. Ἴδιον οὖν τοῦ Πατρὸς ἡ ἀγεννησία, καὶ τὸ καλεῖσθαι Πατήρ· ἴδιον τοῦ Υἱοῦ, τὸ καλεῖσθαι Υἱὸν, καὶ γεννᾶσθαι ἐκ τοῦ Πατρός· ἴδιον οὖν τοῦ Πνεύματος τὸ καλεῖσθαι Πνεῦμα ἅγιον, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι. Τῶν δὲ τριῶν προσώπων, εἴτουν ὑποστάσεων, μία φύσις, μία θέλησις, μία ἐνέργεια, μία ἀγαθότης, μία δύναμις, μία βούλησις. Διὰ τοῦτο καὶ ἕνα Θεὸν ὁμολογοῦμεν. Οὐ γὰρ κεχωρισμένοι εἰσὶν ἀπ' ἀλλήλων, ὥσπερ καὶ οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲ τὰς γνώμας διάφοροι· ἀλλ' ἅμα Πατὴρ, Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἐν ἀλλήλοις ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως περιχωροῦσιν. Ἕκαστον δὲ πρόσωπον, ὡς εἴρηται, φυλάττει τὸ ἴδιον· τὸ μὲν τὴν πατρότητα,
C τὸ δὲ τὴν υἱότητα, τὸ δὲ τὴν ἐκπόρευσιν. Εἰ οὖν ἔροιτό σέ τις· Τί ἐστι Πατήρ; ἀποκρίθητι αὐτῷ· Ὅπερ ἐστὶν Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μένων Πατήρ. Εἰ δὲ λέγοι· Τί ἐστιν Υἱός; ἀποκρίθητι· Ὅπερ ἐστὶν ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα, μένων Υἱός. Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου· τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, μένων Πνεῦμα. Ἡ ἰδιότης ἀκοινώνητος, καθώς φησιν ὁ μέγας ἐν θεολόγοις καὶ θεῖος Γρηγόριος. Πῶς γὰρ, φησὶν, ἰδιότης μείνῃ, κινουμένη, καὶ μεταπίπτουσα; Ἔστιν οὖν ἡ θεότης, εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἀμέριστος ἐν μεμερισμένοις, τὸ μὲν τῇ φύσει, τὸ δὲ ταῖς ὑποστάσεσιν· οἷον ἐν ἡλίοις τρισὶν ἐχομένοις ἀλλήλων, μία τοῦ φωτὸς σύγκρασις. Ὅταν τοιγαροῦν πρὸς τὴν θεότητα τὴν ἐν μιᾷ φύσει βλέψωμεν, * καὶ τὴν πρώτην αἰτίαν,
D καὶ τὴν μοναρχίαν, ἓν ἡμῖν τὸ φανταζόμενον· ὅταν δὲ πρὸς τὰς ἰδιότητας καὶ τὰ πρόσωπα ἐν οἷς ἡ θεότης, τρία τὰ προσκυνούμενα. Παραδείγματα δὲ προσκείσθω ἀμυδράν τινα εἰκόνα δηλοῦντα τοῦ τοσούτου πράγματος, τῆς θείας φημὶ φύσεως, κατὰ τὸν Θεόλογον Γρηγόριον· ὀφθαλμοῦ νόει μοι βλέψιν, καὶ ἀρχὴν ὕδατος, καὶ πηγὴν, καὶ ποταμόν· ταῦτα γὰρ οὔτε χρόνῳ διέστηκεν, οὔτε ἀλλήλων ἀπέῤῥηκται τῇ πρὸς ἄλληλα συναφείᾳ, κἂν δοκῇ ταῖς ἰδιότησι τέμνεσθαι· ἐνθυμοῦ καὶ ἥλιον, καὶ φῶς, καὶ ἀκτῖνα· νοῦν, καὶ λόγον, καὶ πνεῦμα τῷ λόγῳ συνεξιόν. Πλὴν κατὰ τὸν εἰπόντα· Πίστις ἡγείσθω, καὶ μὴ ἀπόδειξις, καὶ χρὴ πάντα ἄνθρωπον διὰ καθαρᾶς καὶ θεολαμποῦς πράξεως, ὁδηγῷ τῷ Πνεύματι χρώμενον, ἵνα φωτὶ καταλαμβάνηται φῶς, πιστεύειν τε εἰς Πατέρα, καὶ

Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν μίαν θεότητά τε καὶ δύναμιν ἐν τρισὶ γνωριζομένην καὶ προσκυνουμένην ταῖς ὑποστάσεσιν.

Ὅπως δεῖ πιστεύειν περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως.

Ὅτι αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὁ ἀπερίγραπτος, ὁ ἀσώματος, ὁ μονογενὴς τοῦ Πατρὸς Υἱὸς, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, καὶ τῆς ἀθανασίας, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, τῇ βουλήσει τοῦ προανάρχου καὶ συναϊδίου αὐτοῦ Πατρὸς, καὶ τῇ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐκ τῶν παρθενικῶν αἱμάτων τῆς Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, ἐν τῇ οἰκείᾳ αὐτοῦ ὑποστάσει ἔπηξεν ἑαυτῷ σάρκα ἐμψυχωμένην, καὶ λογικὴν, καὶ ταύτην τῷ ἐννεαμηνιαίῳ χρόνῳ διεπλασμένην ἐξ B αὐτῆς· ἐγεννήθη Θεὸς ἀνθρωπόμορφος, τουτέστι Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ἐν μιᾷ ὑποστάσει δύο φύσεις ἐπιφερόμενος, ἀδιαιρέτως, καὶ ἀσυγχύτως, καὶ δύο θελήσεις, καὶ ἐνεργείας, θεϊκὰς ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπικάς· ἤθελε γὰρ ὡς Θεὸς καὶ ἐνήργει, καὶ ἤθελεν ὡς ἄνθρωπος καὶ ἐνήργει· ἀλλὰ φυσικὴν θέλησιν, καὶ ἐνέργειαν, οὐ μὴ ἁμαρτητικήν. Ἀναμαρτήτως γὰρ προσελήφθη ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπική· καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἑνώσεως τῷ θελήματι ἡνώθησαν. Ὅπερ ἐβούλετο τὸ θεῖον θέλημα, τοῦτο καὶ τὸ τῆς προσλήψεως. Ἀλλὰ θέλημα λέγομεν καὶ ἐνέργειαν τὰ φυσικά· οἷον, ἤθελε φαγεῖν, ἤθελε πιεῖν, ἤθελε περιπατῆσαι· καὶ ταῦτα ἐνήργει, καὶ ἤθελεν. Ἀλλὰ ταῦτα ἐποίει τῆς θείας φύσεως παραχωρούσης, οὐ μὴν κατηναγκασμένως, C ὥσπερ ἡμεῖς· ἀλλὰ καὶ τὸ κοπιᾷν, καὶ τὸ ἀγωνιᾷν, καὶ τὸ αἰτεῖν τὸν Πατέρα παρελθεῖν τὸ ποτήριον, καὶ τοῦτο τοῦ φυσικοῦ θελήματος. Ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς καθέδραν δύο φύσεις ὁμολογοῦμεν ἐπὶ Χριστοῦ, θελητικὰς, καὶ ἐνεργητικάς. Ὅπου γὰρ φύσις λογικὴ, ἐκεῖ καὶ θέλησις καὶ ἐνέργεια. Φυσικὰς δὲ δύο θελήσεις, γνώμην δὲ μίαν· οἰκονομούσης γὰρ τῆς θεότητος, ἑπομένης δὲ τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ παραχωρούσης αὐτῇ ἐνεργεῖν τὰ ἀμφότερα.

Περὶ διαφορᾶς ἀρετῶν.

Ἐλάβομεν ἐντολὰς παρὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, τὰς ἀπεντεῦθεν θεουργούσας, καὶ ποιούσας ἡμᾶς ἀναμαρτήτους διάγειν, καὶ ὡς ἀγγέλους ἀναστρέφεσθαι μετὰ τῶν ἀνθρώπων· οἷον τὴν μετάνοιαν, τὴν D ταπεινοφροσύνην καὶ τὸ διηνεκὲς πένθος, τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγάπην τὴν ἐξ ὅλης καρδίας ἐγγινομένην, καὶ τὴν πρὸς τὸν πλησίον διάθεσιν, τὴν καθαρὰν προσευχὴν, καὶ τὴν ἑαυτῶν ἀπάρνησιν, καὶ τὸ δι' ὅλου πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ θάνατον, καὶ ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ ἀδιαλείπτως πορεύεσθαι, καὶ τὸ ἔχειν ἑαυτὸν ὑπὸ πάσης κτίσεως, καὶ δέεσθαι αὐτοῦ διηνεκῶς. Ταύτας γὰρ τὰς θείας ἐντολὰς ὁ μετὰ πίστεως ἐργαζόμενος, Θεοῦ υἱὸς γίνεται, καὶ υἱὸς φωτὸς καὶ κληρονόμος Θεοῦ, καὶ συγκληρονόμος Χριστοῦ, καὶ σύμμορφος τῆς εἰκόνος αὐτοῦ καὶ σύμφυτος, καὶ συντόμως καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, θέσει κατὰ χάριν Θεός. Εἰσὶ δὲ ἕτεραι ἐντολαὶ τοῦ Χριστοῦ, αἱ ἄφεσιν μὲν προξενοῦσαι, οὐ μὴν δὲ καὶ τελειότητος ἀξιοῦσαι· οἷον

[18] Hebr. I, 3

A edita opera, duce usum Spiritu sancto, ut lumine lumen comprehendat, credere in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unam deitatem atque virtutem, in tribus hypostasibus creditam et adoratam.

Quid credendum sit de Domini incarnatione.

Quod ipsum Dei Verbum incircumscriptum, incorporeum, Patris unigenitum, lumen ex lumine, fons vitæ et immortalitatis, splendor gloriæ, figura substantiæ [18], voluntate Patris, qui ante initium, et ipsi coæternus est, et cooperatione Spiritus sancti, ex virgineo sanguine Deiparæ et semper virginis Mariæ, in propria sua hypostasi carnem sibi effinxit animatam et rationalem, atque illam novem mensium tempore ex ipsa efformavit: natusque est Deus hominiformis, id est, Deus et homo, in hypostasi una duas gestans naturas, sine divisione, ac sine confusione: ac duas voluntates duasque operationes, divinas simul et humanas. Volebat enim ut Deus, et operabatur: volebat item ut homo, et operabatur; sed humana voluntate atque operatione, nec peccato obnoxia. Sine peccato enim assumpta est natura humana: atque ex hac ipsa unione. voluntate ambæ unitæ sunt. Quod optaret divina voluntas, id etiam volebat assumptæ naturæ voluntas. Sed voluntatem dicimus operationemque naturalem: quale est, quod manducare vellet, bibere, ambulare: et hæc operabatur, hæc volebat. Verum hæc agebat divina concedente natura; non ex necessitate, quemadmodum nos; sed quod defatigaretur, quod in agone esset, quod peteret a Patre ut transiret calix, id humanæ erat **519** voluntatis. Imo etiam post resurrectionem atque sessionem ad dexteram Patris, duas naturas confitemur in Christo, voluntate et operandi vi præditas: ubi enim natura rationalis, ibi et voluntas et operatio. Naturales autem duas voluntates dicimus, sed unicam sententiam, dispensante deitate, subsequente autem humanitate, atque concedente ut utraque operaretur.

De differentia virtutum.

Mandata accepimus a Christo et Deo nostro, quæ exinde divinum operanti præbent auxilium, præstantque ut absque peccato degamus, et velut angeli cum hominibus versemur: pœnitentiam nempe, humilitatem, luctum assiduum, charitatem erga ipsum ex toto corde, dilectionem proximi, puram orationem, nostrum ipsorum abrenuntiationem; utque semper mortem pro illo sustinendam præ oculis habeamus, in ejus lumine sine intermissione ambulemus, nos omni creatura inferiores existimemus, atque assidue ipsi supplicemus. Hæc namque divina jussa, si quis cum fide compleverit, Dei filius efficietur, filius lucis, hæres Dei, cohæres autem Christi, conformis imagini ejus, et complantatus; atque, ut paucis et simpliciter dicamus, adoptione secundum gratiam Deus. Sunt porro alia præcepta Christi, quæ remissionem quidem conciliant, imo vero ad perfectionem nos deducunt; quale est, con-

fiteri ac pronuntiare propria peccata, non judicare, non sese negotiis alienis curiose ingerere : eleemosynam ex propriis bonis erogare, quæ accidunt tristia generose et cum gratiarum actione ferre, confiteri se gratis atque ex gratia salutem consequi. Si itaque prima illa ac Dei auxilio implenda mandata quis compleverit; inde accipit arrhabonam sancti Spiritus; sin non illa quidem, secunda tamen accurate servet, ut flagitiorum suorum veniam consequatur. Quod si utrisque labatur, inutilis sane est hujusmodi homo, miser, et infelix : exspectetque paratum supplicium diabolo et angelis ejus.

Discretio naturæ (ac conditionis) operum.

Operum alia proprie bona, alia proprie mala sunt, alia media; proprie bona sunt, prudentia, fortitudo, temperantia, justitia; proprie mala, insipientia, ignavia, intemperantia, injustitia. Media, divitiæ, paupertas, gloria, infamia, sanitas, morbus, eruditio multa, ignorantia. Media porro dicuntur, quia per se, nec proprie bona, nec proprie mala sunt : sed secundum usum iis utentium, aut hoc aut aliud evadunt. Ita dives qui probus sit in eleemosynas bona impendit; qui malus ad voluptates iis utitur. Similiter paupertas, si bona sit, tolerantiam, gratiarum actionem et liberalitatem nos docet; si mala, blasphemiam, illiberalitatem, ex eo quod non toleranter agamus, generat. Bona item gloria est, cum nos humilitatem edocet, et futuræ gloriæ desiderium ingerit: mala autem cum servilem animum inducit; atque suadet ut ex hominum timore omnia agantur. Similiter bona est sanitas, cum ea utimur ut Deo placeamus, et mandata ejus operemur; mala autem, cum ea ad intemperantiam et injustitiam utimur. Item morbus, si gratias agamus, eoque quasi adjutore utamur, bonus est; malus, si ingrato simus animo, atque ad blasphemiam et iram nos ille provocet. Bona pariter est multa eruditio, cum ea ad docendum, et ad causam injuria oppressorum dicendam utimur; mala autem, cum ad vanam gloriam, et injuriæ patrocinium. Bona etiam ignorantia est, cum id efficit ut doctis subjiciamur, ab iisque utilitatem accipiamus; mala autem cum nobis suaserit ut in propria incedamus ignorantia; nec nobis præstantiores sequamur. Simili **520** modo se habent reliqua omnia, scilicet, nobilitas, ignobilitas, pulchra forma ac deformitas, celeritas et tarditas, ars et artis imperitia, dexteritas in ministrando et inhabilitas. Hæc omnia, ut dictum est, in medio consistunt; ut qui iis recte utatur, nihil lædatur ab ipsis, quemadmodum beatus Job. Utroque enim modo exercitatus, præclarus comprobatus est atque inexpugnabilis, ac in omnibus Deo placuit. Non decet itaque rebus ipsis culpam ascribere : nihil enim eorum quæ a Deo data sunt, malum; sed id habent ex seducta nostra atque spontanea serva voluntate, atque ex animæ circa eas res judicio ad libidinem suam lato : libere namque illa in harumce rerum usu labitur ex propria libidine, dum Dei voluntatem ejusque regnum despicit.

(a) Lege καταφρονοῦσα. Edit. Patrol.

A τὸ ὁμολογεῖν καὶ ἐξαγορεύειν τὰ οἰκεῖα ἁμαρτήματα, τὸ μὴ κρίνειν, τὸ μὴ πολυπραγμονεῖν τὰ ἀλλότρια, τὸ ἐλεεῖν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, τὸ φέρειν γενναίως καὶ μετ' εὐχαριστίας τὰ ἐπερχόμενα λυπηρὰ, τὸ ὁμολογεῖν δωρεὰν καὶ χάριτι σώζεσθαι. Εἰ μὲν οὖν τὰς πρώτας καὶ θεουργούσας ἐντολάς τις ἐργάζεται, ἐντεῦθεν λαμβάνει τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ ἁγίου Πνεύματος· εἰ δὲ μὴ, κἂν τὰς δευτέρας μετ' ἐπιμελείας ἐργαζέσθω, ὅπως τύχῃ τῆς τῶν πλημμεληθέντων αὐτῷ συγχωρήσεως. Εἰ δ' ἀμφοτέρων ἐκπέσῃ, ἀχρεῖος οὗτος ἀνὴρ, καὶ ἄθλιος, καὶ ταλαίπωρος· καὶ προσδοκάτω τὴν ἀποκειμένην κόλασιν τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.

Διάκρισις τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως

Τῶν πραγμάτων τὰ μέν εἰσι κυρίως καλὰ, τὰ δὲ B κυρίως κακὰ, τὰ δὲ μέσα· καὶ κυρίως μὲν καλὰ, φρόνησις, ἀνδρεία, σωφροσύνη, δικαιοσύνη· κυρίως δὲ κακὰ, ἀφροσύνη, δειλία, ἀκολασία, ἀδικία· μέσα δὲ, πλοῦτος, πενία, δόξα, ἀδοξία, ὑγίεια, νόσος, πολυμαθία, ἀμαθία. Μέσα δὲ λέγονται διὰ τὸ καθ' ἑαυτὰ μήτε κυρίως καλὰ εἶναι, μήτε κυρίως κακά· ἀλλὰ παρὰ τῇ χρήσει τῶν χρωμένων ἢ τοῦτο ἢ ἐκεῖνο γινόμενα· οἷον ὁ πλοῦτος καλὸς μὲν εἰς ἐλεημοσύνην διδόμενος, κακὸς δὲ πρὸς ἡδονὰς δαπανώμενος. Ὡσαύτως καὶ ἡ πενία καλὴ μὲν καρτερίαν, καὶ εὐχαριστίαν, καὶ ἐλευθερίαν ἡμᾶς διδάσκουσα· κακὴ δὲ βλασφημίαν, καὶ ἀνελευθερίαν ἐκ τοῦ μὴ καρτερεῖν ἡμᾶς ἀποτίκτουσα. Καλὴ δὲ καὶ ἡ δόξα, ὅταν ταπεινοφροσύνην ἡμᾶς ἐκδιδάσκῃ, καὶ τῆς μελλούσης δόξης ἔρεσιν· κακὴ δὲ, ὅταν δουλοπρέπειαν, καὶ διὰ φόβον ἀν- C θρώπινον πάντα ποιεῖν ἀναπείθῃ. Ὡσαύτως καλὴ μὲν καὶ ὑγίεια, ὅταν εἰς εὐαρέστησιν τοῦ Θεοῦ καὶ ἐργασίαν τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν χρώμεθα· κακὴ δὲ, ὅταν πρὸς ἀκολασίαν καὶ ἀδικίαν. Ὁμοίως καὶ ἡ νόσος, ὅταν εὐχαριστῶμεν καὶ συνεργῷ ταύτῃ χρώμεθα, καλή· κακὴ δὲ, ὅταν πρὸς ἀχαριστίαν, καὶ βλασφημίαν, καὶ ὀργὴν ἡμᾶς συνελαύνῃ. Καλὴ καὶ ἡ πολυμαθία, ὅταν πρὸς διδασκαλίαν καὶ βοήθειαν τοῖς ἀδικουμένοις ταύτῃ χρώμεθα· κακὴ δὲ, ὅταν πρὸς κενοδοξίαν, καὶ συνηγορίαν τῆς ἀδικίας. Καλὴ καὶ ἀμαθία, ὅταν παρασκευάζῃ ἡμᾶς ὑποτάσσεσθαι τοῖς εἰδόσι, καὶ παρ αὐτῶν πορίζεσθαι τὴν ὠφέλειαν· κακὴ δὲ, ὅταν πείθῃ ἡμᾶς τῇ οἰκείᾳ στοιχεῖν ἀμαθίᾳ, καὶ μὴ τοῖς κρείττοσιν ἕπεσθαι. Ὡσαύτως καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, οἷον εὐγένεια καὶ δυσγένεια, εὐμορφία καὶ ἀμορφία, D καλλιφωνία καὶ κακοφωνία, ἰσχὺς καὶ ἀδυναμία, ταχύτης καὶ βραδύτης, τέχνη καὶ ἀτεχνία, καὶ πρὸς διακονίας ἐπιτηδειότης καὶ ἀνεπιτηδειότης. Ταῦτα πάντα, ὡς εἴρηται, τῶν μέσων εἰσί· καὶ ὁ καλῶς τούτοις χρώμενος οὐδὲν παρὰ τούτων βλαβήσεται, ὡς ὁ μακάριος Ἰώβ. Εἰς ἀμφότερα γὰρ ἐξετασθεὶς, εὐδόκιμος ἀνεφάνη καὶ ἀκαταγώνιστος, καὶ διὰ πάντα εὐηρέστησε τῷ Θεῷ. Ὥστε οὐ δεῖ τὰ πράγματα αἰτιᾶσθαι· οὐδὲν γὰρ τῶν παρὰ Θεοῦ δοθέντων κακὸν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἐσφαλμένην ἡμῶν καὶ ἐθελόδουλον προαίρεσιν, καὶ τὴν ἐθελοβλέπουσαν περὶ ταῦτα τῆς ψυχῆς ἡμῶν διάκρισιν, ἥτις αὐτεξουσίως πρὸς τὴν παράχρησιν τούτων ἐξολισθαίνει ἐξ οἰκείας φιληδονίας, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας καταφρονῶν (a).

MONITUM

Hoc item opusculum Roma nobis missum est, de quo hæc notat qui exscripsit. Mss. codex Græcus num. 658, membranaceus et in-12, eleganti manu exaratus, videtur habere cccc annos et est bibliothecæ Vaticanæ. Inter alia continet, p. 130, sequentem tractatum attributum sancto Athanasio. *At est ignoti cujusdam et Athanasio longe inferioris scriptoris opus, ut primo aspectu advertet eruditus lector.*

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

Λόγος διακριτικὸς, καὶ εἰς τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ τοῖς ἀποταξαμένοις καὶ σωθῆναι· θελουμένοις

—

SANCTI PATRIS NOSTRI ATHANASII MAGNI

PATRIARCHÆ ALEXANDRIÆ

Sermo discretionis plenus in Dei mandata, pro iis qui sæculo renuntiarunt et qui salutem consequi volunt.

—

1. Ἀγαπητοὶ, φροντίσωμεν τῆς σωτηρίας ἡμῶν, A ὅτι ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστὶ λοιπόν· καὶ οὐ δύναταί τις φροντίσαι τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἕως οὗ φροντίζει τὰ τοῦ σώματος. Ὥσπερ γὰρ οὐ δύναταί τις προσέχειν ἐν ἑνὶ ὀφθαλμῷ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐν ἑνὶ ἐπὶ τὴν γῆν· οὕτως οὐ δύναται ἄνθρωπος φροντίσαι τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τὰ τοῦ σώματος. Ὥσπερ οὐ δύναται πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς ἐξενεγκεῖν ὕδωρ γλυκὺ καὶ πικρὸν, οὕτως οὐ δύναται ἄνθρωπος καὶ Θεῷ ἀρέσκειν, καὶ σαρκὸς ἐπιθυμίας ἐπιτελεῖν. Ὥσπερ οὐ δύναται ἄκανθα καρπὸν ἐλαίου προβάλλεσθαι, οὕτως οὐ δύναται ἄνθρωπος καὶ τὰ οὐράνια ζητεῖν, καὶ τὰ ἐπίγεια ποθεῖν, καθώς φησιν ὁ Κύριος· Οὐ δύνασθε καὶ Θεῷ ἀρέσκειν, καὶ σαρκὸς ἐπιθυμίας ἐπιτελεῖν. Ὅθεν καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἀκούσας ταῦτα, καὶ ἐκκόψας αὐτοῦ πάντα τὰ τῆς σαρκὸς φρονήματα, φησί· « Δι' ὃν B πάντα ζημιοῦμαι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω, » καὶ αὐτῷ συμβασιλεύσω. « Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. Οἱ γὰρ βουλόμενοι πλουτεῖν ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν, καὶ παγίδα διαβόλου, καὶ ἐπιθυμίας ἀτόπους. »

2. Σὺ δὲ, ὦ ἀδελφὲ, μὴ προσέχῃς τι τοῦ κόσμου τούτου, ἵνα δυνηθῇς σωθῆναι, ἀλλὰ ἄσκησον δικαιοσύνην, καὶ ἀλήθειαν, καὶ ἀγάπην, καὶ φόβον Κυρίου, καὶ πραότητα, ὑπακοὴν, καὶ ἐγκράτειαν, καὶ ἀμνησικακίαν. Μίσησον λόγους κοσμικοὺς, ἵνα καρδία σου ὄψηται τὸν καλόν. Ἀγάπησον τὸ συνεχῶς προσεύχεσθαι, ἵνα φωτισθῇ σου ἡ καρδία. Δίδου ὑστερουμένοις ὀφθαλμῷ πλουσίῳ, ἵνα μὴ καταισχυνθῇς ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ· μίσησον τὴν ἐπιθυμίαν ἐν τοῖς βρώμασιν, ἵνα μὴ ὁ Ἀμαλὴκ τῶν C παθῶν κυκλώσῃ σε. Γρηγόρου ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἵνα μὴ καταφάγῃ σε τὸ θηρίον. Φεῦγε τὸν οἶνον, ἵνα μὴ στερηθῇς τῆς εὐφροσύνης τοῦ Θεοῦ. Ἀγάπησον

1. Dilecti, de salute nostra sollicitudinem geramus, quia tempus breve est : nec potest quisquam suam curare animam, donec curat quæ corpus spectant. Quemadmodum enim non potest quisquam uno oculo in cœlum respicere, et alio in terram; ita non potest homo de Deo simul et de corpore curare. Sicut non potest fons ex eodem foramine emittere aquam dulcem et amaram, sic non potest homo et Deo placere, et carnis concupiscentiam perficere. Sicut non potest spina oleæ fructum ferre, ita non potest homo et cœlestia quærere, et terrena concupiscere, ut ait Dominus : Non potestis et Deo placere et carnis concupiscentiam perficere. Unde et apostolus Paulus hæc cum audisset, et omnes carnis affectus in se abscidisset, ait : « Propter quem omnia detrimentum feci, ut Christum lucrifaciam [19], » ac cum illo regnare possim. « Cum cibo autem potimur et vestitu, his contenti simus. Nam qui divites esse volunt, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, ac in absurdas concupiscentias [19*]. »

2. Tu autem, o frater, ne cuipiam hujus mundi rei animum adhibeas, ut salutem consequi possis, sed justitiam exerce, et veritatem, amorem et timorem Domini, mansuetudinem, obedientiam, temperantiam, injuriarum oblivionem. Odio habeto mundana verba, ut cor tuum videat bonum. Ama frequentem orationem, ut illuminetur cor tuum. Da pauperibus divite oculo, ut ne confundare ante tribunal Christi. Aversare ciborum cupidinem, ne Amalec ille passionum te circumdet. Vigil et celer esto in orationibus, ne te fera devoret. Vinum aversare, ne priveris gaudio Dei. Ama fideles, ut pers eos eleemosynam largiaris. Dilige sanctos, ut eorum

[19] Philipp. III, 8. [19*] I Timoth. VI, 8, 9.

te zelus trahat ad virtutem. Memento exitus animæ tuæ, et non multum peccabis in Deum. Recordare 521 semper regni cœlorum, ut ejus desiderium te trahat ad illud : in animo habeto gehennam ignis, et atrocium cruciatuum, ut odio habeas prava opera. Præpara te igitur quotidie ad occurrendum Christo; venturus quippe ille est invisibiliter. Quotidie te ipsum examinato, ac disquire num quodpiam Christi mandatum neglexeris, atque illud impleto. Videant fratres tui opera tua, et zelus ille qui secundum Deum est devorabit eos. Teipsum quotidie examinato, ac perpende quam passionem mortificaveris, et da gloriam Deo, illius namque est misericordia. Ne reputato te fecisse bonum coram Deo, ait enim : « Cum omnia feceritis, tunc dicite : Servi inutiles sumus [20]. » Ne superbias quia nunc bonus es, non potes enim tibi confidere ob inimicos tuos.

3. Ne confidas tuo ipsius corpori. In eo qui dæmones pertimescit, propalam est non esse timorem Dei. Qui enim Deum timet ex toto corde suo, firmus est adversus illos. Qui sese non metitur et respicit, sed ignotum se tenet, hinc compertum habet se non quærere voluntatem implere suam, sed divinam. Qui multis suum profert et manifestat sermonem, hinc commonstrat in ipso non esse Dei timorem. Qui vult salvus fieri, Deo vacet, et passiones conculcabit. Cura et sollicitudo in cogitationibus fugat passiones : scriptum enim est : « Cura superveniet in virum sapientem. » Ut pigritia auxilio est passionibus, sic æquanimitas et tolerantia est virtutum robur. Neminem judicare id murus est prævalidus; vituperare autem et obtrectare, id animam conjicit in perniciem. Linguam suam cohibere posse, id palam facit virum esse in virtutibus exercitatum; lingua autem effrenis comprobat hominem non esse virtute intime præditum. Misericordia quæ in mente et cogitatione exsistit, parit prospiciendi facultatem, ac ducit ad charitatem; sed animus immisericors parit inhumanitatem. Mater virtutum est commiseratio; complementum autem malorum est inobsequentia. Bonitas parit castitatem, iracundia inordinatos affectus. Cordis durities gignit iram. Pigritia parit indigentiam. Somnus nimius tumultum gignit affectuum. Salus autem animæ sunt vigiliæ moderatæ. Somnus nimius turbam excitat phantasiarum : flos autem sunt animæ, vigiliæ cum oratione. Somni diuturnitas cor hebetat, sed vigiliæ excitant ipsum. Vigilias dico illas quæ secundum Deum aguntur, cum psalmis, hymnis et canticis spiritualibus. Iis enim qui vigilias confabulando et garriendo exigunt, præstat cum silentio dormire.

4. Luctus passiones fugat, risus a Deo separat. Humilitas id efficit ut hominem non reformidemus; gloria autem hominum parit superbiam. Iræ vacui-

A τοὺς πιστούς, ἵνα διὰ αὐτῶν ἐλεήσῃς. Πόθησον τοὺς ἁγίους, ἵνα ὁ ζῆλος αὐτῶν ἑλκύσῃ σε πρὸς ἀρετήν. Μνημόνευε τῆς ἐξόδου τῆς ψυχῆς σου, καὶ οὐχ ἁμαρτήσεις πολλὰ πρὸς Θεόν· ἀναμιμνήσκου ἀεὶ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, ἵνα ἡ ἐπιθυμία αὐτῆς ἑλκύσῃ σε πρὸς αὐτήν· διαλογίζου τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς, καὶ τῶν βασάνων τῶν δεινῶν, ἵνα μισήσῃς τὰ ἔργα τὰ πονηρά. Ἑτοίμαζε οὖν σεαυτῷ καθ' ἡμέραν ὑπαντῆσαι Χριστῷ· μέλλει γὰρ ἀοράτως ἔρχεσθαι. Καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀνάκρινε σεαυτὸν ἐκ τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ, τί ὑστέρησας, καὶ ἀνοικοδόμει αὐτό. Ἴδωσιν οἱ ἀδελφοί σου τὰ ἔργα σου, καὶ ὁ ζῆλος ὁ κατὰ Θεὸν καταφάγεται αὐτούς. Ἐρεύνησον σεαυτὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ποῖον πάθος ἐνέκρωσας, καὶ δὸς δόξαν τῷ Θεῷ· αὐτοῦ γάρ ἐστι τὸ ἔλεος. Μὴ λογίζου ἑαυτὸν ὡς B κατορθώσαντα τὸ ἀγαθὸν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· φησὶ γάρ· « Ὅταν πάντα ποιήσητε, τότε λέγετε, ὅτι Ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν. » Μὴ ὑψηλοφρονήσῃς, ὅτι ἀπ' ἄρτι καλὸς εἶ· οὐ γὰρ δύνῃ πιστεῦσαι ἑαυτὸν τοῖς ἐχθροῖς σου.

3. Μὴ θαῤῥήσῃς ἑαυτοῦ τῷ σώματι. Ὁ φοβούμενος τοὺς δαίμονας δῆλον ἑαυτὸν ποιεῖ, ὅτι οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἐν αὐτῷ. Ὁ γὰρ φοβούμενος τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης αὐτοῦ τῆς καρδίας ἑδραῖός ἐστιν ἐπ' αὐτοῖς. Τὸ μὴ μετρῆσαι ἑαυτὸν, ἀλλ' ἑαυτὸν ἔχειν ἄγνωστον, φανεροῖ τῷ ἀνθρώπῳ, ὅτι οὐ ζητεῖ ποιῆσαι τὸ ἑαυτοῦ θέλημα, ἀλλὰ τὸ τοῦ Θεοῦ. Ὁ λέγων τὸν λόγον αὐτοῦ ἐπὶ πολλῶν, δῆλον ἑαυτὸν ποιεῖ, ὅτι οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἐν αὐτῷ. Ὁ βουλόμενος σωθῆναι σχολάσει τῷ C Θεῷ, καὶ καταπατήσει τὰ πάθη. Τὸ φροντίσαι ἐν γνώσει ἐκδιώκει τὰ πάθη· γέγραπται γάρ· « Φροντὶς ἐπελεύσεται ἐπ' ἄνδρα σοφόν. » Ὥσπερ ἡ ἀκηδία βοήθειά ἐστι τῶν παθῶν, οὕτω καὶ ἡ μακροθυμία δύναμίς ἐστι τῶν ἀρετῶν. Τὸ μὴ κρίνειν ἄνθρωπον τεῖχός ἐστιν ἀντίτητον· τὸ δὲ ψέξαι ἢ καταλαλῆσαι ἀπώλειαν τῇ ψυχῇ κατεργάζεται. Τὸ κρατῆσαι τῆς γλώττης δηλοποιεῖται, ὅτι πρακτικός ἐστι μὲν ταῖς ἀρεταῖς· ἡ δὲ ἀπαιδευσία τῆς γλώσσης σημαίνει, ὅτι οὐ κέκτηται ἀρετὴν ἔνδοθεν. Ἡ ἐν γνώσει ἐλεημοσύνη τίκτει τὸ προορᾶν, καὶ ὁδηγεῖ εἰς τὴν ἀγάπην· ἡ δὲ ἀνελεημοσύνη τίκτει τὴν ἀπανθρωπίαν. Μήτηρ ἀρετῶν ἐστιν ἡ συμπάθεια· πλήρωμα δὲ κακῶν ἡ ἀνυποταξία. Ἡ ἀγαθότης τίκτει τὴν ἁγνείαν· ἡ δὲ ὀξυχολία τίκτει τὰ πάθη. Ἡ σκληροκαρδία τίκτει τὴν ὀργήν· D ἡ δὲ ἀκηδία τίκτει τὴν ἔνδειαν. Κόρος ὕπνου ταραχὴ παθῶν· σωτηρία δὲ ψυχῆς ἀγρυπνία ἔμμετρος. Ὕπνος ἐν κόρῳ πλῆθος φαντασιῶν· ἄνθος δὲ τοῦ νοῦ, ἀγρυπνία ἐν προσευχῇ. Πολὺς ὕπνος παχύνει καρδίαν, ἀγρυπνία δὲ λεπτύνει αὐτήν· ἀγρυπνίαν δὲ λέγω τὴν κατὰ Θεὸν γινομένην ἐν ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς. Ἀγαθὸς γὰρ ὕπνος ἐν σιωπῇ τῶν ἀγρυπνούντων ἐν ματαιολογίᾳ.

4. Τὸ πένθος ἐκδιώκει τὰ πάθη, τὸ δὲ γέλως χωρίζει ἀπὸ Θεοῦ. Τὸ μὴ πλῆξαι ἄνθρωπον τίκτει ταπείνωσις· ἡ δὲ δόξα τῶν ἀνθρώπων τίκτει τὴν ὑπερ-

[20] Luc. xvii, 10.

τ,φανίαν. Ἡ ἀοργησία τίκτει τὴν πραότητα· ἡ δὲ μνησικακία τίκτει τὴν ἀπώλειαν. Τὸ ἀγαπᾷν τὸν πλατυσμὸν ἐκδιώκει τὰς ἀρετάς· ἡ δὲ στενοχωρία ταπεινοῖ τὰ πάθη. Ἡ ἐπιθυμία τῶν ἐδεσμάτων διάγει εἰς τὰ πάθη· ἡ δὲ ἐγκράτεια ἐκδιώκει αὐτά. Κόσμησις σώματος, ψυχῆς καταστροφή· τῆξις δὲ σώματος, ἀνακαινισμὸς ψυχῆς. Περιφρόνησις σώματος, σωτηρία ψυχῆς· ἐπιμέλεια δὲ σώματος, παγὶς τῇ ψυχῇ. Τῆξις δὲ σώματος φωτισμὸς ψυχῆς. Τὸ προσέχειν τὸν νοῦν ἄνω πάντοτε, τίκτει τὴν ἀγάπην τὴν πρὸς Θεόν· ἡ δὲ μέριμνα τοῦ βίου ἐκδιώκει τὰς ἀρετάς. Τὸ φυλάξαι τὸ στόμα, διεγείρει τὴν διάνοιαν πρὸς τὸν Θεόν· ἡ δὲ πολυλογία τίκτει τὴν ἀκηδίαν καὶ τὴν μανίαν. Τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα τοῦ πλησίον, σημαίνει ὁ νοῦς (a) βλέπειν τὰς ἀρετάς· τὸ δὲ ποιῆσαι τὸ ἴδιον θέλημα, σημαίνει τὴν ἄγνοιαν. Ἡ μελέτη ἐν φόβῳ, φυλάσσει τὴν ψυχὴν ἀπὸ παντὸς κακοῦ· τὸ δὲ λαλεῖν τοὺς κοσμικοὺς λόγους σκοτίζει τὴν ψυχήν. Τὸ ἀγαπᾷν τὴν ὕλην τοῦ κόσμου, χωρίζει ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸν νοῦν· ἡ δὲ ἀκτημοσύνη παῤῥησίᾳ βλέπει τῷ Θεῷ. Τὸ μὴ ἐξάξαι τοὺς λογισμοὺς δηλοποιεῖται, ὅτι ἐκζητεῖ τὴν δόξαν τοῦ κόσμου τούτου τὴν αἰσχρὰν καὶ ματαίαν· τὸ δὲ γνωρίσαι αὐτὰ πνευματικοῖς πατράσιν, ἐκδιώκει αὐτά. Ὥσπερ ὁ ἰὸς βιβρώσκεται ὁ μοναχὸς ὑπὸ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων, ἐὰν ἡ καρδία αὐτοῦ συμπεισθῇ αὐτῷ. Ὥσπερ σκώληξ, ἤτοι σμίλαξ, συμπλακεὶς τῇ ἀμπέλῳ, ἀφανίζει τὸν καρπὸν αὐτῆς· οὕτως ἀφανίζει κενοδοξία τὸν καρπὸν τοῦ μοναχοῦ, ἐὰν ἡ καρδία αὐτοῦ συμπεισθῇ αὐτῇ. Πρὸ πάντων τῶν ἀρετῶν ἐστιν ἡ ταπεινοφροσύνη· πρὸ δὲ πάντων τῶν παθῶν ἐστιν ἡ γαστριμαργία. Τέλος ἀρετῶν, ἀγάπη· πλήρωμα δὲ κακῶν, τὸ ἑαυτὸν λογίσασθαι εἶναι δίκαιον.

5. Ὥσπερ σκώληξ κατεσθίων ξύλον ἀφανίζει αὐτὸ, οὕτως ἀφανίζει μνησικακία τὴν ψυχὴν τοῦ μοναχοῦ. Τὸ παραῤῥίψαι ἑαυτὸν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, τίκτει τὸ ὑποφέρειν ὕβριν ἀταράχως· τὸ δὲ μὴ ἐξουθενεῖν ἑαυτὸν, τίκτει τὴν ὑπερηφανίαν. Μὴ ἔσο πεποιθὼς ἐπὶ τῇ σῇ δυνάμει, καὶ ἡ βοήθεια τοῦ Θεοῦ παροικήσει σοι. Μὴ ἔχε ἔχθραν μετά τινος, ἐπεὶ ἀπρόσδεκτός ἐστιν ἡ προσευχή σου. Ἀλήθειαν ἀγάπα· * τῆς γὰρ ψευδόμενος ἀθετεῖ τὸν καλόν. Φύλαξον τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἡ καρδία σου οὐ μὴ ἴδῃ πονηρόν. Ὁ γὰρ βλέπων γυναῖκα ἐν ἡδονῇ, μοιχείαν ἐπιτελεῖ. Φύλασσε τὴν ἀκοήν σου, ἵνα μὴ ἐπισυνάξῃς σεαυτῷ πάντα πονηρὸν σπόρον. Φεύξου ἀπὸ καταλαλιᾶς τοῦ πονηροτάτου δαίμονος, καὶ εἰρήνευε μετὰ πάντων, ἵνα παῤῥησιάσῃ εὐχόμενος. Μὴ ἐπιποθήσῃς ἀκοῦσαι βλάβην λύπης παντὸς ἀνθρώπου, ἵνα μὴ ἀνταποδώσεις αὐτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ σου. Ἐργάζου ἐν τῷ ἐργοχείρῳ σου, ἵνα εὕρῃ πτωχὸς σὸν ἄρτον· ἡ γὰρ ἀργία θάνατός ἐστι τῇ ψυχῇ. Τὸ συνεχῶς προσεύχεσθαι λυτροῦται τὴν ψυχὴν ἀπὸ παντὸς κακοῦ. Τὸ δὲ * καταμικραμελῆσαι, οἰκητήριον τῶν δαιμόνων ἀποκαθίσταται. Καθήμενος ἐν τῷ κελλίῳ σου τῶν ποτε τούτων φρόντιζε συνεχῶς· τῆς εὐχῆς, καὶ τῆς μελέτης, καὶ τοῦ ἐργοχείρου. Καθ' ἑκάστην ἡμέραν μνημόνευε, ποῦ εἶς, καὶ τί ἐργάζῃ, καὶ ὅταν * μεταστῇς, ποῦ ἔχεις ἀπελθεῖν, καὶ πρόσεχε σεαυτῷ. Ἐὰν ὁ λογισμός σου * ὕξει σε, ὅτι ἔχει τις κατὰ σοῦ,

(a) Ἴσως, τὸν νοῦν.

A tas parit mansuetudinem; injuriarum memoria parit exitium. Dissolutio pellit virtutes; angustia deprimit passiones. Concupiscentia ciborum in pravos affectus inducit, temperantia ejicit illos. Cultus corporis est animæ pernicies, macies corporis est renovatio animæ. Corporis contemptus est salus animæ, cura corporis laqueus animi, macies corporis est illuminatio animæ. Mentem sursum semper intendere, id parit charitatem erga Deum; sollicitudo vitæ virtutes eliminat. Oris custodia excitat mentem ad Deum, loquacitas parit socordiam et furorem. Proximi voluntatem implere, id significat mentem ad virtutes spectare: suam vero sequi voluntatem, id indicat ignorantiam. Meditatio cum timore custodit mentem ab omni malo;
B mundana loqui verba, id animam tenebris offundit. Mundi res et negotia diligere, id mentem separat a Deo; paupertas efficit ut cum fiducia Deus respiciatur. Cogitationes non aperire, id significat hominem **522** quærere vanam ac turpem mundi gloriam; spiritualibus autem patribus patefacere, id eas eliminat. Monachus ceu rubigine corroditur hominum gloria, si tamen cor ejus ei morem gerat. Quemadmodum vermis aut smilax vineæ complicatus ejus fructum enecat, sic vana gloria enecat monachi fructum, si tamen cor ejus ipsi obsequatur. Præit omnibus virtutibus humilitas, præit omnibus passionibus edacitas. Finis virtutum charitas, complementum malorum est, sese reputare justum.

C 5. Sicut vermis corrodendo lignum enecat ipsum, ita memoria injuriarum enecat monachi animam. Sese prosternere in conspectu Domini, id efficit ut contumelia toleretur sine perturbatione: sese non despicere, id parit superbiam. Ne tuæ virtuti confidas, tibique aderit Dei auxilium. Ne inimicitiam cum aliquo habeto; alioquin minime accepta erit oratio tua. Veritatem dilige: * nam si mentiare bonum vilipendis. Custodi oculos tuos, et cor tuum ne videat malum. Qui namque cum voluptate mulierem respicit, in fornicationem incidit. Aures serva tuas, ne quodcunque pravum semen tibi colligas. Fuge obtrectationem nequissimum dæmonem, pacemque habe cum omnibus, ut in oratione fiduciam habeas. Ne cupias audire quidquam triste
D et damnosum ex quovis homine: ne ipsi in corde tuo par referas. Operi manuum incumbe, ut mendicus panem suum apud te reperiat: nam otium mors est animæ. Frequens oratio animam liberat ab omni malo, * nugæ autem, dæmonum domicilium constituunt. Sedens in cellula tua, de his assidue esto sollicitus, nempe de oratione, de meditatione, de opere manuum. Memento quotidie ubinam sis, et quid opereris. Quod si quando opus sit ut aliquo proficiscare, curam tui habe. Si quando tibi suggerat cogitatio tua, quemquam esse qui aliquid

habeat adversum te, ne despicias eum, sed inclinato te ante illum.

6. Ne negligas ministeria singulis horis implere tua; ea enim illuminationem afferunt animæ. Si bona egeris ne gloriere; sin multa mala admiseris, ne immoderate doleas, sed statue te nunquam illa commissurum, et salutem consequere. Si tibi molestiam ferat cogitatio fornicationis, orationem sine intermissione Deo offer, et sedabit illam. Si zelus et invidia cor tuum oppugnet, memento nos membra esse Christi omnes, et sive honorem sive vituperium proximi nos omnes spectare, et a te fugiet invidia. Hæc omnia si colligat discretio, ac secum illa reputet, virtutes quidem sibi conciliat, vitia autem eliminat. Impossibile autem est ut tibi accedat discretio, nisi prius virtutes illius sectatus impleveris; præ omnibus autem animi tranquillitatem. Tranquillitas animi parit exercitationem; exercitatio parit compunctionem et fletum; fletus gignit timorem; timor humilitatem; humilitas prospiciendi facultatem; prospiciendi facultas, amorem; amor id animæ comparat, ut cum angelis versetur. Tunc autem postremo cognoscit homo quod sit a Deo longe remotus. Qui vult igitur, fratres, ad pretiosas istas omnes virtutes pervenire, cujusvis negotii cura vacuus sit oportet, odioque mundum hunc habeat. Ac tum demum dignus habetur, qui hasce virtutes obtineat a Domino.

7. Hoc autem discito, frater, quisquis homo immoderate edit aut bibit, aut cum hoc mundo abreptus circumfertur, is dignus habitus non fuit qui ad hosce terminos accederet. Nam si prædia et vineam habes, aut domicilia, seu quidvis aliud hujusce sæculi, cur non uxorem etiam accepisti? Cur te ipse seducis ignorans eum qui in spinis seminatur, non ad perfectam feracitatem devenire? Qui porro otiatur, non potest nosse Deum. **523** Moneo etiam quemvis hominum qui pœnitentiam suam Deo offerre velit, ut sese cohibeat a nimio vini potu: multi namque hac in re sunt lapsus. Ne pugnam igitur consideres et pertimescas, donec es in hoc corpore, neque tibi ipsi confidas. Stemus itaque, fratres, stemus in timore Domini, neque in hac pugna animo deficiamus. « Non enim est nobis pugna cum carne et sanguine, sed cum principatibus, cum potestatibus, adversus mundi rectores tenebrarum hujus sæculi, adversus spiritualia nequitiæ in cœlestibus [21]. » Induamus arma virtutum, quasi milites, quia labor, defatigatio, angustia, tranquillitas desideriorum, non modo nos custodiunt a telis inimici, sed etiam regni cœlorum hæredes nos constituunt.

8. Decertemus itaque, fratres, in hoc brevi tempore, ut regnum cœlorum consequamur. Magister enim noster Jesus Christus ita dixit: « Decertate donec veniatis per angustam portam ac per arctam viam. Vigilate itaque omni hora, quia nescitis qua

A μὴ καταφρονήσῃς αὐτῷ, ἀλλὰ βάλε αὐτῷ μετάνοιαν.

6. Βλέπε μὴ καταφρονήσῃς ἑκάστῃ ὥρᾳ τὰς λειτουργίας σου ἐπιτελεῖν· αὐτὰ γὰρ φέρουσι τὸν φωτισμὸν ἐν τῇ ψυχῇ. Εἰ ἀγαθὰ ἐποίησας, μὴ κατακαυχῶ· εἰ δὲ πολλὰ ἐποίησας κακὰ, μὴ ἀμέτρως λυπηθῇς, ἀλλὰ στῆθι, μηκέτι αὐτὰ πράξεις, καὶ σωθήσῃ. Ἐὰν ὀχλήσῃ πορνείας λογισμὸς, εὐχὴν ἀδιάλειπτον θῦσον τῷ Θεῷ, καὶ ἀναπαύσει σοι. Ἐὰν ὁ ζῆλος καὶ ὁ φθόνος πολεμῇ τὴν καρδίαν σου, μνήσθησο, ὅτι μέλη Χριστοῦ ἐσμεν πάντες, καὶ ὅτι ἡ τιμὴ, καὶ τὸ ὄνειδος τοῦ πλησίον πάντων ἡμῶν ἐστι, καὶ φεύξεται ἀπὸ σοῦ. Ταῦτα δὲ πάντα συνάγουσα ἡ διάκρισις καὶ ἀναλογιζομένη, τὰς μὲν ἀρετὰς περιπύσσεται(a), τὰ δὲ πονηρὰ ἐκποδὼν ποιεῖται. Ἀδύνατον δὲ ἐλθεῖν σοι
B τὴν διάκρισιν, ἐὰν μὴ πρῶτον τὰς ἀρετὰς αὐτῆς ἐπιτελέσῃς, πρὸ πάντων δὲ τὴν ἡσυχίαν. Ἡ ἡσυχία τίκτει τὴν ἄσκησιν· ἡ ἄσκησις τίκτει τὴν κατάνυξιν καὶ τὸν κλαυθμόν· ὁ κλαυθμὸς τίκτει τὸν φόβον· ὁ φόβος τίκτει τὴν ταπείνωσιν· ἡ ταπείνωσις τίκτει τὸ προορᾷν· τὸ προορᾷν τίκτει τὴν ἀγάπην· ἡ ἀγάπη τίκτει τῇ ψυχῇ τὸ μετὰ ἀγγέλων ὁμιλεῖν. Τότε γινώσκει ὁ ἄνθρωπος λοιπὸν, ὅτι μακράν ἐστιν ἀπὸ Θεοῦ. Ὁ θέλων οὖν, ἀδελφοὶ, ἐλθεῖν ἐπὶ πάσας τὰς ἐντίμους ἀρετὰς ταύτας, ἀμέριμνός τε δεῖ εἶναι ἀπὸ παντὸς πράγματος, καὶ μισῆσαι τὸν κόσμον τοῦτον· καὶ λοιπὸν τότε ἀξιοῦται κτήσασθαι τὰς ἀρετὰς ταύτας παρὰ Κυρίου.

7. Τοῦτο δὲ μάθε, ἀδελφὲ, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ἐσθίων
C καὶ πίνων ἀμέτρως, ἢ ἐμπεριφερόμενος τῷ κόσμῳ τούτῳ, οὐ μὴ ἀξιωθῇ ἐλθεῖν εἰς τὰ μέτρα ταῦτα· εἰ γὰρ κτήματα καὶ ἀμπελῶνα ἔχεις, ἢ οἰκήματα, ἤ τι τοῦ αἰῶνος τούτου, ἵνα τί καὶ γυναῖκα οὐκ ἔγημας; τί ἑαυτὸν φρεναπατῶν· ἀγνοῶν, ὅτι τὸν ἐν ἀκάνθαις σπειρόμενον οὐ τελειοφορεῖ; Καὶ ὁ μὴ σχολάσας, Θεὸν γνῶναι οὐ δύναται. Καὶ τοῦτο δὲ παρακαλῶ πάντα ἄνθρωπον βουλόμενον δοῦναι μετάνοιαν τῷ Θεῷ, φυλάξαι αὐτὸν ἀπὸ πολυοινίας· πολλὰ γὰρ αὐτοῦ τὰ πτώματα. Μὴ προσέχῃς οὖν εἰς πάλην, ἕως οὗ ἦς ἐν τῷ σώματι, μηδὲ πιστεύσῃς ἑαυτῷ. Στῶμεν οὖν, ἀδελφοὶ, στῶμεν ἐν φόβῳ Κυρίου, καὶ μὴ ἐκκακήσωμεν ἐν τῇ πάλῃ. « Οὐ γάρ ἐστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶ-
D νος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. » Περιβαλλώμεθα τὰ ὅπλα τῶν ἀρετῶν, ὡς ὁπλῖται· διότι ὁ κόπος καὶ ὁ μόχθος, καὶ ἡ στενοχωρία, καὶ ἡ στενοτεία, καὶ ἡ εὐδία τῶν ἐπιθυμιῶν οὐ μόνον φυλάττουσιν ἡμᾶς ἀπὸ τῶν βελῶν τοῦ ἐχθροῦ, ἀλλὰ καὶ βασιλείας οὐρανῶν κληρονόμους ἀποκαθίστησιν.

8. Ἀγωνιζώμεθα οὖν, ἀδελφοὶ, ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ τὸ βραχὺ, ὅπερ τύχωμεν βασιλείας οὐρανῶν. Ὁ γὰρ διδάσκαλος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς οὕτως εἴρηκεν· « Ἀγωνίζεσθε ἕως ἐλθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης, καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ. Γρηγορεῖτε οὖν ἐν

[21] Ephes. vi, 12.

(a) Forte περιπτύσσεται. EDIT. PATROL.

πάσῃ ὥρᾳ, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ Κύριος ἔρχεται· μήποτε εἰσέλθῃ ἄφνω, καὶ εὑρήσῃ ὑμᾶς καθεύδοντας. Βλέπετε μή ποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ, καὶ μερίμναις βιωτικαῖς, καὶ ἐπελεύσεται ὑμῖν ἄφνω ἡ ὥρα. Ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. Μὴ κτήσητε χρυσὸν, μήτε ἄργυρον, μήτε δύο χιτῶνας· μηδὲ δειμάσητε ἀπὸ ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα. Εἶδον γὰρ τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα. Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, καὶ οὐ μὴ ἀδικήσωσιν ὑμᾶς. Καὶ οὐκ αὐτοῖς ἀποστόλοις μόνον τοῦτο δέδωκεν ὁ Κύριος, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς βουλομένοις σωθῆναι καὶ ἀκολουθῆσαι τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ. Καὶ βλέπε, ὁ ἀντιλέγων, τὰς μυριάδας τῶν ἁγίων. Ἔδωκε γὰρ ἡμῖν τὴν ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. « Μὴ φοβοῦ, τὸ μικρὸν ποίμνιον, ὅτι ηὐδόκησεν ὁ Πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην, καὶ ἕξετε βαλάντια μὴ παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ποιησάντων δὲ τῶν ἁγίων μαθητῶν αὐτοῦ καὶ ταύτην τὴν ἐντολὴν, εἴρηκε πρὸς αὐτούς· « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν. » « Ὁ » γὰρ « ἀγαπῶν με τὰς ἐντολάς μου τηρήσει· κἀγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα. »

9. Ὑποδεικνύων δὲ ἡμᾶς γενναίως ὑποφέρειν τοὺς πειρασμοὺς καὶ τὰ παλαίσματα, εἴρηκεν· Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε. Ἀλλὰ « θαρσεῖτε· ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. Ὑμεῖς δέ ἐστε οἱ δι' ἐμὲ μεμενηκότες ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου, κἀγὼ διατίθημι ὑμῖν, καθὼς διέθετό μοι ὁ Πατήρ μου βασιλείαν, ἵνα ἐσθίητέ τε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου. » Ταῦτα δὲ οὐ πᾶσι λέγει, ἀλλὰ τοῖς ὑπομένουσι τοῖς πειρασμοῖς, καὶ ταῖς θλίψεσιν ἐν μακροθυμίᾳ. Ἀπερχόμενος ἐπὶ τὸ ἅγιον πάθος τοῦ σταυροῦ ὁ Κύριος, οὕτως ἔφη· Ὁ θέλων ἐσθίειν καὶ πίνειν ἐπὶ τῆς τραπέζης μου, συμπορεύσαι μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τὸν σταυρόν· τουτέστι νεκρωθήτω καὶ αὐτὸς τῷ κόσμῳ, ὡς ἐγὼ, διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν μου πράξεως. Ἀκούσας δὲ ὁ ἀπόστολος Παῦλος, καὶ ἐκκόψας αὐτοῦ πάντα τῆς σαρκὸς φρονήματα, ἐτόλμα λέγειν· « Χριστῷ συσταυροῦμαι. Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. » Καὶ γὰρ ἐφ' ὅσον σαρκικὰ περιπατῶμεν, νεκροί ἐσμεν ταῖς ἁμαρτίαις. Φησὶ γάρ· « Οἱ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. » Καὶ εἰ συναποθάνομεν, καὶ συζήσομεν. Εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν αὐτῷ· εἰ ἀρνούμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς. Τίς οὖν ἐστιν ὁ ἀρνούμενος ἢ ὁ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς σαρκὸς περιπατῶν; Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ἐνυβρίζων τῷ βαπτίσματι. Καὶ τίς ἐστιν ὁ μὴ ἐνυβρίσας ἐξ ἡμῶν τὸ βάπτισμα διὰ τὰ τοῦ πονηροῦ ποικίλα μηχανήματα; Ἀλλὰ διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ, ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἔδω-

A hora Dominus venturus sit : ne forte intret derepente, et inveniat vos dormientes. Videte nequando graventur corda vestra in crapula et ebrietate, et curis hujus vitæ, ac superveniat vobis derepente hora. Ecce mitto vos sicut oves in medio luporum. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas. Neque timeatis ab iis qui occidunt corpus. Videbam enim Satanam, quasi fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici, neque lædent vos. Hoc non solum ipsis apostolis tradidit Dominus, imo vero omnibus qui salutem consequi voluerint, ac ejus exsequi mandata. Vide autem, tu qui his contradicis, sanctorum myriadas. Dedit enim nobis po-
B testatem, filios Dei fieri. « Noli timere, pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum cœlorum. Vendite quæ possidetis et date eleemosynam, et habebitis saccos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis [19]. » Cum autem sancti ejus discipuli hoc ejus mandatum implessent, ait illis : « Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis [20]. » Nam, « qui diligit me, mandata mea servabit; et ego et Pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus [21]. »

9. Docens autem nos tentationes generose ferre atque certamina : In mundo, ait, tribulationem habebitis. Sed « confidite, ego vici mundum [22].
C Vos autem estis qui permansistis propter me in tentationibus meis, et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut comedatis et bibatis super mensam meam [23]. » Hæc autem non omnibus ait, sed iis qui ferunt tentationes et ærumnas cum æquanimitate Cum accederet ad sanctam passionem crucis, sic ait : Qui vult comedere et bibere super mensam meam, mecum adeat crucem, id est, mortuus et ipse sit mundo sicut et ego, scilicet per mandatorum meorum custodiam. Quæ cum audisset Paulus apostolus, omnesque carnis sensus abscidisset, ausus est dicere : « Cum Christo crucifixus sum. Vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus [24]. » Etenim
D quandiu carnaliter ambulamus, mortui sumus propter peccata. Ait enim : « Qui Christi sunt carnem crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis [25]. » Si una morimur, una vivemus. Si sustinemus, una cum ipso regnabimus; sin abnegamus, et ipse abnegabit nos. Quis itaque est qui abnegat, nisi qui secundum carnis concupiscentias ambulat? Ipse namque est qui contumeliam infert baptismati. Ecquis ex nobis est qui non contumeliam inferat baptismati, ob varia maligni illius artificia? Sed propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Dominus noster Jesus Christus, dedit nobis

[19] Luc. XII, 32, 33. [20] Joan. XIV, 27. [21] ibid. 15, 23. [22] Joan. XVI, 33. [23] Luc. XXII, 28-30. [24] Galat. II, 19, 20. [25] Galat. V, 24.

pœnitentiam usque **524** ad extremum halitum. Nisi enim esset pœnitentia, nequaquam salva fieret omnis caro, ut ait Dominus: « Amen, amen dico vobis, non ita gaudet Deus de nonaginta novem justis, ut de uno peccatore pœnitentiam agente [26]. »

10. Curemus, fratres, pœnitentiam agere, donec sumus in corpore, fleamus, et abluamus occulta cordis vulnera. Futurum enim est ut appareant nostra facinora ante tribunal illud tremendum. Appropinquabit enim Dominus, et veniet super throno sancto gloriæ suæ, ac congregabuntur in conspectu ejus omnes gentes. Et quisque sua lucerna illuminabitur: quisquis autem oleo carebit, ejus lampas exstinguetur, et abibit ipse in tenebras exteriores. Curam itaque habeamus, fratres, et impleamus oleo vasa nostra, ne in tenebras projiciamur et in ignem æternum. Vas enim est pœnitentia; oleum vero, virtutum exercitium; splendida lampas, est sancta anima. Decertemus itaque, fratres, quia appropinquavit dies. Beatus homo qui hujusmodi sollicitudinem habet quotidie, et singulis horis. Nam fructus ille serus, vera est messis tempestas. Beatus ille qui fructum servavit suum; eum colligent angeli in æternum horreum. Væ autem mei similibus, hoc est, zizaniis, quia ignis illos possidebit. Fugiamus ergo, fratres, mundum et omnia quæ in eo sunt, et hæreditate accipiemus bona illa, « quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se [27]. » Denique, fratres, in his state, hæc meditamini, nec negligatis; ut dignetur Dominus præstare ut hoc præceptum nocte dieque custodiatis, et salvos faciat vos in regno suo cœlesti. Quisquis hæc præcepta legit, vel audit, nec servat ea, in eo impletur parabola de semine, quod cecidit in petram, et quod terram non haberet statim exsiccatum est. Qui autem legit et facit, similis est semini cadenti in terram bonam, quod fructum attulit, aliud tricesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula. Amen.

A χεν ἡμῖν τὴν μετάνοιαν ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς. Εἰ μὴ γὰρ ἦν μετάνοια, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ, ὥς φησιν ὁ Κύριος· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ χαίρει ὁ Θεὸς ἐπὶ ἐνενήκοντα ἐννέα δικαίοις, ὡς ἐφ' ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. »

10. Σπουδάσωμεν, ἀδελφοὶ, μετανοῆσαι, ἕως ἐσμὲν ἐν τῷ σώματι, κλαύσωμεν, καὶ πλύνωμεν τὰ τῆς καρδίας κρυπτὰ τραύματα. Μέλλει γὰρ φανεροῦσθαι τὰ ἐν ἡμῖν πεπραγμένα δεινὰ ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ βήματος ἐκείνου. Ἤγγικε γὰρ ὁ Κύριος, καὶ ἔρχεται ἐπὶ θρόνου δόξης ἁγίου αὐτοῦ, καὶ συναχθήσονται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη. Καὶ ἕκαστος φανεροῦται ἐκ τῆς ἰδίας λαμπάδος· ὅστις δὲ οὐ κέκτηται ἔλαιον, σβεσθήσεται αὐτοῦ ἡ λάμπας· κἀκεῖνος B πορευθῇ ἐν τῷ ἐξωτέρῳ σκότει. Σπουδάσωμεν οὖν, ἀδελφοὶ, καὶ πλήσωμεν τὰ ἀγγεῖα ἡμῶν ἐλαίου, ἵνα μὴ ῥιφῶμεν ἐν τῷ σκότει καὶ αἰωνίῳ πυρί. Τὸ γὰρ ἀγγεῖόν ἐστιν ἡ μετάνοια· τὸ δὲ ἔλαιον τῶν ἀρετῶν ἡ πρᾶξις· ἡ δὲ φωτεινὴ λαμπὰς ὑπάρχει ἡ ἁγία ψυχή. Ἀγωνιζώμεθα οὖν, ἀδελφοὶ, ὅτι ἤγγικεν ἡ ἡμέρα. Μακάριος ἄνθρωπος ὁ ἔχων τὴν μέριμναν ταύτην καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ὥραν. Ὁ γὰρ καρπὸς ὄψιμος γεγονὼς καιρός ἐστι τοῦ θερισμοῦ. Μακάριός ἐστιν ἐκεῖνος ὁ σώσας τὸν καρπὸν αὐτοῦ· συνάξουσιν αὐτὸν οἱ ἄγγελοι εἰς τὴν αἰώνιον ἀποθήκην. Οὐαὶ δὲ τοῖς ὁμοίοις μου, τουτέστι τοῖς ζιζανίοις, ὅτι τὸ πῦρ αὐτοὺς κληρονομήσει. Φύγωμεν οὖν, ὦ ἀδελφοὶ, τὸν κόσμον, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, ὅπερ κληρονομήσωμεν τὰ ἀγαθὰ ἐκεῖνα, « ἃ ὁ C ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. » Τὸ λοιπὸν, ὦ ἀδελφοὶ, ἐν τούτοις στῆτε, ταῦτα μελετᾶτε, καὶ μὴ ἀμελήσητε, ὅπερ ἀξιώσῃ ὑμᾶς Κύριος τηρῆσαι τὴν ἐντολὴν ταύτην ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ σώσῃ εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον. Ὅστις ἀναγινώσκει τὰς ἐντολὰς ταύτας, ἢ ἀκούει, καὶ μὴ ποιεῖ αὐτὰς, πεπλήρωται ἐν αὐτῷ ὁ σπόρος ὁ πεσὼν εἰς τὴν πέτραν, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν γῆν, παραχρῆμα ἐξηράνθη. Ὁ δὲ ἀναγινώσκων καὶ ποιῶν ἐστιν ὁ σπόρος ὁ πεσὼν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, καὶ ἐκαρποφόρησεν ἓν λ', καὶ ἓν ξ', καὶ ἓν ρ', ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα. Ἀμήν.

[26] Luc. xv, 7. [27] I Cor. ii, 9.

MONITUM IN OPUSCULA DUO SEQUENTIA.

Postea sequitur in exscripto Romæ nobis transmisso aliud opusculum ex codice ms. Bibliothecæ Vaticanæ, num. 1148, *in charta papyracea in* 4°, *p.* 65, *cujus titulus:* Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου διδασκαλία πρὸς μοναχούς, *imperiti hominis, et infimæ prorsus ætatis. Est autem codex infinitis pene mendis respersus, ut vix erui possit apta sententia.*

Aliud opusculum a fratribus nostris Romæ transmissum infacundi hominis et nugacissimi opus est, ex codice Vatican. 1198 *exscriptum: mendis innumeris respersum et nugis plenissimum, cujus titulus est,* Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου ἐξηγητικὸν περὶ τοῦ ἐν Ἀθήναις ναοῦ, *initium vero idem quod* 136 *quæstionis ad Antiochum:* Τοὺς τὰς θείας Γραφὰς μὴ ἐπισταμένους.

Edendum tamen duximus, ut videas, Lector erudite, quousque ineptiarum progredi queat Græcia mendax. *Prodit autem ex ms. codice Græco bibliothecæ Vaticanæ num.* 1198, *in folio in charta papyracea, ætatis circiter* 200 *annorum.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

Διδασκαλία πρὸς μοναχοὺς πρᾳοτέρα, πνευματική.

SANCTI PATRIS NOSTRI ATHANASII MAGNI

Doctrina ad monachos, lenis, atque spiritualis.

Τὸν πιστεύοντα τῷ Κυρίῳ, καὶ προσιόντα ἑαυτῷ, καὶ ἐπὶ τέλειον εἰς μαθητείαν, μανθάνειν δεῖ πρότερον ἀφίστασθαι παντὸς ἁμαρτήματος· ἔπειτα δὲ καὶ ἀφέλκοντας (26) τοῖς ὀφειλομένοις κατὰ πολλοὺς λόγους εὐπαθεῖν τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, κἂν ἀλογοφάνειρος εἶναι δοκῶ σοι. Ἀδύνατον γὰρ τὸν ἁμαρτίαν ποιοῦντα, ἢ ἐμπλεκόμενον ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις ἢ φροντίσι, δοῦναι αὐτὸν τῇ τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων δουλεύσει, οὐχ ὅτι μαθητευθῆναι τῷ Κυρίῳ· οὐ πρότερον εἰπόντι τῷ νεανίσκῳ, « Δεῦρο ἀκολούθει μοι, » ἕως ἂν ἐντείλασθαι πωλῆσαι τὰ ὑπάρχοντα καὶ δοῦναι πτωχῷ· ἀλλὰ οὐδὲ τὸ τοῦτο προσέταξε, πρὶν ὁμολογῆσαι αὐτὸν, ὅτι « Πάντα ταῦτα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου. » Ὁ γὰρ μήποτε λαβὼν τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν καὶ καταλυθεὶς ἀπὸ τούτων ἐν τῷ αἵματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δουλεύων δὲ τῷ διαβόλῳ καὶ κρατούμενος ὑπὸ τῆς ἐν αὐτῷ ἁμαρτίας, ἀδυνάτως ἔχει δουλεῦσαι τῷ Κυρίῳ τῷ ἀπαράβατον ἀπόφασιν δεδωκότι τὸ εἰπεῖν· « Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας. Ὁ δὲ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα. » Μαρτυρεῖ καὶ ὁ ἐν Χριστῷ λαλῶν Παῦλος, ὅτι « ὁ δοῦλος τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθερός ἐστιν ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης. » Καὶ πάλιν ὁ Κύριος· « Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, » καὶ τὰ ἑξῆς· δι' ὧν ἐδίδαξε, καὶ ἔδειξεν ὁριστίζων, καὶ εἰπὼν, ὅτι οὔτε οἱ περὶ τὴν ὄντως ἀναγκαίαν τοῦ ζῆν μέριμναν ἐνεχόμενοι, δουλεύειν δύνανται, οὐχὶ τόδε μαθητεύειν, ὅ τι ἔμαθεν Ἀπόστολος πλατύτερον θεωρήσας· εἶπε γάρ· « Τίς μετοχὴ δικαιοσύνης καὶ ἀνομίας, καὶ τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, τίς δὲ συμφώνησις Χριστοῦ πρὸς Βελίαλ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου, τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ μετὰ εἰδώλου; » Καὶ πάλιν ὁριστίζει· « Ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός· ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ἃ ἂν θέλητε ταῦτα ποιῆτε. » Ῥυσθῆναι δεῖ πρότερον τοῦ καταδυναστοῦ τοῦ διαβόλου ἐνάγοντος ἐπὶ τὴν ἁμαρτίαν τὸν ὑπ' αὐτῆς] κρατούμενον. Ἔφαμεν βούλεσθαι δὲ ἄρα καὶ πότε ἀπαρνησάμενον πάντα τὰ παρόντα καὶ ἑαυτὸν, τῆς δὲ προσπαθείας τοῦ ζῆν ἀναχωρήσαντα μαθητευθῆναι τῷ Κυρίῳ, καθὼ αὐτὸς εἴρηκεν· « Εἴ τις ἐλεύσεται πρὸς μὲ, ἀπαρνησάσθω αὐτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι, » ὅπερ ἐστὶ μαθητής μου ἐνταῦθα. Οὐ μόνον δὲ τῶν ὑπαρχόντων, καὶ τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων καταφρονεῖν προσ-

A Qui Domino credit, et in sese convertitur, ac perfecte ad disciplinam sese tradit, discat oportet, esse primum ab omni peccato abscedendum. Deinde sese pertrahat ad debita officia, probe affectus erga Dominum nostrum. Etiamsi hæc loquendo, absurdus tibi fortasse videar esse. Nam fieri nequit eum qui peccatum admittit, implicaturque hujusce vitæ negotiis, ac sollicitudinibus, servituti earum rerum quæ ad vitam sunt necessariæ sese tradere, aut disciplinam subire Christi; qui non ante adolescenti illi dixit: **525** « Veni, sequere me [28], » quam præcepisset illi, ut suas venderet possessiones, daretque pauperibus : sed neque prius ista jussit, quam ille confessus esset dicendo: « Hæc omnia custodivi a juventute mea [29]. » B Etenim qui remissionem peccatorum nondum accepit, neque a delictis absolutus fuit per sanguinem Domini nostri Jesu Christi; sed diabolo obsequitur, atque peccatis ipse suis captus detinetur; nullatenus potest servire Domino, qui nunquam controvertendam protulit sententiam cum dixit : « Quisquis peccatum facit, servus est peccati. Servus autem non manet in domo in sæculum [30]. » Testatur item qui in Christo loquitur Paulus : « Qui servus est peccati, liber est a justitia [31]. » Ac rursum Dominus : « Nemo potest duobus dominis servire [32] : » et cætera, quibus docuit palamque ostendit, ne illos quidem qui rerum ad vitam necessariarum sollicitudine tenentur, posse ipsi servire, neque id ediscere, cujus Apostolus consideratione sua, ampliorem notitiam C est assecutus : ait enim : « Quæ participatio justitiæ cum iniquitate, et quæ communicatio luci cum tenebris, quis consensus Christi cum Belial ? Quæ portio fidelis cum infideli ? quæ concordia templi cum idolo [32'] ? » Rursumque ita pronuntiat : « Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem ; hæc enim sibi adversantur, ut non quæ volueritis faciatis [33]. » Primum oportet liberari a dominatore diabolo, qui in peccatum inducit eum qui subditus ipsi est. Diximus velle nos, abdicatis omnibus præsentibus atque nobis ipsis, ac relicta vitæ affectione, disciplinam subire Christi, sicut ipse locutus est : « Si quis post me veniat, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me [34], » id est, eum qui discipulus meus est. Non modo bona et vitæ necessaria despicere præcipimur; sed

[28] Marc. x, 21. [29] Luc. xviii, 21. [30] Joan. viii, 34, 35. [31] Rom. vi, 20. [32] Matth. vi, 24. [32'] II Cor. vi, 14-16. [33] Gal. v, 17. [34] Matth. xvi, 24.

(26) Locus vitiosus.

etiam mutua officia quæ secundum naturam et legem sunt, superare et omittere jubemur, dicente Domino : « Qui diligit patrem et matrem plus quam me, non est me dignus [35]. » Similiter quod consequitur, proxime situm est, imo longissime ab iis qui sunt extranei a fide. Quamobrem vehementer hortatur, ut cum perseverantia asceseos labores sustineamus, in nullo metuentes inimici adversum nos paratas insidias. Præterit figura hujus mundi. Ad hæc, fallacia et tribulatio hujus vitæ temporanea est, brevisque temporis : vita vero quæ in Christi servitute agitur est æterna, perpetua et immortalis : quam exspectamus nos qui Christi servi sumus : cujusque causa mundum abdicavimus omnesque concupiscentias ejus. Neque debemus eorum meminisse, quæ ejus præcepti servandi causa dereliquimus ; ne temporalia rursum expetentes, vitam æternam amittamus. Mentiri quippe nequit, qui dixit : « Quisquis dimiserit domum » et reliqua, « centuplum recipiet, et vitam æternam possidebit [36]. » Neque enim, ut quidam interpretantur, hæc locutus est Dominus de iis qui tempore persecutionum pro nomine ejus martyrium subierunt. Nequaquam enim dixit : Ii solum qui pro nomine meo, in tempore persecutionum corpora sua tradent, vitæ æternæ hæreditatem possidebunt; sed quotquot pro nomine ejus mundum et concupiscentias ejus atque bona abdicabimus, cum omnibus, atque iis etiam qui pro nomine ejus martyrium subierint, eam possidebimus. Namque omnes pauperes spiritu, omnes mundos corde, mites, omnesque similiter qui timent nomen ejus beatos esse dixit Salvator : « Quoniam vestrum, inquit, est regnum cœlorum [37]. » Martyres enim plerumque vel uno temporis momento concertantes consummati sunt ; monachorum vero institutum vitæ, certaminibus suis quotidie martyrium subit, non a sanguine et carne; sed adversus principatus et potestates, mundi rectores tenebrarum sæculi, adversus spiritualia nequitiæ, usque ad extremum halitum luctatur atque dimicat....

A τασσόμεθα, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους νενομισμένων καὶ κατὰ φύσιν καὶ νόμον δικαίων καθηκόντων ὑπερφρονεῖν παιδευόμεθα, τοῦ Κυρίου λέγοντος· « Ὁ ἀγαπῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. » Ὁμοίως καὶ τὸ λοιπὸν ἐγγυτάτω εἰκεῖ, δῆλον δὲ ὅτι πολὺ ποῤῥωτέρω καὶ ξένων τῆς πίστεως. Διὸ παρακαλῶν μεγάλως ἀοργετουμένοις ἐν καρτερίᾳ τοὺς τῆς ἀσκήσεως πόνους, ἐν μηδενὶ δεδιότας τὰς καθ' ἡμῶν τοῦ ἐχθροῦ μεθόδους. Παράγει τοῦτο σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. Καὶ ταῦτα ἡ ἀπάτη, καὶ θλίψις τοῦ βίου τούτου πρόσκαιρός ἐστι καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ τῷ Θεῷ δουλεύειν, ζωὴ αἰώνιος, ἀΐδιος καὶ ἀθάνατος, ποῦ ἀναμένομεν οἱ τῷ Χριστῷ δουλεύοντες· δι' ἣν καὶ ἀπεταξάμεθα τῷ κόσμῳ, καὶ πάσαις ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ὀφείλομεν μνη-
B μονεύειν ἐκεῖνα, ἅπερ διὰ τὴν ἐντολὴν ταύτην κατελείψαμεν, ἵνα μὴ πάλιν τὰ πρόσκαιρα ποθήσαντες, τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀποβαλώμεθα. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπὼν ὅτι « πᾶς ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, » καὶ τὰ λοιπὰ, « ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. » Οὐ γὰρ, ὥς τινες ταῦτα ἑρμηνεύειν δοκοῦσιν, ὅτι περὶ τῶν ἐν τῷ καιρῷ τῶν διωγμῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ μαρτυρησάντων εἶπεν ὁ Κύριος. Οὐ γὰρ ἔφη ὅτι, Μόνον οἱ ἐν τῷ καιρῷ τῶν διωγμῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου τὰ ἑαυτῶν σώματα παραδιδόντες, ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσονται· ἀλλὰ πάντες οἱ διὰ τὸ ὄνομά μου καὶ κόσμῳ, καὶ πάσαις ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ ἀποταξώμεθα, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ ἀποταξώμεθα, ζωὴν αἰώνιον, μετὰ πάν-
C των δηλαδὴ τῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου μαρτυρησάντων, κληρονομήσουσι. Πάντας τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι, καὶ τοὺς καθαροὺς τῇ καρδίᾳ, καὶ τοὺς πραεῖς, καὶ τοὺς φοβουμένους τὸ ὄνομα αὐτοῦ μακαρίζεσθαι Σωτὴρ ἔλεγεν, « Ὅτι ὑμῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Οἱ μὲν γὰρ μάρτυρες πολλάκις, καὶ ἐπὶ μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ἀγωνισάμενοι ἐτελειώθησαν· ἡ δὲ τῶν μοναχῶν πολιτεία ἄθλοις καθ' ἑκάστην δι' αὐτὸν μαρτυρεῖ, οὐκ ἀπὸ αἵματος, καὶ σαρκὸς παρατασσόμεθα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς ἐξουσίας, πρὸς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς τὴν πάλην ἔχουσα, καὶ ἀθλεῖ, καὶ ἐστεφανοῦται τῇ πανοπλίᾳ....

.... **526** Dei armatura munita : ac omnia potest per eum qui ipsum confortat et miseratur, Christum. Nobis in parabola divitias suas tribuere cum cupiat Dominus, ait : « Simile est regnum cœlorum negotiatori quærenti bonas margaritas [38], » et cætera. Hanc confirmans sententiam, ita loquitur evangelista : « Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Qui enim diligit mundum, non diligit eum qui ipsum dilexit Dominum [39]. » Qui vero hunc mundum et scandala quæ in eo sunt odio habuit, et voluntatem Dei diligit, is manet in sæculum. Dominus enim, quo nos a mundi conversatione dejiceret, dixit : « Nemo mittens manum suam ad aratrum, et retro conversus, aptus est ad regnum cœlorum [40]. »

.... τοῦ Θεοῦ περιφραττομένη, καὶ πάντα ἰσχύει διὰ τὸν ἐνδυναμοῦντα, καὶ ἐλεοῦντα Χριστόν. Ἡμῖν γὰρ
D ἐν παραβολῇ τὸν ἑαυτοῦ πλοῦτον θέλων χαρίσασθαι ὁ Κύριος ἔλεγεν· « Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐμπόρῳ ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ταύτην τὴν ἐντολὴν βεβαιῶν οὕτως εὐαγγελιστὴς ἔφη· « Μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον μηδὲ τὰ ἐν κόσμῳ. Ὁ γὰρ τὸν κόσμον ἀγαπῶν, οὐκ ἀγαπᾷ τὸν ἀγαπήσαντα αὐτὸν Κύριον. » Ὁ δὲ τοῦτον τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ σκάνδαλα μισήσας, καὶ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἀγαπήσας εὐμένει εἰς τὸν αἰῶνα. Χαρίσαι γὰρ βουλόμενος ἡμᾶς ὁ Δεσπότης τῆς ἐν κόσμῳ διατριβῆς ἔλεγεν· « Οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός

[35] Matth. x, 37. [36] Matth. xix, 29. [37] Luc. vi, 20. [38] Matth. xiii, 45. [39] I Joan. ii, 15. [40] Luc. ix, 62.

ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.» Ὁ δὲ Ἀπόστολός φησι· «Στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις.» Καὶ πάλιν ὁ Κύριος· «Ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστραφῇ εἰς τὰ ὀπίσω,» τουτέστι μὴ πάλιν μνημονεύειν ἢ ποθεῖν ἐορκεῖν ἀναστροφήν, ἣν διὰ τὸν Θεὸν καὶ τὴν ἐντολὴν αὐτοῦ μισήσας, κατέλιπε. Μὴ οὖν φοβεῖσθε τοὺς ἐκ τοῦ διαβόλου ἡμῖν ἐπαγομένους πειρασμούς, κἂν ποικίλοι ὦσι, γέγραπται γάρ· «Υἱέ μου, εἰ προσέχῃς δουλεύειν τῷ Κυρίῳ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμούς.» Καὶ περὶ τῆς καρδίας τῆς ὑπομονῆς τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν ἀναμένων· μείζων γάρ ἐστι τοῦ πολεμοῦντός σε διαβόλου, καθὼς πολλάκις λέγεται· Μείζων ἐστὶν ὁ ἐν ἡμῖν, ἢ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ· καὶ ὁ Ψαλμῳδός· «Οὐ φοβηθήσομαι κακά, ὅτι σὺ μετ᾽ ἐμοῦ εἶ.» Καί· «Κύριος φωτισμός μου, καὶ Σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι;» Καί, «Ἐὰν παρατάξηται ἐπ᾽ ἐμὲ παρεμβολή, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου.» Καί, «Κύριος ἐμοὶ βοηθός, κἀγὼ ἐπόψομαι τοὺς ἐχθρούς μου.» Μὴ δεῖ τοίνυν τὸν δουλεύοντα τῷ Κυρίῳ ἀπιστεῖν, ὡς οὐχ ὑπερασπίζεται τοῦτον ὁ Κύριος πάντοτε· αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν· «Οὐ μή σε ἀναλείπω, οὐδὲ μή σε ἐγκαταλείπω.» Καὶ γοῦν αὐτὸν ἔθου καταφυγήν σου, «οὐ προσελεύσεται πρὸς σὲ κακά, καὶ μάστιξ οὐκ ἐγγίσει τῷ σκηνώματί σου·» καὶ τὰ ἑξῆς. Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς, ὦ ἀδελφοί, μὴ ἐνδῶμεν ὅλως τῷ πονηρῷ, μηδὲ θανατώσωμεν ἑαυτούς, διὰ οἱασδηποτοῦν ἡδονῆς, ἀλλὰ μεμνημένοι τὰ ἀποκείμενα ἡμῖν ἐν οὐρανοῖς ἀγαθά, πάντων τούτων ὑπερίδωμεν. Μὴ οὖν φανῶμεν τῶν πρὸ ἡμῶν αὐχήσαντες παίγνιον. Ἕκαστον γὰρ ἐν τῇ κλήσει, ᾗ ἐκλήθη μένειν ἐν Χριστῷ παραγγέλλει ὁ Ἀπόστολος· ἵνα τὸν τῆς ὑπομονῆς στέφανον παρὰ τοῦ μισθαποδότου Χριστοῦ ἀπολάβωμεν, ὃν ἐπηγγείλατο τῷ ἀγαπῶντι αὐτόν. Γέγραπται γάρ· «Τὴν ἐπιθυμίαν σου διὰ τῆς ὑπομονῆς νίκησον, καὶ ἔσῃ τέλειος ἐν Χριστῷ·» καί· «Τῷ νικῶντι δώσω φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς τοῦ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου.» Λέγει Κύριος καὶ πάλιν· Ὅστις διὰ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ πάντα τὰ τῆς σαρκὸς νικήσει πάθη, τούτῳ δώσω στολὴν λευκήν. Εἰ γὰρ φοβοῦμεν τὸν Κύριον, τὰ ἀνεκδιήγητα ἀγαθά, καὶ οἱ τῆς δόξης στέφανοι ἡτοιμάσθησαν. Οὐ γὰρ ἐπιτάγματι τῶν ἁγίων ὁ πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ ἐχθροῦ πόλεμος, καὶ ἡ κατ᾽ αὐτοῦ νίκη, διὰ τῆς τοῦ Κυρίου βοηθείας δέδοται, ἀλλὰ τρισὶν ὡς ἐν τῇ τοῦ σπέρματος παραβολῇ, αὐτὸς Κύριος ἔφη· Ἐδίδου γάρ, φησίν, ὁ μὲν τριάκοντα, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ ἕκατον. Τούτων δὲ τῶν ταγμάτων τὰς ὑποθέσεις, ε τὰς Γραφὰς ἐρευνήσεις, πολύτροπον ἂν εὑρήσεις· μάρτυρες μὲν οὖν εἰσιν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, οἳ τὸν ἕκατον ποιοῦνται καρπόν, παρθένοι αἳ τὸν ἑξήκοντα· καὶ οἱ λοιποὶ οἳ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου, σπουδάζοντες ἀμέμπτους ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ ἑαυτοὺς φυλάσσειν, τῷ Κυρίῳ ἀρεσκούσῃ, τριάκοντα. Τῶν σῶν μαθητῶν γένοιτο ἡμᾶς ἐνταγῆναι, Χριστὲ Ἰησοῦ, καὶ τῶν ἁγίων σου ἀγαθῶν ἀπολαύειν, νῦν καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Apostolus vero ait: «Militans implicatur hujus vitæ negotiis [41].» Ac rursum Dominus: «Qui in agro est, ne retrogrediatur [42].» Hoc est, ne meminerit eorum, neque cupiat denuo adire conversationem, quam propter Deum et ejus præceptum perosus dereliquit. Ne timete igitur tentationes a diabolo nobis immissas, etiamsi variæ sint; scriptum enim est: «Fili mi, si in animo habeas servire Deo, præpara animam tuam ad tentationes [43].» Habeas in corde tuo patientiam, exspectans Dei auxilium; major quippe ille est diabolo te impugnante, quemadmodum plerumque dicitur: Major est qui est in nobis, eo qui in mundo est; et Psalmista: «Non timebo mala, quoniam tu mecum es [44];» et, «Dominus illuminatio mea et Salvator meus, quem B timebo [45]?» Et, «Etiamsi consistant in me castra, non timebit cor meum [46].» Et, «Dominus mihi adjutor, et ego despiciam inimicos meos [47-48].» Non oportet igitur eum qui Domino servit diffidere, quasi non ab eo semper protegatur; ipse namque dixit: «Non te deseram, neque te derelinquam [49].» Si enim illum posuisti refugium tuum, «non accedent ad te mala, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo [50],» et cætera. Quapropter hortor vos, fratres, nullatenus maligno cedamus, neque nos morti tradamus, ob quamcunque voluptatem; sed memores eorum quæ nobis reposita sunt in cœlis bonorum, hæc omnia despiciamus Ne itaque dum gloriamur eorum qui ante nos fuere, ludibrium esse videamur. C Unicuique enim in vocatione qua vocatus fuit manendum esse, in Christo præcipit Apostolus, ut patientiæ coronam, a remuneratore Christo accipiamus. Scriptum enim est: «Concupiscentiam tuam per patientiam vincito, et eris perfectus in Christo;» et: «Vincenti dabo comedere de ligno vitæ, quod est in medio paradisi [51].» Ait iterum Dominus: Quicunque per lignum crucis omnes carnis passiones vicerit, huic dabo stolam albam. Si namque Dominum timeamus, inenarrabilia bona et coronæ gloriæ nobis præparata sunt. Non enim ex sanctorum jussione bellum committitur contra inimici dolos; sed victoria de ipso per auxilium Domini reportatur, et quidem a trium hominum generibus, ut ipse Dominus in parabola de seminibus loquitur: D Dedit alius triginta, alius sexaginta, alius centum. Horum vero ordinum varium statum, si sacras quidem Scripturas evolveris, reperies. Martyres sunt, ut mea fert opinio, qui centesimum faciunt fructum; virgines, quæ sexagesimum; reliqui vero qui secundum mandata Domini curantes sese in omni Deo accepta conversatione inculpatos custodire, tricesimum. Contingat nobis, o Christe Jesu, discipulorum tuorum in numero constitui, et sacris tuis perfrui bonis, nunc et in infinita sæcula sæculorum. Amen.

[41] II Tim. II, 4. [42] Marc. XIII, 16. [43] Eccli. II, 1. [44] Psal. XXII, 4. [45] Psal. XXVI, 1. [46] Ibid. 3. [47-48] Psal. CXVII, 6, 7. [49] Hebr. XIII, 5. [50] Psal. XC, 10. [51] Apocal. II, 7.

527 *Περὶ τοῦ ναοῦ, καὶ περὶ τῶν διδασκαλείων, καὶ τῶν θεάτρων τῶν ἐν Ἀθήναις.*

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΕΞΗΓΗΤΙΚΟΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝ ΑΘΗΝΑΙΣ ΝΑΟΥ.

De templo, de scholis et theatris quæ Athenis exstant.

ATHANASII MAGNI

COMMENTARIUS DE TEMPLO ATHENARUM.

A Iis qui sacras Scripturas ignorant, suadere debemus, ut ex ipsa rerum natura de Dei cognitione verba faciant. Videmus namque inter res creatas, substantias quasdam, quæ non secundum naturam, sed supra ipsam naturam, sibi mutuo ministrant. Qualis exempli gratia est, aquæ natura, quæ fluida est ac deorsum tendit; quomodo conspicimus tamen eam a siphonibus, ut vocant, a mari ad nubes usque deduci: quodque mirum dictu est, quæ salsa ascendit aqua marina, in pluvia dulcis delabitur? Quomodo item cum corpora natura sua in imum tendant, in aquis tamen Marmaricæ Pentapoleos, neque in imum tendunt, neque demerguntur? Quin etiam cum aqua et ignis contraria sint natura, una tamen aliquando erant (27) in Lyciæ B monte quem Olympum vocant, ut innumeri viderunt homines, et hactenus etiam vident qui eo loci versantur. Et alia his similia in rerum natura videntur et admirationi habentur; quæ sane omnia non ita supra naturam fieri possent, nisi esset aliqua Dei substantia quæ his dominaretur, iisque imperaret non sibi mutuo adversari. O gentiles! qui fit ut ingenti facto tonitru, tota hominum natura tremat, horrescat, obstupescat. Quo utique indicio ostendit se Domino subjici tonitruorum auctori. Et hæc quidem sunt argumenta, quæ gentilium rudiores et imperitiores ad Dei cognitionem deducere possint. Ad illorum autem sapientes dicimus, ex antiquis præstantibusque philosophis, multa de Dei cultu testimonia, quosdam Græcorum C sapientes protulisse, imo etiam Christi œconomiam seu Incarnationem præsignificasse. Etenim multis ante Christi adventum annis, sapiens quidam Apollo nomine, divinitus, ut puto, permotus, templum Athenis exstruxit, in cujus altari hanc inscriptionem posuit: « Ignoto Deo. » Eo igitur in loco convenere primi Græcorum philosophi, ut de templo illo ipsum interrogarent, necnon de prophetia et de Dei cultu, quorum nomina proferemus. Primus, Titon; secundus, Bias; tertius, Solon; quartus, Chilon, quintus, Thucydides; sextus, Menander; septimus, Plato. Hi septem philosophi Apol-

Τοὺς τὰς θείας Γραφὰς μὴ ἐπισταμένους, ἐξ αὐτῆς λοιπὸν τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως, πεῖσαι ὀφείλομεν περὶ θεογνωσίας λέγειν. Ὁρῶμεν γάρ τινας οὐσίας ἐν τῇ κτίσει οὐ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ ὑπὲρ φύσιν μετ' ἀλλήλων ὑπηρετούσας· οἷόν τι λέγω, φύσις ἡ τῶν ὑδάτων, οὐσία ῥευστὴ, καὶ κατωφερὴς ὑπάρχει, πῶς ὁρῶμεν τοὺς λεγομένους σίφωνας ἐκ τῆς θαλάσσης ὕδωρ πρὸς τὰς νεφελὰς ἀνάγοντας· τὸ δὲ θαυμαστὸν ῥητὸν τὸ ἁλμυρὸν ἀνερχόμενον, γλυκὺ ἐπὶ γῆς διὰ τὸν ὄμβρον κατέρχεται; Πῶς δὲ πάλιν ἡ τῶν σωμάτων φύσις βολιστικὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχουσα, ὁρᾶται ἀβόλιστος, καὶ ἄδυτος ἐν τοῖς ὕδασι τῆς Μαρμαρικῆς Πενταπόλεως; οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ γὰρ καὶ ὕδατος καὶ πυρὸς ἐναντία ἡ φύσις ὑπάρχουσα, ἐν τῷ ἅμα ἦν, ὅτε ἐν Λυκίᾳ τῷ ὄρει τῷ λεγομένῳ Ὀλύμπῳ, καθὼς μυριάδες ἀνδρῶν ἑωράκασι, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐκείνων βλέπουσι· καὶ ἄλλα παράδοξα ἐν τῇ κτίσει θεωρούμενα, καὶ θαυμαζόμενα, ἅτινα οὐκ ἂν οὕτως ὑπὲρ φύσιν γενέσθαι ἔμελλον, εἰ μὴ οὐσία τις Θεοῦ ἦν τούτων δεσπόζουσα, καὶ τούτοις ἐπιτρέπουσα, ἀλλήλοις μὴ ἀντιτάττεσθαι. Ὦ Ἑλλήνων παῖδες! βροντῆς στεῤῥᾶς γινομένης, πῶς ἅπασα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις τρέμει, φρίττει τε καὶ ἐξίσταται, μηνύουσα διὰ τοῦ σχήματος, ὅτι ὑπὸ δεσπότου ἐστὶ, τοῦ τὰς βροντὰς ἐργαζομένου. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τοὺς ἀφελεστέρους τῶν Ἑλλήνων, ἤγουν ἀγραμμάτους, εἰς θεογνωσίαν φέροντα ὑποδείγματα. Πρὸς δὲ τοὺς παρ' αὐτοῖς σοφοὺς, ἐκ φιλοσόφων ἀρχαίων δυνατῶν, μαρτυρίας πολλὰς περὶ θεοσεβείας τινὲς Ἑλλήνων σοφοὶ ἔφασαν, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίαν ἀμυδρῶς προεμήνυσαν. Καὶ γὰρ πρὸ πολλῶν χρόνων τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας, σοφός τις ὀνόματι Ἀπόλλων, θεόθεν, ὡς οἶμαι, ἐπικινηθεὶς, ἔκτισε τὸν ἐν Ἀθήναις ναὸν, γράψας ἐν αὐτῷ βωμῷ, Ἀγνώστῳ Θεῷ. Ἐν αὐτῷ τοίνυν συνήχθησαν οἱ πρῶτοι τῶν Ἑλλήνων φιλόσοφοι, ἵνα περὶ τοῦ ναοῦ ἐρωτήσωσιν αὐτὸν, καὶ περὶ προφητείας, καὶ θεοσεβείας, ὧν τὰ ὀνόματα ἐροῦμεν ταῦτα. Πρῶτος Τίτων, δεύτερος Βίας, τρίτος Σώλων, τέταρτος Χείλων, πέμπτος Θουκήδης, ἕκτος Μένανδρος, ἕβδομος Πλάτων. Οὗτοι οἱ ἑπτὰ φιλόσοφοι ἔφησαν τῷ Ἀπόλλωνι· Προφήτευσον ἡμῖν, προφῆτα, ὦ Ἄπολλον, τίς ἐστιν ὅδε εἶπον,

(27) Affine est quod ait Aristoteles *Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων* tom. I, p. 1163: Καίεται δὴ συνεχῶς περὶ Λυκίαν καὶ μεγάλην πόλιν τὴν ἐν Πελοποννήσῳ. Ubi interpres inerudite, *Megaram Peloponesi urbem*, vertit. Neque enim Megara erant in Peloponeso. Sed hic Megalopolis Peloponesiaca urbs memoratur. — S. Methodius in libro *De resurrectione* (apud nos t. XVIII, col. 236): D *Vidi ego in Olympo (is porro mons est Lyciæ) ignem sponte sua, in montis cacumine, ex imo terræ erumpentem; juxta quem exstat arbor* Agnus *nomine, adeo florida, virens et opaca, ut jugibus potius aquis irrigua nasci videatur.* Edit.

τίνος ἔτι ὁ μετὰ σὲ βωμὸς οὗτος; Πρὸς οὓς ὁ Ἀπόλλων ἔφη· Ὅσα μὲν πρὸς ἀρετὴν, καὶ κόσμον ὀῤῥωδεῖτε ποιεῖν, ποιεῖτε. Ἐγὼ γὰρ ἐφετμεύω τρισένη ὑψιμέδοντα, οὗ λόγος ἄφθεγκτος ἐν ἀδείῳ [ἀδέτῳ] κόρῃ ἔγγυμος ἔσται, ὥσπερ πυροφόρον τόξον ἅπαντα κόσμον ζωγρήσας, Πατρὶ, προσάξει δῶρον. Μαρία δὲ τὸ ὄνομα αὐτῆς· ἔστι δὲ ἡ λύσις προφητείας οὕτως... περὶ μὲν τοῦ ναοῦ ἐστιν ὁ πρῶτος λόγος. Ὅσα, φησὶ, πρὸς κόσμον τοῦ ναοῦ, καὶ κάλλος δυνατὸν ὑμῖν ποιῆσαι, τὰ ἀρέσκοντα τῷ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. Ἐγὼ γὰρ ὑπολαμβάνω εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ τρισυπόστατον μέγαν ὕψιστον βασιλέα. Τούτου ἄναρχος Θεὸς, καὶ Λόγος ἐν ἀγάμῳ κόρῃ σαρκοῦται, καὶ ὥσπερ πυροφόρον τόξον, ἢ ὡς δυναμώτερον, ἅπαντα κόσμον φανήσεται, ἁλιεύων τοὺς ἀνθρώπους, ὥσπερ ἰχθύα ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς ἀπιστίας, καὶ ἀγνωσίας, οὕστινας προσάξει τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ δῶρον· Μαρία δὲ τὸ ὄνομα αὐτῆς. Καὶ τοῦτο μὲν προφητεύων ὁ Ἀπόλλων εἶπε. Τίτων ἔφη· Ἧξα ἡ ἀνίσχουσα ἡμῖν μέλλων τὸν οὐράνιον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς παῖδα ἡ ἄνανδρος κόρη κύει. Βίας εἶπεν· Οὗτός ἐστιν ἀπὸ οὐρανῶν βεβηκὼς, φλογὸς ὑποβαλὼν ἀθάνατον πῦρ· ὃν τρέμει οὐρανὸς, γῆ τε, θάλασσα, τάρταροι, καὶ βύθιοι δαίμονες, αὐτοπάτωρ τρισόλβιος. Σόλων εἶπεν· Ὀψέ ποτε ἐπὶ τὴν σχεδὴν ταύτην ἐλάσει Θεὸς γαῖα, καὶ δίχα σφάλματος σὰρξ γενήσεται ἀκαμάτου θεότητος, ἀνιάτων παθῶν λύσεις φοροῦσα, καὶ τούτου μικρὸν γενήσεται φθόνου λαοῦ, καὶ πρὸς ὕψος κρεμασθεὶς, ὡς θανάτου κατάδικος, εἰς πάντα πρᾷος πεσεῖται. Χείλων εἶπεν· Ἀκάματος φύσις Θεοῦ γενήσεται, ἐξ αὐτοῦ δὲ ὁ αὐτὸς οὐσία, καὶ Λόγος. Θουκήδης εἶπε· Θεὸν σέβου καὶ μάνθανε· μὴ ζήτει δὲ τίς ἐστι, καὶ πῶς; Οὐ γάρ ἐστιν ὅτε οὐκ ἔστιν, ὡς ὄντα τοῦτον σέβου καὶ μάνθανε· ἀσεβὴς γὰρ τὸν νοῦν ὁ θέλων μανθάνειν Θεόν. Μένανδρος εἶπεν· Ὁ παλαιὸς νέος, καὶ ὁ νέος ἀρχαῖος· ὁ Πατὴρ μόνος, καὶ ὁ μόνος Πατήρ· τὸ ἓν τρία, καὶ τὰ τρία ἕν· ἄσαρκον σαρκικόν. Γῆ τέτοκε τὸν οὐράνιον βασιλέα. Πλάτων εἶπεν· Ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἀγαθὸς, οὐ πάντων εἶναι αἴτιος, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσι. Πολλῶν δὲ ἀναίτιος· καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδὲν ἄλλο φαμὲν αἴτιον εἶναι μόνον τῶν καλῶν, κακῶν δὲ οὐκέτι. Αὖ πάλιν ἔφησαν οὗτοι οἱ ἑπτὰ καὶ εἶπον· Εἰ μὲν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας, καὶ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. Ἄλλος δέ τις τῶν Ἑλλήνων σοφὸς μεθ' ἑτέρων τινῶν, Ἀσκληπιὸς λεγόμενος, αἰτησάντων ἑρμηνείαν τῶν πάντων φιλοσόφων φιλοσοφώτερον δοῦναι αὐτοῖς λόγον περὶ Θεοῦ φύσεως· ὁ δὲ Ἑρμῆς λαβὼν σιφέριον ἔγραψεν οὕτως· Εἰ μὴ πρόνοιά τις τοῦ τῶν πάντων Κυρίου, οὐ μὴν τὸν λόγον τοῦτον ἀποκαλύψαι ἠβούλοντο· οὐδὲ ἡμᾶς τοιούτοις ἔργοις κατεῖχεν, ἵνα περὶ τούτων ἐρωτήσηται. Οὐ γὰρ ἐφικτόν ἐστιν εἰς ἀμυήτους τοιαῦτα παρασχέσθαι μυστήρια· ἀλλὰ τῷ νοῒ ἀκουσάντων ἀκούσατε. Ἓν μόνον ἦν· φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν αὐτὰ ἕνωσις ἐκ τοῦ νοῦ φωτὶ, καὶ πνεύματι. Τὰ πάντα ἐξ αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν, εἰς γόνιμον ἐκ γονίμου, κατελθὼν ἐπὶ γονίμῳ ὕδατι ἔγκυον τὸ ὕδωρ ἐποίησεν. Οἶδας πῶς οἱ τῶν Ἑλλήνων παῖδες προεφήτευσαν, καὶ τὸν προάναρχον Θεὸν, καὶ τὸν συνάναρχον

A li, dixerunt : Vaticinare nobis, o propheta, o Apollo. Quis est hic, dic, cujus est altare cui tu astas? Tum Apollo ait : Quæ quidem ad virtutem et decorem spectant, quæque vos facere pertimescitis, facite tamen. Ego namque mando ter unum superne regnantem, cujus verbum non vocale, in puella inclusus erit, qui quasi arcus ignita mittens tela, totum mundum captum Patri in donum offeret. Maria autem est puellæ nomen. Prophetiæ vero hæc est explicatio.... de templo primus sermo intelligitur. Quæcunque, ait, ad templi ornatum et decorem præstare poteritis, Deo et hominibus placita erunt. Ego namque arbitror esse in cœlo, in tribus hypostasibus magnum altissimum Regem. Hujus (filius) expers initii Deus et Ver- B bum, innupta in virgine incarnatur, et quasi arcus ignita mittens tela, seu ut quidpiam eo validius, totum mundum piscabitur, homines scilicet quasi pisces ex profundo infidelitatis et ignorantiæ extrahet, quos Patri in donum offeret. Maria autem nomen ejus erit. Et hæc quidem vaticinando dixit Apollo. Titon dixit.... Cœlestem Dei et Patris **528** Filium viri expers puella in utero gestat. Bias inquit : Hic est qui de cœlo venit, quique flammantem æternum ignem submittet : quem tremunt cœlum, terra, mare, tartari, et in profundo demersi dæmones, imperator felicissimus. Solon ait : Vel sero tandem in hac navicula ad terram appellet Deus, et absque peccato fiet caro infatiga- C bilis deitatis, quæ insanabilibus morbis medelam allatura est. Hic ad tantillum temporis spatium, populi invidiæ subjicietur. In altum suspensus, quasi ad mortem damnatus, erga omnia mansuetus cadet. Chilon inquit : Infatigabilis erit Dei natura, ex ipso autem est qui substantia est atque Verbum. Thucydides ait : Deum venerare, ac discito illum : ne tamen quæras quis aut quomodo sit. Non enim est tempus quo ille non sit, ut exsistentem cole, atque ita edisce illum. Impius namque mente est, qui velit ediscere quid sit Deus. Menander ait : Antiquus novus, et novus antiquus : Pater solus et solus Pater : Unum tria et tria unum : carnis expers carnale. Terra peperit cœ- D lestem regem. Plato dixit : Quoniam bonus est Deus, non omnium esse causa potest. Multorum non est ille causa. Et bonorum quidem nulla alia causa potest esse : malorum non item. Rursum ii septem dixere, ita quidem de Christi œconomia, et de Trinitate (dictum sit). Alius porro Græcorum fuit, vir sapiens, Æsculapius nomine, cum quibusdam aliis : philosophisque omnibus interpretationem aliquam postulantibus, atque de Deo reconditioris philosophiæ verba audire cupientibus; accepto Mercurius calamo, hæc scripsit : Nisi providentia quædam esset omnium Domini, nunquam hujusmodi sermonem revelare vellent, neque nos ille in ejusmodi operibus detineret, ut de his quæstiones haberentur. Neque enim viris

non initiatis possibile est ejusmodi tradi mysteria, sed audite, ac mente attenti estote. Unum solum erat. Lux spiritualis ante lucem spiritualem : erantque illa, conjunctio mentis cum luce et cum Spiritu. Omnia ex ipso et in ipsum, in prolificum ex prolifico. Descendens in prolificam aquam, prægnantem effecit aquam. Viden' quo pacto Græci prophetavere, ac eum qui ante omne principium erat, quique una cum illo expers principii est, Filium et Verbum : necnon ejusdem throni participem et consubstantialem Spiritum, itemque venerandam crucis passionem prænuntiarunt. Ipsi gloria et imperium, cum Patre principio carente, et sanctissimo Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

A αὐτοῦ Υἱὸν, καὶ Λόγον, καὶ τὸ σύνθρονον αὐτοῦ καὶ ὁμοούσιον Πνεῦμα προεκήρυξαν, καὶ τὰ τίμια τοῦ σταυροῦ πάθη προεκήρυξαν· αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN TRACTATUM DE CORPORE ET ANIMA MONITUM.

En tibi, Lector erudite, eum sistimus tractatum, quem memoravit Gerardus Vossius in Gregorii Thaumaturgi editione Parisiensi anno 1622, p. 120. Ubi ait ille, exstare Græce Romæ in bibliotheca Sfortiana num. 77, pulchram sancti Athanasii episcopi Alexandrini tractationem, de natura corporis et animæ, et de separatione animæ a corpore. At vereor ut vir eruditus æquus hac in parte rerum æstimator deprehendatur. Tametsi namque quædam hic sunt, quæ non abs re dicuntur, alia tamen sunt futilia et Athanasio magno indigna, cujusmodi est frigida illa animæ definitio, et similia quæ tute advertas. Unde porro jam prodeat hoc opusculum, ex hisce Joannis Guillotii nostri verbis accipe, qui sua manu exscripsit, nobisque transmisit. Ex cod. Græco bibliothecæ Vaticanæ, num. 700, in charta papyracea, videtur habere 400 annos. Est eleganti manu, sed minusculis litteris exaratus. Est collectio diversorum operum, et fragmentorum SS. Patrum. Continet inter cætera sequens opusculum.

529 ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΣΩΜΑΤΟΣ ΚΑΙ ΨΥΧΗΣ.

S. P. N. ATHANASII

DE CORPORE ET ANIMA.

Exploratum est corpus constitutionem suam accipere ex elementis, pariterque dissolutionem. Quamobrem corpora sive hominum sive cæterorum animantium facile corrumpuntur ac moriuntur, cum ex quatuor elementis sint composita, nempe terra, sole, aqua et aere, quæ et ipsa nec senio, nec marcore libera manent, quemadmodum et corpora, cum corpora omnia ex terra sint facta. Res autem simplices nec compositæ facile perseverant, et usque ad consummationem indissolutæ manent : qualia sunt, sol, hominis anima, lux, luminaria, aer, aqua, ignis, spiritus, omnia demum simplicia. De anima vero hæc dicimus : quod scilicet in illa sint quinque passiones; quæ passiones animales vocantur. Sunt autem illæ : Ira, tristitia, timor, sollicitudo, invidia. Qui vero sagaci instructus est cogitatione, omnibus potest imperare. Anima vero, secundum se exsistit quasi ignis ardens. Quemadmodum ignis ea quæ in lebetem conjiciuntur concoquit ; ita et ignea anima cibos in ventrem immissos comminuit et consumit. Etiamsi porro ψυχή seu *anima* nuncupatur, non ita tamen vocatur, quod sit ψυχρά seu *fri-*

B Σῶμα τῷ ἔχοντι τὴν σύνθεσιν ἐκ τῶν στοιχείων δέχεται, καὶ διάλυσιν, καὶ ἀφανίζεται. Διὰ τοῦτο τὰ σώματα, καὶ ἀνθρώπων, καὶ ζώων, εὔφθαρτά τε καὶ εὔθνητα τυγχάνουσιν, ἐκ τεσσάρων στοιχείων συνιστάμενα, λέγω δὴ, γῆς, ἡλίου, ὕδατος, καὶ ἀέρος, καὶ αὐτὰ οὐκ ἀγήρατα, οὐκ ἀμάραντα ὡς τὰ σώματα μένει, ἀλλὰ θνήσκει καθὰ καὶ τὰ σώματα, ποιηθέντων πάντων σωμάτων ἐκ γῆς. Τὰ δὲ ἁπλᾶ καὶ ἀσύνθετα τῶν πραγμάτων εὐδιάμονα, καὶ ἕως τῆς συντελείας ἀκατάλυτα μένει· οἷον ὁ ἥλιος, ψυχὴ ἀνθρώπου, φῶς, φωστῆρες, ἀὴρ, ὕδατα, πῦρ, πνεῦμα, καὶ πάντα τὰ ἁπλᾶ, καὶ ἐν ἰδίᾳ. Περὶ δὲ ψυχῆς λέγομεν οὕτως· ὅτι εἰσὶ πέντε πάθη ἐν αὐτῇ, ἅτινα ψυχικὰ πάθη καλοῦνται. Εἰσὶ δὲ ταῦτα· ὀργὴ, λύπη, φόβος, φροντὶς, καὶ φθόνος. Ὁ οὖν φρόνιμον ἔχων τὸν λογισμὸν, C δύναται πάντα κρατεῖν. Ἡ δὲ ψυχὴ ὑπάρχει καθ' ἑαυτῆς, ὡς πῦρ καιόμενον. Ὥσπερ τὸ πῦρ τὰ βαλλόμενα εἰς τὸν λέβητα ἕψει, οὕτω καὶ ἡ πυρώδης ψυχὴ τὰ παραπεμπόμενα σῖτα τῇ κοιλίᾳ λεπτύνει, καὶ δαπανᾷ. Κἂν δὲ ψυχὴ λέγεται, οὐ λέγεται διὰ τὸ οὕτως εἶναι ψυχρὰν τὴν οὐσίαν, ὥς τινες τῶν ἁπλουστέρων διενόησαν· ἀλλὰ διὰ τὸ ἐκ πολλῆς θεσμό-

τητος ἀναξηραίνειν αὐτὴν τὰ ὑγρὰ, ὡς ἔστι πληροφορηθῆναι, καὶ ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ ἡλίου· ὢν γὰρ πυρώδης, καὶ θερμώδης πηλὸν ξηραίνει, καὶ πάνυγραν ἀνιμᾶται. Ὅτι δὲ ἡ ψυχὴ θερμή ἐστι κατὰ φύσιν, πείθου τοιγαροῦν ἐκ τῶν ἀποθνησκόντων· ᾗ γὰρ ὥρᾳ ἡ ψυχὴ χωρισθῇ ἀπὸ τοῦ σώματος, πάντα τὰ μέλη εὑρίσκονται κρυσταλλώδη, καὶ οὐδὲν ἧττον πάθοις χειμερίου. Ἕως γὰρ ἔχει ἡ ψυχὴ τὴν τροφὴν εἰς ἀφθονίαν, τὸ σῶμα θάλλει, καὶ ἀνδαίνεται· ὁπόταν δὲ ἀπορήσῃ σιτίων, αὐτὸ τὸ σῶμα ἀντὶ τροφῆς ἀντέχει πρὸς τὴν θερμότητα τῆς ψυχῆς. Ὥσπερ οὔτε ἀγγεῖον χαλκοῦν, ἤτοι λέβης ἐπὶ κλιβάνου, οὐ δύναται ἄνευ ὕδατος φέρειν τὴν σφοδρότητα τοῦ πυρὸς, ἐκφρύγεται γὰρ καὶ διαλύεται τέλειον· οὕτω καὶ ὁ λέβης τοῦ σώματος, μὴ ἔχων τὴν τροφὴν, παρὰ τῆς πυρώδους ψυχῆς ὑπολικμούμενος ἀπολείπεται παντάπασιν. Ἂν θέλῃς δοκιμάσαι μαθεῖν παρά τινος, πῶς διάκειται ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι, ἐρώτησον αὐτόν· Εἰπέ μοι, ἐν ὅλῳ τῷ σώματι κατοικεῖ ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου, ἢ ἐν ἑνὶ τόπῳ; Καὶ ἐὰν εἴπῃ σοι ὅτι ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, εἰπὲ αὐτῷ· Καὶ πῶς τέμνουσι τὴν χεῖρα, ἢ τὸν πόδα τοῦ ἀνθρώπου, καὶ οὐ κόπτεται ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ πάλιν ζῇ ὁ ἄνθρωπος καὶ οὐκ ἀποθνήσκει; Εἰ δὲ εἴπῃ σοι, ὅτι ἐν ἑνὶ τόπῳ, εἰπὲ αὐτῷ ὅτι, Καὶ πῶς εἰσι τὰ ἄλλα μέλη τοῦ ἀνθρώπου χωρὶς ψυχῆς; Πᾶν γὰρ τὸ μὴ ἔχον ψυχὴν νεκρόν ἐστι, καὶ οὐκ οἶδα τί λέγεις. Ἐγὼ δὲ εἴπω σοι ἐν ποίῳ τόπῳ, καὶ ποίῳ τρόπῳ, καὶ ποῦ ἀναπαύεται ἡ ψυχή· ἐν τρισὶ τόποις ἀναγκαίοις τοῦ σώματός ἐστιν ἐνιδρυμένη· καὶ ὥσπερ ἡ ἀκτὶς τοῦ ἡλίου ἀεὶ ἕνα τόπον χωρεῖ, καὶ εἰσέρχεται τὸν οἶκον, φωτίζει δὲ πάντα τὸν οἶκον, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἐν τρισὶ τόποις τοῦ σώματος κατοικοῦσα φωτίζει τὸν οἶκον ὅλον τοῦ σώματος. Κατοικεῖ δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ, τῷ ὄπισθεν μέρει τῆς κεφαλῆς, ὅπερ κότυλον ὀνομάζουσι, καὶ ἐν ταῖς βασιλικαῖς φλέβαις. Ἐν τούτοις τοῖς τρισὶ μέρεσι κατοικεῖ ἡ ψυχή. Διὰ τοῦτο ᾗ ὥρᾳ κρουσθῇ ἡ κεφαλὴ, ἢ ἡ καρδία, ἢ ἡ βασιλικὴ φλὲψ ἐκρεύσῃ αἷμα πολὺ, καὶ εὐθὺς χωρίζεται τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, καὶ νεκρὸν τὸ σῶμα εὑρίσκεται. Κατοικοῦσα δὲ ἡ ψυχὴ, ἐν τοῖς τρισὶ μέρεσι, μεταδίδωσιν ὅλῳ τῷ σώματι τῆς οἰκείας φωτισμοὺς δυνάμεως.

A *gida*, ut ex simplicioribus quidam arbitrantur; sed quia vehementia caloris humida exsiccat, ut ex solis vi et efficacia compertum est : cum sit enim igneus calidusque, lutum exsiccat, et humiditatis plenum quodlibet in exhalationes solvit. Quod autem anima sit natura sua calida ; id sane mortuorum exemplum tibi persuadeat: qua enim hora a corpore anima separata est, omnia membra congelata deprehenduntur ; nihilo minus quam quis hieme patiatur. Quandiu enim anima cibum copiose recipit, viget corpus ac vegetum est ; ubi vero alimento privatur, ipsum corpus cibi loco obsistit animæ calori. Quemadmodum vas æneum, seu lebes in clibano, non potest sine aqua ferre ignis vehementiam; torretur enim ac prorsus dissolvitur; eodem quoque modo corporis lebes, si caret alimento, B ab ignea anima prorsus tabefactus omnino deficit. Si cupias ab aliquo ediscere qui se habeat anima in corpore, sic interrogato illum. Dic mihi, in totone corpore habitat anima hominis, an aliquo in loco? Quod si dixerit tibi : In toto corpore, dic illi : Et qui fit, ut abscissa manu vel pede hominis, non secetur anima, sed adhuc homo vivat, nec moriatur? Sin dixerit tibi : In uno loco ; repone illi : Quomodo ergo subsistunt alia omnia membra? Quidquid enim anima caret, mortuum est, nec scio quid dicere velis. Ego autem dico tibi, quo loco, qua ratione, et ubi requiescat anima : tribus in locis corporis firma consistit ; ac quemadmodum radius solis in unum semper domus locum concedit C et ingreditur, illuminatque totam domum ; ita et anima tribus in locis corporis habitans, totam corporis domum collustrat. Habitat porro in corde, in posteriore capitis parte, quam cotylum vocant, et in basilicis seu regiis venis. In hisce tribus partibus habitat anima. Quamobrem qua hora percutitur caput, aut cor, aut ex basilica vena emanat copiose sanguis, statim a corpore anima separatur, ac mortuum corpus invenitur. Anima porro in tribus hisce partibus habitans toti corpori propriæ virtutis illustrationem dispensat.

---

530 IN LIBROS DE TRINITATE ADMONITIO.

Multa de hisce libris occurrunt investiganda : nam ut incertus auctor, sic varia eorum forma, diversa omnino operis totius distributio : nec minoris est operæ primigenium et nativum assignare ordinem, quam qui sit antiqui hujusce fœtus pater indicare. In manuscriptis sane omnibus, ut et in editis quos inspicere licuit, opus Athanasio ascribitur. At non par ubique librorum numerus. Discrimen totum ut lectori exhibeamus, qui in manuscriptis, quique in editis sit operis status, quæ conditio, jam enarremus. In manuscripto itaque nostro Sangermanensi, n. 724, sexcentorum circiter annorum, hoc præmisso titulo : Incipit liber sancti Athanasii episcopi De sancta Trinitate, *hisce verbis inchoatur :* Tu unus Deus Pater, et unigenitus Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. *Atque hic est liber primus.*

Ad librum secundum hæc est inscriptio : Incipit liber secundus, De propriis personis, et de unito nomine divinitatis. *Postea sic exordium habet :* Interrogatio. Nunc per singula nomina personarum ut nomen deitatis mihi exponas postulo.

Ad librum tertium : Incipit liber III, De assumptione hominis. *Cujus initium :* Quemadmodum una deitate, eamdemque unam æqualitatem confiteris Filium esse.

Ad quartum librum : Incipit liber quartus, De singulis nominibus, adversus novellam hæresim Potentiai.

Cujus principium est : Interr. Hic jam de singulis nominibus atque personis identidem refers mihi.

Ad quintum : Incipit liber quintus, De unita ac sempiterna substantia Trinitatis. *Principium sic habet :* Interr. Hic contradicentis persona est Ariomanitarum. Cur connexus es sempiternum, etc.

Ad sextum : Incipit liber sextus, De beatitudine fidei, et præscriptione sectæ pessimæ. *Cujus initium :* Interrog. Posco a te de unito deitatis nomine multifarie dictum, ut identidem repetas.

Ad septimum : Incipit liber septimus, De professione Regulæ catholicæ cum increpatione hæreticorum. *Cujus initium :* Propter quod impensissime obsecro tuam sublimitatis gloriam, ut elonges a sensibus nostris.

Ad octavum : Incipit liber octavus, De Fidei unitate. *Cujus principium est :* Fidei unius substantiæ Trinitatis, hoc est, Patris et Filii et sancti Spiritus.

Octavus porro liber in hæc verba desinit : Corona autem capitis continet purpuram et hominem; unum imperium virtutis ostendit : sic Pater in Filio et Filius in Patre : Spiritus autem sanctus conjunctio, deitas (Reg. deitatis) virtus et unitas Trinitatis. *Postea hæc leguntur :* Explicit liber octavus Dei Patris et Filii et Spiritus sancti, Athanasii episcopi. Hos libellos VIII transcripsi, qui multa addita et immutata continent. Incipit libellus fidei, Patris et Filii et Spiritus sancti, Athanasii episcopi. *Postea sic incipitur :* Cum legeris per hanc fidem, moneo ut mei memor sis in orationibus tuis. Ne forsitan negligenter quisquam hoc obtrectator contingat, quia scriptum est : « Ne projiciatis margaritas ante porcos [81]. » Credo in Deum Patrem omnipotentem, et in unigenitum, etc. *Post eam fidei confessionem hæc subsequuntur :* Explicit Expositio fidei, incipit ejusdem de Trinitate et de Spiritu sancto. *Initium porro sic habet :* His qui Filium Dei creatum esse profitentur, nequaquam de Spiritu sancto dabimus responsum, etc. *Post huncce librum superioribus prolixiorem, legitur :* Sancti Athanasii episcopi de Trinitate liber explicit. Incipit Altercatio S. Athanasii episcopi contra Arium, Sabellium vel Photinum hæreticos. *Quod opus post libros de Trinitate a nobis codicum vestigio hærentibus reponetur.*

In codice Reg. 3624, *idem ordo servatur. In fine porro octo librorum sic legitur :* Explicit liber octavus Fidei Patris et Filii et Spiritus sancti, Athanasii episcopi. *Deinde ita habet :* Expositio fidei catholicæ. Credo in Deum, etc., *uti supra. Reliqua eodem quo Sangermanensis codex ordine.*

In editione operum Athanasii anno 1556, Basileæ, et in Commeliniana, septem tantum priores libri comparent, omissis iis omnibus quæ post libros de Trinitate in manuscriptis leguntur.

In editione autem Parisiensi Græco-Latina, undecim libri habentur : nimirum præmissis septem libris, ut exstant in Commeliniana editione, octavus sic inscribitur : De Ariana et catholica confessione ad Theophilum. *Cujus initium :* Ariani dicunt, Filium Dei non de substantia Dei Patris genitum, sed extrinsecus creatum : *qui liber non est in manuscriptis nostris, nec qui mox sequitur. Nonus :* De Fide sua ad Theophilum, *cujus initium :* Credere jubemur in Dei Patris omnipotentiam, et Filii ejus Jesu Christi. *Decimus,* De unitate Fidei ad Theophilum, *cujus initium,* Fidei unius substantiæ Trinitatis, hoc est, Patris et Filii et Spiritus sancti. *Hic octavus fertur in mss. Undecimus,* De fide unitatis et Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. *Cujus initium :* Credo in Deum Patrem omnipotentem, et in unigenitum, etc. *Hæc est Fidei confessio quæ in mss. subsequitur post octo libros de Trinitate ad Theophilum. Huic confessioni consequenter adjungitur liber ille sat prolixus qui in manuscriptis sequitur post Fidei confessionem, hisque verbis inchoatur :* His qui Filium Dei creatum esse profitentur nequaquam de Spiritu sancto.

Petrus Franciscus Chiffletius e Societate Jesu, qui Victoris Vitensis et Vigilii Tapsensis opera edenda curavit anno 1664, *hos* de Trinitate *libros Vigilii nomine edidit : jure an injuria ei ascripserit mox expendemus Jam ordinem quod spectat, octo priores libros ut in manuscriptis digesti habentur, recensuit. Nonus autem est,* Libellus Fidei, *cujus initium :* Credo in Deum Patrem omnipotentem, *illa scilicet Fidei confessio superius memorata. Decimus,* Expositio fidei catholicæ, *cujus initium :* Credere jubemur in Dei Patris omnipotentiam. *Qui liber nonus fertur in editione Paris. Undecimus,* Professio Ariana, et confessio catholica sancti Athanasii, *cujus initium :* Ariani dicunt Filium Dei non de substantia Patris genitum. *Estque liber octavus in edit. Paris. Duodecimus,* De Trinitate, et de Spiritu sancto, *cujus principium est :* His qui Filium Dei creatum esse profitentur, nequaquam, etc., *qui liber in edit. Paris. consequenter ponitur post fidei confessionem sub uno uterque titulo. Ex hisce porro liquidum est quam multis varietatibus mutationibusque obnoxius fuerit horumce librorum ordo atque numerus. Nec minores in contextum invectæ sunt mutationes et additiones, ut monuit nostri codicis exscriptor, quæ tamen in Athanasianis editis non comparent. Ut autem lectori studioso in promptu sit, eas a primigenio contextu discernere, uncinis inclusimus quidquid novi ex manuscriptis huc transmissum fuit. Manuscriptorum porro sequimur ordinem, ac librorum numerum, qui Hincmari tempore idem fuisse* 531 *videtur : nam octo libros Athanasium contra Arianos edidisse testatur ille; totidem scilicet, quot ex-*

[81] Matth. VII, 6.

stant in codicibus nostris manuscriptis. Ac licet ipse librum Athanasii decimum de Trinitate laudet, pag. 497, *non eo id agit quod liber ille decimi inscriptionem ferret in codicibus, alias enim sibi ipsi repugnaret Hincmarus, qui octo tantum alibi recensuit; sed fortassis tractatum illum de Trinitate vocat decimum, quia post octo libellos supradictos duo sequuntur opuscula Athanasii nomine, quorum postremum de Trinitate nuncupatum, decimum potest dici si cum præcedentibus numeretur. Illa autem postrema duo opuscula, ut nemo non videt, alius sunt argumenti; atque adeo prioribus libris minime annumeranda; ut nec duo alii libri qui non comparent in manuscriptis nostris, scilicet qui octavus fertur in editione Parisiensi, incipitque ita :* Ariani dicunt Filium Dei; *item qui nonus ibidem habetur, cujus initium :* Credere jubemur in Dei Patris omnipotentiam. *Quare hosce libros ad calcem octo priorum rejiciendos censuimus. De scriptore porro horumce operum variæ sunt opiniones : et primum inter omnes convenit non esse Athanasii, quod utique propalam est ex multis loquendi generibus Athanasio minime familiaribus, tum etiam quod nativus horumce libellorum stylus, Latinus non Græcus videatur, nec a quoquam veterum memoretur Græcum ejusmodi Athanasii opus, cujus item nullum vestigium exstat in Græcis Athanasii operum codicibus. Id igitur pro comperto habetur, Athanasii non esse hos libellos. Vigilio Tapsensi ascribunt viri clarissimi, Sirmondus, Labbeus, et Chiffletius, qui postremus duodecim libros de Trinitate Vigilii nomine edidit anno* 1664, *ac eidem his vindicat de causis.* 1° *Quod opus illud in codicibus manuscriptis jungatur cum* Altercatione contra Arium, Sabellium vel Photinum hæreticos, *quod opus constat esse Vigilii.* 2° *Quod in præfatione libri contra Marivadum, Idatius Clarus, seu, ut opinatur Chiffletius, ipse Vigilius larvatus, sese prodat hujusce operis auctorem, hisce verbis :* Dudum, dilectissimi fratres, in Neapoli urbe Campaniæ constitutus, cujusdam Varimadi Arianæ sectæ diaconi propositionibus, a quodam studioso ac religiosissimo viro mihi oblatis, rustico quidem sermone respondens, in uno corpore simul libellos de unitate Trinitatis digessi. *At primum quod affertur leve admodum est; licet enim in codicibus jungantur hi libri cum* Altercatione contra Arium, Sabellium et Photinum, *nequaquam hinc conficitur utrumque opus ejusdem esse scriptoris; librarii enim complura in eodem codice etiam disparata opera compingere solent, multoque libentius ea copulant quæ ejusdem scriptoris nomen præferunt, quod hic sane contigit.*

Testimonium Idatii quod spectat, sane apertum illud indubitatumque videtur, et fortasse vel solum esset ad Chiffletii sententiam firmandam satis, si perinde exploratum esset, eumdem esse Idatium illum cujus nomen in quibusdam manuscriptis præmittitur, atque Vigilium; seu potius Vigilium Idatii nomen affectasse. At res minime vacat difficultate. Quæ pro Vigilio afferuntur hæc sunt: In subsequenti Altercatione adversus Arium, Sabellium et Photinum, *Vigilius illius operis, ut putatur, auctor, hæc scribit l.* II, *n.* 45 : Audiamus autem et beatissimum Paulum, de hoc eodem mysterio apertius disserentem, et tres unum Deum confirmantem; sicut in libro quem adversus Maribadum, nefandæ hæreseos vestræ diaconum edidimus, plenissime constat expressum; de quo nunc in hoc loco perpauca interserimus. Dum ergo ille objiceret, quod unio excludat æqualitatis Trinitatem, et æqualitas repellat unionem, inter alia multa hoc ego retuli. Audi, inquam, Apostolum hanc Trinitatis unionem calcatius prædicantem, etc. *Totum ibi locum affert qui n.* 45 *comprehenditur, ubi quatuor afferuntur ex Pauli Epistolis sententiæ. Putat igitur Chiffletius, Maribadum hic memoratum, illum ipsum esse qui Varimadus vocatur; cui haud illibenter assentimur, proclivis enim admodum levis illa litterarum commutatio; cum maxime certum sit alias cum Maribadum illum, tum Varimadum celebrem quemdam fuisse Arianum diaconum, qui contra veram de Trinitate fidem scripsit. Ea igitur in re Chiffletio minime repugnamus. At non æque compertum est, librum* contra Maribadum *superiore loco laudatum, eum ipsum esse tractatum qui inscribitur Idatii Clari* contra Varimadum, *locus quippe ille sat prolixus qui in altercatione contra Arium ex libro* contra Maribadum *affertur, nequaquam exstat in tribus Idatii* contra Varimadum *libris. Nec audiendus laudatus vir Chiffletius, qui ut totum illud fragmentum superius allatum, in libris Vigilii reperiat, sententias et Paulina loca hinc inde corradit: imo ex duodecimo* De Trinitate *libro totum initium collegit, qui tamen liber nuspiam inscriptus est* contra Varimadum *vel* Marivadum, *ut nec cæteri de Trinitate libri. Cum igitur locus ille in libris Idatii Clari* adversus Varimadum *minime compareat, consequens plane fuerit librum Vigilii* adversus Maribadum, *ex quo ipse superiorem excerpsit locum, diversum esse a tribus illis Idatii Clari libris. Vir clarissimus Anthelmius erudite isthæc ac fuse persequitur in sua de Symbolo Athanasiano disquisitione, cui lectorem remittimus: nobis enim non licet esse tam prolixis. Hæc tamen, ni fallor, satis erunt, ut liquido constet immerito ascribi libros Idatii Clari Vigilio Tapsensi Afro. Cum igitur Idatio adjudicandi videantur libri tres* contra Varimadum, *hinc consequitur libellos de Trinitate quos a se digestos memorat Idatius in iisdem* contra Varimadum *libris, ejusdem Idatii, non Vigilii esse. Quia tamen in omnibus codicibus nomen præfertur Athanasii et fortassis ipso scriptoris consilio, nobis religio fuit Athanasii expungere nomen, quod scriptor ipse præmissum voluit.*

Quis porro sit Idatius iste minime constat. Duo quidem memorantur Idatii scriptores, ambo Hispani; alter cognomine Clarus, qui adversus Priscillianum scripsit, ac Theodosio seniore et Valentiniano imperantibus diem clausit extremum, teste Isidoro cap. 2. *Alter est Idatius provinciæ Gallæciæ episcopus,* Chronico-

rum *scriptor, Lemicensis a Sigeberto vocatus, qui Leone imperante diem obiit. Prior, adversus Marivadum illum diaconum Arianum, qui, ut ait Victor Vitensis, Hunerico regi familiaris fuit, scripsisse nequit; nec trium* adversus Varimadum *librorum auctor erit; si tamen idem ipse sit Maribadus, qui Varimadus, ut vero satis simile est. Alteri ergo, chronologo scilicet, probabilius ascribuntur : cui Clari fortasse nomen a quopiam librario fuerit adjectum.*

Cæterum opinamur octo tantum priores libros ad Idatium pertinere; nam sequentia opuscula, quo scriptore prodierint ignoratur; etenim cui sint ascribenda nullus codex, nullus scriptor qui in manus inciderit nostras, indicat. Sed liber qui postremus in manuscriptis et in prius editis habetur, hoc titulo : De Trinitate et de Spiritu sancto, *et hisce verbis inchoatur :* His qui Filium Dei creatum esse profitentur, *nobis videtur Athanasii esse . apprime enim convenit cum aliis* πολεμικοῖς *sive stylum species sive argumenta : quare inter germana Athanasii opera tomo primo cusus fuit, ubi de illo fusius.*

—

DE SANCTA TRINITATE

LIBRI XI.

(Vide *Patrologiæ Latinæ* tom. LXII, col. 237-307, in Vigilio Tapsensi.)

—

IN DISPUTATIONEM S. ATHANASII CONTRA ARIUM ADMONITIO.

Vigilio Tapsensi hoc opus jamdiu vindicavit Georgius Cassander in edit. Colon. anno 1555, et post eum eruditus vir Chiffletius, ex aperto scilicet ipsius Vigilii testimonio, qui in libro v adversus Eutychem, *cap.* 2 *hæc habet :* Et quanquam, *inquit,* de conciliorum diversis sanctionibus, et nominum religiose additis novitatibus, plenissime in eis libris, quos adversus Sabellium, Photinum, et Arium, sub nomine Athanasii tanquam si præsentes cum præsentibus agerent, ubi etiam cognitoris persona videtur inducta, conscripsimus, etc. *Hujusce vero operis duæ sunt nec modicum inter se discrepantes formæ. Prior quæ in prius editis Athanasii comparet, altercationem refert Athanasium inter et Arium solum : posterior priore longe auctior a Chiffletio edita disputationi interserit Sabellium et Photinum; et in fine adjicit sententiam judicis Probi. Ambas illas integras reddere visum fuit. Putat Chiffletius. priorem a Vigilio, tum editam fuisse cum adhuc Vandalorum jugo premeretur, adeoque ejus auctor agnosci nollet; posteriorem vero, cum extra eorum potestatem esset : quippe in qua se et Athanasii personam ementitum esse, et Maribadum ac Palladium Arianos scriptis libris confutasse palam profitetur. Sed palam est hæc conjectando tantum dici. Nec quæ causa sit tantæ inter utramque formam varietatis, satis compertum habetur.*

—

DISPUTATIO ATHANASII CUM ARIO

CORAM PROBO JUDICE.

(Vide *Patrologiæ Latinæ* tom. LXII, col. 155, in Vigilio Tapsensi.)

—

ALTERCATIO S. ATHANASII

Contra Arium, Sabellium vel Photinum hæreticos.

(Vide ibid., col. 179.)

—

IN SEQUENTES EPISTOLAS MONITUM.

532-597 *En tibi, Lector erudite, sistimus epistolas variorum pontificum ad Athanasium, et vicissim Athanasii ad pontifices, ab otiosis hominibus conscriptas. Duæ priores Græce jamdiu exstant in codicibus Athanasianis, iisque perantiquis, suntque imperiti Græculi opus : nam quæ de Trinitate istic prædicantur,* ἀσύστατα *plerumque sunt, et ab usitatis Athanasio loquendi formulis prorsus aliena. Prior epistola Liberii ad Athanasium, mutila videtur initio, ut indicat codex Seguerianus, qui habet ad marginem,* ζήτει ἀρχήν, *quære initium. Secunda quæ est Athanasii ad Liberium, nullam præfert epistolæ formam, sed est ceu inepta quædam, et admodum implicata fidei expositio. Estque utrumque opusculum, ut ex verbis conjectare licet, ab eodem scriptore exaratum. Nemo autem, ut opinor, vel tantillum peritus, hæc aut Liberio, aut Athanasio adjudicaturus est. Nam præter styli discrepantiam plane conspicuam, non levis est illud momenti, quod in tanta rerum ecclesiasticarum perturbatione, quanta ineunte Liberio pontificatum, in toto Christiano orbe versabatur; nec de temporum conditione, nec de controversiis Catholicos inter et Arianos, quibus Oriens pariter et Occidens eo tempore conflagrabant, ullam faciant mentionem. In his etiam hæc formula usu venit : Patrem, Filium et Spiritum sanctum, unum esse* ὑποστάσει, *quæ licet Athanasii tempore nondum proscripta esset, a sancto tamen doctore nunquam usurpatur. Eam nihilominus in confesso esse, ac inter veræ fidei clausulas locum habere, statuere videtur qui ementito Liberii et Athanasii nomine has edidit epistolas.*

Reliquas autem epistolas, quæ Latine postea subsequuntur, hæsimus aliquando dubii, an ederemus, necne : quia nimirum, exceptis prioribus duabus, aliæ omnes a Commelinianis et Parisiensibus, quod nullius pretii, ac ne memorandæ quidem videantur, prætermittuntur. Et sane commentis sunt et mendaciis respersæ, exque variis locis consarcinatæ, ut ne umbram quidem γνησιότητος *referant. Verum ne quid in nostra editione lector vel ex spuriis desideraret, visum est eas denuo publicare.*

Ut autem primo conspectu advertet eruditus lector, non sunt isthæc nisi laciniæ, ex Historia Tripartita, *ex multis synodalibus epistolis, et decretis conciliorum, hinc inde excerptæ, et a falsario quodam consarcinatæ, qui ut fucum legentibus faceret, nomina persæpe propria immutavit, annos arbitratu suo, et consules ascripsit. Ad marginem nos undenam laciniæ ejusmodi prodeant, pro facultate significavimus.*

ATHANASII ET QUORUMDAM ROMANORUM PONTIFICUM EPISTOLÆ.

Λιβερίου, ἐπισκόπου Ῥώμης, ἐπιστολὴ πρὸς τὸν αὐτὸν Ἀθανάσιον, ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἔλαβεν ὁ Θεὸς Λόγος.

A Ἔστιν οὖν ἡμῖν ἡ ὁμολογία, ἐπιπόθητέ μοι Ἀθανάσιε, Λόγος Θεοῦ, Υἱὸς κατὰ φύσιν, ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γεννηθεὶς, οὐ κτισθεὶς, ἀλλ' ἀεὶ ὢν συνάναρχος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ ἀκαταπαύστως τὸ βασίλειον ἔχων εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ἀληθῶς ἐκ τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν τῇ φύσει (28) Θεὸν, ἀμέριστον ἐκ Θεοῦ κατὰ τὰς ἁγίας Γραφάς· τοῦ εἶναι ἀληθῶς τὸν Πατέρα, καὶ τοῦ εἶναι ἀληθῶς τὸν Υἱὸν, καὶ τοῦ εἶναι ἀληθῶς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἕκαστον ὄνομα μὴ μεταβαλλόμενον ἐπὶ ἀναθέματι ἐκ τῆς οἰκείας ἐπονομασίας· τοῦ εἶναι τὴν Τριάδα ἀληθῶς Τριάδα ἐν μιᾷ θεότητι, καὶ ἐν μιᾷ δυνάμει, καὶ ἐν μιᾷ οὐσίᾳ, καὶ ἐν μιᾷ ὑποστάσει. B Οὐ γὰρ μερίζεται ὁ Υἱὸς ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, οὐδὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τῆς πληρούσης τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἔστιν οὖν, καθὼς προεῖπον, ἡ Τριὰς ἐν μιᾷ ὑποστάσει μὴ μεριζομένη, καὶ τῇ οὐσίᾳ ἓν, καὶ τῇ θεότητι ἓν, καὶ τῇ δυνάμει ἓν, καὶ τῇ βασιλείᾳ ἓν, καὶ τῇ δοξολογίᾳ ἓν, καὶ τῇ εἰκόνι ἓν, καὶ τῷ Πνεύματι ἕν· Πνεῦμα γὰρ οὐ μερίζεται. Ἀνάθεμα οὖν λέγω Σαβελλίου τὸ δόγμα καὶ Ἀρείου, καὶ τὰς προαπηγορευμένας αἱρέσεις, εἰς αἰωνίαν κόλασιν, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν. Ταύτῃ οὖν τῇ ὁμολογίᾳ, ἀδελφὲ Ἀθανάσιε, τῇ οὔσῃ μόνῃ καὶ ἀληθῶς πίστει

Liberii, episcopi Romæ, epistola ad Athanasium episcopum Alexandriæ. Quod Deus Verbum, perfectum hominem assumpserit.

Hæc igitur est nostra confessio, optatissime Athanasi, Verbum Dei Filius secundum naturam, ex Deo et Patre genitus, non creatus; sed semper sine initio una cum Deo et Patre, et sine fine imperium habens per infinita sæcula. Amen. Item (credimus) Spiritum sanctum vere ex Deo secundum naturam et natura Deum, indivisum a Deo secundum sacras Scripturas; ita ut sit vere Pater, vere Filius, et vere Spiritus sanctus, vetitumque est sub anathematis pœna quodlibet nomen a propria significatione transferre; ita ut Trinitas sit vere Trinitas in una deitate, in una potestate, in una essentia, et in una substantia. Nequaquam enim dividitur Filius, neque Spiritus sanctus a paterna substantia, quæ implet cœlum et terram. Est igitur, uti supra dixi, Trinitas in una substantia : estque substantia unum, deitate unum, potestate unum, regno unum, glorificatione unum, imagine unum, Spiritu unum : Spiritus namque non dividitur. Anathema igitur pronuntio in Sabellii et Arii dogma, necnon in antea proscriptas hæreses, ad sempiternum supplicium, juxta Salvatoris vocem. Si igitur, frater Athanasi, in hac confessione, quæ sola et vera fides est in sancta catholica et apostolica Ecclesia, mecum

(28) Ita Seguerianus. In editis, τῇ φύσει deest.

consentis; coram judice Deo et Christo, quæso, A mihi rescribas, si perinde atque nos in vera fide sentias: ut confidenter et sine discrimine quæ rogas præstare possim. Illud etiam te non ignorare velim, dilecte, nimirum veritatis filios, impassibilem deitatem confiteri, necnon adventum Verbi et Dei in carne; qui perfectum hominem assumpsit sine peccato, natus ex Spiritu sancto et ex Maria Virgine, secundum Evangelia: in Christo Jesu. Amen.

598 *Sancti Patris nostri, Athanasii archiepiscopi Alexandrini, rescriptum ad Liberium, Romæ episcopum. Quod perfectum hominem Deus Verbum assumpserit propter salutem nostram.*

Unus Deus immortalis, qui nec videri, nec tangi B potest. « Spiritus » enim « est Deus [53]. » Ipse nullo loco potest comprehendi, nec ullus est locus a quo absit. Hujus Verbum immortalis est sapientia, incorruptibilis, invisibilis: Filius primogenitus, operum socius, principio carens, sub tactum non cadens, neque principium habens dierum, neque finem vitæ exspectans: « Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [54]. » Ipse est qui hominem efformavit. Hic est qui rationem fabricandæ arcæ monstravit: hic est qui promissionem dedit Abrahæ: hic est qui descendit, ut populum salvum faceret, qui Moysi legem dedit: hic est Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, qui in prophetis locutus est, qui Vetus et Novum Testamentum disposuit, C qui in novissimis diebus carnem sumpsit ex Virgine, mortalem, licet non esset ipse mortalis: infirmam, licet non esset ipse infirmus: morti obnoxiam, licet non esset ipse morti obnoxius: visibilem, licet non esset ipse visibilis. Ipsa suspensa est, non autem ille: ipsa sepulta, non ille: ipsa humanas omnes passiones, ut homo sustinuit, non autem ille. Ille autem est virtus Dei, id est Deus. Qui cum ea quæ in inferno insolubilia erant solvisset, imperiumque diaboli evertisset, ascendit eo unde descenderat, qui corpus suum a morte excitatum, postquam liberasset a morte qua detinebatur, Patri obtulit. In illo Patrem intelligimus. Una enim et ipse res est deitate, virtute, substantia, hypostasi, gloria, Dei appellatione, et in Patre Filium quoque D agnoscimus. Hic est qui postquam assumpsisset carnem, Jesus appellatus est, quatenus erat homo; hoc est, assumpsit hominem in seipso, « in quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter [55]. » Illum credimus nec a Patre, nec a Spiritu sancto separatum: neque tamen dicimus Patrem descendisse, et in homine fuisse. Ita unus Deus Pater

[53] Joan. IV, 24. [54] Joan. I, 3. [55] Coloss. II, 9.

ἐν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ, εἰ ὁμοφρονεῖς μοι, ὡς ἐπὶ κρίσει Θεοῦ καὶ Χριστοῦ γράψον μοι, εἰ οὕτω φρονεῖς καθὰ καὶ ἡμεῖς, καὶ τὰ ἴσα ἐν τῇ ἀληθινῇ πίστει· ἵνα κἀγὼ πεποιθὼς ὦ, ἀδιακρίτως περὶ ὧν ἀξιοῖς κελεύειν μοι· καὶ τοῦτο δέ σε χρὴ εἰδέναι, ἀγαπητὲ, ὅτι οἱ υἱοὶ τῆς ἀληθείας, ἀπαθῆ τὴν θεότητα ὁμολογοῦσι, καὶ τὴν ἔνσαρκον ἐπιδημίαν τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ, ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀνέλαβε χωρὶς ἁμαρτίας, τὸν γεννηθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου (29), καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, κατὰ τὰ Εὐαγγέλια· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ἀντίγραμμα πρὸς Λιβέριον, ἐπίσκοπον Ῥώμης· ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ Θεὸς Λόγος ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας.

Εἷς Θεὸς ἀθάνατος, ἀόρατος, ἀψηλάφητος· « Πνεῦμα » γὰρ « ὁ Θεὸς, » οὗτος ἀχώριστος (30), μὴ ἔχων τόπον ὅπου οὐκ ἔστιν· ὁ τούτου Λόγος, ἀθάνατος σοφία, ἄφθαρτος, ἀόρατος, Υἱὸς πρωτότοκος, συνεργὸς, ἄναρχος, ἀψηλάφητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχων, μήτε τέλος ζωῆς προσδοκῶν. « Διὰ τούτου ἐγένετο τὰ πάντα, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. » Αὐτὸς ὁ πλάσας τὸν ἄνθρωπον· οὗτος, ὁ τὴν κιβωτὸν δείξας, πῶς ἵνα γένηται· οὗτος ὁ τὴν ἐπαγγελίαν δοὺς τῷ Ἀβραάμ· οὗτος ὁ καταβὰς ἐπὶ τὸ σῶσαι τὸν λαὸν, ὁ Μωσῇ τὸν νόμον δούς· οὗτος ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸς Ἰακὼβ, ὁ ἐν προφήταις λαλήσας, ὁ διαθέμενος τὴν Παλαιὰν καὶ τὴν Καινὴν Διαθήκην, ὁ (31) ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν σάρκα ἐκ Παρθένου λαβὼν, θνητὴν, οὐκ αὐτὸς ὢν θνητός· ἀσθενῆ, οὐκ αὐτὸς ἀσθενής· ὀφειλομένην θανάτῳ, οὐκ αὐτὸς ὀφειλόμενος· ὁρατὴν, οὐκ αὐτὸς ὁρατός· αὕτη ἐκρεμάσθη, οὐκ αὐτός· αὕτη ἐτάφη, οὐκ αὐτός· αὕτη πάντα τὰ ἀνθρώπινα πάθη ὡς ἄνθρωπος ὑπέμεινεν, οὐκ αὐτός· ἐκεῖνος δὲ δύναμις Θεοῦ, τουτέστι Θεός. Ὁ τὰ ἄλυτα τοῦ ᾅδου λύσας, καὶ τὸ κράτος τοῦ διαβόλου καταργήσας, ἀνέβη ὅθεν καὶ κατέβη· ἐγείρας ἐκεῖνο τὸ ταφὲν, προσήνεγκε τῷ Πατρὶ, ἐλευθερώσας οὗ ἐκρατεῖτο θανάτου· ἐν τούτῳ τὸν Πατέρα νοοῦμεν, ἓν γὰρ καὶ τοῦτο τῇ θεότητι, τῇ δυνάμει, τῇ οὐσίᾳ, τῇ ὑποστάσει, τῇ δόξῃ, τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτὸν τὸν Υἱὸν ἐν τῷ Πατρί. Οὗτος ὁ μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν σάρκα Ἰησοῦς κληθεὶς, καθότι καὶ ἄνθρωπος· τουτέστιν, ἀνέλαβεν ἄνθρωπον ἐν ἑαυτῷ, « ἐν ᾧ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος οἰκεῖ σωματικῶς. » Τοῦτον ἔχομεν οὐ διακεχωρισμένον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οὐδὲ τὸν Πατέρα λέγοντες καταβεβηκέναι, καὶ ἐν ἀνθρώπῳ γενέσθαι. Οὕτως εἷς Θεὸς Πατὴρ παντοκράτωρ παρ' ἡμῖν πιστεύεται, καὶ διὰ τοῦτο ἡ πίστις ἡμῶν ἐστιν, εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ταῦτα δὲ ἐξ ἑνότητος μιᾶς, δυνάμεως μιᾶς, ὑποστάσεως μιᾶς, οὐ-

(29) Ita Seguerianus. Editi, vero male, ἐκ Πατρός.
(30) Forte ἀχώρητος.

(31) Seguerianus, ἐπ' ἐσχάτου. Editi, ἐπ' ἐσχάτων.

σίας μιᾶς, δοξολογίας μιᾶς, κυριότητος μιᾶς, βασιλείας μιᾶς· εἰκόνος τῆς Τριάδος ὁμοούσιον· « Δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· » οὕτω καὶ σαρκὸς ἀνάστασιν πιστεύομεν, τουτέστι, τοῦ σώματος ἡμῶν κατὰ τὰς ἁγίας Γραφὰς, τοῦ φθαρτοῦ καὶ θνητοῦ αὐτοῦ μεταβαλλομένου εἰς ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἀμήν.

A omnipotens a nobis creditur : ideoque fides nostra est, in unum Deum Patrem omnipotentem, et in Filium ejus Dominum nostrum Jesum Christum, et in Spiritum sanctum. Hæc autem ex unitate una, virtute una, substantia una, glorificatione una, dominatione una, regno uno, imaginis Trinitatis consubstantiale : « Per quem omnia facta sunt [56]. » Ita et carnis resurrectionem credimus, hoc est, corporis nostri, secundum sacras Scripturas, commutato eo quod corruptibile et mortale erat, in incorruptibilitatem et immortalitatem, per Deum. Amen.

Incipit Athanasii epistola, et Ægyptiorum pontificum, ad Marcum Papam pro exemplaribus Nicæni concilii, quia Ariani eorum exemplaria incenderant.

Domino sancto, et apostolici culminis venerando, Marco, sanctæ Romanæ et apostolicæ sedis, atque universalis Ecclesiæ papæ, Athanasius et universi Ægyptiorum episcopi.

Ad vos pervenisse non dubitamus, quanta et qualia ab hæreticis, et maxime ab Arianis, quotidie patimur. Quoniam in tantum ab eis persequimur, ut etiam vivere jam nos tædeat : nam instanti tempore, subito et insperate in nos irruentes, nosque juxta præceptum Domini, qui ait : *Si vos persecuti fuerint in unam civitatem, fugite in aliam* [57]; fugiendo propter cladem populi eos declinantes, nos comprehendere non valuerunt, sed omnia nostra depopulati sunt. In tantum etiam nostra vastaverunt, ut nec libros, nec vestimenta ecclesiastica, aliaque ornamenta, nec reliqua utensilia nobis dimiserint. Libros **599** vero nostros usque ad minimum incendentes, nec iota unum relinquentes, propter veritatis fidem, Nicænam synodum, qua clerus et populus imbuebatur, et maxime jam imbuti erant, in contumeliam nostram et omnium Christianorum, incenderunt. Quapropter precamur, Pater beatissime, quia non dubitamus apud vos plenaria esse Nicæni concilii exemplaria, ut illa nobis, quæ sanctæ recordationis prædecessoris vestri Sylvestri fuerunt, sub tuta mittatis stipulatione. Nam quando prædictæ synodo cum pontifice nostro, id est, Alexandrinæ magnæ civitatis episcopo, in diaconatus interfuimus officio, sub nostræ præsentiæ testimonio, per beatos viros, Victorem [Vitonem] et Vincentium presbyteros, apostolicæ sedis apocrisiarios, missa sunt prædicto papæ Sylvestro cum astipulatione subnexa capitulorum septuaginta. Sane præsentibus nobis, octoginta capitula in memorata tractata sunt synodo semel, et quadraginta a Græcis Græca dicta lingua, et quadraginta a Latinis, similiter dicta Latina lingua. Sed visum est trecentis decem et octo Patribus, sancto Spiritu repletis, in prædicto concilio congregatis, et maxime jam dicto Alexandro, et apostolicæ sedis apocrisiariis, ut decem capitula adunarentur aliis, atque congruis in locis insererentur, et ad formam septuaginta discipulorum, vel totius orbis terræ linguarum septuaginta, tanti et tam excellentis concilii fierent capitula, quæ omnem Christianorum informarent orbem, et omnes sub sacerdotali B nomine, et Christiano degentes, una fides, et una sacerdotalis regeret norma (32), nec quisque a suo dissideret capite. Nunc ergo, quia, ut prædictum est, inimici sanctæ Dei Ecclesiæ, et maxime Ariani, a quibus quotidie expugnamur et opprimimur, præfata septuaginta Nicæni concilii capitula quæ de præfata synodo jam facta, jubente Domino meo Alexandro, omnium episcoporum decreto attuli, quæ etiam coram omnibus recitavi atque transcripsi, sunt igne combusta ; optamus ut a vestræ sanctæ sedis Ecclesiæ auctoritate, quæ est mater et caput omnium Ecclesiarum, ea ad correctionem et recreationem fidelium orthodoxorum percipere per præsentes legatos mereamur, quatenus vestra fulti auctoritate, vestrisque precibus roborati, illæsi C a memoratis æmulis sanctæ Dei Ecclesiæ et nostris, evadere, nobisque commissos eruere valeamus (33). Vere novimus apostolatus vestri cor gratia sancti Spiritus in tantum esse accensum, ut omnibus oppressis succurratis : quanto magis nobis, qui licet exigui ordinis, tamen vestri sumus, vobisque obedientes cum omnibus nobis commissis, et sumus, et esse semper volumus. Ideo decet, et oportet vos nobis hæc quæ rogamus, et alia quæ necessaria juxta sapientiam quam vobis præstitit Altissimus, esse cognoveritis, absque tarditate præstare, ut tantæ miseriæ squalores a fidelium mentibus detergantur, et quasi vulnus corpori infixum, auditu tantæ miseriæ obserato, salutari curetur antidoto, ut divino freti juvamine, vestraque au- D ctoritate atque auxilio roborati, adversantium tergiversationes evadere valeamus, atque inconfuso vultu, non fraude cujusquam perculsi, assistere æterno judici mereamur, et vocem audire inquientem : *Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Intra in gaudium Domini tui* [58].

Et subscriptio : Orantem pro nobis sanctum apostolatum vestrum longævis Dominus conservet temporibus.

[56] Joan. I, 3. [57] Matth. X, 23. [58] Matth. XXV, 21 23.

(32) S. Leo, ep 84.

(33) Concil. Romanum anno 721.

Rescriptum Marci papæ, de missione capitulorum Nicæni concilii Athanasio, et omnibus Ægyptiorum episcopis.

Dominis venerabilibus fratribus, Athanasio et universis Ægyptiorum episcopis, Marcus sanctæ Romanæ, apostolicæque Sedis et universalis Ecclesiæ episcopus.

Doleo, fratres, et nimium contristor super afflictione vestra, sed oppido consolor, quod vento agitata non estis arundo, sed recti in fide, inter omnes procellarum et turbinum afflictiones, inter omnes colluctationes, incessanter perduratis. Lectis ergo fraternitatis vestræ litteris, vigorem constantiæ vestræ, quam olim noveramus, agnovimus. Congratulantes vobis, quod ad custodiendum gregem, pastoralem curam vigilantes insequimini. Ne lupi, qui sub specie ovium subintrarunt, bestiali sævitia simplices quasque dilacerent. Qui non ad hoc subintrarunt, ut aliqua correctione proficiant, sed ut ea, quæ sunt sana, corrumpant. Quapropter moneo et hortor dilectionem vestram, ut bonum quod cœpistis, adminiculante divina gratia, usque in finem perducere satagatis, veritatis voce manente: *Beatus qui perseveraverit in finem* [58*]. Unde enim beata perseverantia, nisi de virtute patientiæ? Nam juxta Apostolum: *Omnes qui voluerint pie vivere in Christo, persecutionem patientur* [59]. Quæ non in eo tantum computanda est, quod contra Christianam pietatem, aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuscunque suppliciis, cum persecutionum sævitiam suppleant, sed dissimilitudines morum, et contumaciæ inobedientium, et malignarum tela linguarum, quibus conflictationibus et communia semper membra pulsantur, ut nulla piorum portio conflictatione sit libera, ut nec periculis, nec otio careant, nec labore. Nam hæc, et omnia incrementa probabilium studiorum, et in eis usque in finem perseverantium, atque bonæ voluntatis incrementa, ad Christi gratiam semper sunt referenda, ut in omnibus quæ agimus, Deus omni perfecte laudetur tempore. De capitulorum namque veritate et numero Nicæni concilii, quibus vos interfuisse, litteris vestræ fraternitatis significastis, a nostris, qui una vobiscum interfuerunt, diligentioribus requisivimus collocutionibus. Qui ita, ut vestræ testatæ sunt litteræ, omnem nobis ordinem exposuerunt, et vestram epistolam per omnia veram esse testati sunt, non ut aliquid sinistrum vestra ex parte arbitremur, sed nos et vos, illosque absque ulla in posterum titubatione unum sentire optaremus, et sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, et Domino providente, et beato apostolo Petro opem ferente, in futuro manebit, sine ulla hæreticorum insultatione, firma et immobilis omni tempore persistet. His itaque peractis, diligenter requirentes, in sancto nostræ et apostolicæ sedis A scrinio, eadem quæ sanctæ recordationis prædecessori meo Sylvestro sunt directa, septuaginta, sicut significastis, capitula invenimus. Ipsa autem vobis, propter auctoritatem et subscriptionem tantorum Patrum, et ejus magni concilii, minime misimus, sed per eadem, coramque apocrisiariis vestris, alia similia, eumdem numerum, eademque verba, et ipsam subscriptionem continentia, vobis rescribere, et sub **600** certa stipulatione et confirmatione mittere curavimus. Et quis est qui fratribus talia negare audeat? Nam non neganda nobis hæc sancti Spiritus dona Dominus docuit, sed fideliter exercenda, et fratribus contradenda, et docenda distribuit (34). Hæc apostolorum viva traditio, hæc est vera charitas, quæ prædicanda est, B et præcipue diligenda ac fovenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda: hæc sancta et apostolica mater omnium Ecclesiarum, Christi Ecclesia, quæ per omnipotentis Dei gratiam a tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticorum novitatibus depravanda succubuit; sed ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus, illibata fine tenus manet, secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, qui suorum discipulorum principi in suis fatus est Evangeliis: *Petre, inquiens, ecce Satan expetivit ut cribraret vos, sicut qui cribrat triticum: ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando* C *conversus confirma fratres tuos* [60]. Consideret itaque vestra excellens prudentia, quam bonum sit persistere in dispensatione vobis credita, et in fide recta, atque hæreticis et æmulis Christi repugnare, et nunquam a veritatis tramite declinare. Quoniam Dominus et Salvator omnium, cujus fides est, qui pro nobis mori non dubitavit, et proprio nos suo sanguine redemit, qui fidem beati Petri non defecturam promisit, et confirmare eum fratres suos admonuit. Quod apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse, semper cunctis est cognitum. Quorum et pusillitas mea, licet impar sit et infima, pro suscepta tamen divina dignatione, ministerio pedisequa cupit exsistere. Væ enim erit nobis, qui hujus ministerii onus D susceptum habemus, si veritatem Salvatoris nostri Jesu Christi, quam apostoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus. Væ etiam erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, qui erogare nummulariis jubemur, id est, Christianos populos imbuere, et docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonis ejus veritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus, et de officio susce-

[58*] Matth. xxiv, 13. [59] II Tim. iii, 12. [60] Luc. xxii, 31, 32.

(34) Agatho ad Const. Augustum, act. 4 concilii vi gen.

pto, rationem justus judex Christus Deus districtam egerit? Ideo, fratres, hortor dilectionem vestram, obtestor, et moneo, ut qua debetis sollicitudine, vigiletis ad investigandos hæreticos, et inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ, et a sanis mentibus ne pestis hæc latius divulgetur, severitate qua potestis, pro viribus exstirpetis. Quantum enim habebit a Deo dignæ remunerationis præmium, A qui diligentius quod ad salutem commissæ sibi plebis prosit, fuerit exsecutus; ita ante tribunal Domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare, quicunque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire. Data VIII Kal. Novembris, Nepotiano et Secundo, viris clarissimis, consulibus.

Epistola increpatoria Julii papæ ad Orientales episcopos, pro causis Athanasii, et excessibus contra Romanam Ecclesiam.

Venerabilibus fratribus universis Orientalibus episcopis, Julius.

Decuerat vos, fratres, alios ecclesiasticis instruere disciplinis, et non talibus arguere machinamentis, dicente Domino: *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis* [61], et reliqua. De qua re apostolus Paulus nos instruit, dicens: *Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu tenteris* [62], et reliqua. Et alibi Petrus apostolus ait: *Omnes unanimes in oratione estote, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, sed econtrario benedicentes, quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hæreditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere, et videre dies bonos, coerceat linguam suam a malo, et labia sua ne loquantur dolum. Declinet a malo, et faciat bonum, inquirat pacem, et persequatur eam, quia oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum. Vultus autem Domini, super facientes mala* [63]. Quid pejus est, fratres, quam quod sacerdotes Domini, qui ab omni mala coinquinatione, et a nocumento omnium Christianorum alieni debent exsistere, quanto magis a fratrum et coepiscoporum insidiis, quos tueri et sublevare debent, quos fovere et diligere summopere oportet, persequuntur eos, ejicere et communi re privare decertant? Nec recordamini Sapientiam, quæ ait: *Perversæ enim cogitationes separant homines a Deo* [64], quanto magis opera iniqua? Quid enim nequius est, quam ut illos, de quibus Dominus ait: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei* [65], quisquam evertere, persequi, destruere nitatur? Probata autem virtus portat, protegit, et consolatur oppressos, et docet insipientes. *Est enim testis humani cordis, scrutatorque verus singularum conscientiarum, et linguarum singularum auditor, quoniam spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis* [66]. Et alias idem ipse ait: *Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si Deus dilexit nos, et nos debemus invicem diligere. Deum nemo vidit unquam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, et charitas ejus in nobis perfecta est.* B *In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, et ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, et testificamur, quoniam Pater misit Filium suum Salvatorem mundi. Quisquis confessus, quoniam Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, et ipse in Deo. Et nos cognovimus, et credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii, quia sicut ille est, et nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus* C *prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, et fratrem oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, quomodo Deum, quem non videt, potest diligere? Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum* [67]. Nam ipsa Sapientia ait: *Lingua sapientium ornat scientiam,* **601** *os fatuorum ebullit stultitiam. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos et malos. Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Domus justi, plurima fortitudo, et in fructibus impii conturbatio. Labia sapientium disseminabunt sapientiam, cor stultorum dissimile erit. Victimæ impiorum abominabiles sunt Domino, vota justorum placabilia. Qui sequitur justitiam, diligitur a Domino* [68]. D Item alibi: *Labia justi considerant placida, os impiorum perversa. Simplicitas justorum diriget eos, et supplantatio perversorum vastabit illos. Justitia rectorum liberabit eos, et in insidiis suis capientur iniqui. Justus de angustia liberabitur, et tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum, justi autem liberabuntur scientia. In bonis justorum exaltabitur civitas, et in perditione impiorum erit laudatio. In benedictione justorum exaltabitur civitas, et in ore impiorum subvertetur* [69]. Nec consideratis, qui fratres persequi non cessatis, qualia Job patientissimus inter cætera exorsus, loquitur: *Auris audiens bea-*

[61] Luc. III, 14. [62] Galat. VI, 1. [63] I Petr. III, 8-12. [64] Sap. I, 3. [65] Zach. II, 8. [66] Sap. I, 6, 7. [67] I Joan. IV, 9-21. [68] Prov. XV, 2-9. [69] Prov. X, 32; XI, 3-11.

tificabat me, et oculus videns testimonium reddebat mihi, eo quod liberassem pauperem vociferantem, et pupillum, cui non esset adjutor. Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum; justitia indutus sum, et vestivit me sicut vestimento et diademate, judicio meo. Oculus fui cæco, et pes claudo. Pater eram pauperum, et causam quam nesciebam, diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius conferebam prædam [70]. Et paulo post : *Si negavi*, inquit, *quod volebant, pauperibus, et oculos viduæ exspectare feci. Si comedi buccellam meam solus, et non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia mea crevit mecum miseratio, et de utero matris meæ egressa est mecum* [71]. Nam, si quis hæc recto omnia consideraverit oculo, nequaquam fratres nocere, sed liberare festinabit. Quia nihil deterius est, quam cives civibus invidere, et fratres fratribus insidiari, aut calumnias facere. Talibus enim suffragari volentes insidiis sancti, synodum congregaverunt generalem in Nicæa, vitam corrigere hominum cupientes in Ecclesia commorantium. Licet dudum instituta sanctorum Patrum multa essent conscripta, posuerunt leges, quos sacros canones appellamus, quibus multa pernecessaria ad statum Ecclesiæ sanctæ Dei, et supplementum columnarum ejus, id est, episcoporum, qui eam propriis humeris gestant, ut qui talia tentaverint, aut eis nocere præsumpserint, si quidem clerici fuerint, e proprio gradu decident. Si vero monachi aut laici fuerint, anathematizantur. Quibus armati exemplis, oportere arbitrati sumus ab omnipotente Deo inspirati, ut hanc accensam discordiæ flammam exstinguere debeamus, apostolica auctoritate, et non concedere eam ulterius animas depasci humanas. Quapropter una cum omnibus apostolicæ subjectis Regulæ sancimus, ne quisquam deinceps Christianorum talia perpetrare, aut episcopis talia asserere nocumenta, temere præsumat, cum Doctor gentium id ipsum prohibeat, dicens : *Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem* [72], et reliqua. Bonum est namque procul dubio, et omnibus timentibus Deum desiderabile, cohibere dissensiones et altercationes, fratribus subvenire, et invicem non invidere, sed adjuvare. Audiatur, inquit, jam dicta in Nicæa civitate synodus, cui et ego ipse conscientiæ meæ cultum decenter exhibui, nihil aliud volens, quam concordiam omnibus fabricare, et præ cunctis arguere, et removere hanc insidiantium altercationem. Quas prævidentes sancti Patres insidias et altercationes, unanimiter in prædicta Nicæna statuerunt synodo, ut nullus episcopus, nisi in legitima synodo, et suo tempore apostolica auctoritate convocata, super quibusdam criminationibus pulsatus audiatur, id est, judicetur, vel damnetur. Sin aliter præsumptum a quibusdam fuerit, in vanum deducatur quod egerint, nec inter ecclesiastica ullo modo reputabuntur.

1. Ipsi vero primæ sedis Ecclesiæ, convocandarum generalium synodorum jura et judicia episcoporum, singulari privilegio evangelicis, et apostolicis, atque canonicis concessa sunt institutis, quæ semper (35) majores causæ ad sedem Apostolicam multis auctoritatibus referri præceptæ sunt. Nec ullo modo potest major a minore judicari. Ipsa namque omnibus major et prælata est Ecclesiis. Quæ non solummodo canonum, et sanctorum Patrum decretis, sed Domini Salvatoris nostri voce, singularem obtinuit principatum. *Tu es* (inquiens) *Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* [73], et reliqua. *Et quæcunque ligaveris super terram, et solveris, erunt ligata et soluta in cœlo, et in terra* [74].

2. Porro dudum a sanctis apostolis, successoribusque eorum, in præfatis antiquis statutis decretum fuerat (36), quæ hactenus sancta et universalis apostolica tenet Ecclesia, non oportere præter sententiam Romani pontificis concilia celebrari, nec episcopum damnari, quoniam sanctam Romanam Ecclesiam primatem omnium Ecclesiarum esse voluerunt. Et sicut beatus Petrus apostolus primus fuit omnium apostolorum, ita et hæc Ecclesia suo nomine consecrata Domino instituente, prima et caput sit cæterarum : et ad eam, quasi ad matrem atque apicem, omnes majores Ecclesiæ causæ, et judicia episcoporum recurrant, ejusque juxta terminum sumant sententiam. Nec extra Romanum quidquam ex his debere decerni pontificem, quatenus non ita proterve, et pro libitu cuiquam suo proprio arbitrio quibusque metropolitanis sicut agere solebat, liceat inconsulto Romano pontifice, aut majores Ecclesiæ causas deturbare, aut episcopos damnare ; sed communi sanctæ Romanæ sedis episcopi consilio, et concordi actione, quæque sunt Christi zelo agenda, disponant unanimiter, recteque sentiant, et ea quæ senserint, non nobis sibimet discrepando, sed Deo placita perficiant.

3. Est etiam in jam fata Nicæna synodo concorditer statutum, ut accusatores et accusationes, quas sæculi leges non admittunt, a sacerdotali funditus avertantur nocumento. *Ecce*, inquit Propheta, *quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum* [75]. Illi vero non in unum habitant, qui a fratrum se solatio subtrahunt, aut fratribus insidias præparant. Non aliter, fratres, vos patiamini peccato gravari, quia quod necesse est, nos dicere veremur, id est, ne cujus religio dissipatur, indignatio provocetur. Præ oculis habete, et tota mentis acie reverenter aspicite, beati Petri gloriam, et cum ipso commu-

[70] Job XXIX, 11-17. [71] Job XXXI, 16-18. [72] I Tim. V, 1. [73] Matth. XVI, 18. [74] ibid. 19. [75] Psal. CXXX, 1.

(35) Innocent. ep. 2.

(36) In decretali epistola Eleutherii papæ.

nes omnium apostolorum coronas, cunctorumque martyrum palmas, qui pro fratrum non destructione, sed confirmatione et veritate in Christo passi sunt.

4. Nos ergo, qui Domini discipuli, et dici, et esse volumus, portare crucem Christi, et compati fratri debemus, et non persequi. Subtrahite, rogamus, actus cogitationesque a talibus nocumentis, si non vultis ipsam suscipere in vos ultionem, quoniam talionem meretur, qui fratri foveam præparat. Et vos scitote deinceps hunc (37) typhum non esse passuros, ut ea, quæ ad hanc specialiter sanctam pertinent sedem, sicut judicia episcoporum, et majores causas, ut paulo superius prælibatum est, vos patiamini nobis inconsultis invadere absque vestri status periculo. Sed si quis ab hodierna die, et deinceps **602** episcopum præter hujus sanctæ sedis sententiam damnare, aut propria pellere sede præsumpserit, sciat se irrecuperabiliter esse damnatum, et proprio carere perpetim honore. Eosque qui absque hujus sedis sunt ejecti sententia, vel damnati sine hujus sanctæ sedis auctoritate, scitote pristinam recipere communionem, et in propriis restitui sedibus. Quoniam et prius a tempore scilicet apostolorum hæc huic sanctæ sedi concessa sunt. Et postea in memorata Nicæna synodo, propter pravorum hominum infestationes, atque hæreticorum persecutiones, et insidiantium molimina fratrum, sunt concorditer ab omnibus corroborata, ut magis singuli provideant, ne talia audeant perpetrare; et caveant, si non propter Dominum et amorem fratrum, tamen propter opprobrium hominum ruborem suum, atque canonicam ultionem, saltem hæc timore et verecundia compressa silentio comprimantur, amputato scilicet totius (38) usurpationis excessu. Quia nullus debet præsumere quæ sibi non videntur esse concessa. Quam culpam potuissetis nullo modo incidere, si unde consecrationem honoris accipitis, inde legem totius observantiæ sumeretis. Et beati Petri apostoli sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticæ magistra rationis. Unde, sicut nos multum ea quæ vobis pie recteque sunt acta, lætificant, ita nimium ea quæ sunt perperam gesta, contristant. Quoniam necesse est, post multarum talium experimenta causarum, hæc in posterum sollicitius prospici, et diligentius præcaveri, quatenus ea quæ sunt ab apostolis eorumque successoribus statuta, nulla desidia negligantur, nulla dissensione violentur, nulla concertatione turbentur. *Nam, sicut in uno corpore membra multa habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo. Singuli autem, alter alterius membra* [76]. Contextio totius corporis, unam sanitatem, unam pulchritudinem facit. Et hæc quidem contextio totius corporis unanimitatem requirit, sed præcipue exigit concordiam sacerdotum. Quibus etsi dignitas communis non est, tamen ordo generalis est. Quoniam et inter beatissimos apostolos, in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, et cum omnium par esset electio, uni tamen datum ut cæteris præeminerel. De qua forma episcoporum, quædam exorta est distinctio, et magna ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis provinciis singuli. Quorum inter fratres haberetur prima sententia, et rursum quidam in majoribus urbibus constituti, sollicitudinem ejus susciperent ampliorem, per quos ad unam beati Petri sedem, universalis Ecclesiæ cura confluerct, et nihil usquam a suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse rependat. *Nolite itaque errare, fratres mei dilectissimi; doctrinis variis et extraneis nolite abduci* [77], at instituta apostolorum et apostolicorum virorum, canonesque habentes, his fruamini, his circumdemini, his delectemini, his armemini, ut his freti, circumdati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum jacula resistere valeatis. Satis enim indignum est quemquam vel pontificum, vel ordinum subsequentium hanc regulam refutare, quam beati Petri fidem valeat et sequi et docere. Multum enim convenit ut totum corpus Ecclesiæ in hac sibimet observatione concordet, quæ inde auctoritatem habet, ubi Dominus Ecclesiæ totius posuit principatum, dicente Scriptura: *Ordinavit in me charitatem* [78]. Et item: *Omnia cum ordine fiant* [79]. Iterumque Psalmista prædicante: *Circumdate Sion et complectimini eam, narrate in turribus ejus. Ponite corda vestra in virtute ejus, ut enarretis in progenies alteras: quoniam hic est Dominus Deus noster in æternum, et ipse reget nos in sæcula* [80]. Officii enim nostri consideratione, non est nobis dissimulare, non est tacere liberum, quibus major cunctis Christianæ religionis zelus incumbit, ne per taciturnitatem, aut favere, aut consentire videamur fratrum nocumentis. Datum Kalendis Octobris, Feliciano et Maximiano, viris clarissimis, consulibus.

[76] Rom. XII, 4, 5. [77] Hebr. XIII, 9. [78] Cant. II, 4. [79] I Cor. XIV, 40. [80] Psal. XLVII, 13-15.

(37) Africani PP. in ep. ad Bonifacium.

(38) S. Leo, ep. 84.

Epistola Orientalium ad Julium papam causantium quod in communionem receperit Athanasium, et cæteros quos ipsi damnaverant.

Domino beatissimo, et honorabili Patri Julio, A apostolicæ sedis venerabili episcopo, Eusebius, Theogonius, (39) Theodorus, et Berinthus, una cum reliquis fratribus et coepiscopis nostris in Antiochia congregatis.

(40) Licet circa omnes Ecclesiam Romanam sciamus esse munificam, et apostolicam habere curam, et matrem semper exsistere pietatis, quanquam ab Oriente ad eam prædicatores pietatis advenerunt, tamen optaremus vos nobiscum concordare, et quos a communione suspendimus, a vobis esse suspensos. Et quos in ordine confirmamus episcoporum, a vobis esse firmandos, nec nos secundo loco habendos cum iis qui ex his partibus ad vos usque dogmatizantes apostoli pervenerint. Nec enim nos vobis reluctati sumus, quam- B vis hoc agere potuissemus, quando Novatianus a Romana pulsus est Ecclesia. Quoniam, uti juxta vulgarem consuetudinem loquamur, *inimicitias quærit omnis qui vult recedere ab amico* [81]. Nec crimine carere potest, qui alterius excommunicatum absque ejus licentia, a quo communione est privatus, in communionem susceperit, canonibus semel jubentibus, excommunicatus ab aliis, ab aliis non suscipiatur, viventibus illis, a quibus communione privatus esse dignoscitur. Nec solum in his nobis contumeliam irrogatis, sed etiam in his quædam consilia nostra dissolvitis, neque ea recte definitis esse. Sunt namque a nobis, et maxime a totius Orientis episcopis damnati, Athanasius Alexandrinus, Paulus Constantinopolitanus, Marcel- C lus Anciræ, Asclepius Gazæ, Lucianusque [Lucius] Adrianopolites, pro certis criminibus, quibus adversarii sunt apud nos inscripti, quæ per præsentes hujus epistolæ latores omnia sub certa relatione vestræ innotescere non omittimus sanctitati. Quibus agnitis, si nostris placitis magis quam eorum machinationibus assentire, et ordinatos episcopos in damnatorum loco firmare eligitis, pacem vobiscum, et communionem habere volumus. Si vero aliter egeritis, et eis amplius quam nobis consentire **603** judicaveritis, contraria celebrabimus, et vobiscum deinceps nec congregari, nec vobis obedire, nec vobis vestrisque favere volumus, sed per nos quidquid melius elegerimus agere conabi- D mur. Nam nullus est in hac parte terrarum ætatem habens, qui ignoret prædictorum volumina seductorum. Propter eos enim multa sunt mala peracta, multa concilia diversis et asperis temporibus celebrata, multæ seductiones, multæ machinationes, multa nobis opprobria illata, et alia multa, quæ enumerare perlongum est. Nam, si his consentire eligitis, tunc liquet, quod nos perdere vultis, et non ut pater filios fovere. Dicunt enim et affirmant, tam cives istorum, quam consacerdotes eorum, hos fovere vos velle, homicidas, sacrorum templorum eversores, virginum stupratores, sacrorum librorum incensores, sacrorumque vasorum, et cæterorum sacrorum ministeriorum fraudatores, officiorum neglectores, imperatorum infidos, gentis et patriæ proditores, et inter sacerdotes maximam generantes discordiam, eo quod substantialitatis vocem, quæ scripta non invenitur in fidei doctrina, posuerunt. Quid plura enumerare necesse est, cum propter eos nobis, et cunctis regionis hujus habitatoribus scientibus, tanta cædes hominum sit perpetrata, ut amplius quam mille homines sint prostrati? Talibus autem favere, quid aliud est, quam sceleribus eorum consentire? Cum sacra Scriptura hæc prohibeat, dicens : *Non solum qui faciunt culpabiles exsistunt, sed etiam qui consentiunt facientibus* [82]. Talibus enim vos obsistere totis viribus optimum, ne involvamini peccatis eorum, ne excommunicationem eorum suscipiatis. Tales enim a vobis procul abjicite, ne propter animositatem populi, sacrilega dissensione dispereant, itaque optimum vos improbis probe resistere. Quapropter si neglexeritis deturbare perversos, liquet quod eorum protegatis errorem. Nec vero caret scrupulo societatis occultæ, qui manifeste facinoribus desinit obviare. Decet enim vos ad arguendam protervíam eorum, linguam vestram exacuere, et velut venenosos a vobis repellere, ne eorum veneno vos, vestrique in aliquo sauciemini. Sufficiant hæ vobis querimoniæ contra eos delatæ, quoniam derelinquet nos tempus, secundum quod ait Apostolus, si voluerimus omnium obloquentium oblatas contra eos producere querelas, maxime cum hæc nobis sufficiant, quæ superius dicta sunt. Nec nobis necesse iterum eorum divulgare mala, cum ipsa per se prodeant, et maxime omnes orientales testes super eorum malis exsistant. *In ore enim*, juxta quod scriptum est, *duorum vel trium testium stabit omne verbum* [83]. Quanto magis in multitudine tantorum sacerdotum, populorum, abbatum, vel monachorum, et scripto et voce contra horum pravitatem quotidie acclamantium? Nos vero diu exspectavimus eos, per multam patientiam, ut facerent uvas, sed illi e contrario fecerunt labruscas. Vos ergo non optimum de cætero negligere, et differre tales, ne (quod absit!) memorata crimina eorum subimitemini irrationabiliter episcopos ponentes. Ipsi enim, nisi cito corrigentur, juxta quod beatus Apostolus protestatur, *Secundum duritiam*

[81] Prov. XVIII, 1. [82] Rom. I, 32. [83] Matth. XVIII, 16.

(39) Theodorus Perinthius.

(40) Hæc ex *Historia tripartita*.

eorum, et cor impœnitens thesaurizant sibi iram in A *die iræ, et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus* [84]. Qui corrigendi sunt, per temporalem delectationem, et per mendacia, atque figmenta sua, vobis eis assensum præbentibus, æterna perdent præmia, quæ per veram pœnitentiam consequi possunt. Nec hæc quæ prædicta sunt solummodo Athanasio et sequacibus ejus irrogamus, sed etiam, quod contra regulam egerit, quam nos decreveramus. Quia non decreto communis concilii episcoporum recepit sacerdotium, sed sibimet arrogando, Ecclesiam fuit ingressus, et in sede resedit, cum dudum decretum fuisset nullum a pauciore numero restitui debere, quem depositum fuisse constaret. Deinde, quoniam ejus adventu sit turba commota, plurimique seditione sint mortui, et non solum hæc per eum et propter eum sint peracta, sed etiam quidem a jam dicto Athanasio cæsi, judicibus dicuntur esse contraditi. Hæc, et alia innumerabilia sunt ab eo suisque sequacibus impudenter perpetrata, quos excommunicatos, communioni, ut audivimus, contra regulam in contumeliam omnium Orientalium sociastis. Præfato itaque debitæ salutationis officio propter beati Petri honorem, impense postulamus, ut deinceps ad vestras hinc venientes aures non tam facile admittatis. Neque a nobis excommunicatos ultra velitis excipere, ne canonum transgressores inveniamini, sed magis salva fraterna charitate, erratum hoc in posterum minime patiamini. Et subscriptio : Orantem pro nobis apostolatum vestrum Dominus ævo custodiat longiore, beatis- B sime Pater. Amen.

Rescriptum Julii papæ contra Orientales pro Athanasio et cæteris.

Julius sanctæ Romanæ et apostolicæ Ecclesiæ episcopus, Eusebio, Theogonio, Theodoro, Berintho, et cæteris Orientalibus episcopis.

(41) Decuerat vos adversus sanctam Romanam et apostolicam Ecclesiam, limate, et non ironice loqui. Quoniam et ipse Dominus noster Jesus Christus eam decenter allocutus, ait : *Tu es,* inquit, *Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni cælorum* [85]. Habet enim potestatem singulari privilegio sibi concessam, aperire et claudere januas cœlestis regni, quibus voluerit. Nam si ei detrahere, quæ Domini ore sacrata, atque desuper exaltata est, non timuistis, nec mirum si fratribus irrogare injurias minime cessatis. Unde jam silentio non teguntur, quæ vestro concilio turbulento, atque cum potestate decreta sint. Apparet enim, quoniam quadam tumultuosa indisciplinatione veritas est oppressa. (42) Vobis quippe non considerantibus quæ placent Deo, propter jurgia, quæ contra proximos vestros habetis, vota vestra inevitabilia esse contenditis. Sed erit opus divinæ providentiæ, quatenus e contrario a parte deprehensa possint evacuari. Et quidquid illic convenientes, sine ulla qualibet gratia, odio, aut inimicitiarum causa gessistis, funditus repelli. Quapropter, cum omni festinatione vos omnes ad hujus sanctæ sedis reverentiam volo concurrere, quatenus gestorum apud vos integritatem per vos ipsos possitis ostendere. Nam nec dubitare vos credo Athanasium, sacræ legis doctorem, non solum a nobis, sed etiam a Nicæna synodo, veræ fidei **604** cultorem esse comprobatum. Qui defuncto Alexandro mirabili sene, qui Arii prostraverat blasphemias, post quinque menses Nicæni concilii, Alexandrinorum Ecclesiæ suscepit præsulatum. Adversus quem ejusque sectatores, multa mendacia texentes, et nudas valde calumnias, quasi veras accusationes componentes, nobis multorum malorum cum causam, tum caput esse perhibuistis. Et non solum apud Ægyptum, sed etiam apud Palæstinam et Phœnicem, vicinasque gentes scriptis vestris illam perturbationem esse significastis. Qua de re ecclesiasticam sequentes regulam, vos et illos, Romæ regulariter ad judicium die statuta, non sub angusto temporis spatio, ut excusatio locum non inveniat, litteris et apocrisiariis evocavimus. Illique vocatione suscepta, ad diem præstitutum venere. Sed vos, ne vestris mendaciis caperemini, vestraque calumnia enudaretur, venire distulistis. Nec his machinatio- C nibus solummodo contenti estis, sed etiam videntes oves pastoribus desolatas, lupos pro pastoribus super eos posuistis. Decuerat ergo ut ad regularem veniretis convocationem, quo de his et de aliis vestris præsumptionibus redderetis rationem. Quoniam occurreret veritas, si falsitas displiceret. Et nullus dubitat quod ita judicium nocens subterfugit, quemadmodum qui est innocens, ut absolvatur, requirit. Nec suspicione caret, qui alium calumniis objurgat falsa dixisse, cum ipse ad judicium, ut probet quæ intulit, evocatus venire distulerit. Vellem enim vos magis ad jam dictam convenire vocationem, ut coram universali concilio redderetis rationem, cur synodum ad statum Ecclesiarum et fratrum in Antiochia subvertendum, D et Nicæni magni concilii destructionem fecistis, aut cur nobis inconsultis episcopos ad eam convocastis, ad quam nec Maximus Hierosolymitanus venit, nec nostra interfuit legatio. Canonibus quippe in Nicæna synodo jubentibus, non debere præter sententiam Romani pontificis, ullo modo

[84] Rom. II, 5, 6. [85] Matth. XVI, 18, 19.

(41) Hæc ex *Historia tripartita* hinc et inde excerpta.

(42) Hæc fere ad verbum in ep. Constantini apud Athan.

concilia celebrari, nec episcopos damnari. Aut cur A in prædictorum loco fratrum alios adulteros posuistis, antequam penes nos, aut apocrisiarios nostros, eorum causa canonice esset examinata, finemque perciperet rectum. Isti enim, qui ad memoratam regulam venere, vocationem videntes vos a prædictis subtrahere calumniis, multa adversus vos lacrymabilia et doloribus plena referunt. Accusantes vos et dicentes, multa se importabilia a vobis esse passos. Vos ergo refugientes venire, illosque perseverantes in vera ratione, suasque calumnias reclamantes, super quibus et Ægyptiorum episcopi litteris nobis missis protestantur suis, falsa esse, quæ contra Athanasium, suosque sectatores machinantur, cunctaque Arianorum machinata blasphemiis. Talibus namque B figmentis liquet eos esse inculpabiles, vosque culpabiles : quia si de vera confideretis innocentia, nullo modo a jam dicta vos canonica subtraheretis evocatione, quæ non subito, sed spatiose denuntiata est : sed omni subducta apologia, absque tardatione venire, et causas reddere festinaretis. Quibus ita gestis, scripsi vobis, et omnibus qui in Antiochia contra apostolicam canonicamque regulam nobis inconsultis fueratis, arguens vos primum de injuriis litterarum, demum cur Athanasium suosque consectatores ad vestrum concilium convocassetis; canonibus semel præcipientibus, nihil extra Romanum decerni pontificem; cui hæc, et majora Ecclesiarum negotia, tam ab ipso Domino, quam ab omnibus universorum conciliorum Patribus C speciali sunt, ut jam dictum est, privilegio tradita. Vobis ergo refugientibus, et ad concilium toties convocatis adesse nolentibus, illis quoque in sua reclamatione, et justa ratione persistentibus, vestraque cognoscentes crimina, et illorum justam examinantes rationem, omnesque eos Nicæno concilio cooperantes, et nostris apostolicis jussionibus obtemperantes, visum est nobis, ac universo concilio, ut nos divinis præceptis, et apostolicis monitis informati, qui pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilare debemus effectu, si quidquam reprehensioni usquam invenitur obnoxium, celeri sollicitudine ab ignorantiæ imperitia aut a præsumptionis usurpatione revocemus.

1. His taliter consideratis atque discretis, tanquam D omnium curam gerentes, propter sedis propriæ dignitatem, suscepimus eos in orationem, singulisque cum auctoritate hujus sanctæ sedis rebus, proprias reddidimus Ecclesias, (43) quoniam huic sanctæ sedi, propter privatorum hominum insidias, ipso Domino instituente, et sanctis apostolis, eorumque successoribus per singula concilia roborantibus, hoc semper licuit, licebitque, Domino auxiliante, in perpetuum. Unde, qui scit se aliis esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obtemperantiam, quam ab aliis requirit, gratis et ipse rependat. Quapropter increpando vobis scribo. Quia non recte tractastis viros inculpatos, et a nobis minime examinatos de suis Ecclesiis communione privatos pellentes, et ecclesiasticæ disciplinæ injuriam irrogantes, constitutumque Nicæni concilii minime servantes, talia indisciplinate agere non formidastis. Idcirco, quoniam dudum venire vocati renuistis, modo ad certum diem, id est, XV Kal. Novembris, vos iterum regulariter litteris, missisque evocamus, ut coram vobis ostendamus nos justam in eos protulisse sententiam, et de cætero non talia esse passuros. Est etenim in antiquis Ecclesiæ statutis decretum, ut qui aliena invadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione restituat. Unde et in Evangelio scriptum est : *Quod si aliquid defraudavi, reddo quadruplum* [86]. In lege quoque cautum est : *Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui, et dicet omnis populus* [87]. *Amen*. Quare miror vos tam audaces esse, et tam imprudenter egisse, et terminos, ac jura beati Petri apostolorum principis invasisse. Sui enim, ut paulo superius comprobatum est, juris erat, ut absque ejus sanctæ sedis auctoritate nullus deberet aut concilia celebrare, aut episcopos ad synodum convocare, vel damnare eos, aut propriis pellere sedibus, aut alios in eorum loco ordinare, quæ omnia vos temerare non timuistis. Quid ergo aliud est talis præsumptio, nisi quod apostolorum suorumque successorum decreta transgredi, et maledictionem superius comprehensam, in lege semel cautam, quam populus uno ore, consonaque responsione per *amen*, id est fiat, confirmavit, suscipere non timuistis? Necnon, ut reor, talibus transgressionum funiculis constricti, nostrum, ne vestra proderentur flagitia, examen declinastis, et ad supradictam vocationem venire distulistis. Sane manifestum est, suum eos confiteri crimen, qui toties evocati absque inevitabili causa venire distulerunt, et purgandi se voluntate non utuntur. Nam si de vestris dictis confideretis, etiam in faciem probare non distulissetis. Tales insidiatores spiritu prævidentes sancti Patres in Nicæa congregati, leges statuerunt, quas nos canones appellamus, ne facile probi ab improbis damnarentur. E quibus nonnullas sententias hic inseri judicavimus, ut tantorum Patrum auctoritate, nostra roboraretur epistola, atque omnes Orientales sive reliquarum partium episcopi, hæc audientes, in tantam foveam non incidant, ne damnationem a Patribus decretam percipiant. Sequuntur enim ex prædicto concilio Nicæno **605** capitula, id est, XVIII, XIX, XXI, XXIII, XXVI, XXVII, XXVIII, XXXIII, XLI, et V, VII, et

[86] Luc. XIX, 8. [87] Deut. XXVII, 17.

(43) Canones subsequentes ex Sardicensibus et ex aliis consarcinati sunt.

VIII, ac LI, LII, LIII, LIV, LV, LVII, LVIII, LIX, LX, LXI, LXII, LXVII.

2. Et omnes episcopi qui in quibusdam gravioribus pulsantur, vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, libere apostolicam appellent sedem. Atque ad eam quasi ad matrem confugiant, ut ab ea, sicut semper fuit, pie fulciantur, defendantur, et liberentur. Cujus dispositioni omnes majores ecclesiasticas causas, et episcoporum judicia, antiqua apostolorum, eorumque successorum, atque canonum auctoritas reservavit. Quoniam culpantur episcopi qui aliter erga fratres egerint quam ejusdem sedis papæ fieri placuerit.

3. Placuit ut accusatus vel judicatus a comprovincialibus in aliqua causa episcopus, licenter appellet, et adeat apostolicæ sedis pontificem. Qui aut per se, aut per vicarios suos, ejus retractari negotium procuret. Et dum iterato judicio pontifex causam agit, nullus alius in ejus loco ponatur, aut ordinetur episcopus. Quoniam, quanquam comprovincialibus episcopis accusati coram eisdem pontificibus acta scrutari liceat, non tamen definire inconsulto Romano pontifice permissum est. Cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit Domino: *Quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cœlis; et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cœlis* [88].

4. Si quis putaverit se a metropolitano gravari, apud primatem diœceseos, aut penes universalis apostolicæ Ecclesiæ papam judicetur.

5. Accusatores, et accusationes, quas leges sæculi non asciscunt, et nos unanimiter submovemus, ne fiat indistricta probatione impietas, cum recta sit judicii in electione sententia.

6. Nullus episcopus alterius parochianum præsumat retinere, aut ordinare, absque ejus voluntate, vel judicare, salva tamen in omnibus apostolica auctoritate; quia, sicut irrita erit ejus ordinatio, ita et dijudicatio; quoniam censemus nullam alterius judicis, nisi sui sententia teneri : nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus poterit.

7. Si quis erga episcopum vel actores Ecc[illegible] se proprium habere crediderit negotium, non prius adeat judices, quam ad eos recurrat, charitatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanare debeant, quæ in querimoniam deducuntur. Quod si aliter egerit, communione privetur.

8. Nemo pontificum deinceps aliquem episcopum suis exspoliatum rebus, aut a sede pulsum, excommunicare aut judicare præsumat, quia non est privilegium quo spoliari possit jam nudatus.

9. Pari tenore decernimus, non credi accusatori, qui absente adversario causam suggerit, atque utriusque partis discussionem, nec accusatores, vel testes suscipi, qui non sunt idonei.

10. Placuit, ut si accusatus vel damnatus episcopus appellaverit Romanum pontificem, id statuendum quod ipse juste censuerit. Et omnes, qui adversus Patres armantur, infames esse censemus. Neque eos qui cum inimicis morantur, ad accusationem vel ad testimonium recipiendos.

11. Placuit ut semper in accusatione clericorum, primo persona, fides, vita et conversatio blasphemantium perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis præcedere debet : quia dubius, infidelis est, nec eis omnino esse credendum, qui veritatis fidem ignorant, nec recte conversationis vitam ducunt; quoniam tales, et facile, et indifferenter lacerant et criminantur recte et pie viventes. Ideo suspicio eorum discutienda est primo et corrigenda. Neque accusatoribus suspectis, et de inimicorum domo prodeuntibus credendum.

12. Quod non aliæ metropolitanæ Ecclesiæ, vel primates sint, nisi illi, qui prius primates erant, et post Christi adventum auctoritate apostolica et synodali, primatum habere meruerunt. Reliquæ non primates, sed metropoles vocentur, eorumque episcopi non primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruantur.

13. Infames esse censemus omnes, qui suam aut Christianam prævaricantur legem, aut canonicam postponunt auctoritatem.

14. Salvo in omnibus Romanæ Ecclesiæ privilegio, nullus metropolitanus absque cæterorum omnium comprovincialium episcoporum astantia, aliquorum ex illis causas, quia irritæ erunt, imo et causam in synodo pro facto dabit.

15. Alienis erroribus sociatum, vel a sui propositi tramite recedentem, aut sacris canonibus inobedientem, suscipere non possumus. Nec impetere recte credentes, vel sanctorum Patrum sanctionibus obtemperantes permittimus.

16. Peregrina judicia generali sanctione prohibemus. Quia indignum est ut ab exteris judicetur, qui provinciales et a se electos debet habere judices.

17. Salva apostolicæ Ecclesiæ auctoritate, nullus episcopus extra suam provinciam ad judicium devocetur, sed vocato eo canonice, in loco omnibus congruo, tempore synodali, ab omnibus comprovincialibus episcopis audiatur, qui concilium super eum, canonicamque proferre debent sententiam. Quoniam si hoc minoribus, tam clericis quam laicis, concessum est, quanto magis de episcopis servari convenit! Nam si ipse metropolitanum, aut judices suspectos habuerit, aut infensos senserit, apud primates diœceseos, aut apud Romanæ sedis pontifices judicetur.

18. Nemini de se confesso credi potest super crimen alienum. Quoniam ejus atque omnis rei professio periculosa, et admitti adversus quemlibet non debet.

19. Incerta nemo unquam pontificum judicare præsumat. Quia quamvis vera sint, non tamen c[illegible]

[88] Matth. XVI, 19.

denda, nisi quæ manifestis judiciis comprobantur, A nisi quæ manifesto judicio convincuntur, nisi quæ judiciario ordine publicantur.

20. Criminationes majorum natu per alios ne fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni et irreprehensibiles apparuerint, et actis docuerint publicis omnium se carere suspicione atque inimicitia, et irreprehensibilem fidem atque conversationem ducere.

21. Et provincialis synodus retractetur per vicarios urbis Romæ episcopi, si ipse decreverit.

22. Placuit ut a quibuscunque judicibus ecclesiasticis ad alios judices ecclesiasticos, ubi est auctoritas major, fuerit provocatum, audientia non negetur.

23. Si quis metropolitanus episcopus, nisi quod B ad suam solummodo propriam pertinet parochiam, sine consilio et voluntate omnium comprovincialium episcoporum aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit, et quod egerit, irritum erit et vacuum. Sed quidquid de comprovincialium episcoporum causis, suarumque Ecclesiarum, et clericorum, atque sæcularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprovincialium agatur pontificum. Non aliquo dominationis fastu, sed humillima et concordi administratione, sicut Dominus ait : *Non veni ministrari*, **606** *sed ministrare* [89]. Et alibi : *Qui major est vestrum, erit minister vester* [90], et reliqua. Similiter et ipsi comprovinciales episcopi cum ejus con- C cilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant juxta sanctorum constituta Patrum, et uno animo, uno ore, concorditer sancta glorificetur Trinitas in sæcula.

24. Caveant judices Ecclesiæ, ne absente eo cujus causa ventilatur sententiam proferant, quia irrita erit, et rationem pro actione reddent in synodo, et, ut proditoris calumnia, nec eorum postea vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere, quam ille qui injuriam ejusque sustinuit nequitiam.

25 Si quis super quibuslibet criminibus clericum pulsandum crediderit in provincia, in qua ille consistit qui pulsatur, suas exerceat exactiones. Nec existimet qui eumdem accusat, alibi, aut longius D protrahendum ad judicium. Illi vero qui pulsatus fuerit, si judices suspectos habuerit, liceat appellare.

26. Primates accusatum discutientes episcopum, non ante sententiam proferant damnationis, quam apostolica freti auctoritate, aut reus per seipsum, aut per innocentes et canonice examinatos regulariter testes convincatur.

27. Irritam esse injustam episcoporum damnationem, idcirco a synodo retractando retractandam, ita ut oppresso ab omnibus in cunctis subveniatur causis.

28. Detractores, qui divina auctoritate eradicandi sunt, et fautores inimicorum, ab episcopali submovemus accusatione. Similiter ne summorum quispiam minorum accusationibus impetatur aut dispereat, neque in re dubia certa detur sententia, nec ullum judicium, nisi prudenter habitum teneatur.

29. Plura de his ideo hic non inseruimus, ne vacuare, vilemve facere prædictam synodum videremur, aut fastidium legentibus audientibusque prolixa faceret epistola. Si quis autem de his ampliora atque abundantiora scire voluerit, in sacro nostro sedis Ecclesiæ scrinio, et ea quæ prædiximus, invenire poterit : verum me dicere, testis est Divinitas. De receptione vero sedis, et sacerdotii, atque honoris, quæ dixistis Athanasium absque concilii decreto suscipere, non ita invenimus sicut calumniati estis. Sed quorumdam episcoporum concilio atque decreto recepit suum, quod injuste perdiderat, sacerdotium, ac resedit in sede. Quod cum scripsistis, non posse eum a pauciore numero episcoporum restitui, quam depositus fuerat, non ita est. Nec hæc regula orthodoxorum sanctæ Ecclesiæ est episcoporum, sed Arianorum, sociorum videlicet vestrorum hæc adinventio, ad perditionem orthodoxorum episcoporum contexta est. Nam, ut vobis a veracibus est testibus relatum, quando Antiochiæ pro damnatione fidei de consubstantialitate prolata fuistis congregati, odio prædicti Athanasii hanc regulam protulistis, quæ nullas habet vires, nec habere poterit. Quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc concilium actum est, nec Romanæ Ecclesiæ legatio interfuit. Canonibus præcipientibus, sine ejus auctoritate concilia fieri non debere, nec ullum ratum est aut erit unquam concilium, quod non fultum fuerit ejus auctoritate.

30. Igitur de fuga, super qua Athanasium reprehenditis, non recte agitis, cum ipse Dominus mandatum hoc nobis dederit : *Cum persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam* [90*]. Et ipse Dominus per semetipsum exemplum nobis demonstravit. Pharisæi concilium fecerunt adversus eum, ut eum occiderent : *Sciens autem Jesus, discessit inde* [91]. Et alibi : *Tulerunt lapides Judæi, ut mitterent in eum. Jesus autem abscondit se, et exivit de templo* [92]. Et : *Transiens per medium eorum abivit, et ita discessit* [93]. Necnon et discipuli propter metum Judæorum recesserunt, celantes semetipsos. Et Paulus in Damasco a principe quæsitus gentis, de muro in sporta positus est, et manus quærentis effugit [94]. Et alii quamplurimi et innumerabiles sancti, tam in Veteri Testamento, quam in Novo, fugisse leguntur. Si ergo fugam improperatis fugientibus, erubescite potius persequi, et quiescite insidiari, quiescentque continuo fugientes. Nam sive perimatis eos, mors contra vos semper exclamat : sive rursus exsilia superponatis, ubique in vos mali memoriam destinare nosci-

[89] Matth. xx, 28. [90] Matth. xxiii, 11. [90*] Matth. x, 23. [91] Matth. xii, 15. [92] Joan. viii, 59. [93] Luc. iv, 30. [94] II Cor. xi, 33.

mur, et illi patiendo sibi proficiunt, unde et Dominus A ait : *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere ; sed potius eum timete qui potest corpus et animam perdere in gehennam* [95]. Multos enim cognovimus pessimis machinationibus injuste depositos. Ideo summopere mihi, cui vice apostolorum principis universalis Ecclesiæ cura commissa est, providendum, auxiliante ipso summo apostolo, ne deinceps talia fiant. Nempe huic sanctæ sedi præfata privilegia ideo specialiter sunt concessa, de congregandis conciliis, tam de judiciis ac restitutionibus episcoporum, quam de summis Ecclesiarum negotiis, ut ab ea omnes oppressi auxilium, et injuste damnati restitutionem sumant, et talia ab improbis, ne præsumantur absque ultione, nec exerceantur absque sua damnatione. Non ergo recte B egistis, quod prædictos fratres calumniati estis, dicente Domino : *Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum* [96]. Non recte egistis quod nobis inconsultis concilium celebrastis, eosque ad concilium vocastis, et damnare præsumpsistis, canonibus, ut præmissum est, jubentibus nihil ex his absque hujus sanctæ sedis auctoritate fieri debere. Non recte egistis, quod regulariter a nobis ad concilium vocati distulistis. Non recte egistis, quod de his rationem reddere, ut vestra erga eos, aut probaretur recta sententia, aut improbaretur, non venistis. Nec rationalem mandastis causam propter quam hæc renuistis. His ergo omnibus perpensis, manifestum est vos reos exsistere, et illos innocentes remanere, et vos recte excommunicatos, illosque juste C liberari. Noluit namque Dominus tam leviter suos tractari ministros, sicut facitis, aut a vobis damnari : sed, sicut memoratum est, ab hac sancta sede, cui commissi sunt, aut suo reservari judicio. Ait enim : *Qui vos contristabit, me contristabit* [97]. *Qui fecerit vobis injuriam, recipiet id quod inique gessit* [98]. Et quanta pœna exspectet eos qui Domini scandalizant discipulos, Evangelium sufficienter exponit, ubi de scandalizantibus discipulos loquitur. Nam quod a vobis non sint damnandi, sed aut ab hac sancta, ut præfatum est, sede, aut sibi reservandi, ipse manifeste dat exemplum, quando peccantes sacerdotes, quorum locum modo in sancta Ecclesia episcopi tenent, non per alium, *sed per se-* D *metipsum vendentes et ementes ejecit de templo, et mensas nummulariorum primo evertit flagello, et ejecit de templo* [99]. Et ipse alibi ait : *Dominus stetit in Synagoga deorum, in medio autem deos discernit* [1]. Et reliqua talia, hisque similia. Et alibi idem ipse ait : *Nolite judicare, ut non judicemini. Nolite condemnare, ut non condemnemini. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini* [2].

31. Quapropter non tam temere, ut vos facitis, quisquam suam præsumat evomere iniquitatem, sed judicantem oportet cuncta rimari, et ordinem rerum plena inquisitione discutere. Nec de illis quæ inconcessa sunt, ullo modo judicium præsumere, interrogandi ac proponendi audiendique patientia præbita **607** ab eo, ut ibi actio partium limitata sit pleniter. Nec prius litigantibus sua velit sententia obviare, quam illi peractis omnibus, jam nihil amplius habuerint in quæstione quod proponant. Nec oportet quemquam judicari aut damnari antequam suos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat spatiosum ad abluenda crimina.

32. Simile in jam fata synodo statutum est, ut ultra provinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur, nisi ad hanc apostolicam fuerit sedem provocatum. Ad quam omnes qui voluerint, libere et absque ullo impedimento in quibusdam agendis confluere debent.

33. Similiter in præfixa synodo est decretum, ne suspecti, infames, vel criminosi, aut gratiosi, aut calumniatores, vel affines, aut scelerati, aut facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales qui omni careant suspicione. Quia columnas suas Dominus firmiter stare voluit, nec a quibuscunque agitari.

34. Similiter fata statuit synodus, ut nullum sententia non a suo judice dicta constringat. Judices autem alii esse non debent, nisi quos ipse qui impetitur elegerit, aut quos suo cum consensu hæc sancta sedes, aut ejus primates, auctoritate hujus sanctæ sedis delegaverint. In his autem et aliis, quæ tam in hac sancta sede, quam et ab apostolis eorumque successoribus sunt statuta, nihil præfatis episcopis concessistis, sed vim eis inferentes, injusteque, ut superius commemoratum est, eos damnantes, aliquos absentes expulistis, quod omni Christianæ religioni est inimicum. In quibus apparet quod nec Domino sua servastis jura, nec huic sanctæ matri et apostolicæ Ecclesiæ, quæ, ut præscriptum est, suo judicio, aut huic sedi voluit reservari, ne a tam pravis, sicut estis, hominibus damnarentur aut ejicerentur. In his omnibus vos stultos et prævaricatores Evangeliorum et canonum esse, nulli sane sapientum est absconditum.

35. Nec his contenti estis in vestra prævaricatione, sed etiam prius expulsos eos et suis exspoliatos rebus vocastis atque damnastis, cum nullus regulariter damnandus sit, nisi fuerit restitutus, et sua omnia ei legibus sint integerrime restituta. Est namque in sæpe jam dicta sancta synodo ab omnibus unanimiter decretum, et auctoritate apostolica roboratum, ut si quis episcoporum suis fuerit rebus exspoliatus, et in accusatione pulsatus, ordinatione pontificum oportet et decet sanctum propositum prima fronte certare; ut omnia quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, legaliter primo potestati ejus ab honorabili concilio redintegrentur, et præsul regulariter prius

[95] Matth. x, 28. [96] Levit. xix, 15. [97] Luc. x, 16. [98] Coloss. iii, 25. [99] Matth. xxi, 12. [1] Psal. lxxxi, 1. [2] Matth. vii, 1, 2.

statui pristino reddatur, et ipse depositis ordinatisque rebus suis, tunc ad tempus veniat ad causam. Et si ita juste videtur, accusantium propositionibus respondeat. Quare ergo transgressi estis terminos Patrum, judicantes et damnantes eos quos non debuistis? Quare judicastis eos quos non regulariter approbastis, quod in Regnorum libro scriptum est: *Non quomodo videt homo, videt Deus, quia homo videt in facie, Deus autem in corde videt*[a]. Et in Paralipomenis: *Omnia corda scrutatur Deus, et omnem cogitationem novit*[b]. Et alibi scriptum est: *Non potest humano condemnari examine, quem Deus suo reservat judicio*[c]. Hæc omnia summopere præcavenda sunt, nec accusatio episcoporum facile est recipienda, dicente Domino: *Non suscipias vocem mendacii*[6]. Et Apostolus inquit[7], adversus presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de presbyteris, vel cæteris fidelibus sunt præcavenda, quanto magis de episcopis? Quibus cognitis, magis vos dominari velle manifestum est, quam consulere fidelibus, aut sustentare eos. Quia honor inflat ad superbiam et quod provisum est ad concordiam, tendit ad noxam. Decuerat namque vos juxta præfatas regulas, si aliquid egissent contra suum ordinem, mandare nobis et exspectare quid ad vestra consulta rescriberemus, in tantum ut si etiam quidquam grave intolerandumque commisissent, nostra exspectanda censura, et nihil prius aut aliud decernere, quam quod nobis placere cognovissetis, ita ut a regulis præstitutis nulla aut negligentia aut præsumptione recederetis. Cesset hujusmodi pressa auctoritate præsumptio, vitentur hujusmodi nocumenta, quia nequaquam talia patienter ferre possumus machinamenta. Quoniam convenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Merito namque nos causa respicit, si silentio faveamus errori.

36. Est insuper in prædicta sancta Nicæna synodo statutum, ut nemo anathema in nostra suscipiatur accusatione, nec illi qui nos in sua noluit recipere querela vel accusatione: cum nos super illos sciamus a Domino constitutos, non illos super nos. Et sicut major non potest a minore judicari, nec ita colligari, quia ratum est omne quod magnum est. Portamus onera omnium qui gravantur; quinimo hæc portat in nobis beatus apostolus Petrus, cujus vice fungimur legatione, et cujus regula informamur, quatenus ejus fulti auxilio, ab omnibus nunc et in perpetuo tueamur adversis. Data Kal. Novembris, Feliciano et Maximiano viris clarissimis consulibus.

Epistola Athanasii et Ægyptiorum ad eumdem papam de oppressionibus Arianorum.

Domino beatissimo, et honorabili sancto Patri Liberio papæ, Athanasius, et universi Ægyptiorum episcopi, in unum synodice apud Alexandriam congregati.

(44) Vestræ beatissimæ paternitatis jura penes Deum sint manifesta, dum prædicationibus scilicet apostolicis, et doctrinis veræ fidei cultura universa repleta sit terra. Per divinorum tamen eruditionem eloquiorum, vestra instruente admonitione exhortatoria, superædificatur orthodoxa Christi Ecclesia, apostolica institutione fundata, et a fidelibus Patribus firmissime roborata. Ad quam omnes beatissimi apostoli, pari honoris et potestatis consortio præditi, populorum agmina convertentes, pie sancteque de tenebris ad lumen, de lapsu ad veram fidem, de morte ad vitam homines divinæ prædestinationis gratia præscitos, salutaribus præceptis ac monitis perduxerunt. Quorum sanctorum apostolorum vestra fraternitas honoranda sequens merita, et perfectius implens exempla, Ecclesiam Dei morum probitate et actuum sanctitate condecorat, et fide sacra, Christianisque moribus augens, quæ fieri Deo placita præcipit, studiis pontificalibus indesinenter operatur et perficit, servans legis divinæ mandata: *Quia non legis auditores, justi sunt apud Deum*, sicut narrat Apostolus, *sed factores legis justificabuntur*[8]. Nos enim hæc meditari cupientes, et ea quæ a sancta sede vestra, apostolorum eorumque successorum prædicatione **608** suscepimus, atque quæ in Nicæna synodo roborata cognovimus prædicare, et Arianorum blasphemias, atque aliorum hæreticorum repellere: qui quotidie ab his persequimur, et damnationi tradimur, atque morti destinamur. Qua de re precamur, ut vestris exhortationibus, tam per vos quam et apocrisiarios vestros adjuvemur, ne, dum illi crescunt et nos minuimur, vera fides destruatur, et eorum hæresis ultra fidem nostram crescat. Quoniam timeo ut, postquam abundaverit iniquitas, refrigescat charitas multorum[9]. Pro qua re, multa vestræ sacræ doctrinæ, tam apud Deum quam apud cunctos fideles, merces et laus reposita est, si vestra resecentur auctoritate. Nostram enim fidem, quam a sanctis Patribus accepimus et tenemus, atque docemus, subter inseruimus. Ut si aliquis vobis aliter nos credere, aut docere, aut accusando, aut mussitando retulerit, vel detrahendo scriptis mandaverit, per hanc manifeste nos ita credere et docere agnoscatis. Credimus namque in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium, necnon et invisibilium conditorem. Et in unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium

[a] I Reg. XVI, 7. [b] I Paral. XXVIII, 9. [c] I Cor. IV, 3. [6] Exod. XXIII, 1. [7] I Tim. V, 19. [8] Rom. II, 13. [9] Matth. XXIV, 12.

(44) Vide Victoris Carthaginensis epist. ad Theodorum papam.

Dei natum ex Patre unigenitum, hoc est, ex substantia Patris : Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non creatum, homousion, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ. Per quem omnia facta sunt, cœlestia et terrestria. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est, et homo factus, passus est, et resurrexit tertia die. Ascendit in cœlum, inde venturus judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat tempus quando non erat : et, Priusquam nasceretur non erat : et, Quia ex nullis subsistentibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia, dicunt esse convertibilem, atque mutabilem Filium Dei : hos anathematizat catholica et apostolica Ecclesia. Hanc venerabilem fidem trecenti quidem decem et octo, et cognoverunt et amplexi sunt, et consonantes et unanimes scriptis exclamaverunt. Sed modo, quoniam contra hæc ex nostris talia exsurgunt, qualia non debent, venite et vos, dilectissimi fratres, cum Deo, et descendamus ad visitationem, id est, inquisitionem sermonum eorum, et confundamus per approbationem verissimam ibidem linguas eorum elevatas contra scientiam unigeniti Filii Dei, iniquitatem in altitudinem humanitatis ejus loquentes : *Dirumpamus vincula eorum*, per gladium spiritualem, quod est Verbum Dei, *et projiciamus a nobis jugum ipsorum* [10], per expugnationem profani sensus illorum. Tunc etenim ipse quoque *Dominus irridebit eos, et subsannabit, et tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos* [11]; secundum beatum Jeremiam, dicens : *Falso prophetæ isti vaticinantur in nomine meo. Non enim misi eos, et non præcepi eis, neque locutus sum ad eos : visionem mendacem, et divinationem, et fraudulentiam, et seductionem cordis sui prophetant vobis. Ideo hæc dicit Dominus de prophe-*A *tis qui prophetant in nomine meo mendacium : erunt projecti in viis Jerusalem, et conculcatio omnium pie confitentium me, et non erit qui sepeliat eos* [12]. Nemo enim abscondere potest quibusdam subreptionibus commendatitiis, sicut nec foliis fici antiquus transgressor præcepti Adam potuit, qui per propriam linguam inverecunde nudatur : *Laqueus enim fortis viro labia ejus, et captus propriis sermonibus, et opera manuum ejus, retributio autem laborum ejus dabitur ei, et impietatis reprehensio* [13]. *Arguam te*, inquit, *et statuam contra faciem tuam, existimasti inique, quod essem tibi similis* [14]. *Propterea*, sicut dicit Dominus ad Gedeon, *deponamus eos ad aquam veræ discretionis, et probemus eos ibi regulari examinatione in idipsum pronos corruentes* [15], B per ostensionem pravi intellectus eorum, utrum ne sint apud se sapientes divini verbi scientiam ignorantes. Quoniam dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam [16] catholicæ Ecclesiæ propria novitate, sive per ea quæ illicite in ejus defensione gesta sunt, hæreticam turbulentiam introducentes, illud competenter ad nos retinentes, quod bene ad Jesum Filium Sirachi dictum est : *Usque ad mortem certa pro veritate, et Dominus pugnabit pro te* [17]. Hujus rei gratia universalis vobis a Christo Jesu commissa est Ecclesia, ut pro omnibus laboretis, et cunctis opem ferre non negligatis : *Quia, dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet* [18] C Ideoque tanta urgente necessitate, summopere comprimite vestra summa auctoritate infestos, relevate oppressos, ut absque gravi, Domino opitulante, difficultate, ipsi gratanter omni tempore sacrificare mereamur illæsi. Et subscriptio : Æterna te servet Divinitas, per multos annos, sanctissime Patrum Pater. Amen.

Rescriptum Liberii papæ ad eosdem.

Dilectissimo filio Athanasio, et omnibus in unum congregatis, et de Trinitatis fide recte sentientibus Ægyptiorum episcopis, Liberius papa.

(45) Olim et ab initio tantam percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem pro universali Ecclesia ad rectam defendendam fidem, quatenus nulli liceat statum sanctæ Ecclesiæ commovere ad læsionem recte credentium, absque sui periculo honoris. Epistolam siquidem vestram nobisque directam, ante nos recitari fecimus, tribulationes et persecutiones, quas pro recta fide patimini, intelleximus. Super quibus et nos una vobiscum condolemus, et laborare pro vobis, ut pater pro filiis, parati sumus. Fidem vero Nicæni concilii in eadem epistola rectam reperimus, super qua et Deo gratias uberrimas retulimus. Pro qua non solummodo persecutiones et passiones sustinere vobiscum parati sumus, sed etiam si necesse fuerit, mori pro Christi nomine, in quantum nostra sinit fragilitas, non respuimus. Igitur prædictum sanctum, ut legimus, concilium definivit Nicænum, D (46) aliam fidem nulli licere proferre aut conscribere, vel componere, aut sapere, vel docere aliter, nec quidquam in fide sentire aut proferre, quod his Patrum regulis possit obviare. Qui autem præsumpserit aliam fidem componere, aut proferre, vel docere, aut tradere aliud symbolum, ad viam veritatis converti desiderantibus de quacunque hæresi, vel ex Judæis aut paganis Christianos se fieri volentibus; hi si episcopi fuerint aut clerici, alienatos qui-

[10] Psal. II, 3. [11] ibid. 4. 5. [12] Jerem. XIV, 14-16. [13] Prov. VI, 2, 3. [14] Psal. XLIX, 21. [15] Judic. VII, 4. [16] Rom. I, 22, 23. [17] Eccli. IV, 33. [18] Luc. XI, 21.

(45) Leo, epist. 24.

(46) Ex conc. Lateran. anno 649, multa.

dem episcopos ab episcopatu, clericos a clero. Si 609 vero monachi, aut laici fuerint, anathemate feriri. Protestatur enim beatus Apostolus, dicens: *Si quis certat, non coronatur, nisi legitime certaverit* [19]. Et iterum Dominus ait: *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* [20]. Videlicet certaminibus sacris propositis nobis, pro defensione catholicæ Ecclesiæ, magnaque salute ex hoc sperata ab omnium bonorum datore Deo, non deficiant manus nostræ, dilectissimi fratres, per occasionem cujuslibet desidiæ dissolutæ, sed fratres efficiamur per gratiam Domini, atque virtutem potentiæ ejus: *Quoniam perfecit pedes nostros tanquam cervorum, et super excelsa* firmius statuit [21], per intellectum summæ ejus humanitatis propter nostram salutem, maxime tamen habentes impositam sanctorum testium nubem: *Deponentes ergo omne pondus, et circumstantem adversariorum novitatem, per patientiam curramus aspicientes in auctorem fidei, et consummatorem Jesum* [22], qui, proposito nobis propter eum negotio, Spiritum suæ veritatis condonet loquentem in nobis, atque perhibentem magnalia fidei, per doctrinam sanctorum Patrum, quos adversarii calumniantur quotidie. In prophetis namque habetur: *Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor Justus ejus, et Salvator ejus ut lampas accendatur* [23]. Profecto catholica Ecclesia, quæ vera consistit Sion, et civitas Christi cœlorum regis, per annorum spatia expugnata ab adversantibus verbo fidei, qui neque Deum timent, neque hominem reverentur, sed incassum perducentibus pias et canonicas de hoc verbo doctrinas, dum a diversis tantisque scripto, et sine scripto, contestationibus invitati fuissent corrigere propriam et a se pellere hæresim. Sicuti et per anteriorem cognitionem luculentius demonstratum est, tam per libellos, quam per suggestiones reverendissimorum sacerdotum, et venerabilium abbatum, Apostolo protestante nobis, *ut hominem hæreticum, post primam et secundam correptionem, evitare debeamus. Scientes, quia subversus est hujusmodi, et deliquit proprio judicio condemnatus* [24]? Nullo modo oportet nos deinceps tacere aut quiescere, ne quoquo modo iniqui judicemur, odibilem Deo partem amplectentes. Quoniam scriptum est: *Zelavi in peccatoribus pacem peccatorum videns* [25]. Et dicatur etiam de nobis: *Sacerdotes mei contempserunt meam legem, et polluerunt sanctuaria mea, inter sanctum et profanum non habuere distantiam, et inter pollutum et mundum non intellexerunt* [26]. Sed consurgere nos convenit cum Deo, consistere prompte, induentes arma Spiritus adversus malignantes contra fidem ejus, ut approbemus Spiritus sapienter, id est, verba eorum, si ex Deo

A sunt. Scriptum est enim in Jeremia: *Probatorem dedi te in populo meo robustum, et scies et probabis viam eorum* [27]. Multa namque nobis necessaria est vigilantia, et tanta divinæ sapientiæ rimatio, quæ occulta tenebrarum revelat ad requisitionem hujusmodi rei, et scrutationem, quæ latet quodammodo et absconditur, vixque comprehenditur, dolosa existens malitia, pro eo quod sibi pietatem callide blandiatur, ut valeat scrutantium mentem latere. Quod utique sciens beatus Apostolus, ait: *Nam hujusmodi pseudoapostoli, et operarii subdoli*, transfigurant se *in apostolos Christi* [28]. Sed non mirum, quoniam et *ipse Satanas transfigurat se velut angelus lucis* [29]. Et ideo non mirum si non ministri ejus transfigurantur, velut ministri justitiæ, quoniam B finis secundum opera eorum. Sed et Dominus in hoc præmuniens nos, ait: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimento ovium*, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos* [30]. Ergo in idipsum ex toto corde ferentes ante omnia super tali quæstione deprecationem, et dicentes cum David: *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua. Lucerna* enim *pedibus meis verbum tuum, Domine, et lumen semitis meis* [31], quoniam ipsius est, sicut ait beatus Daniel propheta: *Sapientia et fortitudo dat sapientiam sapientibus, et scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse revelat profunda et abscondita, et novit in tenebris constituta, et lux cum eo est. Quia sapientiam*, inquit, *et fortitudinem dedisti mihi, et ostendisti* C *mihi, quæ rogavi te* [32]. Cum ope divina uniuscujusque personæ descripta, eorum qui pro novitatis commento accusati de venerabili nostro scrinio obsecundantibus, et nobis ordinabiliter offerentibus, solertius intendamus, ita ut qui hæc præsumpserint prævaricati, primum quidem subjaceant judicio terribili omnipotentis Dei, deinde autem qualemcunque regalem indignationem revereantur. Per quam siquidem episcopi, aut clerici fuerint, a sui sacerdotii, sive a sui cleri ordine modis omnibus excidant. Sin autem monachi sunt, segregentur, et alieni sint a suis locis. Sin autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur eis. Quod si privati, si quidem nobiles D consistunt, suarum substantiarum proscriptionem patiantur. Sin autem ignobiles consistunt, non solum in corpore verberentur, sed exsilio perpetuo castigentur, ut omnes timore Dei compressi, et comminata eis digna supplicia reverentes, immobilem et sine turbatione pacem sanctarum Dei Ecclesiarum custodiant. Data VIII Kal. Junii, Asclepio et Deodato venerabilibus coss. Explicit. Gloria Christo Jesu Domino nostro. Pax vobis. Amen.

[19] II Tim. II, 5. [20] Matth. X, 22. [21] Psal. XVII, 34. [22] Hebr. XII, 1, 2. [23] Isa. LXII, 1. [24] T[it.] III, 10, 11. [25] Psal. LXII, 3. [26] Ezech. XXII, 26. [27] Jerem. VI, 27. [28] II Cor. XI, 13. [29] ibid. 1[4]. [30] Matth. VII, 15, 16. [31] Psal. CXVIII, 18, 105. [32] Dan. II, 21, 22.

Epistola Ægyptiorum pontificum ad Felicem de infestationibus Arianorum

Domino ter beatissimo, et honorabili sancto Patri Felici sanctæ sedis apostolicæ urbis Romæ papæ; Athanasius, universi Ægyptiorum, Thebaidum et Libyorum episcopi, in sancta Alexandrina synodo gratia Dei congregati.

Vestro sancto suggerimus apostolatui, ut nostri, more solito, sollicitudinem gerere dignemini, juxta vestram prudentissimam sapientiam, quæ omnibus luce clarius manifesta est, quia apostolicis vestra beatitudo visceribus commota, super tribulatione nostra, nos omnes hortata est ad tuitionem catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ, in unum convenire, et de nostra canonice oppressione et unanimiter tractare, dum constat nos una cum beato Paulo apostolo eadem compassibiliter dicere : *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror* [33]? Satagentes, ne aliqua de iis, quæ vobis creditæ sunt rationabilibus ovibus, a bestiis capiatur. Ideo, Pater beatissime, quia semper antecessores nostri, et nos a vestra apostolica sancta sede auxilium hausimus, et nostri vos habere curam novimus, præfatam **610** apostolicam et summam expetimus, juxta canonum decreta, sedem, ut inde auxilium capiamus, unde prædecessores nostri ordinationes et dogmata, atque sublevationes traxerunt. Ad eam quoque quasi ad matrem recurrimus, ut ejus uberibus nutriamur, quoniam non potest mater oblivisci infantem suum. Sic et vos nolite oblivisci nos vobis commissos. Quoniam non levibus nos inimici nostri implicuerunt, et quotidie facere moliuntur afflictionibus, et apprehendere, ac (47) ferris nos constringi minantur, nisi eorum consentiamus erroribus, quod nequaquam vobis inconsultis agere præsumimus. Canonibus quippe jubentibus absque Romano pontifice nos de majoribus causis nihil debere decernere. Ideoque ad propositum recurrentes, et ad bravium properantes, vestræ apostolicæ sedis imploramus auxilium. Quia, ut credimus, non despexit Deus preces cum lacrymis sibi oblatas servorum suorum, sed ob id vos prædecessoresque vestros, apostolicos videlicet præsules in summitatis arce constituit, omniumque Ecclesiarum curam habere præcepit, ut nobis succurratis, nosque tuentes, quibus omne episcoporum judicium est commissum, liberare ab hostibus nostris non negligatis. Nam scimus in Nicæna magna synodo trecentorum decem et octo episcoporum, ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere absque Romani pontificis sententia concilia celebrari, nec episcopos damnare, licet hæc et synodica capitula alia complura pernecessaria, ab hæreticis, qui nos quotidie infestant et perdere nituntur, ut facilius nos capere possint, sint incensa, nobisque sublata. Qua de re hac inventa occasione, indifferenter omni canonica et apostolica postposita auctoritate, nos vi a propriis, vobis inconsultis, illicite expellunt sedibus, ovesque nobis a Christo Domino apostolica commissas gratia, invadunt, gradibus privant : et quod pessimum est, et omnibus Christianis legibus inimicum, interficere decertant. Vos ergo ut semper vestræ sedi sanctæ consuetudo fuit, periclitantibus subvenite, oppressos roborate, tribulatis manum porrigite, taliaque prohibete, et leges imponite, ut apostolica doctrina, quæ in Deo est, cito ad victorum judicium perducere valeat nostrum, nosque apostolorum principe suffragante Petro, ab imminentibus periculis liberare (48). Novimus namque in jam fata Nicæna synodo generaliter esse decretum, ut nullus passim, vageque episcopos, aut præsumptive lacerare, aut accusare, et qui non sunt rectæ fidei vel bonæ vitæ, vel claræ conversationis, infamare præsumat. Sed prius si erga episcopos, vel auctores Ecclesiæ quisquam causam habuerit, eos cum charitate mansuete conveniat, ut ab eis vulnus unde agitur, recte sanetur. Aut ipse, si secus egerit, accusator excommunicetur. Quod si ab eis nihil recte valuerit percipere, tunc primo summos adeat primates, et ipsi tempore congruo canonice eos convocare debebunt. Qui si aut suis rebus exspoliati, aut a propriis sedibus ejecti, aut exsiliati, vel oppressi, aut inique tractati fuerint, primo eruantur, et canonice restituantur, atque omnia sibi sublata (49) integerrime eis legibus reddantur. Quoniam priusquam hæc fiant, ut in prædicto constitutum est concilio, nec canonice convocari, nec distringi a quocunque possunt. Quoniam nec sæculi leges hæc fieri permittunt, quanto minus ecclesiasticæ? Similiter et a supradictis Patribus est definitum consonanter, ut si quisquam episcopum, aut metropolitanum, aut comprovinciales, vel judices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellent sedem, cui ab ipso Domino potestas ligandi, ac absolvendi, speciali est privilegio super alios concessa. Ipsa enim (50) firmamentum a Deo fixum et immobile percepit, quoniam ipsam formam universorum titulorum lucidissimam Dominus Jesus Christus veram apostolicam constituit sedem. Ipsa est enim sacer vertex, in quo omnes vertuntur, sustentantur, levantur, et sicut in Christo Christiani, et in petra, id est Christo, Petrus, Petri renovantur Ecclesiæ : *Tu es* enim, sicut divinum veraciter testatur eloquium, *Petrus* [34], et super fundamentum tuum Ecclesiæ columna, id est, episcopi, qui Ecclesiam

[33] II Cor. XI, 29. [34] Matth. XVI, 18.

(47) Stephanus Dorensis ad Martinum papam.
(48) Habetur in epist. decret. Julii contra Orientales pro Athanasio.
(49) Adr. coll. 35.
(50) Sergius Cypri, epist. ad Theod. papam cons. II concil. Lateran.

sustinere, et propriis humeris portare debent, sunt confirmati. Tibique claves regni cœlorum commisit, atque ligare, et solvere potestative, quæ in terra et quæ in cœlis sunt, promulgavit. Tu profanarum hæresum, et impetitorum, atque omnium infestantium depositor, et princeps, et doctor, caputque omnium orthodoxæ doctrinæ et immaculatæ fidei exsistis. Igitur ne despicias Patrum tuorum, Pater, pietatem, bonamque intentionem. Et sicut illi Patres et prædecessores nostros a multis liberaverunt oppressionibus et angustiis, ita nos liberare digneris. Nam fuit semper vestræ sanctæ et apostolicæ sedi licentia, injuste damnatos vel excommunicatos, potestative sua auctoritate restituere, et sua eis omnia reddere, et illos qui eos condemnaverunt, aut excommunicaverunt, apostolico punire privilegio : sicut etiam nostris et antecessoribus cognovimus actum temporibus. Porro et ipsi primates, qui episcoporum et summorum ecclesiasticorum causas suscipere debent, in præfixa Nicæna synodo sunt dinumerati, ne in posterum ex hoc contentio orietur. (51) O sanctissime Pater Patrum, abscinde blasphemias et jactantiam vaniloquorum et insidiantium infestationes, nos et fratres nostros opprimentium, atque perdere volentium, qui ad vos quasi ad caput confugimus, ut vestro suffulti auxilio liberemur, et vobis nobisque Christi commissas oves a luporum ore, Domino adminiculante, antequam deglutiantur, rapiamus. Nec enim (52) fas est supplicum apostolicæ sedis scripto, aut sine scripto, preces oblatas despicere, sed ut condecet, et privilegium vestræ sedis est, et nos, et illi canonicaliter convocemur, et ante vos de nostris objectionibus canonice cum omni probitate concertemus. Sicut prædecessores nostri penes vestros fecerunt antecessores, et sicut canonica in prædicta sancta synodo docent constituta, et veluti paleati verbi per ventilabrum canonicæ examinationis plenam purgationem, in communi consistentes auditorio, de maturis et nutrientibus catholicæ Ecclesiæ dogmatibus, quæ confirmant cor hominis, per participationem paternarum consequamur institutionum. (53) Antiquis enim regulis sancitum est, ut quidquid, quamvis in remotis aut in longinquis positis provinciis, super episcoporum querelis aut accusationibus ageretur, non prius tractandum vel accipiendum esset, quam ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset pronuntiatio facta, qua infirmaretur, aut firmaretur. Indeque sumerent normam, unde Ecclesiæ sumpsere exordium prædicationis, ne passim ab insidiatoribus columnæ everterentur Ecclesiæ. Certum est enim eidem sanctæ sedi vestræ in honorem beatissimi Petri, Patrum decreta peculiarem decrevisse reverentiam Dei, pro rebus inquirendis atque determinandis, quas sollicite decet justeque ab ipso præsulum examinari vertice apostolico, cujus sollicitudo semper fuit et est tam mala damnare quam probare laudanda. Quoniam humillimum vestro apostolico culmini persolventes obsequium, ut ipse Dominus præcepit, et sanctorum decreta Patrum statuerunt, cum lacrymis suggerimus quod sine gemitu cordis reticere non valemus. Nam in tantum a persecutoribus sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisque inimicis persequimur, ut **611** magis nos vivere, quam mori tædeat. Unde præ omnibus fatemur, in tantum cor esse nostrum vulneratum, ut propheticum illum planctum expleamus, dicentes : *Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis nostris fontem lacrymarum, ut sedentes ploremus die ac nocte* [33] ? Ecce enim oves, quæ nimis infestantur, atque a pravis amoveri hominibus impelluntur. Christianorum vero voces ac gemitus episcoporum longe lateque resonant, novitates insurgunt, calumniæ crescunt, persecutio grassatur, perditio fit populorum. Vestrum est nobis manum porrigere, vobis enim commissi sumus, vestrum est nos defendere atque liberare, nostrumque est a vobis auxilium expetere, et vestris parere jussionibus. Pro nimio ergo dolore, atque gemitu omnium quæ nos infestant necessario recordari, vobisque significare nequimus. Ideo almum vestrum exoramus apostolatum, ut super his legem, quæ in memorata Nicæna synodo est promulgata, quamvis prædictorum insidiatorum, et aliorum malorum hominum, quo facilius episcopos Dei ministros valeant illaqueare, est suffocata, reparetis : et quæ necessaria fore cognoscitis, vestræ sanctæ sedis auctoritate nos cunctosque fratres informetis, ut malorum insidias hominum, vestra fulti auctoritate illæsi, Domino opitulante, evadere valeamus, quia insidias luporum prævidere, non ovium (54), sed pastorum est. Scimus enim quod id semper vestræ sedis præsules, primo apostoli, deinde successores eorum fecerunt. (55) Vos universalis Ecclesiæ, et maxime episcoporum qui oculi Domini propter contemplationem et speculationem vocantur, curam gerere, ac de revelatione et lege nostra assidue cogitare debetis, sicut scriptum est : *Beatus qui meditatur in lege Domini die ac nocte* [34]. Quæ meditatio, non lectione per figuram litterarum tantum conspecta, sed uberante in vobis Christi gratia in vestra cognoscitur conscientia immobiliter insita, et nullatenus de vestro corde recedente lege Christi Dei sacrosancta, sicut in Psalmis dicit Prophe-

[33] Jerem. IX, 1. [34] Psal. I, 2.

(51) Idem Sergius.
(52) Martinus papa, ibidem.
(53) PP. Afric. in ep. ad Theod. papam conc. Lateran. ann. 649.
(54) Conc. III Rom. sub Symmacho.
(55) Victor. Carth. ep. ad Theod. papam, unde multa huc invecta sunt.

ta: *Os justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur judicium, lex Dei ejus in corde ipsius* [37], non atramento, sed spiritu Dei vivi vestris in arcanis conscripta, neque in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, sicut beatissimi apostoli Pauli ad Corinthios missa nos docet Epistola. Quibus præmissis significamus Deo placitæ fraternitati vestræ die septimo Kalendarum Augustarum, indictionis quartæ, nostram humilitatem divina gratia, suo ut præcepit munere præveniente, vestris sanctis ac Deo dignis precibus, in sancta Romana Ecclesia pontificalis honoris accepisse consecrationem et stolam, in quo dignitatis fastigio ut Deo omnipotente altissimo regamur, et a malis omnibus liberemur. Ut non sacerdotale nomen tantum, sed Christi Domini nostri Dei protegente auxilio et meritum habeamus, vestris sanctis ac Deo acceptabilibus nos commendantes orationibus, poscimus quatenus et vestris deprecationibus pro nobis ad Deum effusis muniti, et eruditionibus bonis instructi, digni efficiamur cum omni nobis populo Christiano commisso illæsi, protegi velamento divino. Ad salutationem ergo vestræ sanctæ et honorandæ fraternitatis, vice nostra, Benedictum humilem nostrum fratrem vestrum episcopum, et Alexandrum presbyterum, Crispinum quoque diaconum, vestros famulos destinavimus. Propter quos postulamus celerius nobis a vestra beatitudine persolvi, ut vestris cohortationibus roborati, vestris regulis, inimicis videlicet compressis, informati, ad proprias prudenter consolati valeamus ecclesias ante hiemem Domino propitio remeare. Vestrum est quippe, Pater sanctissime, canonica instructione sollicite ecclesiasticæ regulæ adversantibus, et fratrum insidiatoribus obviare, nec permittere noviter dici quod Patrum venerabilium auctoritas omnino non censuit. Nos enim humiles corde, sapientes, adjuvante Domino, quæ recta sunt uno vinculo charitatis vobiscum sumus constricti, veram fidem ac religionem catholicam in omnibus fortiter defensantes. Studiosius itaque a Catholicis improbis probe resistere nitendum est, ne torpentes, desidia oppressi, culpæ taciturnitatis teneamur obnoxii, et quasi favorem impendentes judicemur. Unde dictum est: Negligere, cum possis deturbare perversos, nihil aliud est quam fovere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare. Manifesta est, Doctor sanctissime venenosa serpentum sine simplicitate astutia, dum manifesta est dolosa inimicorum fallacia. Succurrite, quæsumus, oppressis, liberate nos de manu persequentium, ut cum beato Job cantetis: *Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum, justitia indutus sum, et vestivi me, sicut vestimento et diademate, judicio meo. Oculus fui cæco, et pes claudo. Pater eram pauperum, causamque quam nesciebam, diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, et de dentibus eorum auferebam prædam* [38], et reliqua. Nos enim, quos tua maxima exspectat cura, id est, episcopi omnes, præcipue tuum debemus mereri judicium, et non ab aliis devorari. Merito ergo nos sacerdotes Domini causa respicit, si silentio (56) faveamus errori. Si quidem corripiantur hujusmodi, nec sit liberum eis pro voluntate habere judicium, desinatque novitas incessere vetustatem, desinat Ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Nam omnes metropolitani, vel reliqui episcopi, sua odia aut vindictas in reliquos episcopos exercere non valeant. Ideo nominatim in Nicæna synodo expressi sunt primates, qui reliquos episcopos audire et judicare debeant, ne ulla fraus in judicio episcoporum possit irruere. Vos ergo qui in summo speculo gratiæ Dei estis depositi, attendere eos, et opprimere oportet, qui in fratres seditiones (57) et scandala excitant. Ideoque exoramus, ut minime despiciatis humilitatis nostræ, et omnium Orientalium orthodoxorum sacerdotum, et populorum afflictiones et damnationes, cum lacrymis oblatas. Sed sicut luminaria universo mundo, verbum vitæ retinentes, introductas exstinguite tenebras nefandissimorum insidiatorum, temporibus etiam nostris procaciter germinatas: quatenus funditus exstincta hujusmodi caligine, lucifer nobis resplendeat per vos, sanctissime Pater, et dogmatica definitio ubique omnes lætificans, qua gloriosi sancti Patres per propria piissime dogmata in æternæ vitæ firmam hæreditatem prædicasse noscuntur. Et subscriptio: Incolumem te, et beneplacitum Deo, sanctissime Pater Patrum, orantem pro nobis Dominus custodiat in ævum. Amen.

Rescriptum Felicis papæ ad eosdem.

612 Reverendissimis atque dilectissimis fratribus Athanasio, et universis Ægyptiorum, Thebaidum, Libyorumque episcopis in sancta Alexandrina synodo congregatis, Felix almæ Romanæ urbis et universalis Ecclesiæ episcopus, et sancta synodus, quæ in urbem Romam convenit, in Domino salutem.

Sacram vestram synodicam epistolam per gratiam Spiritus sancti, et Deo placitum studium conscriptam, vestræ a Deo honorandæ sanctitatis gratia libenter suscepimus, atque instanter nostra in synodo recitare per singula jussimus, et omnes intente ejus colligere verba præcepimus. Super quæ dum lætari sperabamus et cupiebamus, *versa est in luctum cithara nostra* [39], et cantatio in plorationem, et omnino totius synodi gaudium in mœ-

[37] Psal. xxxvi, 30, 31. [38] Job xxix, 13-17. [39] Job xxx, 31.

(56) Ex epist. 1 Cœlestini I ad Gallos.
(57) Stephan. Dorensis, ad synodum Lateranensem anno 649.

rorem translatum est, quia non decuerat, ut ii qui corpus (58) Christi quotidie proprio conficiunt ore, tantam paterentur persecutionem. Quoniam Dominus Deus noster salutem providens generis humani, mandavit persecutiones non fieri, neque fluctuationes inferri, aut invideri laborantibus in agro Domini, neque dispensatores magni Regis vexari, aut expelli. Quiescite, inquit sancta magna Nicæna synodus, et nolite persequi eos qui Deo perfecte ministrant, et sincera voluntate superni Dei mandata custodiunt, et nostris legibus subjugantur. Quia nec decet nec ordo patitur, ut iniqui et carnales spirituales persequantur. Omnis enim qui resistit alicui, nunc vertendo, nunc celando veritatem, mentitur adversus eum contra quem litigat. Et qui infestus est alicui, omnia sicut hostis agit, et insuper loqui contendit. Vos enim monemus fratres in speculis esse debere, ut in quantum esse potestis et Dominus auxilium dederit, talibus nostra apostolica vestraque auctoritate resistatis, nec quisquam vestrum a fratris auxilio se subtrahat, sed pro viribus adminiculum præstet. Quoniam licet pauci sitis, si unanimes fueritis, nullatenus, justitia suffragante, Domino quoque opem ferente, superabimini : *Quia funiculus triplex difficile rumpitur* [40]. Nam si officiis sæcularibus (59) humana lex subvenit, quanto magis ecclesiasticis, et Domini sacerdotibus, maximeque pontificibus, qui pupillæ oculorum Domini appellantur, divina atque canonica lex suffragari debet? Ait enim divinum de episcopis eloquium : *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei* [41]. Et si sæculares homines humana multipliciter explorantur lege, et requisitiones atque induciæ illis multorum mensium conceduntur, ne injuste damnentur; quanto magis episcopis, qui proximiores sunt Deo, et super eos sunt constituti, positique in cœlesti militia, quæ impensius ponderanda est, temporaque sunt concedenda multo ampliora, ne a quibusdam graventur aut opprimantur, vel subito damnentur. (60) Inspiciamus ergo, adjuvante Deo et sancto apostolo Petro, per quem et apostolatus et episcopatus in Christo cœpit exordium, quam plures sæpe emerserunt causæ, quæ in quibusdam non erant causæ, sed crimina. Quia magis, ut comperimus, iniquitate fratribus sunt impositæ, quam charitate. Et ut de cætero sollicitudo sit, ne talia deveniant, capitula quædam, quæ a sanctis Patribus, tam in Nicæna synodo, quam in hac sede constituta sunt, ponamus. Quibus fratres et coepiscopi nostri fulti, insidias inimicorum Domino auxiliante valeant evadere, et prout Dominus dederit posse, paucioribus (61) tantorum malorum verbis imitemur compendium, et strictim quæ in volumen litterarum vestrarum comperimus retractemus, et alia nonnulla instantis temporis necessaria prout petitis ponamus.

(62) 1. Est namque synodicis decretum institutis, ut nemo episcopum penes sæculares arbitros accuset, sed ad summos primates.

2. Si quis adversus episcopum causam habuerit, non prius alios episcopos adeat, ut eum accuset, quam familiariter ei suam indicet querelam, et ab eo justam emendationem, aut rationabilem percipiat excusationem, ipsa nos instruente veritate : *Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te non audierit, adhibe duos vel tres tecum. Et si non audierit, dic Ecclesiæ* [42], id est, accusa eum publice, et non privatim, et reliqua.

3. Si quis episcopum posthac elegerit accusare, summis primatibus episcoporum suam indicet causam, et non sæcularibus, qui magis ad pacem eos, quam ad judicium eos revocent, ut charitas in omnibus et ab omnibus custodiatur. Si primates accusatores episcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad synodum canonice convocatam, non infra angusta tempora canonice convocent, et non priusquam eis per scripta significent quid opponitur, ut ad responsionem præparati adveniant. Nam si aut vi, aut timore ejecti, aut suis rebus exspoliati fuerint, nec canonice evocari ad synodum possunt, nec respondere æmulis debent, antequam canonice restituantur, et sua eis omnia legaliter reddantur.

4. Si quis episcoporum suis fuerit rebus exspoliatus, aut a sua Ecclesia vi aut timore expulsus, quod omni Christiano nomini est inimicum, oportet et decet episcoporum præpositum semper prima fronte sollicitum esse, ut omnia, quæ ei ablata sunt, potestati ejus legaliter reddantur, et præsul prius restituatur. Et postea non statim, sed diu et per spatiosa tempora, suis potestative depositis, et ad suam necessitatem præparatis, ad tempus veniat ad causam. Et si juste visum fuerit, accusatoribus respondeat suis.

5. Nulli infami (64) atque sacrilego de quocunque liceat negotio, adversus religiosum Christianum, quamvis humilis servilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet actione vel inscriptione Christianum impetere.

6. Si quis episcopus legitime accusatus, et supradicto ordine ad concilium canonice convocatus fuerit, absque trepidatione ire debebit. Et si ire non potuerit (65), pro se legatum ad synodum mittat.

7. Nullæ causæ a judicibus ecclesiasticis audian-

[40] Eccle. IV, 12. [41] Zachar. II, 8. [42] Matth. XVIII, 15-17.

(58) Hieronym. epist. ad Nepotianum.
(59) S. Greg. ep. 120, l. VII.
(60) Innoc. ep. 2.
(61) Innoc. ep. 7.
(62) Carth. III, c. 9.
(63) Carth. IV, c. 26.
(64) Ex Aniano.
(65) Adr. c. 5 et 11.

tur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ esse noscuntur.

8. Si quis aliter non acquieverit, nisi ut episcopum accuset, supra taxato hoc tenore agere debebit, quia aliter rata non potest accusatio exsistere. Tunc primo accusati causam accusator (66) apud primates canonice deferat. Nam a communione prohibeatur accusatus, nisi ad electorum judicium canonice convocatus infra tres aut sex, vel plures menses pro suis rationem redditurus venire distulerit. Quod si probare potuerit quod voluerit, sed non potuerit **613** venire, nihil ei nocebit. Ille vero, qui vi, aut timore a sede pulsus, aut suis rebus exspoliatus fuerit, non prius vocetur ad synodum, quam ei omnia legibus redintegrentur (67). Et tandiu in sede propria pacifice et potestative cuncta disponens resideat, quandiu expulsus, vel exspoliatus carere visus est rebus. Cum autem ad judicium venerit, si voluerit et necesse fuerit, induciæ ei petenti a Patribus constitutæ absque impedimento concedantur, et judices a se electi tribuantur, ut in loco unde est ille qui accusatur, aut si alibi alicujus temerariæ multitudinis vim metuerit, locum sibi congruum eligat, quo absque timore suos, si necessitas expoposcerit, testes habere, et absque impedimento suam canonice sententiam finire valeat.

9. Quia multa per subreptionem evenire solent, (68) illis testificandi vel accusandi licentia denegetur, qui Christianæ religionis et nominis dignitatem et suæ legis vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita, neglexerint.

10. Multum derogatio prævalet, quando derogato creditur. Ideo variis detractionibus atque accusationibus non decet (69) labefactari primatem, sed magis Patrum regulis roborari, nec facile aut indifferenter suscipere accusationes præsumat, dicente Domino: *Non suscipias vocem mendacii* [43]; sed prius probare debet suspicionem et causam, aut quo animo hoc faciat et postmodum suscipere, quia veritatis professionem, propinquitatis, inimicitiæ, timoris, amoris, odii et cupiditatis intentio, impedire, et adversa fratribus irrogare solet.

11. (70) Personæ accusantium tales esse debent, quarum fides et conversatio et vita probabilis, et absque reprehensione sit, et quæ omni careant suspicione. Quia et hoc, te præsente, ut bene nosti, in Nicæna synodo, propter malorum hominum infestationem ab omnibus est definitum, licet pravorum hominum insidiis sint hæc et alia complura deleta.

12. Primates illi, et non alii sunt, quam in præ- A dicta Nicæna synodo sunt constituti. Reliqui vero, qui metropolitanas (71) tenent sedes, archiepiscopi vocantur, et non primates, salva in omnibus apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso Domino est concessa, et postea a sanctis Patribus roborata.

13. Primo semper in omni episcoporum accusatione, persona, vita et conversatio accusantium enucleatim inquiratur, et postmodum ea quæ objiciuntur, fideliter pertractentur. Quoniam nihil aliter fieri debet, nisi impetitorum prius requiratur fides, personæ, vita et actus discutiantur, quia non debet pravorum aut insidiantium hominum pernicie vita lacerari innocentium. Sane sæpissime boni a malis persequuntur, qui non cessant suis calamitatibus aliis derogare. Ideo summopere prævidendum est, ne hæc fiant. B

14. Nullus servus, (72) nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitiis studet, nullus qui frequenter litigat, et ad causandum vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, necnon et universi quos ad causanda publice crimina leges publice non admittunt, permittatur episcopos accusare. Quoniam accusatores et accusationes, quas leges sæculi non recipiunt, qua ratione sacerdotalis eas recipere debeat ordo invenire nequeo, cum hæc et in Nicæna synodo prohibita sint, et illi magis ab istis, non isti ab illis judicari debeant, cum Apostolus dicat: *Spiritualis judicat omnia, ipse vero a* C *nemine judicatur* [44].

15. Hæretici, a quibus nimium opprimimur, excommunicatique, homicidæ, (73) malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, et qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque se contulerint, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi.

16. Non ita in ecclesiasticis (74) agendum est negotiis sicut in sæcularibus. Nam in sæcularibus, postquam legibus vocatus, et in foro decertare cœpit aliquis, non licet ante peractam causam recedere. In ecclesiasticis vero, dicta causa recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægravari viderit.

17. Quotiescunque (75) episcopus super certis D accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores, qui juste et canonice recipi debeant, legitima in synodo suo in tempore congregata, ab omnibus canonice audiatur, qui sunt in provinciis episcopi. Quod si legitimi non fuerint accusatores, non fatigetur episcopus, quia sacerdotes ad sacrificandum vacare debent, non ad litigandum. Nec illi, qui throni Dei vocantur, pravorum hominum insidiis

[43] Exod. xxiii, 1. [44] I Cor. ii, 15.

(66) Carth. iii, 7.
(67) Rom. v, sub Symmacho.
(68) Anianus in c. 1, t. 7, l. 16, cod. Theod.
(69) Damas. epist. ad Illyricos.
(70) Adrian. 4 et 15.
(71) Adrian. col. 23 et 15.
(72) Carth. vii, c. 2.
(73) Adr. col. 63.
(74) Leo, ep. 54.
(75) Adr. 27.

turbari decent, sed libere Christo Domino famulari.

18. Quanquam provincialibus episcopis, una cum eorum metropolitano suæ provinciæ causas episcoporum, liceat charitative et concorditer agitare; non tamen, sicut in prædicta, te præsente, constitutum est synodo, licet definire, absque Romani pontificis auctoritate. Quod si secus a quibusdam præsumptum fuerit, ipsi qui hoc egerunt, suæ præsumptionis suscipiant damnum. Et illi, qui ab eis perperam excommunicati aut damnati fuerint, auctoritate hujus sanctæ sedis, et beati præceptoris nostri clavigeri Petri potestate solvantur atque restituantur. Ipse enim ait Dominus : *Quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in terra et in cœlis* [45].

19. (76) Quoties episcopi se a suis comprovincialibus, vel a metropolitano putaverint prægravari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem. Ad quam eos absque ulla detentione, aut suarum rerum ablatione, obedire liceat. Et dum ad prædictam Romanam matrem appellaverint Ecclesiam, aut ab ea se audiri expoposcerint, nullus eos, aut excommunicare, aut eorum res auferre, aut aliquam vim inferre eis præsumat, antequam horum causa Romani pontificis auctoritate finiatur. Quod si aliter a quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Nam nec hoc perperam præsumimus, sed et ipsum in Nicæna synodo constitutum, et antecessores nostros egisse, bene, Athanasi, nosti, quando tu et Paulus Constantinopolitanus, Asclepius Gazæ, et Lucianus [Lucius] Adrianopolites, ab episcopis Orientalibus inconsulto sanctæ memoriæ Julio prædecessore nostro damnati estis, et ad eum, quasi ad totius orbis caput, ut semper huic sanctæ sedi licitum fuit, confugistis. Cognita eorum nequitia, et vestra justitia, vos in communione suscepit, et omnium vestrum curam gerens, propter sedis propriæ dignitatem suas singulis reddens Ecclesias, Orientalibus scripsit, culpans eos quod non recte tractassent, viros inculpabiles de suis Ecclesiis expellentes, et constituta Nicæni concilii minime conservantes. E quibus ad certum diem nonnullos sibimet adesse præcepit, ut de talibus præsumptionibus certam redderent rationem, et coram eis ostenderet, justum se super eis protulisse decretum. Determinatum est etiam, non talia deinceps fratres esse passuros. Et nisi ab hujusmodi præsumptionibus cessarent, a propriis esse gradibus eos recessuros. Tali enim hujus sanctæ sedis privilegio, et tu et fratres tui proprias recepistis Ecclesias, cum omnibus ad vos pertinentibus. His enim et aliis quam plurimis documentis, manifestum est, nullum damnari, aut suis exspoliari rebus debere episcopum, **614** qui hanc sanctam sedem interpellaverit, aut sibi defensatricem asciverit, donec judicium de eo nostræ apostolicæ auctoritatis, hoc est, principis apostolorum Petri agnoscat. Quia solum Christus Jesus huic sanctæ sedi, id est apostolicæ, hoc facere commisit. Utpote quoniam solus, atque præ omnibus præfatus princeps apostolorum creditus est, atque percipere meruit a Rege regum Christo claves regni cœlorum.

20. De induciis vero episcoporum super quibus consuluistis, diversas a Patribus regulas invenimus institutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, et suas præparandas responsiones, et testes confirmandos, et concilia episcoporum atque amicorum quærenda, annum aut sex menses mandaverunt concedi; quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus vero quam sex menses non reperi, quia a laicis hæc indulta sunt, quanto magis Domini sacerdotibus? Nam et a nostris antecessoribus, atque reliquis sanctis Patribus multoties inhibitum est, ne quis Domini sacerdotibus detractiones irroget, quanto magis accusationes non ex radice charitatis prolatas? Quiescite, inquiunt, et nolite persequi eos, qui Deo perfecte ministrant, quorum orationibus et terrena bella sedantur, et recedentium a Deo angelorum pelluntur incursus, quique omnes dæmones, qui corrupti sunt, precum assiduitate confundunt. Induciæ namque non sub angusto tempore, sed sub longo spatio concedendæ sunt, ut accusati se præparare, et universos communicatores in provinciis positos convenire, et testes præparare, atque contra insidiatores se pleniter armare valeant.

21. Judices enim, et accusatores tales esse debent, qui omnium careant suspicione, et ex radice charitatis suam desiderent promere sententiam. His igitur tam legaliter, quam et canonice prolatis, etiam omnium Christianorum reverentiam congaudere deposcimus, spiritali intercedente dilectione, et timore Dominico, per quem humana removetur offensio, et Ecclesiarum ædificatio præponitur universis, ut magis universi ædificationem fratrum laborent, quam ad damnationem, quoniam ait Dominus : *In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem* [46]. Jam enim formam dedimus, et a prædecessoribus nostris datam esse cognovimus, ut si quis se agnoverit Christianum, illud servet, quod ab apostolis noscitur esse traditum, dicente apostolo Paulo: *Si quis vobis annuntiaverit, præter quam quod accepistis, anathema sit* [47]. Christus enim Dei Filius Dominus noster, humano generi propria passione salutem plenissimam condonavit, ut nos liberaret. Ut si in tantum nos dilexit, ut etiam proprio Filio suo non parceret, sed pro nobis omnibus illum traderet, ut nos liberaret, ut quid nos non diligimus

[45] Matth. xvi, 19; xviii, 18. [46] Joan. xiii, 35. [47] Galat. i, 8.

(76) Item ex Adriano.

fratres, aut eos temere judicamus? cum prædictus A dicat Apostolus : *Nolite judicare invicem, sed hoc magis judicate, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum* [48]. Nam si illi qui fratres diligunt, ex Deo nati sunt, et vident Dominum ; quid ergo erunt illi qui eos persequuntur, et eos detrahendo, machinando, accusando, infestando, damnare moliuntur? Si illi filii Dei, procul dubio filii sunt diaboli, qui ut semper *sicut leo rugiens circumit, quærens quem devoret* [49], ita fratres insequuntur, ut perdant. Qui vero adjuvare fratres refugiunt, majus peccatorum onus acquirunt, et fraterni solatii rei exsistunt : *Væ*, inquit Propheta, *qui potum dat amico suo, miscens fel suum* [50]. Et iterum sapientissimus Salomon ait : *Quoniam qui loquitur iniqua non potest latere, nec præteriet illum corri- B piens judicium. In cogitationibus ergo impii interrogatio erit. Sermonum autem illius ad Deum præmeditatio, ad correptionem iniquitatum illius, qui auribus zeli audit omnia, et tumultus murmurantium non abscondetur* [51]. Hæc enim si amplecti voluissent, proprio et sano sensu, ad reprobum sensum minime laberentur, sed per Dei timorem sermonum suorum præcaventes custodiam, piam sanctorum Patrum definitionem sine quadam præsumptione nocumenti utrique conservarent, quoniam dicit sacrum eloquium : *Consilium bonum conservabit te, et mens bona custodiet te* [52]. Non enim de fontibus salutiferis spiritualiter ad acquisitionem æternæ vitæ procedunt, tales accusatores, et detractores, atque ideo competenter nos beatus C Paulus apostolus admonens, ait : *Non debere plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem* [53] in definitione pietatis perdurantes. Qui enim hanc præterierunt, non tantum læsi decidentes a corroboratione sua, sed insipientiæ suæ dereliquerunt omnibus memoriam, ut his, quibus peccaverunt, minime latere potuissent : *Gloria enim et contumelia in loquela, et in lingua hominis casus illius est* [54]. Ideoque conveniens est hanc ostentationem, et reprehensionem illorum nostris actibus inseri, ne ulterius jam talia patiamini, seminantibus eis zizania, et scandala, sed lætari in officiis et dogmatibus vestris mereamini. Igitur erubescant talia, et hujusmodi blasphema subtrahere festinent, si noluerint a sacerdotali nostro collegio segregari, et a totius Christiani populi societate divelli. Licet namque de his plura et pernecessaria, quæ in decretis sedis apostolicæ, et ab apostolis eorumque successoribus nostris ubilibet prædecessoribus statuta inveniuntur, dicere et conscribere potuissemus, tamen melius nobis visum est, ut epistolam oratione claudamus. Deus omnipotens, et unus unigenitus Filius et Salvator noster Jesus Christus, vobis tribuat incitamentum, ut omnibus fratribus et coepiscopis nostris, quibuscunque tribulationibus laborantibus, totis succurratis viribus, et cum eis compatientes, crucem ejusdem Domini Salvatoris portetis, ut veri ipsius discipuli coram omnibus appareatis. Ut et vos, et qui vobiscum sunt, hic et in futuro meliora possideatis, *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se* [55]. Per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem et cum quo omnipotenti Deo Patri gloria in sæcula sæculorum. Amen. Valere vos opto, fratres charissimi. Data Idibus Februarii, Agathio, et Juliano, viris clarissimis, consulibus.

[48] Rom. XIV, 13. [49] I Pet. V, 8. [50] Habac. II, 15. [51] Sap. I, 8-10. [52] Prov. II, 11. [53] Rom. XII, 3. [54] Eccle. V, 15. [55] I Cor. II, 9.

615 IN VITAM BEATÆ SYNCLETICÆ ADMONITIO.

Vitam beatæ Syncleticæ antiquissimum esse opus suadent Vitæ Patrum *lib.* V *et* VI, *apud Rosweidum, et ipsæ sane antiquissimæ, circa sextum sæculum Latine translatæ; ubi complura subinde occurrunt ex Vita beatæ Syncleticæ mutuata. Ejus auctores varii assignantur, ex quorum numero Athanasius, qui ut vi et præstantia nominis cæteris longe antecellit : inde sane contigit ut, neglectis pene aliis, quibus potiori forte jure hoc opusculum tribueretur, a multis nec ignobilibus scriptoribus Athanasio ascribatur. Nec prætermittenda Nicephori Callisti verba lib.* VIII, *c.* 40 : Τὴν Ἀντωνίου φιλοσοφίαν ὁ τὰ πάντα ἄριστος Ἀθανάσιος, καὶ αὐτῷ διαφερόντως φιλούμενος, πρὸς λεπτὸν ἱστορήσας ἐξέδωκε· τὰς μετὰ δαιμόνων πάλας αὐτοῦ, καὶ τὰς ἐξευρημένας τέχνας αὐτῷ κατ' αὐτῶν, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ βίου τεράστια, καὶ πάνθ' ἕκαστα διαγράψας· ὡς ὅρον εἶναι μοναδικῆς πολιτείας τὸ σύγγραμμα. Ὁποῖα δὴ ὁ αὐτὸς Ἀθανάσιος κἀν τῷ βίῳ Συγκλητικῆς ἔπραξεν· ἀνδρῶν μὲν πολιτείαν ἐντεῦθεν, γυναικῶν δ' ἐκεῖθεν ὑποτιθείς, ὡς ἐν πλάσματι διηγήσεως. *Id est*, Antonii philosophiam vir longe præstantissimus Athanasius, qui etiam ipsi fuit charissimus, pluribus descriptam edidit, conscripsitque ejus adversum dæmones certamina, quasve artes ad ipsos debellandos adinvenerit, necnon alia vitæ illius prodigia minutatim enarrata : adeo ut liber ille sit quasi vitæ monasticæ norma. Cujusmodi item sunt quæ idem Athanasius descripsit in vita Syncleticæ : in priore quidem libro virorum vivendi rationem; in sequenti vero mulierum proponens, quasi sub forma narrationis. *Præterea in codice Vaticano* 825, *teste Holstenio in animadversis ad Martyrologium Romanum, hæc vita Athanasii nomen præfert; itemque in bibliothecæ Scorialensis exemplari, quod memorat Alexander Barvoetius in catalogo illius Bibliothecæ, ad cujus fidem David Colvillus Latinam interpretationem suam adornavit, editam a Bollando ad* 5

Januarii. Hæc quantulacunque sint testimonia, exigui aut nullius momenti videbuntur iis qui vel primoribus labris Athanasii stylum orationisque genus attigerint; tantùm scilicet abhorret hoc opusculum ab Athanasiana illa eloquentia, sale, gravitate. Ad hæc nullus assignatur scriptor, ad quinque sexve sæcula post Athanasii ætatem qui id operis tribuat Athanasio. Tradit autem Holstenius in alio codice vetustissimo Cryptaferratensi bibliothecæ Vaticanæ num. 1589, *eam Vitam adjudicari Polycarpo ascetæ. Codex autem quo est usus Cottelerius qui tomo I* Monumentorum ecclesiæ Græcæ *vitam Syncleticæ evulgavit, nullum præfert auctoris nomen. In Schedis vero Combefisianis quarum perhumaniter nobis copiam fecit vir eruditus R. P. Lequien ex Ordine Prædicatorum ad calcem operis hæc leguntur :* Hucusque qui ex sancta (Syncletica) per beatum Arsenium Pegadensem prodierunt sermones : *unde forte inferatur Arsenium illum gesta dictaque Syncleticæ collegisse. Qui Arsenius longe diversus esse videtur a prisco illo Arsenio monacho qui quarto sæculo floruit. Cæterum multa uti diximus in* v *et* vi *Rosweidi libro ex hoc Opere ad verbum excerpta leguntur, quæ nos ad marginem pro facultate notavimus. Similiter in Apophthegmatibus Patrum, et in Scholiis ad Joannem Climacum identidem laudatur Vita sanctæ Syncleticæ.*

—

VITA ET GESTA SANCTÆ BEATÆQUE MAGISTRÆ SYNCLETICÆ.

1. Par esset omnes homines bonarum rerum esse A perilos. Ita enim in negotiis exercitati, vitam transigerent absque detrimento. Nam simplicioribus multæ perutiles res sunt occultæ, quod ideo illis obvenit, quod ex socordia hebetiore sint mente. Enimvero plerumque pretiosæ margaritæ, in pauperes vilesque viros inciderunt, qui ex artis imperitia, eas nihili naucique fecerunt. Nos itaque qui animo sumus puerili et imperito, cum incidissemus in hanc margaritam, non magni faciebamus illam, dum solam speciem attenderemus, et a naturæ dignitatisque illius notitia multum abessemus: ubi autem paulatim ejus propius pulchritudinem spectantes, præstantiam edocebamur, divino erga B perceptam rem amore accendebamur. Ipsæ namque res mentem nostram ad desiderium inflammabant.

2. Quorsum autem loquar de præsentibus, aut me illis adnumerem, quasi nos aliquid sciamus, aut eloqui valeamus de præclara et beata Syncletica? Omnium quippe hominum naturam, bonis ejus operibus recensendis imparem arbitror. Quod si quis de illa loqui aggrediatur, quantumvis sapiens sit ac peritus, longissime aberit a re proposita exsequenda. Quemadmodum enim qui solem intentius respicere volunt, oculorum damno afficiuntur, ita etiam qui ejus vitam contemplari nituntur, ob præclare gestorum præstantiam, **616** vertigine correpti, cedentes demum ac viribus destituti, in mentis inci- C dunt perturbationem.

3. Nos autem pro viribus nostris ejus vestigia consectati, et ab ejus æqualibus de primæva ejus ætate paucis eruditi, ex ipsisque rebus aliquantulum illustrati, scribere ingredimur, nobisque ipsis salutarem cibum recondimus. Nam pro dignitate illius eloqui, non impossibile modo nobis est, sed multis aliis perarduum ac difficile.

4. Quæ cœlestis συγκλήτου seu senatus nomen habet, ex Macedonia oriunda est. Majores siquidem ejus audito Alexandrinorum erga Deum et Christum amore, ex Macedonia in Macedonis urbem

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΜΑΚΑΡΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΥ ΣΥΓΚΛΗΤΙΚΗΣ.

1. Ἔδει πάντας ἀνθρώπους τῶν καλῶν μὴ ἀμυήτους ὑπάρχειν. Οὕτω γὰρ ἂν ἐγγεγυμνασμένοι τοῖς πράγμασιν εἰ εἶεν, τὸ ἀζήμιον εἶχον ἐν βίῳ· καὶ γοῦν τοὺς ἀκεραιοτέρους τὰ πολλὰ τῶν χρηστῶν διέλαθεν. Τοῦτο δὲ πεπόνθασιν ἐκ τοῦ τὴν διάνοιαν αὐτοῖς ἀμβλυωτέραν καθεστάναι ὑπὸ τῆς ἀμελείας. Πολλάκις γὰρ καὶ μαργαρῖται πολύτιμοι εἰς πένητας παρῆλθον ἄνδρας. Οἱ δὲ ἀδοκίμαστον τὴν περὶ τούτων τέχνην ἔχοντες, ὡς μικρῶν τινων καὶ οὐδαμινῶν κατεφρόνησαν. Ἡμεῖς γοῦν, νηπίαν καὶ ἀνάσκητον ψυχὴν ἔχοντες, τῷ παρόντι ἐντυγχάνοντες μαργαρίτῃ, οὐδὲν μέγα τοῦτον θεωροῦμεν, τῷ σχήματι μόνῳ ἐνατενίζοντες, τῆς δὲ φύσεως αὐτοῦ, ὅσον πρὸς γνῶσιν, μακρὰν τυγχάνοντες. Ὡς δὲ κατ' ὀλίγον ἐκ τῶν πέλας ἐδιδασκόμεθα τὸ κάλλος αὐτοῦ, θεῖος ἔρως καὶ ἡμῖν ἐνεγεννᾶτο πρὸς τὸ ὀφθέν· καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ πράγματα ἐξωπύρει ἡμῶν πρὸς τὸν πόθον τὴν διάνοιαν.

2. Τί δὲ λέγω τοὺς παρόντας, ἢ καὶ ἑαυτὸν συγκαταριθμῶ τούτοις, ὥς τι εἰδότων ἡμῶν καὶ λεγόντων περὶ τῆς ἀοιδίμου καὶ μακαρίας Συγκλητικῆς; Οἶμαι γὰρ πᾶσαν ἀνθρώπων φύσιν λείπεσθαι πρὸς διήγησιν τῶν ἀγαθῶν αὐτῆς πράξεων. Εἰ δὲ καί τις ἐπιχειρήσειε λέγειν τι περὶ αὐτῆς, πολὺ μὲν καὶ ἄπειρον ἀπολειφθήσεται τῶν ζητουμένων, κἂν σοφὸς, κἂν ἐπιστήμων τυγχάνῃ. Ὥσπερ γὰρ οἱ τῷ ἡλίῳ ἀτενίσαι βουλόμενοι τὰς ὄψεις βλάπτονται, οὕτω καὶ οἱ κατοπτρίζεσθαι τῷ βίῳ ταύτης πειρώμενοι, ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῶν κατορθωμάτων ἰλιγγιάσαντες, ὑπενδόντες ἢ καὶ ἀτονήσαντες, σύγχυσιν ὑφίστανται τῇ διανοίᾳ.

3. Ἡμεῖς δὲ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν ἰχνηλατοῦντες τὰ κατ' αὐτὴν, καὶ ἐκ τῶν συνηλίκων δὲ αὐτῆς τὰ κατὰ τὸν πρῶτον βίον ἀκροθιγῶς ἀκούσαντες, καὶ ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν πραγμάτων ἀμυδρῶς καταυγασθέντες, ἐπὶ τὸ γράφειν ἥκομεν, ἑαυτοῖς τροφὰς σωτηριώδεις ἀποθησαυρίζοντες. Τὸ μὲν γὰρ κατ' ἀξίαν αὐτῆς λέγειν οὐ μόνον ἡμῖν ἀδύνατον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πολλοῖς δυσχερές.

4. Ἡ τῆς οὐρανίου συγκλήτου ἐπώνυμος, χώρας τῆς Μακεδονίας τυγχάνει. Ἀκηκοότων γὰρ τῶν προγόνων αὐτῆς τὸ φιλόθεον καὶ φιλόχριστον τῶν Ἀλεξανδρέων, κατελάμβανον ἐκ Μακεδονίας τὴν τοῦ Μακεδόνος πό-

λιν. Ἐπιβάντων δὲ αὐτῶν τῇ χώρᾳ, καὶ μείζω εὑρόντες τῆς φήμης τὰ πράγματα, φιλοφρόνως ᾤκουν αὐτήν. Οὐ πλήθει δὲ δήμων συνέχαιρον, οὔτε μὴν οἰκημάτων ἐθαύμαζον μέγεθος· πίστιν δὲ μονότροπον εὑρόντες σὺν εἰλικρινεῖ ἀγάπῃ, δευτέραν ἔθεντο τὴν οἰκείαν τῆς μετοικίας.

A concesserunt. Quo cum pervenissent, ac res ipsas fama majores comperissent, libentissime isthic sedes statuerunt. Non illi de populi frequentia gaudebant, nec ædium amplitudinem mirabantur, sed unanimi fide sinceraque charitate reperta, incolatui patriam posthabuere.

5. Ἦν δὲ καὶ τῷ γένει περίβλεπτος ἡ μακαρία Συγκλητική, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ τοῖς κατὰ τὸν κόσμον τερπνοῖς νομιζομένοις ἐκεκόσμητο. Παρῆν δὲ αὐτῇ καὶ ἀδελφὴ ὁμόφρων ἅμα, καὶ ἀδελφοὶ δύο, σεμνοτάτῳ καὶ αὐτοὶ ἀναχθέντες βίῳ· ὧν ὁ μὲν εἷς, ἐν τῇ παιδικῇ ἡλικίᾳ τυγχάνων, ἀπεγένετο· ὁ δὲ ἕτερος, ἐπιβὰς πέμπτῳ καὶ εἰκοστῷ ἔτει, παρὰ τῶν γονέων εἰς γάμον παρεκαλεῖτο· καὶ πάντων πρὸς τὸ ζητούμενον εὐτρεπισθέντων, καὶ τῶν ἐξ ἔθνους συμβολικῶν ἐκτελουμένων, ἀπέπτη ὁ νέος ὥσπερ ὄρνεον ἐκ βρόχων, ἀνταλλαγὴν ποιησάμενος τῆς ἐπιγείου νύμφης, τὴν ἄμωμον καὶ ἐλευθέραν τῶν ἁγίων σύνοδον.

5. Erat porro beata Syncletica cum genere illustris, tum aliis quæ inter vitæ commoda computantur instructa. Erat illi soror una concors ac ejusdem animi, et fratres duo, ipsi quoque vita honestissima educati, quorum alter ætatem agens puerilem diem obiit; alter vero ubi vicesimum quintum attigit annum, a parentibus ad nuptias destinatus est. Cumque essent omnia ad id negotii parata, pactionesque de more essent factæ, evola-
B vit adolescens tanquam avis ex laqueis, et sponsam terrestrem cum inculpato liberoque sanctorum cœtu commutavit.

6. Αὕτη δὲ ἔτι ἐν ταῖς πατρῴαις ἀγκάλαις τυγχάνουσα, φιλοθεΐᾳ μὲν τὸ πρῶτον τὴν ψυχὴν ἠσκεῖτο· καὶ οὐχ οὕτω τὰς τοῦ σώματος ἐπιμελείας ἐποιεῖτο, ὡς τὰς τῆς φύσεως ὁρμὰς ἐπετήρει.

6. Ipsa porro dum paternis adhuc ulnis hæreret, jam primum animum exercebat in amore Dei, nec tantam corporis curam, quantam animi motibus observandis sollicitudinem ponebat.

7. Ἦν γὰρ καὶ κατὰ τὸ σῶμα περικαλλεστάτη, ὡς καὶ πολλοὺς αὐτῇ μνηστῆρας προσιέναι κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν· τοῦτο μὲν ὑπὸ τῆς περιουσίας δελεαζομένους, τοῦτο δὲ καὶ ὑπὸ τῆς τῶν γονέων κοσμιότητος, καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις ὑπ' αὐτῆς τῆς κόρης τοῦ κάλλους ἐξαπτομένους. Καὶ γοῦν οἱ γονεῖς ἀσμένως προετρέποντο τὴν νέαν εἰς γάμον, αὐτὸ τοῦτο ἐπείγοντες, ὡς ἐξ αὐτῆς τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν αὐτοῖς φυλαχθῆναι. Ἡ δὲ σώφρων καὶ γενναία τῷ φρονήματι, οὐδόλως συνετίθετο ταῖς τοιαύταις τῶν γονέων συμβουλίαις· ἀλλὰ γάμον ἀκούουσα κοσμικὸν, γάμον θεῖον ἐφαντάζετο· καὶ πολλοὺς μνηστῆρας παρορῶσα, εἰς μόνον τὸν οὐράνιον νυμφίον εἶχε τὸ νεῦμα.

7. Erat namque forma corporis elegantissima; adeo ut sub primam adolescentiam multi ad eam accederent proci, partim opibus, partim parentum dignitate permoti, ad hæc puellæ pulchritudine accensi. Ipsi quoque parentes placide juvenculam ad nuptias hortabantur: ea mente instantes, ut ex illa sibi generis successio superesset. At illa pu-
C dica et animo generosa, nullatenus ejusmodi parentum consiliis obtemperabat; quinimo auditis mundanis nuptiis, divinas cogitabat: ac multos illos despiciens procos, in unum cœlestem sponsum nutu et animo propendebat.

8. Καὶ ἦν ἰδεῖν τῆς μακαρίας Θέκλης γνησίαν μαθήτριαν, τοῖς αὐτοῖς αὐτὴν ἑπομένην διδάγμασι. Καὶ γὰρ τῶν δύο εἷς μνηστὴρ ἦν ὁ Χριστὸς, καὶ αὐτὸς ἦν τῶν ἀμφοτέρων νυμφαγωγὸς Παῦλος· οἶμαι δὲ καὶ τὸν θάλαμον αὐταῖς μὴ ἐναλλάττειν· εἷς γὰρ αὐταῖς παστὸς ἡ Ἐκκλησία, καὶ ὁ αὐτὸς Δαβὶδ μελῳδεῖ ἐπ' ἀμφοτέρων τὰ σεμνὰ καὶ θεῖα ᾄσματα. Καὶ γὰρ ἐν κυμβάλοις εὐήχοις τέρπει τὰς Θεῷ ἀνατεθείσας ψυχὰς, καὶ ἐν τυμπάνοις καὶ ἐν δεκαχόρδοις ψαλτηρίοις τὴν τελειοτάτην ᾠδὴν ἀναπέμπει. Μαριὰμ δὲ τοῖς ἱεροῖς τούτοις γάμοις τὰς χορευτρίας εἰσάγει, λέγουσα· *Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται.* Καὶ τὰ ὄψα δὲ τοῦ θείου δείπνου κοινὰ τοῖς ἑστιωμένοις· *Γεύσασθε γὰρ, καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος.* Καὶ ἡ τῶν νυμφικῶν δὲ αὐταῖς περιβλημάτων μία τις ὑφή· *Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθησαν, Χριστὸν ἐνεδύσαντο.* Ὁμότροπος οὖν αὐταῖς ἦν ἡ πρὸς Κύριον ἀγάπη· τῶν γὰρ αὐτῶν ἠξιοῦντο δωρεῶν· ἀλλὰ καὶ τοῖς αὐτοῖς ἀγῶσιν ἡμιλλῶντο. Τὰ μὲν γὰρ τῆς μακαρίας Θέκλης οὐδενὶ ἠγνόηται μαρτύρια, ὡς διὰ πυρὸς καὶ θηρίων ἀτιθάσσων

8. Videre erat beatæ Theclæ germanam discipulam, eadem quam illa documenta sequentem. Ambarum namque unus pronubus erat Christus, idem ambarum paranymphus Paulus: quin earum thalamum nihil diversum arbitror: iis enim communis torus Ecclesia. Ipseque David de utraque, gravia divinaque cantica modulatur. In cymbalis namque bene sonantibus oblectat animas Deo consecratas,
D et in tympanis ac decachordis psalteriis perfectissimum occinit carmen. Maria vero sacris hisce nuptiis choreas inducit dicentium: *Cantemus Domino; gloriose enim magnificatus est* [86]. Fercula quoque divinæ cœnæ, communia epulantibus: *Gustate* enim, inquit, *et videte quoniam suavis est Dominus* [87]. Præterea sponsalium indumentorum una utrique textura erat: *Quicunque enim in Christo baptizati sunt, Christum induerunt* [88]. Par item illis erga Dominum charitas, eisdem quippe muneribus ornatæ erant: imo etiam iisdem certaminibus contendebant. Et quidem beatæ Theclæ nemini ignotum martyrium et cruciatus, quod per ignem

[86] Exod. xv, 1. [87] Psal. xxxiii, 9. [88] Galat. iii, 27.

ferasque indomitas decertaverit : nec hujus quoque virtutis causa susceptos labores sudoresque, multis latere existimo. Cum enim unus eis Salvator esset, cujus desiderio flagrabant, necessario unus quoque illis erat adversarius diabolus. Ac quidem in Thecla mitiores **617** fuisse labores existimo. Expugnata quippe fuit inimici malitia, per exteriora cum ea congressi : hic vero acerbiorem prodebat malitiam, interiore pugna per exitiosas cogitationes congressus.

9. Non fascinavit oculos ejus pretiosæ vestis textura, neque gemmarum varii colores : non aures ejus cymbalum decepit, neque tibia animi vigorem solvere potuit : non parentum lacrymæ, non cognatorum quævis cohortatio ejus emollivit animum; sed adamantina mente instructa, nequaquam animo fracta est : cunctosque sensus suos, quasi fenestras occludens, cum Sponso suo seorsim colloquebatur, his Scripturæ verbis usa : *Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi* [89]. At ubi fumosæ tenebrosæque confabulationes occurrebant, eas refugiebat, ad interna animi cubicula sese recipiens. Ubi vero lucidæ fructuosæque adhortationes comparebant, totam pandebat mentem, ut oblata verba susciperet.

10. Neque vero negligebat salutarem corporis medelam; nam ita jejunii amans erat, ut ex præsentibus nihil ipsi par esset. Illud nempe pro custodia habebat, et pro fundamento cæterorum omnium. Ac si quando necessitate cogente extra consuetam horam aliquid alimenti sumeret, secus illi ac comedentibus accidebat : pallebat quippe vultus, corporisque moles minuebatur. Nam movente contristato, una immutatur et languescit id quod movetur ; quolibet enim modo principium affectum fuerit, quæ ex illo pendent pari ratione subsequuntur. Quibus namque oblatus cibus voluptati est, iis vegetus corporis habitus est : qui contra affecti, iis caro macie confecta et tenuis est. Mihi loquenti fidem faciunt infirmi. Hæc igitur beata Virgo cum elanguido esse corpore curaret, animæ vigorem præferebat, idque juxta Apostoli dictum : *Quanto is qui foris est noster homo corrumpitur, tanto is qui intus est, renovatur* [90]. Ita igitur ejusmodi certamen inibat ut vulgi oculis lateret.

11. Postquam vero parentes ejus finem vivendi fecerant, majore Dei impulsu permota, suam secum sumit sororem, quæ erat expers oculorum usu : relictaque paterna domo in consanguinei cujusdam monumentum ingreditur ab urbe remotum, cumque sibi relicta bona, vendita pauperibus distribuisset, accito quodam presbytero, comam sibi capitis totondit. Tunc ornatum omnem et mundum abjecit; solent enim mulieres, mundum appellare capillos.

A αὐτὴν ἐνηθληκέναι· καὶ ταύτης τοὺς ἐναρέτους πόνους τε καὶ ἱδρῶτας οἶμαι τοὺς πολλοὺς μὴ λανθάνειν. Εἰ γὰρ εἷς Σωτὴρ ἦν αὐταῖς ὁ ποθούμενος, ἀναγκαίως καὶ εἷς αὐταῖς ὁ ἀντιτασσόμενος. Καὶ τῇ μὲν Θέκλῃ πραϋτέρους ὑπολαμβάνω τοὺς πόνους· καθῄρητο γὰρ ἡ τοῦ ἐχθροῦ κακία, διὰ τῶν ἐκτὸς αὐτῇ προσομιλοῦντος· ἐνταῦθα δὲ δριμυτέραν ἑαυτοῦ τὴν κακίαν ἐπιδείκνυται, ἐκ τῶν ἔνδον διὰ τῶν ἐναντίων καὶ ὀλεθρίων ἑαυτοῦ λογισμῶν κινούμενος.

9. Οὐκ ἐγοήτευσεν αὐτῆς τὸ ὄμμα ποικίλης ἐσθῆτος ὑφή, οὐδὲ λίθων πολυτελῶν διάφορα χρώματα· οὐκ ἠπάτησεν αὐτῆς τὴν ἀκοὴν κύμβαλον, οὐδ' αὐλὸς διαλῦσαι δεδύνηται τὸν τῆς ψυχῆς αὐτῆς τόνον. Οὐκ ἐμάλαξεν αὐτὴν γονέων δάκρυα, οὐδὲ ἑτέρα τις συγ- B γενῶν παραίνεσις· ἀλλ' ὥσπερ ἀδάμαντα τὸν λογισμὸν ἔχουσα, οὐ παρετράπη τὸν νοῦν· καὶ ὥσπερ θυρίδας τὰς πάσας αἰσθήσεις αὐτῆς ἀποκλείουσα, τῷ ἑαυτῆς νυμφίῳ καταμόνας προσωμίλει, τὸ γραφικὸν ἐκεῖνο λέγουσα· *Ὡς ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοί.* Καὶ εἰ μὲν καπνώδεις καὶ σκοτειναὶ ὁμιλίαι παρῆσαν, ταύτας ἀπέφευγε, τοῖς ἔνδον ταμείοις τῆς ψυχῆς ἑαυτὴν συνάγουσα· ὅπου δὲ φωτειναὶ καὶ ἐπωφελεῖς παραινέσεις ἐτύγχανον, πᾶσαν ἑαυτῆς τὴν διάνοιαν ἔτεινε πρὸς ὑποδοχὴν τῶν λεγομένων.

10. Οὐκ ἠμέλει δὲ καὶ τοῦ κατὰ τὸ σῶμα σωτηρίου φαρμάκου· τήν τε γὰρ νηστείαν οὕτως εἶχε φίλην, ὡς μηδένα αὐτῇ τῶν παρόντων ἴσον τυγχάνειν. C Φυλακὴν γὰρ καὶ θεμέλιον ταύτην ἡγεῖτο τῶν ἄλλων. Καὶ εἴ ποτε ἀνάγκης γενομένης παρὰ τὸν συνήθη καιρὸν ἐτράφη, τὸ ἐναντίον ὑφίστατο τοῖς ἐσθίουσιν· ὠχρία γὰρ αὐτῆς τὸ πρόσωπον, καὶ συνέπιπτεν ὁ τοῦ σώματος ὄγκος· τοῦ γὰρ κινοῦντος ἀηδισθέντος, συναλλοιοῦται καὶ τὸ κινούμενον. Ὅπως γὰρ ἂν ἡ ἀρχὴ διατεθῇ, ὡς ἐπίπαν ἀκολουθεῖ ταύτῃ καὶ τὰ ἐκ ταύτης ἠρτημένα. Οἷς μὲν γὰρ ἡ τροφὴ καὶ ἡδονὴν γίνεται καὶ προσφέρεται, εὐθαλὴς ὁ τοῦ σώματος ὄγκος ἐστίν· οἷς δὲ τὸ ἐναντίον συμβαίνει, ἄτροφος καὶ λεπτὴ ἡ σὰρξ τυγχάνει. Μαρτυροῦσι δέ μου τῷ λόγῳ οἱ ἄῤῥωστοι. Ἡ γοῦν μακαρία αὐτη, νοσηλεύειν πειρωμένη τὸ σῶμα, τῇ ψυχῇ τὸ εὐανθὲς ἔφερε· κατὰ γὰρ τὸν Ἀπόστολον λέγοντα ἔπραττεν· *Ὅσῳ γὰρ ὁ ἔξωθεν ἡμῶν ἄνθρωπος φθείρεται*, φησὶν, *τοσοῦ-* D *τον ὁ ἔνδον ἀνακαινοῦται.* Οὕτω μὲν οὖν ἐνήθλει λανθάνουσα τοὺς πολλούς.

11. Ὅτε δὲ οἱ γονεῖς αὐτῆς τέλος ἔσχον τοῦ βίου, ἐπὶ πλεῖον θεοφορηθεῖσα (77) τῷ θείῳ φρονήματι, λαμβάνει καὶ τὴν ἀδελφὴν μεθ' ἑαυτῆς· ἦν γὰρ στερηθεῖσα τῶν ὄψεων· καὶ τῶν μὲν πατρῴων οἴκων χωρίζεται· εἰς δέ τινος συγγενοῦς αὐτῆς ἡρῷον ἀπῳκισμένον τῆς πόλεως κατάγεται· καὶ διαπωλήσασα πᾶσαν τὴν καταλειφθεῖσαν αὐτῇ οὐσίαν, καὶ διανείμασα τοῖς πένησι, προσκαλεσαμένη τινὰ τῶν πρεσβυτέρων, ἀπέτεμεν ἑαυτῆς τοὺς πλοκάμους. Τότε

[89] Cant. II, 16. [90] II Cor. IV, 16.

(77) Sic Coteler. Combefis. vero κορυβαντιάσασα.

τὴν πᾶσαν κόσμησιν ἀπέθετο· ἔθος γὰρ ταῖς γυναιξὶ κόσμον καλεῖν τὴν τρίχα. Σύμβολον δὲ ἦν τὸ γινόμενον τοῦ ἀπέριττον καὶ καθαρὰν τὴν ψυχὴν αὐτῆς γεγενῆσθαι. Τότε μὲν οὖν πρῶτον ἠξιώθη τῆς παρθενικῆς προσηγορίας.

12. Πᾶσαν δὲ τὴν οὐσίαν αὐτῆς τοῖς πτωχοῖς διανείμασα, ἔλεγε· Μεγάλου μὲν ἠξίωμαι ὀνόματος· Τί δὲ ἀνταποδώσω ἐπάξιον τῷ δωρησαμένῳ, οὐκ ἔχω. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν ἐκτὸς πραγμάτων, ἕνεκεν ἀξιώματος φθαρτοῦ, πᾶσαν ἑαυτῶν τὴν οὐσίαν ἀποβάλλουσι· πόσῳ μᾶλλον ἐμὲ, τοσαύτης ἀξιωθεῖσαν χάριτος, οὐκ ἄρα ἔδει μετὰ τῶν νομιζομένων ὑπαρχόντων προδοῦναι καὶ τὸ σῶμα; Τί δὲ λέγω κτήματα ἢ σῶμα δοῦναι, πάντων αὐτοῦ ὑπαρχόντων; *Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς*. Διὰ τούτων μὲν τῶν λόγων τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβωσαμένη, ἡσύχαζεν.

13. Ἦν μὲν οὖν καὶ ἐν ταῖς πατρικαῖς αὐλαῖς ἱκανῶς προγυμνασθεῖσα τοῖς πόνοις· καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ἀκμῇ τοῦ σταδίου ἀχθεῖσα, προέκοπτε ταῖς ἀρεταῖς. Ὅσοι μὲν οὖν ἀγυμνάστως καὶ ἀσκέπτως προσῆλθον τῷ θείῳ τούτῳ μυστηρίῳ, ἀπέτυχον τοῦ ζητουμένου, μὴ προθεωρήσαντες τὰ καθ' ἕκαστον· ὥσπερ δὲ οἱ ὁδοιπορεῖν μέλλοντες τῶν ἐφοδίων πρῶτον φροντίζουσιν, οὕτως καὶ αὕτη, ὥσπερ ἐφοδίοις ἑαυτὴν, τοῖς πάλαι πόνοις εὐτρεπίσασα, ἀδεῶς τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω πορείαν ἐποιήσατο· τὰ γὰρ εἰς τὸν ἀπαρτισμὸν τῆς οἰκίας προαποθεμένη, ὀχυρώτατον τὸν ἑαυτῆς ἐξετέλει πύργον. Καὶ τὸ μὲν καθ' ἱστορίαν τῶν οἰκημάτων ποίημα ἐκ τῶν ἔξωθεν ὑλῶν κατασκευάζεται· αὕτη δὲ τὸ ἐναντίον πεποίηκεν· οὐ γὰρ τὰς ἔξωθεν ὕλας συνήγαγεν, ἀλλὰ μᾶλλον τὰς ἔσωθεν ἐκένωσε. Τὰ γὰρ χρήματα ἑαυτῆς διαδοῦσα τοῖς πένησι, καὶ καταλιποῦσα ὀργὴν καὶ μνησικακίαν, ἀπωσαμένη δὲ καὶ φθόνον καὶ φιλοδοξίαν, ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν ἑαυτῆς ἐπὶ τὴν πέτραν, ἧς περιφανὴς ὁ πύργος καὶ ἀχείμαστος ἡ οἰκία.

14. Καὶ τί πολλὰ λέγω; ὑπερέβαινε γὰρ διὰ τῶν ἀρχῶν καὶ τὰς ἐν ἕξει τοῦ μονήρους βίου τυγχανούσας. Ὥσπερ γὰρ τὰ εὐφυέστατα τῶν παιδίων, ἔτι ἐν ταῖς συλλαβαῖς ὄντα, ἁμιλλῶνται τοῖς ἐν ἡλικίᾳ καὶ πλείω χρόνον ἔχουσι παρὰ τοῖς διδασκάλοις· οὕτω καὶ αὕτη, ζέουσα τῷ πνεύματι, παρέτρεχε τὰς λοιπάς.

15. Τὸν μὲν οὖν ἔμπρακτον αὐτῆς καὶ ἀσκητικὸν βίον λέγειν ἀδυνατοῦμεν, ἐπείπερ οὐδὲ συνεχώρει τινὰ τούτου θεατὴν γενέσθαι. Οὐδὲ γὰρ κήρυκας τῶν αὐτῆς ἀνδραγαθημάτων ἤθελεν εἶναι τοὺς παρόντας. Οὐχ οὕτως γὰρ τὸ εὐπράττειν ἐφρόντιζεν, ὅσον τῆς τούτου φυλακῆς τε καὶ κρυφῆς. Τοῦτο δὲ ἐποίει οὐ φθόνῳ συνεχομένη, ἀλλὰ θείᾳ χάριτι συγκροτουμένη. Τὸ γὰρ Κυριακὸν ἐκεῖνο κατὰ νοῦν ἔφερε ῥῆμα, τὸ λέγον, ὡς *Εἴ τι κἂν ποιῇ ἡ δεξιά σου, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου*. Οὕτως μὲν λανθάνουσα ἐξετέλει τὰ πρέποντα τῷ ἐπαγγέλματι.

16. Ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης ἡλικίας, καὶ ἕως τῆς ἀκμαστικῆς, οὐ μόνον παντὸς ἀνδρὸς συντυχίαν ἀπ-

A Signum autem illud erat, animum ejus omni superfluitate vacuum ac purum effectum fuisse. Tunc autem primum virginis appellatione dignata est.

12. Postquam facultates suas pauperibus erogaverat, ait: Magno cohonestata sum nomine: quid autem pro merito benefactori rependam non suppetit. Nam si in externis rebus, corruptibilis dignitatis causa, fortunæ omnes amittuntur, quanto magis me tanta donatam gratia, decet ipsum corpus, cum his bonis (ut putantur) tradere? Quid autem dico facultates et corpus ipsi dari, cujus sunt omnia? Nam, *Domini est terra et plenitudo ejus* [61]. Atque per hæc verba, humilitatem adepta, quietem et so- B litariam egit vitam.

13. In paternis sane ædibus, jam ante non modicam exercitationibus operam dederat, tuncque in stadii medium acta, virtutibus proficiebat. Contra vero quotquot absque exercitatione et incogitantius ad hoc divinum mysterium accedunt, a proposito excidunt, quia animo singula non prospexerant. At illa, quemadmodum qui iter suscipiunt, viaticum primo sibi provident, ita ceu viatico, pristinis laboribus exercitata, caute **618** et secure iter ad superna ingressa est: præparatis quippe omnibus quæ essent ad exstruendam domum satis, munitissimam turrim sibi absolvit. Quod spectat enim C ædium structuram, externa illæ materia conficiuntur: at illa contraria plane ratione, non externam materiam collegit, imo potius internam ejecit. Bona quippe sua elargita pauperibus, deposita ira, injuriarumque memoria, depulsa invidia et gloriæ cupiditate, domum suam ædificavit supra petram, cujus splendida turris erat, et nullis tempestatibus obnoxia.

14. Sed quid multa dico? superavit quippe vel ipso initio, eas quæ monasticæ vitæ assueverant. Sicut enim pueri qui acriore sunt ingenii acie, quamvis adhuc in syllabis versentur, cum iis tamen contendunt, qui et ætate majores sunt ac diutius magistros frequentarunt, ita et illa spiritu fervens cæteras post se reliquit.

D 15. Actuosam itaque et asceticam vitam ejus enarrare non valemus, quando nullum admisit vitæ suæ spectatorem. Neque enim rerum a se præclare gestarum præcones esse volebat eos qui aderant. Imo nec tantam recte agendi, quantam gesta sua occultandi sollicitudinem habebat. Illud namque Dominicum dictum in mente versabat: *Si quid fecerit dextera tua, id nesciat sinistra tua* [62]. Atque ita latens professionis suæ officia persolvebat.

16. A prima ad adultam ætatem, non modo omne viri consortium declinavit; sed etiam æquales ple-

[61] Psal. XXIII, 1. [62] Matth. VI, 3.

rumque suas refugiebat, hisce duabus de causis, vel scilicet ne gloriam eximiæ exercitationis referret, vel ne corporali necessitate a virtutis exercitio avelleretur.

17. Sic ergo primos animi impetus observabat, cavens ne corporeis traheretur cupiditatibus. Nam instar arboris luxuriantis, ramos abscindebat infructuosos, sciteque amovebat erumpentes in animo spinosas fruticationes, per jejunium scilicet et orationem. Quod si vel paulum singulæ pullularent, variis afficiebat pœnis, nullisque non laboribus corpus macerabat. Nec satis erat illi panis abstinentia, quæ vel aqua parcissime utebatur.

18. Quandocunque autem infestus hostis cum illa confligeretur, quamprimum per orationem Dominum suum vocabat in subsidium, nec sola corporis exercitatione nitebatur leonis impetum comprimere. Nec mora facta supplici aderat Dominus, fugiebatque adversarius. Plerumque tamen accidebat, ut diutius instaret hostis, nec Dominus scelestum propulsaret, ut eo pacto virtutibus instructæ animæ exercitationem augeret. Ipsa vero quasi facta donorum accessione, vires resumebat ad victoriam reportandam. Neque erat ei satis, se ciborum penuria macerare, verum etiam ad omnia voluptaria studia aditum sibi intercludebat. Furfuroso siquidem pane vescebatur, aqua sæpe prorsus abstinebat, humi cubans identidem. Quandiu bellum instaret, talibus illa telis utebatur. Scuti ac teli loco erat illi oratio, lorica ex fide, spe et charitate compacta. Præibat omnibus fides, quæ universos animæ illius constringeret articulos. Aderat item eleemosyna, si non actu, saltem proposito et voluntate.

45. (86) Quamobrem omne telorum genus adversus illos est assumendum: nam et extrinsecus accedunt, et intus commoventur. Animaque nostra C navis instar, modo decumanis fluctibus exterius demergitur; modo ab interiori sentina aquarum vi deprimitur. Et nos interdum per exteriora peccata in perniciem imus, aliquando internis cogitationibus opprimimur. Convenit igitur cum externos cavere spirituum impetus, tum internas cogitationum exhaurire impuritates. Semper enim adversus cogitationes advigilandum, assidue namque instant. Dum decumani quippe fluctus exterius insurgunt, clamantibus nautis, per proxima navigia salus affertur. At sentinæ dormientibus plerumque nautis, tranquillo mari, undis navem implent, ac nec opinantes interimunt.

46. Grandi itaque labore adversus cogitationes vigilandum animo est. Inimicus enim animam veluti D domum evertere cupiens, aut a fundamentis ruinam ipsi parat, aut a tecto incipiens totam diruit, aut per fenestras ingressus primo patremfamilias alligat, et sic omnium potitur. Fundamentum itaque sunt bona opera, tectum fides, fenestræ sensus. Per hæc omnia bellum movet adversarius (87). Quamobrem multis oculis habet opus qui vult salutem consequi. Neque enim hic possumus cura et sollicitudine vacui esse, ait quippe Scriptura: *Qui stat, videat ne cadat* [97].

47. In obscuro navigamus: vita quippe nostra a

[94] Matth. IX, 17. [95] Psal. LXVIII, 3. [96] Psal. XC, 13. [97] I Cor. X, 12.

(86) *Vit. PP.* l. v, 11, 33.

(87) *Vit. PP.* l. v, 11, 34.

sacro cantore Davide mare est appellata. In mari porro alia loca sunt petrosa, alia monstris plena, alia tranquilla. Nos in tranquilla maris parte videmur navigare; sæculares vero periculosis in plagis. Nos interdiu navigamus, a sole justitiæ recti et deducti; illi noctu ignorantia ferente. Sed contingit plerumque ut sæcularis, in tempestate ac tenebris exsistens, clamando et vigilando navem conservet suam; nos vero per incuriam tranquillo mari demergamur, amisso justitiæ clavo.

48. *Qui stat* igitur, *videat ne cadat*. Qui cecidit enim unam habet curam, ut scilicet resurgat. Qui vero stat, caveat sibi ne cadat. Varii namque sunt casus. Qui ceciderunt enim non ultra quidem stant erecti; sed tamen jacentes, non multum acceperunt damni. Qui stat autem, ne despiciat eum qui lapsus est, sed reformidet ne collapsus et ipse pereat, neve in altiorem se voraginem præcipitet: ubi forte continget ut putei profunditate clamorem superante, ne petere quidem possit auxilium. Nam
626 justus ait: *Ne absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum* [18]. Qui primus cecidit, mansit. Prospice tibi ne delapsus, belluarum cibus evadas. Qui cadit domus fores non obserat. Tu, inquam, nullatenus dormites; sed semper divinum illud dictum modulare: *Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte* [19]. Vigila continue propter eum qui tanquam leo rugit.

49. Verba isthæc in hoc sunt utilia, ut non extollamur. Qui cecidit, si convertatur et ingemiscat, salutem nanciscetur. Prospice tibi, quæ stas. Duplex tibi formido instat, aut scilicet ne ad vetera revertaris, in te irruente propter socordiam inimico, aut ne inter currendum supplanteris. Adversarius quippe noster diabolus, vel a tergo ad se pertrahit, cum tardiorem segnemque animam conspexerit. Quæ si videatur diligens ac strenua in ascetica vita, callide et occulte serpit per superbiam, atque ita funditus perdit eam. Hæc illecebra omnium malorum ultimum est ac supremum. Per illam diabolus dejectus fuit, per eamdem hominum fortissimos expugnare tentat. Quemadmodum enim strenuissimi milites, postquam minora tela consumpserunt, si adhuc urgeant adversarii, fortissimum omnium, machæram scilicet, educunt; ita et diabolus postquam priores laqueos suos insumpsit, tum demum postremo utitur gladio, nimirum superbia. Quinam autem fuere priores ejus laquei? Sane gula, voluptas, fornicatio. Hi namque potissimum spiritus juvenilem ætatem infestant: hæc consequuntur, pecuniæ amor, avaritia et his similia. Misera ergo anima, ubi hosce laqueos declinavit, postquam ventrem continuit, postquam ventri subjectas cupiditates per pudicitiam transilivit, post-

A ὑπὸ τοῦ ἱεροῦ ψάλτου Δαβὶδ εἴρηται. Ἀλλὰ τῆς θαλάσσης τὰ μέν εἰσι πετρώδη, τὰ δὲ καὶ θηρίων πλήρη, τινὰ δὲ καὶ γαληνά. Ἡμεῖς ἐν τῷ γαληνῷ μέρει τῆς θαλάσσης δοκοῦμεν πλέειν, οἱ δὲ κοσμικοὶ ἐν κινδυνώδεσι· καὶ ἡμεῖς μὲν ἡμέρας πλέομεν ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ὁδηγούμενοι, ἐκεῖνοι δὲ ἐν νυκτὶ, ὑπὸ τῆς ἀγνωσίας φερόμενοι. Ἀλλ' ἐνδέχεται πολλάκις τὸν κοσμικὸν ἐν χειμῶνι καὶ ἐν σκότει τυγχάνοντα, βοήσαντα καὶ ἀγρυπνήσαντα, σῶσαι τὸ ἑαυτοῦ σκάφος· ἡμᾶς δὲ ἐν γαλήνῃ, ὑπὸ ἀμελείας βυθισθῆναι, τὸ πηδάλιον τῆς δικαιοσύνης ἀφέντας.

48. *Βλεπέτω οὖν ὁ στήκων μὴ πέσῃ*. Ὁ μὲν γὰρ πεσὼν μίαν ἔχει φροντίδα, τοῦ ἀναστῆναι· ὁ δὲ στήκων φυλαττέσθω τοῦ μὴ πεσεῖν. Καὶ γὰρ τὰ παραπτώματα διάφορα· οἱ μὲν γὰρ πεσόντες τοῦ μὲν
B στήκειν ἐστέρηνται· κείμενοι δὲ, οὐ πάνυ τι ἐβλάβησαν. Ὁ δὲ ἑστὼς μὴ εὐτελιζέτω τὸν πεπτωκότα, ἀλλ' ἑαυτὸν φοβείσθω, μὴ πεσὼν διαφθαρῇ, καὶ εἰς κατώτερον ἀπέλθῃ βόθρον. Εἰκὸς γὰρ, καὶ τῆς κραυγῆς ἡττηθείσης ὑπὸ τοῦ βάθους τοῦ φρέατος, μὴ βοήθειαν αἰτῆσαι. Φησὶ γὰρ ὁ δίκαιος· *Μὴ καταπιέτω με βυθὸς, μηδὲ συσχέτω ἐπ' ἐμὲ φρέαρ τὸ στόμα αὐτοῦ*. Ὁ πρῶτος πεσὼν ἔμεινεν. Ὅρα σεαυτὸν, μὴ καταπεσὼν καὶ σὺ θοίνη θηρίων γένῃ. Ὁ πεσὼν οὐκ ἀσφαλίζεται τὴν θύραν· σὺ δὲ μηδόλως νυστάξῃς· ἀλλ' ἀεὶ τὸ θεῖον ἐκεῖνο μελῴδει ῥητὸν, τὸ φάσκον· *Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μή ποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον*. Ἀγρύπνει δὲ διηνεκῶς διὰ τὸν ὠρυόμενον λέοντα.

49. Ταῦτα τὰ ῥήματα συντελεῖ πρὸς τὸ μὴ ὑπερ-
C αἴρεσθαι. Ὁ πεσὼν ἐν τῷ ἐπιστρέψαι καὶ στενάξαι σωθήσεται. Ὅρα σὺ σαυτὴν ἡ στήκουσα. Διπλοῦς γάρ σοι ὁ φόβος ἐπίκειται, ἢ τοῦ μὴ ἐπιστρέψαι πρὸς τὰ ἀρχαῖα, δι' ὀλιγωρίας σοι τοῦ ἐχθροῦ προσπεσόντος, ἢ τοῦ μὴ τρέχουσαν σκελισθῆναι. Ὁ γὰρ ἐχθρὸς ἡμῶν διάβολος ἢ ὄπισθεν ἕλκει πρὸς ἑαυτὸν, ὁπηνίκα βραδεῖαν καὶ νωθρὰν τὴν ψυχὴν θεάσηται· ἢ δοκοῦσαν αὐτὴν σπουδαίαν εἶναι καὶ ἐπίπονον πρὸς ἄσκησιν, ἐπεισέρχεται λεπτῶς καὶ κεκρυμμένως διὰ τῆς ὑπερηφανίας· καὶ οὕτως αὔτανδρον τὴν ψυχὴν ἀπόλλυσι. Τοῦτο τὸ ὅπλον ἔσχατον καὶ κορυφαιότατον πάντων ἐστὶ τῶν κακῶν. Ἐξ αὐτοῦ ὁ διάβολος καταβέβληται, καὶ δι' αὐτοῦ τοὺς δυνατωτέρους τῶν ἀνθρώπων πειρᾶται καθαιρεῖν. Ὥσπερ γὰρ οἱ δεινότατοι τῶν πολεμιστῶν, μετὰ τὸ δαπανῆσαι τὰ λεπτότερα βέλη, τὸ
D τηνικαῦτα ἔτι ἐπικρατούντων τῶν μαχητῶν, προβάλλονται τὴν ἰσχυροτέραν πάντων μάχαιραν· οὕτως καὶ ὁ διάβολος, μετὰ τὸ πρῶτα αὐτοῦ ἀποδαπανῆσαι ἄγκιστρα, τότε τῷ τελευταίῳ χρᾶται ξίφει, τῇ ὑπερηφανίᾳ. Τίνες δὲ ἦσαν αὐτοῦ αἱ πρῶται παγίδες; Δῆλον, ὡς γαστριμαργία, φιληδονία, πορνεία. Ταῦτα γὰρ μάλιστα τὰ πνεύματα ἐπὶ τῶν νεωτερικῶν ἡλικιῶν συμβαίνουσιν. Ἐπακολουθεῖ δὲ τούτοις φιλαργυρία, πλεονεξία, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Ἡ οὖν ἀθλία ψυχὴ, ὅταν τούτων τῶν παθῶν περιγένηται, ὁπηνίκα

[18] Psal. LXVIII, 16. [19] Psal. XII, 4.

γαστρὸς κρατήσῃ, ὅτε καὶ τὰς ὑπογαστρίους ἡδονὰς A ὑπερπηδήσῃ τῇ σεμνότητι, ὅτε ἀργυρίου καταφρονήσῃ· τότε πανταχόθεν ὁ κακόφρων, ἀπορηθεὶς, ὑποβάλλει τῇ ψυχῇ ἄτακτον κίνησιν· μεγεθύνει γὰρ αὐτὴν ἀπρεπῶς κατὰ τῶν ἀδελφῶν ἐπαίρεσθαι. Βαρὺ καὶ ὀλέθριον τοῦτο τοῦ ἐχθροῦ τὸ δηλητήριον. Πολλοὺς ἀθρόως ἐν τούτῳ σκοτίσας κατέβαλεν. Ὑποβάλλει γὰρ τῇ ψυχῇ ἔννοιαν νόθον καὶ θανατηφόρον. Κατειληφέναι γὰρ αὐτὸν φαντάζει τὰ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμενα, καὶ ὅτι ἐν νηστείαις ὑπερβάλλει· καὶ πλῆθος αὐτῷ ἀνδραγαθημάτων προστίθησι· πάντων δὲ ὧν ἥμαρτεν εἰς λήθην αὐτὸν φέρει, πρὸς τὸ κατὰ τῶν συνόντων ἐπαίρεσθαι. Ὑποκλέπτει γὰρ αὐτοῦ ἐκ τοῦ νοῦ τὰ πλημμελήματα· οὐ πρὸς ὠφέλειαν δὲ αὐτοῦ τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ πρὸς τὸ μὴ δυνηθῆναι αὐτὸν εἰπεῖν B τὴν ἰατρικὴν ἐκείνην φωνὴν, τὸ, *Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, ἐλέησόν με*. Οὔτε μὴν συγχωρήσει αὐτῷ λέγειν· *Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου*. Ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς κατὰ διάνοιαν εἶπε τό· *Ἀναβήσομαι, καὶ θήσομαι τὸν θρόνον μου*· οὕτως καὶ τοῦτον φαντάζει εἰς ἀρχάς τε καὶ πρωτοκαθεδρίας, ἔτι δὲ διδασκαλίας, καὶ ἰαμάτων ἐκδόσεις. Ἡ οὖν οὕτως ἀπατωμένη ψυχὴ φθείρεται καὶ ἀπόλλυται, δυσιάτῳ ἕλκει πληγεῖσα.

50. Τί οὖν δεῖ ποιεῖν, τῶν τοιούτων λογισμῶν παρόντων; Ἀδιαλείπτως μελετᾷν τὸ θεῖον ἐκεῖνο λόγιον, ὅπερ ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐβόα, λέγων τό· *Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος*. Καὶ ἐν ἑτέρῳ φησίν· *Ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός*. Ἔτι γε μὴν καὶ τὸ τοῦ Ἡσαΐου ἀκουέτω ῥῆμα τὸ λέγον, ὡς *Πᾶσα δικαιοσύνη ἀνθρώπου ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης*. C Καὶ εἰ μὲν ἀναχωρούσῃ καθ' ἑαυτὴν οἱ λογισμοὶ οὗτοι παρεισέλθωσιν, ἐν κοινοβίῳ εἰσερχέσθω· ἀναγκαζέσθω δὲ καὶ δεύτερον ἐσθίειν τῆς ἡμέρας, εἴ γε δι' ὑπερβολὴν ἀσκήσεως τούτῳ ἑάλω τῷ πάθει· καὶ παρὰ τῶν συνηλίκων δὲ ἐπιτιμάσθω, καὶ ὀνειδιζέσθω, καὶ ἐπιτιμάσθω σφοδρῶς, ὡς μηδὲν μέγα πράττουσα· πᾶσαν δὲ ὑπηρεσίαν ποιείσθω. Προσαγέσθωσαν δὲ καὶ βίοι ἁγίων ἐξοχώτατοι εἰς ἐξήγησιν· πειράσθωσαν δὲ αἱ συνελθοῦσαι ἐπιτείνειν ἑαυτῶν τοὺς πόνους πρὸς ἄσκησιν τὰς ὀλίγας ἡμέρας, πρὸς τὸ ἐκείνην, θεασαμένην τὸ μέγεθος τῶν ἀρετῶν, ἐλάττονα καὶ ἑαυτὴν ἡγεῖσθαι.

51. Προηγεῖται δὲ τῆς νόσου ταύτης ἕτερον κακὸν, ἡ παρακοή· ὅθεν διὰ τοῦ ἐναντίου τῆς ὑπακοῆς, δυνατὸν τὴν σηπεδονώδη νομὴν τῆς ψυχῆς περικαθᾶραι· D *Ὑπακοὴ γὰρ*, φησὶν, *ὑπὲρ θυσίαν*.

52. Δεῖ οὖν καθαιρεῖν ὄγκον δόξης ἐν καιρῷ, καὶ ἐπαινεῖν δὲ πάλιν καὶ θαυμάζειν ἐν καιρῷ. Εἰ γὰρ ἀμελὴς καὶ νωθρὰ εὑρεθῇ ἡ ψυχὴ, ἔτι γε μὴν καὶ ὑποναρκοῦσα εἰς τὴν τοῦ καλοῦ προκοπὴν, ἐπαινεῖν ταύτην προσήκει· καὶ εἰ μικρὸν ποιήσει τι χρηστὸν, θαυμάζειν καὶ μεγεθοποιεῖν δέον αὐτήν. Καὶ τὰ σφοδρὰ καὶ ἀπάνθρωπα πλημμελήματα ὡς ἐλάχιστα καὶ οὐδαμινὰ λεκτέον· ὁ γὰρ διάβολος, βουλόμενος πάντα διαστρέφειν, ἐπὶ μὲν τῶν σπουδαίων καὶ ἀσκητικῶν κρύπτειν πειρᾶται τὰ προγεγονότα ἁμαρ-

quam argentum despexit; tunc malorum artifex ille ad angustias undique redactus, inordinatum motum animæ subjicit, inflatque illam ut indecenter adversus sorores efferatur. Atrox et exitiosum est hoc adversarii toxicum. Multos derepente tenebris effusos hac ratione prostravit. Cogitationem enim spuriam ac lethalem animæ suggerit, ut nempe sibi videatur ea comprehendere quæ multi ignorant, atque in jejuniis antecellere : recte factorum multitudinem objicit, omnium peccatorum oblivionem inducit, ut adversus socios efferatur animo. Subducit ex mente delicta : quod non ad ejus utilitatem præstat; sed ne proferre possit medicinalem illam vocem : *Tibi soli peccavi* [1], *miserere mei, Domine* [2]. Sed nec sinet eum dicere : *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo* [3]. Verum sicut ille mente dixerat : *Ascendam, et ponam thronum meum* [4]; ita hunc quoque vane concitat ad principatus, ad primos consessus, itemque ad magisteria, et ad morbos curandi virtutem. Anima itaque ad hunc modum circumventa in perniciem et exitium ruit, vix sanabili percussa vulnere.

50. Quid igitur instantibus hujusmodi cogitationibus agendum? Indesinenter meditandum divinum illud oraculum, quod beatus David alta voce proferebat : *Ego sum vermis et non homo* [5]. Et alio loco dicitur : *Ego autem sum terra et cinis* [6]. Insuperque celebre illud Isaiæ dictum : *Omnis justitia hominis sicut pannus menstruatæ* [7]. Quod si cogitationes hujusmodi adoriantur eam quæ anachoreticam iniit vitam, ingrediatur illa in cœnobium, cogaturque bis in die comedere, si quidem ob nimiam ascesin sive jejunium, inciderit in hujusmodi vitium : tum ab æqualibus increpetur, ac contumeliis afficiatur, ac si parum sit quod illa egerit : quodlibet obeat ministerium, offerantur ipsi vitæ sanctorum pietate eminentium. Conentur sodales ejus laborem disciplinæ suæ aliquot diebus augere; ut cernens **627** virtutum præstantiam, se minimam omnium existimet.

51. Hunc porro morbum præcedit aliud vitium, inobsequentia : sed per contrariam obsequentiam putridum animæ ulcus curare valemus : *Obedientia* enim, inquit, *super sacrificium* [8].

52. Quapropter convenit gloriam suo tempore adimere, iterumque suo tempore laudare atque admirari. Si enim anima negligens segnisque inveniatur, et ad profectum desidia torpeat, convenit eam laudare : et si paulum quid boni admiserit, mirari illam et magni facere oportet. Gravia autem et immania delicta, minima nulliusque momenti dicenda. Diabolus quippe qui omnia evertere conatur, sedulis et exercitatis admissa peccata vult occultare, quo in eis superbiam adaugeat. Novitiis

[1] Psal. L, 3. [2] Psal. VI, 3; IX, 14. [3] Psal. CX, 1. [4] Isa. XIV, 14. [5] Psal XXI, 7. [6] Gen. XVIII, 27. [7] Isa LXIV, 6 [8] I Reg. XV, 22.

autem animabus quæ nuper virtutem adierunt, universa peccata ob oculos statuit, quo desperationem ingeneret. Huic suggerit : Tibi quæ fornicata es, quæ venia exspectanda? Alteri dicit : Cum tanta avaritia tenearis, fieri nequit ut salutem consequare. Cæterum animas hunc in modum agitatas, hac ratione hisque verbis oportet consolari. Raab meretrix fuit, sed per fidem nacta est salutem : Paulus persecutor erat, et tamen vas electionis effectus est : Matthæus publicanus erat, at nemo quanta gratia donatus sit ignorat : latro furtis et cædibus deditus erat, sed tamen primus aperuit portam paradisi. Illis igitur animadversis, ne animum despondeas.

53. Ubi autem apta commodaque illis remedia inveneris, par iis quæ superbia captæ sunt adhibenda curatio est. Ita namque eam alloqui oportet : Quorsum inflaris? An quia carnes non comedis? alii ne piscem quidem vident. Quod si vino abstines, respice alios qui ne oleo quidem utuntur. Jejunas usque ad vesperam? nonnullæ duos tresve dies in cibi abstinentia transigunt. Forsitan quia balneo non uteris altius sapis? multi cum etiam ægrotarent nullatenus eo sunt usi. Te fortasse ideo admiraris, quia in matta dormis et in cilicino stramento? Alii autem assidue humi cubant, quod etiamsi tu faceres, non magni quid esset : sunt enim qui etiam sibi lapides subjecerunt, ne rebus naturalibus cum voluptate fruerentur. Alii totam noctem suspensi transegerunt. Sed etiamsi hæc omnia designares, ac supremam omnium exercitationem attingeres, ne magnum sapias. Etenim dæmones plura quam tu præstiterunt et præstant hodieque. Nam neque comedunt, neque bibunt, neque connubia ineunt, nec dormiunt : imo etiam in eremis degunt, si forte tu in spelunca habitans, magni quid præstare tibi videaris.

54. Sic igitur similibusque rationibus poterimus contrarios curare morbos, desperationem et superbiam. Sicut enim ignis vehementiore flatu dissipatus exstinguitur, rursumque flatu destitutus emoritur, ita et virtus per superbiam evolat, licet exercitatione vehementi culta fuerit : rursumque incuria bonum corrumpitur, quando ad afflatum Spiritus sancti non movemus nosmetipsos. Gladius acutus facile a lapide confringitur, vehemensque disciplina et exercitatio, brevi per superbiam in exitium ruit. Quapropter expedit animam undique munire, ac supremam ascesin a superbiæ æstu perustam demittere in umbrosa loca : interdumque superflua amputare, quo radix vegetior efficiatur.

55. Qui vero desperatione capitur, compellatur prædictis argumentis sursum tendere. Anima quippe quæ terræ inhæret, vilis abjectaque est. Sane agricolarum solertissimi, cum viderint plantam tenuem et infirmam, large irrigant, multaque sollicitudine fovent, ut augmentum accipiat. Quoties autem in

τήματα· τὴν γὰρ ὑπερηφανίαν αὐξῆσαι βούλεται· ἐπὶ δὲ τῶν νεηλύδων καὶ ἀκροπαγῶν ψυχῶν, πάντα τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν πρὸ ὀφθαλμῶν τίθησιν. Ἐμβάλλει γὰρ αὐτῇ ὅτι, Σοὶ πορνευσάσῃ ποία ἔσται συγγνώμη; Καὶ τῇ ἄλλῃ φησίν· Οὕτω σου πλεονεκτησάσης, ἀδύνατόν σε σωτηρίας τυχεῖν. Τὰς οὖν οὕτω σαλευομένας ψυχὰς παραμυθητέον οὕτως· δεῖ γὰρ πρὸς αὐτὰς οὕτω λέγειν· Ῥαὰβ πόρνη ἦν, ἀλλ' ἐσώθη διὰ πίστεως· Παῦλος διώκτης ἦν, ἀλλὰ σκεῦος ἐκλογῆς γέγονε· Ματθαῖος τελώνης ἦν, ἀλλ' οὐδεὶς τὴν χάριν τούτου ἀγνοεῖ· καὶ ὁ λῃστὴς ἐσύλα καὶ ἐφόνευεν, ἀλλὰ πρῶτος τὴν θύραν ἀνέῳξε τοῦ παραδείσου. Τούτοις οὖν ἐνατενίζουσα, μὴ ἀπογνῷς τῆς σεαυτῆς ψυχῆς.

53. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ταύταις εὑρήσεις ἁρμόδια, δεῖ καὶ τῶν τῇ ὑπερηφανίᾳ ἁλισκομένων ποιεῖσθαι αὐτὴν τὴν θεραπείαν. Φάσκειν γὰρ δεῖ πρὸς αὐτήν· Τί φυσιοῦσαι; Ὡς κρέα μὴ ἐσθίουσα; ἄλλοι οὐδὲ ἰχθὺν ὁρῶσι. Καὶ εἰ οἶνον οὐ πίνεις, σκόπησον, ὡς ἄλλοι οὔτε ἔλαιον ἐσθίουσιν. Ἕως ὀψὲ νηστεύεις; ἄλλαι δὲ δύο καὶ τρεῖς ἡμέρας συνάπτουσιν ἄσιτοι. Ἀλλ' ὅτι οὐ λούῃ μέγα φρονεῖς; πολλοὶ καὶ διὰ πάθος σωματικὸν οὐδ' ὅλως τούτῳ ἐχρήσαντο. Ἀλλὰ θαυμάζεις σεαυτὴν, ὅτι ἐν χαραδρίῳ καθεύδεις, καὶ ἐν τριχίνῃ στρωμνῇ; ἄλλαι δὲ χαμευνοῦσι διηνεκῶς. Ἀλλ' εἰ καὶ τοῦτο ποιήσειας, οὐδὲν μέγα· τινὲς γὰρ καὶ λίθους ἑαυταῖς ὑπέβαλον, πρὸς τὸ μὴ καθ' ἡδονὴν τῶν φυσικῶν τυχεῖν· ἄλλοι δὲ καὶ ἐκρέμασαν ἑαυτοὺς δι' ὅλης τῆς νυκτός. Ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτα πάντα ποιήσειας, καὶ τὴν ἀκροτάτην ἄσκησιν ἐπιτελέσειας, μὴ μέγα φρονήσῃς· καὶ γὰρ τὰ δαιμόνια πλείω τῶν σῶν πεποιήκασι καὶ ποιοῦσιν· οὔτε γὰρ ἐσθίουσιν, οὔτε πίνουσιν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ὑπνοῦσιν· ἀλλὰ καὶ ἐν ἐρήμῳ διάγουσιν, εἴ γε καὶ ἐν σπηλαίῳ οἰκοῦσα δοκεῖς μέγα τι ποιεῖν.

54. Οὕτω μὲν οὖν, καὶ ἐκ τοιούτων λογισμῶν, δυνατὸν ἰάσασθαι τὰ ἐναντία πάθη· τήν τε ἀπόγνωσιν λέγω καὶ τὴν ὑπερηφανίαν. Ὥσπερ γὰρ σφοδρῶς ἐκφυσώμενον πῦρ, διασκορπιζόμενον ἀπόλλυται, καὶ μὴ τυχὸν δὲ πνεύματος πάλιν φθείρεται· οὕτω καὶ ἡ ἀρετὴ ἀφίπταται δι' ὑπεροψίαν, κἂν πολλὴν σφοδρότητα ἀσκήσεως λάβῃ· καὶ φθείρεται δὲ πάλιν ἐξ ἀμελείας τὸ καλὸν, ὅταν μηδ' ὅλως κινήσωμεν ἑαυτοὺς πρὸς ῥιπισμὸν τοῦ θείου Πνεύματος. Μάχαιρα ἐπακμος ῥᾳδίως ὑπὸ λίθου κατάγνυται· καὶ ἄσκησις ἐπιτεταμένη συντόμως ἐκ τοῦ ὑπερηφανεύεσθαι ἀπόλλυται. Ὅθεν προσήκει πανταχόθεν ἀσφαλίζεσθαι τὴν ψυχὴν, καὶ τὴν ἀκροτάτην ἄσκησιν ἐκ τοῦ καύσωνος τῆς ὑπερηφανίας περικαιομένην ὑποκάμπτειν πρὸς τοὺς σκιώδεις τόπους, ἔσθ' ὅτε καὶ περιτέμνειν τὰ περιττὰ, πρὸς τὸ τὴν ῥίζαν εὐθαλεστέραν γενέσθαι.

55. Τὸν δὲ τῇ ἀπογνώσει ἁλισκόμενον ἀνωρεπῆ βιάζεσθαι ποιεῖν τοῖς προειρημένοις λογισμοῖς. Καὶ γὰρ σφόδρα ἡ ψυχὴ χαμαιπετὴς τυγχάνει. Καὶ γοῦν τῶν γεηπόνων οἱ ἄριστοι, ἐπειδὰν φυτὸν βραχὺ καὶ ἀσθενὲς θεάσωνται, ποτίζουσι δαψιλῶς, καὶ ἐπιμελείας πολλῆς ἀξιοῦσι πρὸς τὸ αὐξηθῆναι. Ἐπειδὰν δὲ

ἐν φυτῷ πρόωρον βλάστην θεάσωνται, περιτέμνουσιν αὐτοὶ τὰ περιττά· φιλεῖ γὰρ ταῦτα ἑτοίμως ξηραίνεσθαι. Καὶ ἰατρῶν δὲ παῖδες τινὰς μὲν τῶν ἀῤῥώστων τρέφουσι δαψιλῶς, καὶ πρὸς περίπατον προτρέπονται· ἑτέρους δὲ δεσμεύοντες, ἀσίτους ἐπὶ πολὺ φυλάττουσιν.

56. Φανερὸν οὖν ἐστιν, ὡς μέγιστον ἐν κακοῖς ἡ ὑπερηφανία τυγχάνει· καὶ τοῦτο δείκνυσιν αὐτῆς τὸ ἐναντίον, ἡ ταπεινοφροσύνη. Δυσχερές ἐστι κτήσασθαί τινα τὴν ταπεινοφροσύνην. Εἰ μὴ γάρ τις πάσης δόξης ἐκτὸς γένηται, τούτου τοῦ θησαυροῦ τυχεῖν οὐ δυνήσεται. Οὕτω δέ ἐστι μεγάλη ἡ ταπεινοφροσύνη, ὡς πάσας τὰς ἀρετὰς μιμεῖσθαι δοκεῖν τὸν διάβολον, ταύτην δὲ μηδὲ εἰδέναι τί ὅλως ἐστίν. Εἰδὼς δὲ αὐτῆς τὸ ἀσφαλὲς καὶ ἑδραῖον ὁ ἀπόστολος, προστάττει ἡμῖν ταύτην ἐγκομβώσασθαι, καὶ πάντας ποιοῦντας τὰ ἐπωφελῆ, ταύτην περιβάλλεσθαι. Κἄν τε γὰρ νηστεύῃς, κἄν τε ἐλεῇς, κἄν τε διδάσκῃς· εἰ δὲ καὶ σώφρων τυγχάνῃς καὶ συνετὸς, πάλιν ταύτην ἀντὶ τοιχίου ἀῤῥαγοῦς σεαυτῷ παράστησον. Σφιγγέτω σου καὶ συνεχέτω σου τὰς ἀρετὰς αὕτη ἡ καλλίστη τῶν ἁπασῶν ἀρετῶν, ἡ ταπεινοφροσύνη. Ὁρᾷς καὶ τὴν τῶν ἁγίων τριῶν παίδων ὑμνολογίαν, ὅπως τῶν ἄλλων ἀρετῶν οὐ πάνυ τι μνημονεύσαντες, τοὺς ταπεινοὺς σὺν τοῖς ὑμνοῦσι συγκατηριθμήσαντο, μὴ εἰρηκότες σώφρονας ἢ ἀκτήμονας. Ὥσπερ γὰρ ἀδύνατον ναῦν χωρὶς ἥλων κατασκευασθῆναι, οὕτως ἀδύνατον σωθῆναι χωρὶς ταπεινοφροσύνης.

57. Ὅτι δὲ ἀγαθὴ καὶ σωτήριος πέφυκεν, ὁ Κύριος, πρὸς ἀνθρώπους οἰκονομίαν πληρῶν, αὐτὴν ἠμφιά-
μαθήτευσον. Ἀρχή σοι καὶ τέλος τῶν ἀγαθῶν ἡ ταπει-
σατο. Φησὶ γάρ· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι
καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.* Ὅρα τίς ὁ λέγων, τελείως
νοφροσύνη γινέσθω. Φρόνησιν λέγω [λέγει] ταπεινὴν, οὐ σχῆμα μόνον, τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον αἰνίττεται· ἀκολουθήσει γὰρ τούτῳ καὶ ὁ ἐκτός. Πάσας τὰς ἐντολὰς πεποίηκας; Οἶδεν ὁ Κύριος· ἀλλ' αὐτός σοι ἐντέλλεται πάλιν ἀρχὴν δουλείας λαμβάνειν· φησὶ γάρ· *Ὅταν πάντα ποιήσητε, εἴπατε· Δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν.*

58. Ἡ οὖν ταπεινοφροσύνη κατορθοῦται δι' ὀνειδισμῶν, δι' ὕβρεων, διὰ πληγῶν· ἵνα ἀκούσῃς ἄφρων καὶ μωρὸς, πένης καὶ πτωχὸς, ἀσθενὴς καὶ εὐτελὴς, ἀπρόκοπος ἐν ἔργοις, ἄλογος ἐν προφορᾷ, ἄτιμος ἐν εἴδει, ἀσθενὴς ἐν δυνάμει. Ταῦτα τῆς ταπεινοφροσύνης τὰ νεῦρα. Ταῦτα ὁ Κύριος ἡμῶν ἤκουσε καὶ πέπονθε. Σαμαρείτην γὰρ αὐτὸν εἶπαν καὶ δαιμόνιον ἔχοντα. Δούλου μορφὴν ἀνείληφεν, ἐραπίσθη, πληγαῖς ᾐκίσθη.

59. Δεῖ οὖν καὶ ἡμᾶς μιμεῖσθαι τὴν ἔμπρακτον ταύτην ταπεινοφροσύνην. Εἰσὶ μὲν οὖν τινες καὶ διὰ τῶν ἐκτὸς σχημάτων ὑποκρινόμενοι, καὶ ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς, αὐτῷ τούτῳ δόξαν θηρώμενοι· ἀλλ' ἐκ τῶν καρπῶν ἐπιγινώσκονται· καὶ γὰρ ἐπιπολαίως ὑβρι-

planta conspexerint præcocem surculum, superflua quæque detruncant; solent siquidem illæ cito arescere. Medici autem **628** ægrotorum alios largiore cibo alunt, et ad deambulationem invitant; alios vinctos diutius in abstinentia detinent.

56. Palam igitur est malorum supremum esse superbiam: illudque comprobat bonum ipsi contrarium humilitas. Hanc porro assequi difficile est. Nisi enim quis inanem omnem gloriam abjecerit, hunc nancisci thesaurum non valebit. Est quippe adeo magna virtus humilitas, ut diabolus cæteras quidem virtutes videatur imitari, hanc vero nesciat quid omnino sit. Proinde ejus soliditatem stabilitatemque cum sciret apostolus, præcipit nobis ut induamus humilitatem *, cunctaque utilia agentes, eam velut amictum circumdemus nobis: sive jejunes, sive misericordiam exerceas, sive doceas. Quod si temperans et prudens sis, eam tibi admove ceu fortissimum murum. Astringat contineatque virtutes tuas omnium virtutum præstantissima humilitas. (88) Vides trium puerorum canticum, quod nempe aliarum virtutum mentione vix facta, humiles hymnum cantantium choro annumeraverint[10], non memoratis temperantibus et paupertatis amantibus. Quemadmodum enim impossibile est navem sine clavis fabricari, ita nec valemus salutem consequi sine humilitate.

57. Quia vero præclara illa est et salutaris, Dominus suam erga homines œconomiam implens, seu incarnatus, eam induit. Ait quippe: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde*[11]. Attende quis sit qui loquitur, estoque perfectus discipulus. Sit tibi humilitas principium finisque virtutum. Sensum animi dicit humilem, non solam speciem, sed interiorem innuit hominem: eum namque exterior consequetur. Omnia præcepta servasti? Id novit Dominus. Verum ipse tibi præcipit ut principium servitutis rursus assumas; ait enim: *Cum hæc omnia feceritis, dicite: Servi inutiles sumus*[12].

58. Humilitas itaque exercetur per improperia, per contumelias, per plagas; ut audias amens et stultus, pauper et inops, infirmus et vilis, inconsideratus in operibus, rationis expers in loquendo, forma despicabilis, debilis viribus. Hi sunt nervi humilitatis. Hæc Dominus noster audivit, hæc passus est. Nam Samaritanum eum dicebant, et dæmonium habentem. Assumpsit formam servi, colaphis cæsus est, plagisque dehonestatus.

59. Operæ pretium itaque est ut veræ nos humilitatis æmuli simus. Quidam enim sunt qui externam speciem humilitatis ementiuntur, atque eo ipso gloriam aucupantur. Sed ex fructibus cognoscuntur: vel levissima quippe injuria affecti, nequaquam

* I Petr. v, 5. [10] Dan. III, 87. [11] Matth. XI, 29. [12] Luc. XVII, 10.

(88) *Vit. PP.* l. v, 15, 48. Doroth. *Doct.* 4.

sustinent, confestimque ceu serpentes virus suum evomunt

60. De sermonibus ejusmodi summe exsultabant quæ convenerant, adhucque perseverabant, nulla bonorum satietate admissa. (89) Iterumque illas beata Virgo sic alloquitur. Magnum est certamen iis qui accedunt ad Deum, laborque ingens in principio, exinde vero gaudium ineffabile. Nam quemadmodum qui ignem excitare volunt, primum fumo inficiuntur ac lacrymas emittunt, eoque modo optatis potiuntur; ait enim : *Deus noster ignis consumens est*[13]; ita convenit nos quoque divinum ignem in nobis accendere cum lacrymis et labore. Ipse siquidem Dominus ait : *Ignem veni mittere in terram*[14]. Et sane quidam, cum fumi molestiam tolerassent, non accenderunt ignem, eo quod patientiæ essent expertes, seu potius quod eorum erga Deum affectus debilis et infirmus esset.

61. Quamobrem charitas grande cimelium est, de qua hæc affirmat Apostolus: Si omnes facultates distribueris, et corpus subegeris, charitatem autem non habueris, factus es velut æs sonans, aut cymbalum tinniens[15]. Ingens itaque bonum est charitas, proindeque ingens malum est iracundia : totam enim animam **629** tenebris offundit, in feritatem vertit et ratione privat. Dominus porro undequaque nostræ curam salutis agens, nullatenus concessit, ut vel minimum quid in anima præsidio vacuum maneret. Libidinem concitat inimicus? Dominus nos temperantia munivit. Sed ille superbiam parit? non longe abest humilitas. Odium inseruit? in medio sita est charitas. Quotquot demum tela in nos vibrat adversarius, pluribus nos Dominus armis communivit, cum ad salutem nostram, tum ad eum destruendum.

62. Inter mala maximum est iracundia malum : *Ira enim*, inquit, *viri justitiam Dei non operatur*[16]. Imperandum itaque est illi, quia in tempore utilis visa est : siquidem irasci et commoveri contra dæmones expedit. At in hominem vehementer commoveri nequaquam convenit, licet ille peccaverit; verum ad resipiscentiam reducere illum oportet, cum sedata fuerit iræ perturbatio.

63. At enim irasci fortasse minus malum videri possit, simultas vero et injuriarum memoria omnium gravissimum est. Ira quippe ceu fumus, ubi ad breve tempus animam conturbavit, evanescit : at injuriarum memoria quasi animæ alte infixa, feris eam immaniorem efficit. Nam canis quidem contra quempiam sæviens, esca delinitus, iram deponit : aliæque belluæ consuetudine demulcentur et cicurantur; sed qui injuriarum memoria correptus est, non cohortationi acquiescit, non cibo emollitur, neque tempus omnia immutans, hujusmodi morbum curaverit. Hi ergo cunctorum im-

A σθέντες, οὐχ ἤνεγκαν· ἀλλὰ παραυτὰ ὥσπερ ὄφεις τὸν ἑαυτῶν ἰὸν ἐξέμεσαν.

60. Ἐπὶ τοῖς λόγοις δὲ τούτοις ἠγαλλιῶντο αἱ συνελθοῦσαι σφόδρα, καὶ πάλιν προσεκαρτέρουν, κόρον τῶν ἀγαθῶν μὴ λαμβάνουσαι. Καὶ πάλιν πρὸς αὐτὰς ἔλεγεν ἡ μακαρία· Ἀγών ἐστι πολὺς τοῖς προσερχομένοις Θεῷ καὶ κόπος τὰ πρῶτα, ἔπειτα δὲ χαρὰ ἀνεκδιήγητος. Ὥσπερ γὰρ οἱ πῦρ ἐξάψαι βουλόμενοι πρῶτον καπνίζονται καὶ δακρύουσι, καὶ οὕτως τοῦ ζητουμένου τυγχάνουσι· καὶ γάρ φησιν· *Ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον*· οὕτω δεῖ καὶ ἡμᾶς τὸ θεῖον πῦρ εἰς ἑαυτοὺς ἐξάψαι μετὰ δακρύων καὶ κόπου. Αὐτὸς γάρ φησιν ὁ Κύριος· *Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν*. Καί τινες δι' ὀλιγωρίαν τοῦ μὲν καπνοῦ ἠνέσχοντο, τὸ δὲ πῦρ οὐκ ἐξῆψαν, διὰ τὸ B μακροθυμίας αὐτοὺς ἐκτὸς εἶναι, καὶ μᾶλλον αὐτῶν τὴν περὶ τὸ θεῖον σχέσιν ἀσθενῆ καὶ ἀμυδρὰν τυγχάνειν.

61. Ὅθεν μέγα κειμήλιον ἡ ἀγάπη· καὶ περὶ ταύτης δὲ διαβεβαιούμενος ὁ Ἀπόστολος ἔλεγεν, ὡς Ἐὰν πάντα τὰ ὑπάρχοντα διανείμῃς, καὶ τὸ σῶμα ὑποπιάσῃς, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχῃς, γέγονας χαλκὸς ἠχῶν καὶ κύμβαλον ἀλαλάζον. Μέγα οὖν ἐν ἀγαθοῖς ἡ ἀγάπη, ὡς καὶ δεινὸν ἐν κακοῖς ὁ θυμός· πᾶσαν γὰρ τὴν ψυχὴν σκοτίσας καὶ ἀποθηριώσας, εἰς ἀλογίαν φέρει. Ὁ δὲ Κύριος, πανταχόσε τῆς σωτηρίας ἡμῶν κηδόμενος, οὐδ' ὅλως συνεχώρησε βραχύ τι ἀσκεπὲς τῆς ψυχῆς. Λαγνείαν κινεῖ ὁ ἐχθρός; σωφροσύνῃ ἡμᾶς ὁ Κύριος ὥπλισεν. Ὑπερηφανίαν γεννᾷ; ἀλλ' ἡ ταπει- C νοφροσύνη οὐ μακρὰν τυγχάνει. Μῖσος ἐνεφύτευσεν; ἀλλ' ἡ ἀγάπη ἐν μέσῳ παρίσταται. Ὅσα οὖν ὁ ἐχθρὸς καθ' ἡμῶν κινεῖ βέλη, πλείοσιν ἡμᾶς ὁ Κύριος ὅπλοις ἠσφαλίσατο, πρός τε τὴν ἡμῶν σωτηρίαν καὶ πρὸς τὴν ἐκείνου κατάπτωσιν.

62. Κακὸν μὲν ἐν κακοῖς ὁ θυμός· *Ὀργὴ γὰρ*, φησίν, *ἀνδρὸς δικαιοσύνην Θεοῦ οὐ κατεργάζεται*. Δεῖ οὖν αὐτὸν ἡνιοχεῖν· ὅτι ἐν καιρῷ χρήσιμος ὤφθη· θυμοῦσθαι γὰρ καὶ κινεῖσθαι κατὰ τῶν δαιμόνων συμφέρει. Πρὸς δὲ ἄνθρωπον σφοδρῶς κινεῖσθαι οὐ προσήκει, κἂν ἁμαρτήσας τυγχάνῃ· ἐπιστρέφειν δὲ αὐτὸν δεῖ μετὰ τὸ παύσασθαι τὸ τῆς ὀργῆς πάθος.

63. Καὶ τὸ μὲν ὀργίζεσθαι ὡς ἐν κακοῖς ἔλαττον· D ἡ δὲ μνησικακία πάντων ἐστὶ βαρυτέρα. Ὁ γὰρ θυμὸς ὥσπερ καπνὸς πρὸς ὀλίγον θολώσας τὴν ψυχὴν διαλύεται· ἡ δὲ μνησικακία, ὥσπερ ἐναποπαγεῖσα τῇ ψυχῇ, θηρίου αὐτὴν δεινοτέραν ποιεῖ· καὶ κύων μέν, κατά τινος ἐκμανείς, ὑπὸ τῆς τροφῆς θωπευθείς, μεταβάλλεται τῆς ὀργῆς· καὶ τἄλλα δὲ θηρία ὑπὸ τῆς συνηθείας μειλίσσεται· ὁ δέ γε τῇ μνησικακίᾳ κρατούμενος οὐ παρακλήσει πείθεται, οὐ τροφῇ πραΰνεται, οὔτε μὴν ὁ πάντα μεταβάλλων χρόνος τὸ πάθος τούτου ἰάσατο. Οὗτοι οὖν ἀσεβέστατοι πάντων εἰσὶ καὶ ἀνομώτατοι. Οὐ γὰρ ὑπακούουσι τοῦ Σωτῆρος

[13] Hebr. xii, 29. [14] Luc. xii, 49. [15] I Cor. xiii, 3. [16] Jac. i, 20.

(89) *Vit. PP.* l. v, 3, 16.

λέγοντος, ὡς Ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου· καὶ οὕτω πρόσαγε τὸ δῶρόν σου· καὶ ἀλλαχοῦ· *Μὴ ἐπιδυέτω*, φησὶν, *ὁ ἥλιος ἐπὶ παροργισμῷ ὑμῶν.*

64. Καλὸν μὲν οὖν τὸ μὴ ὀργισθῆναι· εἰ δὲ καὶ γένηται, οὐδὲ μέτρον σοι ἡμέρας πρὸς τὸ πάθος συνεχώρησεν, εἶπε γὰρ μὴ ἐπιδῦναι τὸν ἥλιον. Σὺ δὲ ἐκδέχῃ, ἕως ἂν ὁ πᾶς σου χρόνος δύῃ. Οὐκ οἶδας εἰπεῖν· *Ἀρκεῖ τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς.* Τί μισεῖς τὸν λυπήσαντα ἄνθρωπον; Οὐκ αὐτὸς ἦν ὁ ἀδικήσας, ἀλλ' ὁ διάβολος. Μίσησον τὴν νόσον, καὶ μὴ τὸν νοσοῦντα· *Τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ, δυνατέ;* Περὶ ὑμῶν τοῦτο ὁ ψαλμὸς ἐβόησεν· *Ἀνομίαν* γὰρ, φησὶν, *ὅλην τὴν ἡμέραν*· τουτέστι, πάντα τὸν τῆς ζωῆς σου χρόνον παρακούεις τοῦ νομοθέτου τοῦ λέγοντος· *Μὴ ἐπιδυέτω ὁ ἥλιος ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν.* Φησὶ δὲ, ὡς *Ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά σου*· οὐ παύῃ γὰρ βλασφημῶν τὸν ἀδελφόν σου. Ὅθεν δικαία σοι ἡ τιμωρία παρ' αὐτοῦ τοῦ Ὑμνῳδοῦ ἐκ τοῦ Πνεύματος προσφέρεται· *Διὰ τοῦτο* γὰρ, φησὶν, *ὁ Θεὸς καθελεῖ σε εἰς τέλος, ἐκτίλαι σε καὶ μεταναστεῦσαί σε ἀπὸ σκηνώματός σου, καὶ τὸ ῥίζωμά σου ἐκ γῆς ζώντων.* Ταῦτα τῷ μνησικάκῳ τὰ δῶρα· ταῦτα τῆς κακίας τὰ ἔπαθλα.

65. Φυλάττεσθαι οὖν δέον ἀπὸ μνησικακίας· πολλὰ γὰρ αὐτῇ ἀκολουθοῦσι δεινὰ, φθόνος, λύπη, καταλαλιά. Θανατηφόρος ἡ τούτων κακία, κἂν μικρὰ δοκῇ τυγχάνειν. Ταῦτα μὲν γὰρ ὥσπερ βέλη λεπτὰ τοῦ ἐχθροῦ τυγχάνουσι. Καὶ πολλάκις τὰ ἀπὸ διστόμου μαχαίρας καὶ μείζονος ξίφους τραύματα, οἷά ἐστι πορνεία καὶ πλεονεξία, καὶ φόνος, ἰάθησαν πολλάκις διὰ τοῦ σωτηρίου φαρμάκου τῆς μετανοίας· ὑπερηφανία δὲ, ἡ μνησικακία, ἡ καταλαλιὰ, ὥσπερ μικρὰ δοκοῦντα εἶναι βέλη, λανθανόντως ἀνεῖλαν, κατὰ τῶν καιριωτέρων τῆς ψυχῆς μορίων παγέντα. Ταῦτα δὲ οὐ τῷ μεγέθει ἀναιρεῖ τῆς πληγῆς, ἀλλὰ τῇ ἀμελείᾳ τῶν τρωθέντων· ὡς μηδενὸς γὰρ ὄντων καταφρονήσαντες τῆς τε καταλαλιᾶς καὶ τῶν λοιπῶν, κατὰ μικρὸν ὑπ' αὐτῶν διεφθάρησαν.

66. Βαρὺ οὖν καὶ μοχθηρὸν ἡ καταλαλιά· τροφὴ γὰρ καὶ ἀνάπαυλά τινων ἀνθρώπων τυγχάνει. Σὺ δὲ *μὴ παραδέξῃ ἀκοὴν ματαίαν*, μὴ τῶν ἀλλοτρίων κακῶν δοχεῖον γένῃ. Ἀπέριττον σεαυτοῦ τὴν ψυχὴν παρασκεύαζε. Ὑποδεξαμένη γὰρ τὴν δυσώδη τῶν λόγων ἀκαθαρσίαν, κηλῖδας τῇ εὐχῇ σου προσάξεις διὰ τῶν λογισμῶν, καὶ ἀναιτίως μισήσεις τοὺς ἐντυγχάνοντας. Καταβαφείσης γάρ σου τῆς ἀκοῆς ὑπὸ τῆς τῶν κακολογούντων ἀπανθρωπίας, ἀγεννῶς πᾶσιν ἐνατενίσεις· καθάπερ ὁ ὀφθαλμὸς, χρώματι ἀκρατέστερον προληφθεὶς, ἀδιάκριτον ἔχει περὶ τὰ ὁρώμενα τὴν φαντασίαν.

67. Δεῖ οὖν φυλάττεσθαι τὴν γλῶτταν καὶ τὴν ἀκοὴν, πρὸς τὸ μήτε λέγειν τι τοιοῦτον, μήτε ἀκούειν ἐμπαθῶς. Γέγραπται γὰρ, ὡς *Μὴ ἀκοὴν ματαίαν*

A piissimi sunt et iniquissimi; non enim Salvatori obsequuntur sic loquenti: *Vade prius reconciliari fratri tuo: sicque offer munus tuum*[17]. Et alio loco: *Sol*, inquit, *non occidat super iracundiam vestram*[18].

64. Operæ pretium igitur est non irasci: quod si tamen id contigerit, ne unius quidem diei spatium tibi concessit ad animi motum retinendum: præcepit enim ne sol occidat. Tu vero procrastinas, donec totum vitæ tuæ tempus occiderit. Nescis hoc dicere: *Sufficit diei malitia sua*[19]. Cur hominem odio habes, qui te molestia affecit? Non ipse tibi injuriam intulit, sed diabolus. Odio habe ægritudinem, non ægrum: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es*[20]? De te hoc Psalmista clamavit:
B *In iniquitate* enim, inquit, *tota die*[21]; hoc est, toto vitæ tuæ tempore non obtemperas legislatori dicenti: *Non occidat sol super iracundiam vestram.* Ait autem: *Injustitiam cogitavit lingua tua*[22]. Non cessas fratrem tuum incessere maledictis. Quare meritum tibi supplicium ab ipso Psalmista ex Spiritu sancto renuntiatur: *Propterea*, inquit, *Deus destruet te in finem, et emigrare faciet te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viventium*[23]. Hæc sunt dona eorum qui memoriam retinent injuriarum. Hæc simultatis præmia.

65. Caveamus ergo ab injuriarum memoria. Multa quippe consequuntur eam mala, invidia, tristitia, obtrectatio. Lethifera est horum malitia, licet modica videatur. Etenim isthæc sunt veluti
C minora inimici tela. Plerumque tamen accidit ut vulnera per gladium ancipitem, et maximum ensem inflicta, cujusmodi sunt, fornicatio, avaritia, homicidium, salutari pœnitentiæ medela curata fuerint: superbia vero, injuriarum memoria, obtrectatio, quæ pro minimis telis habentur, clam interemerint, ipsis nobilioribus animæ partibus defixa. Hæc autem non gravitate vulneris interficiunt, sed incuria vulneratorum, qui cum detractionem cum reliquis vitiis nihili pendant, paulatim per illa pereunt.

66. Grave igitur et perniciosum quidpiam est obtrectatio, quæ cibus est ac veluti requies quorumdam hominum. Tu vero ne excipias auditionem malam, ne alienorum malorum ac vitiorum recepta-
D culum evadas. Animam tuam reddas superfluis vacuam. Si namque putidam sermonum illuviem admiseris, maculas orationi tuæ asperges per hujusmodi cogitationes, et absque causa oderis eos qui tecum versantur. **630** Imbutis namque auribus tuis obtrectatorum inhumanitate, illiberali animo cunctos aspicies: quemadmodum oculus vehementiore occupatus colore, obscuram habet rerum perceptionem.

67. Oportet igitur linguam auresque custodire, ne quid ejusmodi libenter audiamus vel dicamus. Scriptum namque est: *Non suscipietis auditionem*

[17] Matth. v, 24. [18] Ephes. iv, 26. [19] Matth. vi, 34. [20] Psal. LI, 1. [21] ibid. [22] ibid. 4. [23] ibid. 7.

vanam [24]: et, *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar* [25]. Apud Psalmistam quoque dicitur : *Ut non loquatur os meum opera hominum* [26]. Nos vero etiam ea quæ non sunt opera loquimur. Itaque non credendum hujusmodi sermonibus, nec tamen damnandi qui talia loquuntur. Verum juxta divinam Scripturam id facias, id dicas : *Ego autem sicut surdus non audiebam, et sicut mutus non aperiens os meum* [27].

68. Non decet lætari de hominis calamitate, quamvis maximus sit peccator. Quidam enim, cum quempiam vident flagris cædi, vel in carcerem conjici, imperite proverbium illud sæculare pronuntiant : *Qui male straverit, misere cœnabit*. Tu ergo quæ probe tibi res stravisti, confidis te tranquille acturam vitæ tempus. Ecquid faciemus ei qui affirmat unum eventum esse justo et peccatori [28]? Una quippe nobis hic est vitæ conditio, quamvis diversum sectemur institutum.

69. Non licet odio habere inimicos. Dominus enim hoc nobis voce propria jussit. Ait enim : *Non solum eos qui vos diligunt diligite : hoc enim et peccatores et publicani faciunt* [29]. Bonum enim non arte, non certamine indiget ut capietur, nam ad se trahit amantes ; malum vero divina doctrina opus habet ut aboleatur, atque labore multo. Scilicet regnum cœlorum non est languidorum segniumque, sed violentorum.

70. Quemadmodum ergo non licet inimicos odio habere ; ita neque negligentes et pigros fugere oportet et subsannare. Quidam sunt qui hanc Scripturæ sententiam sibi proferunt : *Cum sancto sanctus eris, et cum perverso una convertes* [30]. Propterea, inquiunt, fugimus peccatores, ne ab eis pervertamur. Hi ex animi ignorantia secus se gerunt. Jubet namque Spiritus sanctus, non quidem ut cum perversis pervertamur ; sed ut ex tortuosa via ad rectam nos convertamus. *Una convertes* enim significat, una trahes ipsum ad te, a sinistris ad dextra.

71. Tria sunt sententiarum genera circa hominum vitam : quarum prima est summæ malitiæ ; secunda mediæ conditionis, quæ quasi utramque respicit, estque utriusque particeps ; tertia ad summum contemplationis acta, non modo se ipsa constringit ; sed etiam duas post se positas conatur manu ducere. Nequam autem homines cum pejoribus admisti, plurimam malorum accessionem faciunt. Qui autem sunt in medio positi, fugere nituntur eos qui sunt intemperantiores, veriti ne rursum ab eis pertrahantur : sunt enim adhuc infantes in virtutum exercitio. Tertii vero virili animo præditi, firmaque mente instructi, cum malis una versantur, quibus salutem parare cupiunt. Ab externis autem vituperantur, ab iisque deridentur, qui vi-

A παραδέξασθαι· καὶ, *Τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τῷ πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον*. Ἐν δὲ τῷ Ψαλμῳδῷ φησιν· *Ὅπως ἂν μὴ λαλήσῃ τὸ στόμα μου τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων*. Ἡμεῖς δὲ καὶ τὰ μὴ ἔργα λαλοῦμεν. Δέον οὖν μὴ πιστεύειν τοῖς λεγομένοις, μήτε μὴν κατακρίνειν τοὺς λέγοντας· ἀλλὰ κατὰ τὴν θείαν Γραφὴν ποιεῖν καὶ λέγειν· *Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον, καὶ ὡσεὶ ἄλαλος οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα μου*.

68. Οὐ δεῖ ἐπὶ συμφορᾷ ἀνθρώπου ἐπιχαίρειν, κἂν πάνυ ἁμαρτωλὸς ὑπάρχῃ. Τινὲς μὲν γὰρ, θεασάμενοι μαστιζόμενον ἢ φυλακιζόμενον, ἀμαθῶς τὴν κοσμικὴν ἐκείνην παροιμίαν ἔφασαν, τὴν λέγουσαν, ὡς *Ὁ στρώσας κακῶς ταλαιπωρήσει ἐν τῷ δείπνῳ* (90). Σὺ οὖν, ἡ καλῶς στρώσασα ἑαυτῇ τὰ πράγματα,
B θαῤῥεῖς ἀναπαυθῆναι ἐν τῷ βίῳ; Καὶ τί ποιήσομεν τὸν λέγοντα ὡς, *Ἓν συνάντημα τῷ δικαίῳ καὶ τῷ ἁμαρτωλῷ*; Ἡ γὰρ ἐνταῦθα ἡμῶν διαγωγὴ μία ἐστὶ, κἂν διάφορον πολιτείαν ἔχωμεν.

69. Οὐ δεῖ μισεῖν τοὺς ἐχθρούς. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος τῇ ἰδίᾳ φωνῇ τοῦτο ἡμῖν προσέταξε. Φησὶ γὰρ, ὡς *Μὴ μόνον τοὺς ἀγαπῶντας ἀγαπᾶτε· τοῦτο γὰρ καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ οἱ τελῶναι ποιοῦσι*. Τὸ γὰρ καλὸν οὐ δεῖται τέχνης καὶ ἀγῶνος πρὸς θήραν· ἑαυτῷ γὰρ ἐφέλκεται τοὺς ἀγαπῶντας· τὸ δὲ φαῦλον τῆς θείας διδασκαλίας χρῄζει πρὸς ἀπάλειψιν, καὶ κόπου πολλοῦ. Οὐ γὰρ ἀνέτων καὶ ἀμερίμνων ἐστὶν ἡ βασιλεία οὐρανῶν, ἀλλὰ βιαστῶν.

70. Ὥσπερ οὖν οὐ δεῖ τοὺς ἐχθροὺς μισεῖν, οὕτως
C οὐδὲ τοὺς ἀμελεῖς καὶ ῥαθύμους φεύγειν καὶ μυκτηρίζειν. Τινὲς μὲν οὖν τὸ γραφικὸν ἐκεῖνο ῥητὸν ἑαυτοῖς προσφέρουσιν, ὡς *Μετὰ ὁσίου ὅσιος ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ συνδιαστρέψεις*. Διὰ τοῦτο, φησὶν, ἀποφεύγομεν τοὺς ἁμαρτωλοὺς, πρὸς τὸ παρ' αὐτῶν μὴ διαστραφῆναι. Ἀγνοίᾳ ψυχῆς οἱ τοιοῦτοι τὰ ἐναντία πράττουσι. Προστάττει γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ μετὰ τῶν στρεβλῶν συνδιαστραφῆναι, ἀλλὰ τῆς στρεβλῆς αὐτοὺς ἐπανορθώσασθαι. *Συνδιαστρέψεις* γὰρ, τουτέστι, συνελκύσεις αὐτὸν πρὸς σεαυτὸν, ἐκ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιά.

71. Τρεῖς γνωμῶν ἰδέαι κατὰ τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον τυγχάνουσιν· ὧν ἡ μὲν πρώτη ἐστὶ τῆς ἀκροτάτης κακίας, ἡ δὲ δευτέρα μέσης τινὸς καταστάσεως· ὥσπερ γὰρ πρὸς τὰς ἀμφοτέρας σκοπεῖ τῶν ὁποτέρων
D μετέχουσα· ἡ δὲ τρίτη, εἰς μέγεθος θεωρίας ἀχθεῖσα, οὐ μόνον ἑαυτὴν συσφίγγει, ἀλλά γε καὶ τὰς τελευταίας πειρᾶται χειραγωγεῖν. Οἱ μὲν οὖν κακοὶ τῶν ἀνθρώπων, τοῖς χείροσι μιγνύμενοι, ἐπεὶ πλείω τῶν δεινῶν ποιοῦνται τὴν αὔξησιν· οἱ δέ γε μέσοι ἀποφεύγειν τοὺς ἀκολάστους πειρῶνται, αὐτὸ τοῦτο δεδοικότες, μὴ πάλιν ὑπ' αὐτῶν καθελκυσθῶσι· νήπιοι γὰρ ἔτι τῶν ἀρετῶν τυγχάνουσιν· οἱ δὲ τρίτοι, ἀνδρείαν τὴν γνώμην ἔχοντες καὶ κραταιὸν τὸ φρόνημα, συνδιάγουσι τοῖς φαύλοις καὶ συνδιαιτῶνται, σῶσαι αὐτοὺς βουλόμενοι. Καὶ γοῦν ὑπὸ τῶν ἔξωθεν ὀνειδίζονται·

[24] Exod. XXIII, 1. [25] Psal. C, 5. [26] Psal. XVI, 4. [27] Psal. XXXVII, 14. [28] Eccl. IX, 2. [29] Matth. V, 46. [30] Psal. XVII, 26.

(90) Coteler., ὕπνῳ.

καὶ ὑπὸ τῶν θεωρούντων δὲ αὐτοὺς συνδιάγοντας τοῖς A ἀμελεστέροις χλευάζονται· καὶ γὰρ αὐτοὺς ὡς ὁμοίους αὐτῶν διαβάλλουσιν. Οἱ δὲ ὡς ἐπαίνους τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἀκούοντες, ἀδεῶς τὸ θεῖον ἔργον ἐκτελοῦσι. *Χαίρετε γάρ, φησί, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅταν πᾶν ψεῦδος εἴπωσι καθ' ὑμῶν οἱ ἄνθρωποι.* Δεσποτικὴ μὲν οὖν τούτων ἡ πρᾶξις· καὶ γὰρ ὁ Κύριος μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἤσθιε· μᾶλλον δὲ φιλάδελφος ἡ τούτων γνώμη ἤπερ φίλαυτος. Ὥσπερ γὰρ ἐμπρησμοὺς οἰκιῶν ὁρῶντες τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ τῶν ἰδίων καταφρονήσαντες, τὰ ἀλλότρια καὶ ἀπολλύμενα σώζειν διισχυρίζονται· καὶ περιφλεγόμενοι ἐκ τῶν καυστικῶν ὕβρεων, ἀνέχονται. Οἱ δέ γε μέσοι ἐὰν ἴδωσι τὸν ἀδελφὸν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας φλεγόμενον, ἀποφεύγουσι, δεδοικότες μὴ καὶ εἰς αὐτοὺς τὸ πῦρ διανεμηθῇ. Οἱ δέ γε τρίτοι, χαλεπῶν γειτόνων δίκην B ἐπέχοντες, τοὺς καιομένους ἐπὶ πλεῖον ἐξάπτουσιν, ὕλας αὐτοὺς (90*) πρὸς ἀπώλειαν, τὴν οἰκείαν κακίαν προσφέροντες. Ὥσπερ γὰρ πισσηρῷ διαλαβόντες πλοίῳ, ἀντὶ ὕδατος κεδρίαν ἐπιβάλλουσιν. Οἱ δέ γε ἐναντίοι τούτοις, οἱ ἀγαθοί, τὰ οἰκεῖα κτήματα δεύτερα ἔθεντο τῆς ἐκείνων σωτηρίας. Ταῦτα τῆς ἀληθινῆς ἀγάπης τὰ τεκμήρια· οὗτοι τῆς εἰλικρινοῦς ἀγάπης οἱ φύλακες.

72. Ὥσπερ δὲ τὰ δεινὰ ἓν δι' ἑνὸς ἤρτηται· τῇ γὰρ φιλαργυρίᾳ ἀκολουθεῖ φθόνος, δόλος, ἐπιορκία, θυμός, μνησικακία· οὕτω τὰ ἐναντία τούτων τῆς ἀγάπης ἔχεται· πραΰτης δὴ λέγω καὶ μακροθυμία, καὶ ἀνεξικακία, καὶ τὸ τέλειον ἀγαθόν, ἡ ἀκτημοσύνη. Οὐκ ἐνδέχεται γάρ τινα ταύτης τῆς ἀρετῆς, λέγω δὴ τῆς ἀγάπης, ἐφικέσθαι, εἰ μὴ ἐκ τῆς ἀκτη- C μοσύνης· οὐ γὰρ πρὸς ἕνα ἄνθρωπον ὁ Κύριος τὴν ἀγάπην ἐνετείλατο, ἀλλὰ πρὸς ἅπαντας. Οὐκοῦν οὐ δέον ἔχοντας παριδεῖν τοὺς χρήζοντας. Ὑποκλέπτεται (91) γὰρ τὸ τῆς ἀγάπης. Τὸ μὲν γὰρ πᾶσιν ἐξαρκεῖν ἀδύνατον ἀνθρώπῳ· Θεοῦ δὲ τοῦτο ἔργον.

73. Τί οὖν, φησίν, ὁ μὴ ἔχων, περὶ ἐλεημοσύνης ἀγωνίζῃ, καὶ αὕτη σοι πρόφασις τοῦ κτήσασθαι γίνεται; Κοσμικοῖς τοῦτο προστέτακται. Οὐ γὰρ τοσοῦτον πρὸς τὸ τραφῆναι τὸν πένητα ἡ ἐλεημοσύνη ὥρισται, ὅσον διὰ τὴν ἀγάπην. Ὁ γὰρ τὸν πλούσιον διοικῶν Θεὸς καὶ τὸν πένητα τρέφει. Περιττῶς οὖν ἡ ἐλεημοσύνη προσετάγη; Μὴ γένοιτο! ἀλλὰ ἀρχὴ τῆς ἀγάπης τοῖς μὴ εἰδόσι γίνεται. Ὥσπερ γὰρ ὑπογραμμὸς ἦν ἡ τῆς ἀκροβυστίας περιτομὴ τῆς καρδίας, D οὕτως ἡ ἐλεημοσύνη τῆς ἀγάπης διδάσκαλος κατέστη. Οἷς οὖν ἡ ἀγάπη ἐκ χάριτος ἐδόθη περιττὴ ἡ ἐλεημοσύνη.

74. Οὐ διαβάλλουσα τὸν ἔλεον ταῦτα λέγω· ἀλλὰ τῆς ἀκτημοσύνης τὸ καθαρὸν δεικνύουσα. Μὴ γινέσθω οὖν κώλυσις τὸ ἔλαττον τοῦ μείζονος. Ἐν ὀλίγῳ τὸ μικρὸν κατώρθωσας· πάντα γὰρ ὑφ' ἓν δέδωκας· πρὸς τὸ μεῖζον λοιπὸν ἀνάνευσον, τὴν ἀγάπην. Σταυροφόρος γὰρ τυγχάνεις. Σὺ τὴν ἐλευθέραν φωνὴν ὀφείλεις εἰπεῖν, τό, *Ἰδοὺ πάντα ἀφήκαμεν*, καὶ

dent illos una degere cum negligentioribus: ipsos namque quasi illis similes essent calumniantur. Ipsi vero hominum contumelias quasi laudes accipientes, intrepide divinum opus exsequuntur. Nam ait: *Gaudete et exsultate, cum omne mendacium dixerint homines adversum vos* [81]. Dominicum est hujusmodi officium; Dominus enim manducabat cum publicanis et peccatoribus. Eorum animus fratrum magis quam sui amans est. Cum enim peccantes vident, haud secus, ac si domorum incendia conspicerent, neglectis suis, aliena quæ pereunt servare nituntur, atque ardentibus **631** contumeliis combusti, id tolerant. Qui autem medii sunt, si viderint fratrem peccato ardentem flagrantemque, aufugiunt, veriti ne ad se quoque ignis pertingat. Tertii autem malorum vicinorum partes agentes, eos qui comburuntur magis succendunt, subministrata illis ad interitum materia, propria scilicet malitia. Nam ac si pice illitum navigium offenderent, pro aqua cedriam resinam immittunt. Contra vero probi homines, proprias facultates eorum saluti postbabent. Hæc sunt veræ argumenta charitatis; hi sinceræ dilectionis custodes.

72. Sicut autem vitia unum ab alio pendent: nimirum avaritiam sequitur invidia, dolus, perjurium, ira, memoria injuriarum; sic quæ illis contraria sunt charitatem consequuntur: mansuetudo nempe, æquanimitas, tolerantia, et bonorum perfectissimum voluntaria paupertas. Non enim potest quispiam eam adire virtutem, scilicet charitatem, nisi per voluntariam paupertatem. Neque enim Dominus charitatem mandavit erga unum hominem, sed erga omnes. Non decet igitur eos qui facultatum potiuntur egenos despicere. Sic namque subducetur a charitate. Nam suppeditare omnibus nemo potest, cum sit illud solius Dei opus.

73. Quid ergo, inquit, qui nihil possides, contendis de eleemosyna, ipsaque tibi est occasio possidendi? Id sæcularibus jussum est. Non enim tantum ad inopis alimentum instituta fuit eleemosyna, quantum propter charitatem. Nam qui divitem regit Deus, etiam pauperem alit. Frustra igitur injuncta fuit eleemosyna? absit! Verum charitatis principium efficitur iis qui ignorant. Quemadmodum ergo circumcisio præputii figura erat circumcisionis cordis; ita eleemosyna charitatis magistra constituta est. Quibus igitur charitas per gratiam data est, iis supervacanea est eleemosyna.

74. Nequaquam hoc dico, ut misericordiæ detraham, sed quo ostendam spontaneæ paupertatis puritatem. Ne fiat igitur minus majoris impedimentum. Exiguo tempore parvum bonum fecisti, qui omnia simul erogasti; jam ad id quod majus est, charitatem nimirum, respice. Crucifer namque es. Tu liberam illam vocem proferre debes: *Ecce*

[81] Matth. v, 11.

(90*) Forte, αὐτοῖς. Edit.

(91) Vulg., ὑποκτέπτεται. Ed

reliquimus omnia, et secuti sumus te [32]. Tu hoc donatus es munere, ut fiducia plenam apostolorum loquelam imitarere. Aiunt enim Petrus et Joannes : *Aurum et argentum non est mihi* [33]. Duplex quidem lingua, sed unica fides.

75. Inter sæculares porro, ne temere et inconsiderate erogetur eleemosyna. Ait enim : *Oleum peccatoris non impinguet caput meum* [34]. Convenit ergo ut qui eleemosynam erogat Abrahami prudentia sit præditus, ac quemadmodum ille juste et probe agat. Nam qui hospites perhumaniter excipiebat homo justus, cum epulis suum etiam animum exhibebat. Stetit quippe ministrans', nec sustinuit famulos ejusmodi lucri secum consortes esse. Sane qui ejusmodi sunt, eleemosynæ mercedem recipient, quamvis in secundo ordine constituantur. Namque Dominus qui mundum creavit, duplicem in illo posuit incolarum ordinem. Aliis siquidem probe viventibus, propter liberorum susceptionem matrimonium injunxit : aliis vero propter puritatem vitæ, castitatem tradidit, æquales illos angelis constituens. Et illis quidem leges, ultiones, doctrinasque dedit : his vero ait : *Mihi vindicta, ego retribuam*, *dicit Dominus* [35]. Illic ait : *Operaberis terram* [36]; hic jubet : *Nolite solliciti esse de crastino* [37]. Illis legem dedit; nobis per gratiam ipse coram mandata intimavit.

76. Crux est nobis tropæum victoriæ. Professio quippe nihil aliud est quam abdicatio vitæ, et meditatio mortis. Quemadmodum ergo mortui corpore non operantur; ita et nos. Quæcunque enim illo **632** peragenda erant, fecimus cum essemus parvuli. Ait namque Apostolus : *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo* [38]. Anima vivamus; ea ostendamus virtutes ; mente exerceamus misericordiam : *Beati* enim *misericordes* anima [39]. Et quemadmodum eodem loco dicit, quod qui pulchritudinem concupierit, etsi nihil exterius agat, peccatum sine teste operatus est ; eadem ratione hic de eleemosyna sermo habetur, animo actionem perficiente, licet desit pecunia, majore habemur honore.

77. Quemadmodum enim qui in sæculo sunt heri varia obtinent servorum ministeria, et alios quidem in agrum mittunt, ad colenda prædia, generisque propagandi causa; eorum autem filios, si conspexerint probos elegantesque esse, domum transferunt sibi ministraturos; ita quoque Dominus eos quidem qui venerabile matrimonium inierunt, in agro mundi reposuit; eorum autem præstantiores filios, quotquot maxime probum amplexi sunt propositum, sibi ad ministerium admovit. Isti ab universis terrenis negotiis sunt alieni, quoniam Dominica mensa dignati sunt. Nec de vestimento solliciti sunt, Christum namque induerunt.

ἠκολουθήσαμέν σοι. Σὺ τὴν εὐπαῤῥησίαστον γλῶτταν τῶν ἀποστόλων μιμήσασθαι κατηξιώθης. Φησὶ γὰρ Πέτρος καὶ Ἰωάννης, ὡς *Χρυσίον καὶ ἀργύριον οὐχ ὑπάρχει μοι*. Διπλῆ μὲν ἡ γλῶττα, ἀλλὰ μονότροπος ἡ πίστις.

75. Καὶ ἐν τοῖς κοσμικοῖς δὲ μὴ ἁπλῶς οὕτως ἐλεημοσύνη γινέσθω. Φησὶ γὰρ, ὡς *Ἔλαιον ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου*. Προσήκει οὖν τὸν ἐλεοῦντα Ἀβραμιαῖον ἔχειν τὸ φρόνημα, καὶ ὡς ἐκεῖνος τὸ δίκαιον δικαίως πράττειν. Φιλοξενῶν γὰρ ὁ δίκαιος, μετὰ τῆς ἑστίας καὶ τὴν γνώμην παρέθηκεν. Ἔστη γὰρ, φησὶν, ὑπηρετῶν, μὴ βουληθεὶς τοὺς οἰκέτας συμμεριστὰς τοῦ κέρδους γενέσθαι. Ἀληθῶς οἱ τοιοῦτοι μισθὸν τῆς ἐλεημοσύνης ἕξουσι, κἂν ἐν τῷ δευτέρῳ τάγματι τυγχάνωσιν. Ὁ γὰρ Κύριος, δημιουργήσας τὴν οἰκουμένην, διπλῆν ἐν αὐτῇ τῶν οἰκητόρων ἔθετο τὴν τάξιν. Τοῖς μὲν γὰρ σεμνῶς βιοῦσι διὰ τὴν παιδοποιίαν τὸν γάμον προσέταξε· τοῖς δὲ διὰ καθαρότητα βίου τὴν ἁγνείαν προσέταξεν, ἰσαγγέλους αὐτοὺς ποιῶν· καὶ τοῖς μὲν νόμους καὶ ἐκδικήσεις καὶ διδασκαλίας παρέδωκε· τούτοις δέ φησιν· *Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος*. Ἐκεῖ φησιν· *Ἐργάσῃ τὴν γῆν*· καὶ ὧδε *μὴ μεριμνῆσαι τῆς αὔριον* κελεύει. Ἐκείνοις νόμον ἔδωκεν· ἡμῖν δὲ διὰ χάριτος αὐτοψεὶ τὰς ἐντολὰς ἐγνώρισεν.

76. Σταυρὸς ἡμῖν ἐστι τὸ τρόπαιον τῆς νίκης. Τὸ γὰρ ἐπάγγελμα ἡμῶν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἀποταγὴ βίου, μελέτη θανάτου. Ὥσπερ οὖν οἱ νεκροὶ οὐκ ἐνεργοῦσι τῷ σώματι, οὕτω καὶ ἡμεῖς. Ὅσα γὰρ ἦν δι' αὐτοῦ ἐπιτελέσαι, πεποιήκαμεν ὅτε ἦμεν νήπιοι. Φησὶ γὰρ ὁ Ἀπόστολος, ὡς *Ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ*. Τῇ ψυχῇ ζῶμεν· αὐτῇ τὰς ἀρετὰς ἐπιδείξωμεν· κατὰ διάνοιαν ἐλεήσωμεν· *Μακάριοι* γὰρ οἱ *ἐλεήμονες* τῇ ψυχῇ. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ λέγει, ὅτι ὁ ἐπιθυμήσας κάλλους, καὶ δίχα τῆς πράξεως, ἀμάρτυρον τὴν ἁμαρτίαν εἰργάσατο· οὕτως ἐνταῦθα ἡ ἐλεημοσύνη εἴρηται, τῆς γνώμης τὴν πρᾶξιν τελούσης, κἂν τὸ ἀργύριον ἄπεστι, τῇ μείζονι ἀξίᾳ τετιμήμεθα.

77. Ὥσπερ γὰρ οἱ κατὰ τὸν κόσμον δεσπόται διαφόρους οἰκετῶν ὑπηρεσίας κέκτηνται· καὶ τοὺς μὲν ἐν τοῖς χωρίοις ἐκπέμπουσι, πρὸς τὸ τὰς γαίας ἐργάζεσθαι, καὶ τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν φυλάττειν· τοὺς δὲ, ἐὰν ἐπιεικεῖς καὶ περικαλλεῖς ἐξ αὐτῶν γενομένους θεάσωνται, ἐν τοῖς ἰδίοις οἴκοις μεθιστῶσι πρὸς τὴν ἑαυτῶν ὑπηρεσίαν· οὕτως καὶ ὁ Κύριος τοὺς μὲν τὸν σεμνὸν γάμον ἑλομένους, ἐν τῷ τοῦ κόσμου χωρίῳ ἔθετο· τοὺς δὲ τούτων βελτίονας, ὅσοι μάλιστα δεξιᾶς τετυχήκασι προαιρέσεως, ἑαυτῷ παρέστησεν εἰς λειτουργίαν. Οὗτοι πάντων τῶν γηΐνων πραγμάτων τυγχάνουσιν ἀλλότριοι· τῆς γὰρ Δεσποτικῆς τραπέζης ἠξίωνται. Οὐ μεριμνῶσι περὶ ἀμφιάσεως· Χριστὸν γὰρ ἐνδέδυνται.

[32] Matth. xix, 27. [33] Act. iii, 6. [34] Psal. cxl, 5. [35] Rom. xii, 19. [36] Genes. iii, 23. [37] Matth. vi, 34. [38] Galat. vi, 14. [39] Matth. v, 7.

78. Τῶν οὖν ἀμφοτέρων ταγμάτων εἷς ἐστι δεσπό- A της ὁ Κύριος. Ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σίτου ἐστὶ καὶ τὸ ἄχυρον καὶ τὸ σπέρμα, οὕτως ἐκ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ εἰσι καὶ οἱ κατὰ τὸν κόσμον σεμνῶς βιοῦντες, καὶ οἱ τὸν μονήρη ἐπανῃρημένοι βίον. Καὶ γοῦν τῶν ἀμφοτέρων χρεία ἐστί· τῶν μὲν φύλλων πρὸς χρείαν καὶ φυλακὴν τοῦ σπέρματος, τοῦ δὲ καρποῦ ἀναγκαία ἡ κτῆσις· γένεσις γὰρ τοῦ παντὸς τυγχάνει. Ὥσπερ γὰρ οὐκ ἐγχωρεῖ κατὰ ταυτὸ καὶ βοτάνην εἶναι καὶ σπέρμα, οὕτως ἀδύνατον, τῆς κοσμικῆς δόξης ἡμῖν περικειμένης, καρπὸν οὐράνιον ποιῆσαι. Τῶν δὲ φύλλων ἀποῤῥυέντων, καὶ τῆς καλάμης ξηρανθείσης, ἐπιτήδειος ὁ στάχυς πρὸς θερισμόν ἐστι. Καὶ ἡμεῖς οὖν, ἀποβαλοῦσαι τὴν ἐκ γῆς φαντασίαν ἀντὶ τῶν φύλλων, καὶ ξηράνασαι ἑαυτῶν τὸ σῶμα ὡς τὴν καλάμην, ὑψώσασαι δὲ ἑαυτῶν τὸν λογισμὸν, δυ- B νησόμεθα σπέρμα σωτηρίας γεννῆσαι.

79. Ἐπικίνδυνον τὸν μὴ διὰ πρακτικοῦ βίου ἀχθέντα, διδάσκειν ἐπιχειρεῖν. Ὥσπερ γὰρ ἂν, εἴ τις οἰκίαν ἔχων σαθρὰν, ξένους ὑποδεξάμενος, βλάψει τῇ πτώσει τοῦ οἰκήματος· οὕτω καὶ οὗτοι, μὴ πρότερον ἑαυτοὺς ἀσφαλῶς οἰκοδομήσαντες, καὶ τοὺς προσελθόντας σὺν αὐτοῖς ἀπώλεσαν. Τοῖς μὲν γὰρ λόγοις προεκαλέσαντο εἰς σωτηρίαν, τῇ δὲ τοῦ τρόπου κακίᾳ, τοὺς συλλεγέντας μᾶλλον ἠδίκησαν. Ἡ μὲν γὰρ ψιλὴ τῶν λόγων ἔκθεσις ἔοικε γραφαῖς διὰ χρωμάτων εὐαποπτώτων συνιστάσαις, ἅστινας σμικρότατος χρόνος διέλυσεν ἀνέμων ῥιπαῖς καὶ ὑετῶν σταγόσι· τὴν δὲ ἔμπρακτον διδασκαλίαν οὐδ' ὁ πᾶς αἰὼν διαλῦσαι δυνηθείη. Τὰ γὰρ στερεὰ τῆς ψυχῆς ἐκκολάπτων ὁ C λόγος, αἰώνιον ἄγαλμα Χριστοῦ τοῖς πιστοῖς δωρεῖται.

80. Δέον οὖν καὶ ἡμᾶς μὴ ἐπιπόλαιον τῆς ψυχῆς ποιεῖσθαι τὴν θεραπείαν, ἀλλ' ὅλην αὐτὴν δι' ὅλου κοσμεῖν, μάλιστα τοῦ βάθους μὴ ἀμελούσας. Τριχῶν ἐποιησάμεθα τὴν ἀφαίρεσιν· συναφέλωμεν καὶ τοὺς ἐν τῇ κεφαλῇ σκώληκας· μονάσαντες γὰρ οὗτοι, ἐπὶ πλεῖον ἡμᾶς ὀδυνήσουσι. Τὸ μὲν γὰρ τρίχωμα ἡμῶν ἦν ὁ κατὰ τὸν βίον κόσμος, τιμαὶ, δόξαι, χρημάτων κτῆσις, λαμπραὶ ἐσθῆτος στολαὶ, λουτρῶν χρήσεις, βρωμάτων ἀπολαύσεις. Ταῦτα ἐδόξαμεν ἀποβάλλειν· ἀλλὰ τοὺς ψυχοφθόρους σκώληκας μᾶλλον ἐξώσωμεν. Τίνες δέ εἰσιν οὗτοι; καταλαλιὰ, ἐπιορκία, φιλαργυρία. Ἡ οὖν κεφαλὴ ἡμῶν ἐστιν ἡ ψυχή· καὶ ἕως D μὲν ἐν ταῖς ὕλαις τῶν κοσμικῶν πραγμάτων ἐσκέποντο τὰ θηρία, ἐδόκουν λανθάνειν· νῦν δὲ, γυμνωθέντα, πᾶσίν ἐστιν ἔκδηλα· διὰ τοῦτο ἐν παρθένῳ ἢ ἐν μοναχῷ προφανῆ τυγχάνει καὶ τὰ εὐτελέστερα ἁμαρτήματα· ὥσπερ γὰρ ἐν καθαρῷ οἰκήματι καταφανὲς πᾶσι γίνεται τὸ ὀφθὲν θηρίον, κἂν βραχύτατον τυγχάνῃ· ἐν δὲ τοῖς κοσμικοῖς ὥσπερ ἐν ἀκαθάρτοις σπηλαίοις ἐμφωλεύοντα τὰ μέγιστα τῶν ἰοβόλων λανθάνει, ὑπὸ τῆς συνεχοῦς ὕλης καλυπτόμενα. Δέον οὖν ἐφ' ἡμῶν καθαίρειν τὸν οἶκον διηνεκῶς, καὶ περιβλέπεσθαι μή τι τῶν ψυχοφθόρων ζωυφίων παρεισδύῃ ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς ταμείοις· καὶ θυμιᾷν δὲ τοὺς τό-

(91*) *Vit. PP.* l. v, 8, 20.

78. Utriusque cæterum ordinis unus est Dominus. Nam sicut ex eodem frumento est palea et semen; ita ex eodem Deo sunt et qui in mundo bene vivunt, et qui monasticam amplexi sunt vitam. Et sane ambo sunt necessaria; folia quidem ad tutelam et usum seminis; fructum vero necesse est acquirere, quia ex eo cuncta nascuntur. (91*) Cæterum sicut non potest esse simul herba cum semine; ita fieri nequit ut, circumposita nobis mundi gloria, cœlestem fructum emittamus. Foliis porro delapsis, arefactoque culmo, apta est ad messem spica. Nos itaque cum ceu folia, terrenum luxum abjecerimus, corpusque nostrum calami instar exsiccaverimus, nostramque cogitationem erexerimus, tum poterimus salutis semen gignere.

79. Res est periculosa, cum is qui vita in actione posita institutus non est, docere aggreditur. Nam sicut si quis domum habens ruinosam, et hospites exceperit, perniciem illis per ædis ruinam affert; sic et isti cum antea non semetipsos firmiter ædificassent, eos qui accesserant secum perdiderunt. Etenim verbis ad salutem vocabant, morum autem nequitia eos qui collecti fuerant damno affecerunt. Nam simplex verborum expositio similis est picturis, quæ levibus vitiosisque coloribus constant, quas brevissimum tempus ventorum flatibus, imbriumque perfusione dissolvit. At doctrinam operibus confirmatam, ne totum quidem ævum dissolvere potuerit. Nam solida animæ exsculpens sermo, æternum Christi simulacrum fidelibus tribuit.

80. Quamobrem debemus animæ curam suscipere, non perfunctoriam, non fucatam; sed in tota illa exornanda totam ponere operam, non neglecta præsertim profunditate. Abscidimus comam; una auferamus et tineas capitis: nam si solæ relinquantur illæ, majorem nobis afferent dolorem. Cæsaries quippe nostra erat, sæcularis ornatus, honores, gloria, facultates, vestium splendidus amictus, balneorum usus, ciborum voluptas. Hæc videmur abdicasse; verum animæ perniciosas tineas abjiciamus. Quænam illæ sunt? malæ cogitationes, obtrectatio, perjurium, avaritia. Caput nostrum est anima. Sane quandiu in silvis rerum mundanarum feræ obtegebantur, latere videbantur: nunc autem denudatæ, cunctis sunt apertæ et conspicuæ. Propterea in virgine vel in monacho evidentia sunt vel levissima peccata: quemadmodum in mundo domicilio, quodvis animal quamvis tenuissimum omnium patet oculis: in mundanis autem **633** ceu in impuris immundisque speluncis etiam incubantia venatorum maxima latent densitate materiæ obtecta. (92) Oportet ergo nos domum assidue expurgare, et circumspicere, ne quodpiam animæ noxiorum insectorum, ejusdem animæ

(92) *Vit. PP.* l. v, 4, 42.

subeat penetralia. Loca itidem divino orationis incenso suffumigare. Sicut enim acriora pharmaca bestias exigunt venenatas; sic immundam cogitationem ejicit oratio cum jejunio.

81. Una porro animæ exitiosarum belluarum hæc est : decipi scilicet ab iis qui esse fatum affirmant. Quod etiam genesin vocant. Is est gravissimus diaboli stimulus. Et plerumque animabus studiosis, postquam in mente pestiferam phantasiam excitarit, evolat : at segnioribus dominatur hominibus. Nemo enim eorum qui cum virtute vitam transigunt, tenet admittitve perniciosam vanamque ejusmodi doctrinam; Deum namque principium statuit omnis præteriti præsentisque boni : ac secundo loco propriam mentem ducem judicemque virtutis ac vitii constituit. Quotquot autem injuria vel segnitie passi sunt quæ non exspectabant, illico accedunt ad hujusmodi dæmonem. Quemadmodum pueri relicto ordine, non ferentes parentum suorum institutionem sibi perutilem, aufugiunt, locaque adeunt deserta, ferisque ac barbaris adjunguntur dæmonibus. Nam erubescentes facinora suæ voluntati imputare, ea quæ non adsunt falso criminantur.

82. Præterea a divino numine sese abjicientes sibi affirmant ex genesi seu nativitate voluptates obvenire : fornicantes quippe, furantes, avaritia laborantes, fraudulenti, pudore propter opera sua affecti, a veritate deflexerunt. Estque terminus eorum propositi, lethifera desperatio. Quia necesse est ex his cogitationibus argumentisque Deum ab ipsis tolli de medio, prætereaque judicium. Ait enim : Si ita judicatum de me fuit ut scortator sim et avarus, superfluum est judicium. Justa siquidem ultio delicta spectat sponte admissa. Illud autem opus quod ceu ex quodam principio pendens, involuntarium est, insontem reddit auctorem. Adeo ut hinc tollatur judicium.

83. Quomodo etiam divinitas ab eis exigatur, audiendum est. Eam quippe dicent, aut primam aut secundam, aut una semper exsistentem cum eo quod inaniter admittunt. Si Deum fassi fuerint primas tenere, necessario sequetur omnia per ipsum facta esse; etenim ipse in omnibus est : quamobrem et ipse est dominus fati. Quod si fraudulentus et scortator est ex genesi seu nativitate, necesse est per medium genesis Deum esse mali causam; quod absurdum est. Sin affirment divinitatem secundas tenere; consequitur eam esse primo subditam. Et quidquid optaverit quod præest, id necessario exsequetur quod consequitur : rursumque apud illos Deus erit auctor malorum, quod nefas dictu est. Quod si coæternum illud esse voluerint, omnino pugnam inter ea ipsa concitabunt, quæ scilicet habeant contrarias naturas. His ergo rationibus quasi sum-

A πους τῷ θείῳ θυμιάματι τῆς προσευχῆς. Ὥσπερ γὰρ τὰ ἰοβόλα ζῶα τὰ δριμύτερα τῶν φαρμάκων ἀπελαύνει, οὕτω λογισμὸν ῥυπαρὸν εὐχὴ μετὰ νηστείας ἐκδιώκει.

81. Ἓν δὲ τῶν ψυχοφθόρων ἐστὶ θηρίων καὶ τὸ ὑποσυρῆναι παρὰ τῶν λεγόντων εἶναι εἱμαρμένην, ἥνπερ καὶ γένεσιν καλοῦσι. Κέντρον δέ ἐστι καὶ τοῦτο τοῦ διαβόλου δεινότατον. Καὶ ταῖς μὲν σπουδαίαις ψυχαῖς πολλάκις κατὰ νοῦν μόνον φαντασίαν λοιμικὴν κινῆσαν, ἀφίπταται· τῶν δὲ ἀμελεστέρων καὶ δεσπόζει. Οὐδεὶς γὰρ τῶν κατ' ἀρετὴν βιούντων ἐμπιστεύει ἢ παραδέχεται τὸ φρενοβλαβὲς καὶ μάταιον τοῦτο φρόνημα· Θεὸν γὰρ ἀρχὴν πάντων τίθεται τῶν γενομένων καὶ γινομένων ἀγαθῶν· καὶ δευτέραν τὴν οἰκείαν γνώμην ἡγεμόνα καὶ κριτὴν καθίστησιν ἀρετῆς τε καὶ
B κακίας. Ὅσοι δὲ ἐξ ἀβουλίας τὰ ἐκ ῥαθυμίας πεπόνθασιν, εὐθὺς ἐκείνῳ τῷ δαιμονίῳ προσέρχονται. Ὥσπερ γὰρ παῖδες λειποτακτοῦντες καὶ μὴ φέροντες τὴν τῶν γονέων πρὸς ὠφέλειαν παίδευσιν, ἀποφοιτῶντες, τοὺς ἐρήμους καταλαμβάνουσι τόπους, καὶ ἀγρίοις καὶ μαρμαρώδεσι (92*) συνάπτονται δαίμοσιν· αἰδούμενοι γὰρ τὴν γνώμην τὴν αἰτίαν τιθέναι τῶν παρ' αὐτοῖς πραττομένων, συκοφαντοῦσι τὰ μὴ παρόντα.

82. Ἔτι γε μὴν καὶ τοῦ θείου ἑαυτοὺς ἀπωσάμενοι, ἐκ τῆς γενέσεως αὐτοῖς φάσκουσι τὰ καθ' ἡδονὴν προσγίνεσθαι. Πορνεύοντες γὰρ καὶ κλέπτοντες, φιλαργυρίαν τε νοσοῦντες καὶ δολοφροσύνην, αἰδούμενοι τὰς σφῶν αὐτῶν πράξεις, ἐξέκλιναν ἀπὸ τῆς ἀληθείας. Τὸ
C γὰρ τέλος αὐτῶν τοῦ σκοποῦ ἡ ὀλεθροφόρος αὐτοῖς ἐστιν ἀπόγνωσις. Ἀνάγκη γὰρ ἐκ τούτων τῶν λογισμῶν ἀναιρεῖσθαι παρ' αὐτῶν τὸν Θεὸν, καὶ προσέτι τὴν κρίσιν. Φησὶ γὰρ, ὡς Εἰ τοῦτό μοι κέκριται, πορνεύειν ἢ πλεονεκτεῖν, περιττὴ ἡ κρίσις. Ἡ μὲν γὰρ δικαία τιμωρία ἑκουσίων ἐστὶ πταισμάτων· ἡ δὲ ὡς ἔκ τινος ἀρχῆς ἀκουσία πρᾶξις ἀναίτιον ποιεῖται τὸν δράσαντα· καὶ ἐκ τούτου ἀναιρεῖται μὲν ἡ κρίσις.

83. Πῶς δὲ καὶ τὸ θεῖον παρ' αὐτοῖς ἐκβάλλεται, ἀκουστέον. Φήσουσι γὰρ αὐτὸ ἢ πρῶτον, ἢ δεύτερον, ἢ ἀεὶ συνὸν τῇ αὐτῶν ματαιότητι. Εἰ μὲν οὖν πρωτεύειν εἴπωσι τὸν Θεὸν, ἀνάγκη ἀκολουθήσει πάντα δι' αὐτοῦ γεγενῆσθαι· καὶ γὰρ αὐτὸς ἐν πᾶσιν· οὐκ-
D οῦν αὐτὸς τῆς εἱμαρμένης κύριος. Εἰ δὲ πλεονέκτης, ἢ πορνοκόπος ἐκ τῆς γενέσεως, ἀναγκαῖον διὰ μέσου τῆς γενέσεως τὸν Θεὸν αἴτιον τῆς κακίας ὑπάρχειν· ὅπερ ἄτοπον. Εἰ δὲ δεύτερον αὐτὸ πάλιν φήσουσιν, εἰκὸς αὐτὸ ὑπόδουλον γενέσθαι τῷ πρώτῳ· καὶ ὅπερ βούλεται τὸ ἡγούμενον, τούτῳ ἀναγκαίως ἀκολουθήσει τὸ ἑπόμενον· καὶ πάλιν τῶν κακῶν παρ' αὐτοῖς αἴτιος ὁ Θεός· ὅπερ ἀθέμιτον. Εἰ δὲ καὶ συναΐδιον αὐτὸ ἐθέλουσιν εἶναι, πάντως μάχην πρὸς ἑαυτὰ κινήσουσιν ἐναντίας ἔχοντα φύσεις. Ἐκ τούτων οὖν τῶν λογισμῶν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ ἀνῄρηται αὐτῶν ἡ ματαία ὑπόνοια. Περὶ τούτων εἴρηκεν ἡ Γραφὴ, ὥς φησιν· *Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ*

(92*) Βαρβαρώδεσι Cot.

ἐστι Θεός· καὶ, *Εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν ἀνομίαν.*

A matim confutatur vana illorum sententia. De quibus hæc loquitur Scriptura : *Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus* [40]; et : *Iniquitatem in excelso locuti sunt* [41].

84. Καὶ προφασίζονται δὲ ἑαυτοῖς προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις. Ἀκρωτηριάζουσι γὰρ τὰς Γραφὰς, τυφλώττοντες, ἐξ αὐτῶν τὴν κακοφροσύνην αὐτῶν πληροφορεῖν βουλόμενοι. Καὶ πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου τὸν ἑαυτῶν ἰὸν ἐξεμεῖν πειρώμενοι, ἐκβιάζονται· φησὶ γὰρ, ὡς *Τοῦ δὲ Χριστοῦ ἡ γένεσις οὕτως ἦν.* Τὴν γέννησιν γὰρ αὐτοῦ γένεσιν ἡ θεία Γραφὴ ὠνόμασεν. Ἔτι γε μὴν καὶ τὸ πρὸς ἀνθρώπους αὐτὸν οἰκονομικῶς γενέσθαι ἀκολούθως γένεσις ὠνόμασται. Εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ ἀστέρος τι ψευδολογοῦσι, κἀκεῖ πάλιν τὴν ἔνδοξον αὐτοῦ παρουσίαν μανθανέτωσαν. Εἷς ἡμῖν ἀστὴρ φωτεινότατος κῆρυξ γέγονε τῆς ἀληθείας· ἡ δὲ ἐκείνων ματαία γνώμη πολλοὺς παρεισφέρει εἰς θήραν ἀνθρωπίνης γενέσεως. Καὶ ἐκ τούτου δέδεικται, ὡς πανταχοῦ ἑαυτῇ ἀντίκειται ἡ κακία. Καὶ τὸν Ἡσαΐαν δὲ εἰς μαρτυρίαν τῆς ἑαυτῶν ἀνοίας καλοῦσι. Φάσκουσι γὰρ αὐτὸν εἰρηκέναι τό· *Κύριος ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά.* Ἡ μὲν οὖν εἰρήνη παρὰ πᾶσιν ὡμολόγηται ὡς Θεοῦ ἔργον τυγχάνουσα· ἡ δὲ κακία παρ' αὐτοῖς μὲν ἀληθῶς πολιτεύεται, κακία τῆς ψυχῆς ὑπάρχουσα· παρὰ δὲ ἡμῖν ἡ ἐκ τοῦ Θεοῦ γενηθεῖσα κακία ὠφελιμωτάτη ἐστί. Πρὸς γὰρ σωτηρίαν ψυχῆς καὶ παιδείαν σωμάτων γίνονται λιμοὶ καὶ ἀνομβρίαι, νόσοι τε καὶ πενίαι, καὶ ἄλλαι τινὲς περιστάσεις. Τὰ γὰρ σωτήρια φάρμακα, ἃ ἐκεῖνοι κακίαν ψυχῆς καὶ κακὰ οὐκ ἀληθῶς ὑπενόησαν, ταῦτα πρὸς ἐπιστροφὴν ἡμῖν παρὰ τοῦ κρείττονος προσφέρεται· *Τίς γάρ ἐστιν υἱὸς ὃν οὐ παιδεύει ὁ πατήρ;* Ἔτι δὲ καὶ τὸ, *Οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ,* πάλιν ὁμοίως προσφέρουσιν εἰς τὴν ἰδίαν καταστροφήν· ὁδοὺς γὰρ μὴ ἔχοντες, ἐξιχνιάσαι βούλονται. Ὁδὸν οὐκ ἔχει πλεονεξία, γαστριμαργία, πορνεία· ἀνυπόστατα γὰρ ταῦτα, καθ' ἑαυτὰ μὴ ὄντα. Ταῦτα γὰρ ἐκεῖνοι ὁδοὺς εἰώθεσαν λέγειν. Ὁδοὺς δὲ ἡμῖν ἡ Γραφὴ λέγει τὰς κοινὰς πᾶσι, τήν τε ζωὴν καὶ τὸν θάνατον. Ἀληθῶς γὰρ πορεῖαί εἰσι τῆς τε ἐνταῦθα εἰσαγωγῆς καὶ τῆς ἐκ τῶν αἰσθητῶν τούτων μεταναστάσεως.

84. Quinetiam sibi comminiscuntur excusationes in peccatis. Detruncant enim Scripturas, cæcutientes, ea mente ut ex illis pravam suam doctrinam comprobent. Et primo quidem ex Evangelio conantur evomere suum virus. Ait enim : *Jesu Christi autem generatio sic erat* [42]. Generationem ejus genesim divina Scriptura nominavit. Insuperque, quod ipse per œconomiam ad homines accesserit, consequenter nomen tribuitur generationis. Quod si aliquid etiam de stella mentiti fuerint, inde rursus discant gloriosum ejus adven- B tum. Unica nobis stella lucidissima **634** præco exstitit veritas : illorum autem vana doctrina multas introducit ad hominum captandam observandamque genesim. Atque hinc ostensum est, ubique malitiam sibi ipsi adversari. Isaiam quoque in testimonium amentiæ suæ vocant. Quem aiunt dixisse : *Dominus faciens pacem, et creans mala* [43]. Pacem certe opus esse Dei nemo non fatetur : malitia vero apud ipsos revera versatur, malitia videlicet animæ. Nobis autem ea quæ ex Deo procedit malitia, utilissima est. Nam ob salutem animæ corporisque castigationem oriuntur fames, siccitas, morbi ac paupertas, aliæque nonnullæ calamitates. Salutaria enim remedia, quæ illi malum et perniciem animæ esse opinati sunt, hæc C ad conversionem nobis infliguntur a Deo : *Quis enim filius, quem non corripit pater* [44]? Illudque præterea : *Non sunt in homine viæ ejus* [45], pari modo ad propriam eversionem proferunt ; scilicet vias cum non habeant, vias volunt investigare : viam non habet avaritia, aut gula, neque fornicatio. Illa namque cum per se non sint, subsistentia carent. Quæ tamen illi vias dicere consueverunt. At vero Scriptura duas esse omnibus communes vias dicit, vitam et mortem. Vere siquidem itinera sunt, introitus in hunc mundum, et transmigrationis ex his sensibilibus.

85. Πάντα οὖν ποιοῦσιν οἱ κακοδαίμονες, ὥστε τοῦ αὐτεξουσίου ἑαυτοὺς ἀπώσασθαι· καὶ ταύτην σπουδὴν τίθενται τοῦ ἀντικαταλλάξαι τῆς ἐλευθερίας τὴν δουλείαν. Καὶ γὰρ τοῦτο τῆς κακίας ἔργον, τὸ πάντοτε τοῖς χείροσιν ἑαυτὴν συγκαθέλκειν· ἑαυτῶν γὰρ γίνονται μάρτυρες, ὡς τῇ κακίᾳ ἑαυτοὺς πεπρακότες. Καὶ τοῦτο οὖν τοῦ διαβόλου τὸ ἀπατηλὸν τέχνασμα· τὰς γὰρ ἀμελεῖς ψυχὰς διὰ τῆς κακοδοξίας κάτω κεκυφέναι παρασκευάζει, μὴ συγχωρῶν αὐτὰς ἀνανῆψαι πρὸς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας. Ὥσπερ γὰρ ναῦς ἐκτὸς πηδαλίων πλέουσα ἀεὶ χειμάζεται, οὕτω τούτοις πάντοτε ὁ κίνδυνος ἐπιπνεῖ· οὐδὲ γὰρ πρὸς τὸν σωτήριον λιμένα ὁρμῆσαι δύνανται, τὸν κυβερνῶντα Κύριον καταλιπόντες. Καὶ τὰς μὲν ἐκδεδομένας αὐτῷ ψυχὰς οὕτως πλανᾷ. Πολλάκις δὲ καὶ τὰς

85. Nihil itaque non faciunt infelices illi, ut liberum a se abjiciant arbitrium : atque in hoc curam studiumque ponunt, ut libertatem cum D servitute commutent. Etenim hoc est malitiæ opus, ut semper seipsam pertrahat ad pejora. Ipsique adversum se testes evadent, quod sese malitiæ vendiderint. Estque illud diaboli artificium quo decipiat : segnes quippe animas per pravam doctrinam deorsum propendere compellit ; nec sinit eas sursum erigi ad agnitionem veritatis. Quemadmodum enim navis sine gubernaculo navigans, tempestatibus semper agitatur ; ita illis undequaque periculorum ventus instat : neque enim possunt ad salutarem portum appellere, quando gubernatorem Dominum reliquerunt. Sicque hostis ani-

[40] Psal. XIII, 1. [41] Psal. LXXII, 8. [42] Matth. I, 18. [43] Isa. XLV, 7. [44] Hebr. XII, 7. [45] Jerem. X, 23.

mas ipsi deditas decipit. Sæpe etiam per hæc animabus virtutum studiosis insidiatur, hoc curans ut bonum earum cursum intercipiat. Animo namque suggerit, quod bene feliciterque agamus, id ex astrorum motu provenire. Hanc autem cogitationem iis immittit adversarius, qui ex sæculari sapientia conversi sunt ad vitam monasticam. Nam cum in malis solers sit diabolus, juxta hominum indolem laqueos subjicit. Quibusdam enim assidue instat per desperationis tentationem; alios per vanæ gloriæ cupidinem trahit, alios per pecuniæ cupiditatem obruit. Atque instar lethiferi medici hominibus venenata offert medicamenta. Atque hunc quidem ex jecore occidit, offerens illi cupiditatis toxicum: alium in corde vulnerat, animum ejus ad iram concitans: quorumdam vero principem animi partem obtundit, aut ignorantia involvens, aut per curiositatem evertens.

86. Quosdam igitur per ineptas et absurdas quæstiones subornavit. Nam, cum vellent de Deo illiusque natura disceptare, naufragium fecerunt. Cum enim vitam actionis studiosam non congruenter inirent, ad contemplationem prosilierunt, ac vertigine correpti conciderunt. Quodque primum ordine est non assecuti, a secundo aberrarunt. Quemadmodum qui litteram A edocentur, primo ejus figuram considerant, secundo nomen discunt, et sic numerum, posteaque accentus. Si ergo in primo elemento tanta opus est exercitatione, mora et arte; quanto magis debet tempus et labor præire, ad contemplandam ineffabilem Creatoris qui proponitur gloriam? At ne quis superbe adeat **635** divinorum comprehensionem, ex disciplinis sæcularibus eo profectus. Is namque sese decipit, illusus a dæmone. Ait enim Psalmista: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem* [46]. Dominus quoque in Evangelio sic loquitur: *Sinite pueros venire ad me: talium est enim regnum cœlorum* [47]. Et alio loco: *Nisi*, inquit, *efficiamini sicut parvuli isti, non intrabitis in regnum cœlorum* [48]. His eruditus fuisti propter mundum; stultus fias propter Deum: evelle vetera, ut plantes nova. Dirue ruinosa fundamenta, ut adamantinam Domini basin substituas; ut tu, quemadmodum Apostolus, ædificeris supra firmam petram.

87. Neque vero contentiosum esse oportet: ne ob affluentem loquendi facultatem multum temporis insume. Nam per intempestivam garrulitatem lædere te potest diabolus. Multis instructus laqueis est utpote peritissimus venator. Et quidem passerculis, minimas parat tendiculas: majoribus autem avibus, fortiores adornat laqueos. Atrox lethiferque laqueus est, genesi habere fidem. Fugienda quæ eo spectat cogitatio. Sed persuadet te per res ipsas et per eventuum præscientiam? At conjecturalis est ratio, in-

A σπουδαίας παρυφιζάνει διὰ τούτων ὁ ἐχθρὸς, τὸν ἀγαθὸν αὐτῶν δρόμον ἐκκόψαι βουλόμενος. Κατ' ἔννοιαν γὰρ ἐμβάλλει, ὡς καὶ τὸ εὖ πράττειν παρὰ τῆς κινήσεως τῶν ἄστρων γίνεται. Τοῦτον δὲ τὸν λογισμὸν ὁ ἐναντίος προσάγει τοῖς ἐκ σοφίας κοσμικῆς ἐπὶ τὸν μονήρη βίον τραπεῖσι· φρόνιμος γὰρ ἐν τοῖς κακοῖς τυγχάνων ὁ διάβολος, πρὸς τὰς φύσεις τῶν ἀνθρώπων τὰς παγίδας ὑποτίθησι. Τοῖς μὲν γὰρ διὰ τῆς ἀπογνώσεως ἐνδελεχεῖ· τινὰς δὲ διὰ τῆς κενοδοξίας καθέλκει, καὶ ἑτέρους διὰ τῆς φιλοχρηματίας κατορύττει. Ὥσπερ γὰρ θανατηφόρος ἰατρὸς προσάγει τοῖς ἀνθρώποις τὰ δηλητήρια· καὶ τὸν μὲν ἐκ τοῦ ἥπατος ἀναιρεῖ, προσάγων αὐτῷ τὸ τῆς ἐπιθυμίας τοξικόν· ἄλλον δὲ καρδιότρωτον ποιεῖ, τὸν θυμὸν αὐτοῦ πρὸς ὀργὴν ἐξάπτων· τινῶν δὲ καὶ τὴν ἡγε- B μονικὴν ἀμβλύνει δύναμιν, ἢ ἀγνοίᾳ αὐτοὺς περιβάλλων, ἢ διὰ περιεργίας αὐτοὺς στρεβλῶν.

86. Τινὰς οὖν ἐκ ζητήσεων οὐκ ὀρθῶν παρέτρεψε. Περὶ γὰρ Θεοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ οὐσίας διαλαβεῖν θελήσαντες, ἐναυάγησαν. Τὸν γὰρ πρακτικὸν βίον ἀκολούθως μὴ ἡνιοχήσαντες, πρὸς θεωρίαν ὥρμησαν, καὶ ἰλιγγιάσαντες πεπτώκασι. Τοῦ γὰρ πρώτου ὡς πρὸς τὴν τάξιν μὴ ἐπιλαβόμενοι, τοῦ δευτέρου ἠστόχησαν. Ὥσπερ γὰρ οἱ τῷ ἄλφα στοιχείῳ ἐντυγχάνοντες, πρῶτον αὐτοῦ τὸ σχῆμα ὁρῶσι, καὶ δεύτερον τὸ ὄνομα διδάσκονται, καὶ οὕτως τὸν ἀριθμὸν μανθάνουσι, καὶ τὸ τελευταῖον τοὺς τόνους παραλαμβάνουσιν. Εἰ οὖν ἐπὶ τοῦ πρώτου στοιχείου τοσαύτη χρεία C τριβῆς καὶ τέχνης, πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ Δημιουργοῦ ὀφείλει πόνος καὶ χρόνος προηγεῖσθαι εἰς τὴν τοῦ ἀξιουμένου θεωρίαν τῆς ἀνεκφράστου δόξης; ἀλλὰ μή τις γαυριάτω πρὸς κατάληψιν τῶν θείων ἐκ τῶν ἔξωθεν μαθημάτων ὁρμώμενος. Φρεναπατᾷ γὰρ ἑαυτὸν ὁ τοιοῦτος, ὑπὸ τοῦ δαίμονος φανταζόμενος. Φησὶ γὰρ ὁ Ὑμνῳδός· *Ἐκ τοῦ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον*. Καὶ ὁ Κύριος δὲ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Ἄφετε τὰ παιδία ἐλθεῖν πρός με· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*. Καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· *Ἐὰν μὴ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*. Ταῦτα ἐπαιδεύθης διὰ τὸν κόσμον· μωρὸς γενοῦ διὰ τὸν Θεόν· ἔκκοψον τὰ παλαιὰ, ἵνα νέα φυ- D τεύσῃς· τοὺς σαθροὺς θεμελίους κάθελε, ἵνα τὴν ἀδαμάντινον τοῦ Κυρίου βάσιν ἐπιθῇς· ἵνα καὶ σὺ ὡς Ἀπόστολος ἐπὶ τὴν στερεὰν πέτραν οἰκοδομηθῇς.

87. Οὐ δεῖ οὖν φιλόνεικον εἶναι· διὰ τὴν πολυλογίαν μὴ πολλὰ ἀσχοληθῇς. Καὶ γὰρ διὰ τῆς ἀκαίρου φλυαρίας δύναται βλάπτειν ὁ διάβολος. Πολλὰς γὰρ ἔχει παγίδας, καὶ δεινός ἐστι θηρευτής· καὶ τοῖς μὲν βραχυτάτοις στρουθίοις μικρὰ τίθησι σκάνδαλα· τοῖς δὲ μεγάλοις ὀρνέοις ἰσχυροὺς εὐτρεπίζει τοὺς βρόχους. Βαρὺς καὶ θανατηφόρος ἐστὶ βρόχος τὸ πιστεύειν εἶναι γένεσιν. Φευκταῖος ὁ πρὸς τοῦτο λογισμός. Ἀλλὰ πείθει σε διὰ πραγμάτων καὶ προγνώσεων; Στοχαστικὸς ὁ τρόπος· ἀβέβαιος ἡ γνώμη.

[46] Psal. VIII, 3. [47] Luc. XVIII, 16. [48] Matth. XVIII, 3.

οὐδὲ γὰρ ἀναγκαίως ἀκολουθεῖ τὰ παρ' αὐτῶν λεγόμενα· ὥσπερ γὰρ τοῖς ἰδιώταις καὶ τοῖς ναυτίλοις ἐκ τῆς τῶν νεφῶν ἰδιότητός ἐστί τις ἀμυδρὰ γνῶσις ἀνέμων ἢ ὑετῶν· οὕτω τούτοις ἐκ δαιμόνων ἡ σαθρὰ πρόγνωσις. Καὶ γοῦν τινα καὶ αὐτοὶ λέγουσι στοχαστικῶς, ὡς καὶ οἱ ἐγγαστρίμυθοι· καὶ τοῦτο δ' ἂν αὐτῶν μᾶλλον διασκεδάσαι δυνηθείη τὴν φαύλην διάνοιαν· εἰ γὰρ ἐκ δαιμόνων αἱ στοχαστικαὶ αὗται ψευδολογίαι συνέστησαν, ματαία τῶν ψηφιζόντων ἡ τέχνη.

88. Εἰ δὲ ἐπὶ πλεῖον ἐνδελεχεῖ περὶ αὐτῶν δικαιολογούμενος ὁ ἐχθρὸς, ἐκ τούτου αὐτὸν ἐλέγξεις, ἐκ τοῦ ἄλλοτε ἄλλοις λογισμοῖς τῇ ψυχῇ πολεμεῖν. Τὸ γὰρ ἄστατον ἀβέβαιον· τὸ δὲ ἀβέβαιον ἀπωλείας ἐγγύς. Οὐδὲ γὰρ τῇ πρώτῃ αὐτοῦ κακίᾳ ἐπαρκεῖται ὁ διάβολος· ἀλλά γε καὶ αὐτοματισμὸν ὑποβάλλει τῇ ψυχῇ· καὶ ἄνθος φύσεως τὸν ἡγεμόνα ἡμῶν νοῦν ὑπογράφει· καὶ ὅτι, διαλυομένου τοῦ σώματος, συμφθείρεται καὶ ἡ ψυχή. Ταῦτα δὲ ἡμῖν πάντα ὑποβάλλει πρὸς τὸ ἀμελείᾳ τὴν ψυχὴν διαφθεῖραι. Ἀλλὰ προσγινομένων τούτων τῶν σκιωδῶν φαντασμάτων, μὴ ὡς ἀληθέσιν αὐτοῖς συνθώμεθα. Ταῦτα γὰρ αὐτῶν τὴν κακίαν δείκνυσιν, ἄλλοτε ἄλλως προσερχόμενα, καὶ ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ ἀφιπτάμενα. Καὶ γοῦν οἶδά τινα Θεοῦ δοῦλον κατ' ἀρετὴν βιοῦντα, ὅστις, καθεζόμενος ἐν τῷ κελλίῳ, ἐπετήρει τῶν λογισμῶν τὰς παρεισαγωγὰς, καὶ ἐμέτρει ποῖος πρῶτος, καὶ ποῖος δεύτερος, καὶ ἕκαστος αὐτῶν πόσον χρόνον κατεῖχε· καὶ εἰ ὑστέρησεν ἢ προέφθασεν τῆς παρελθούσης ἡμέρας· οὕτως ἀκριβῶς ἠπίστατο τήν τε τοῦ Θεοῦ χάριν καὶ τὴν οἰκείαν καρτερίαν τε καὶ δύναμιν· ἔτι γε μὴν καὶ τὴν τοῦ ἐχθροῦ καθαίρεσιν.

89. Δέον οὖν ἡμᾶς τούτους τοὺς κανόνας ὑποδεξαμένας φυλάττειν. Εἰ γὰρ οἱ ἐμπορευόμενοι τὰς προσκαίρους πραγματείας καθ' ἑκάστην ἡμέραν ζυγοστατοῦσι τὰ κέρδη· καὶ ἀσμένως μὲν τὰ πλείονα ὑποδέχονται, πρὸς δὲ τὰς ζημίας ἀπεχθάνονται· πολὺ πλέον τούτων ἀγρυπνεῖν προσήκει τοὺς τὸν ἀληθινὸν θησαυρὸν ἐμπορευομένους· καὶ τῶν μὲν πλειόνων ἀγαθῶν ἐφίεσθαι· εἰ δὲ καὶ μικρά τις κλοπὴ τοῦ ἐχθροῦ γένοιτο, βαρέως μὲν φέρειν διὰ τὸ κρίνεσθαι, ἀλλ' οὐ μὴν ἀπογιχώσκειν ἑαυτοὺς, καὶ πάντα ῥίπτειν διὰ τὸ ἀκούσιον πταῖσμα. Ἔχεις τὰ ἐνενήκοντα ἐννέα πρόβατα, ζήτει καὶ τὸ ἀπολωλός. Μὴ πτοηθῇς διὰ τὸ ἕν, μὴ ἀποφύγῃς τὸν Δεσπότην, καὶ ὁ αἱμοβόρος διάβολος πᾶσάν σου τὴν ἀγέλην τῶν πράξεων αἰχμαλωτίσας ἀπολέσει. Μὴ οὖν λειποταχτήσῃς διὰ τὸ ἕν· ἀγαθὸς γάρ ἐστιν ὁ Δεσπότης· φησὶ γὰρ διὰ τοῦ Ψαλμῳδοῦ, ὡς *Ἐὰν πέσῃ, οὐ καταῤῥαχθήσεται· ὅτι ὑποστηρίζει Κύριος χεῖρα αὐτοῦ.*

90. Ὅσα γὰρ ἐὰν πράξωμεν ἢ κερδάνωμεν ἐνταῦθα, μικρὰ ἡγησώμεθα πρὸς τὸν μέλλοντα αἰώνιον πλοῦτον. Ἐν γὰρ τῇ γῇ ταύτῃ ὡς ἐν δευτέρᾳ μητρῴᾳ κοιλίᾳ τυγχάνομεν. Ὥσπερ γὰρ ἐν ἐκείνοις τοῖς μυχοῖς οὐ τοιαύτην ζωὴν εἴχομεν· οὔτε γὰρ τῶν τοιούτων στερεμνίων τροφῶν ἀπελαυόμεν ἐν ἐκείνοις

[19] Psal. xxxvi, 24.

A firma cognitio. Neque enim necessario eveniunt quæ ab eis prædicuntur. Nam sicut popularibus et nautis, ex nubium proprietate, quædam inest obscura ventorum et pluviarum notitia; ita et illis fallax ex dæmonibus præscientia. Et vero quædam illi per conjecturam proferunt; quemadmodum et ventriloqui: quod sane ipsum validius potuerit pravam eorum opinionem dissipare. Nam si a dæmonibus conjecturalia hæc mendacia, vana est ars nativitatem supputantium.

88. Quod si adhuc perseveret inimicus eamdem causam propugnare, ex hoc eum mendacii convinces, quod modo illis modo aliis cogitationibus impugnet animam. Instabile quidvis infirmum est: infirmum autem est proximum interitui. Neque B enim satis diabolo est prima sua malitia; sed etiam fortuitum rerum eventum animæ suggerit; animumque rectorem nostrum definit, florem naturæ: docetque dissoluto corpore, animam simul corrumpi. Hæc autem omnia subjicit, ut ex socordia animam deducat in perniciem. Sed accedentibus caliginosis hujusmodi phantasils, ne illis quasi veris assentiamur. Ipsa quippe suam produnt malignitatem, nunc illo, mox alio modo accedentia, et ictu oculi avolantia. Novi aliquem Dei servum, virtutisque studiosum, qui cum sederet in cellula, cogitationnm aditus observabat, ac secum reputabat quid primum, quid secundum esset, et quantum temporis unumquodque ipsorum perseveraret: ac C si tardius citiusve quam pridie accederet. Ita accurate noverat cum gratiam Dei, tum propriam perseverantiam et fortitudinem, atque ad hæc inimici eversionem.

89. Par est ergo nos eas acceptas regulas observare. Nam si qui rerum temporalium mercaturam exercent, quotidie lucra considerant, libenter plura recipiunt, damna aversantur: multo magis convenit eos vigilare qui veri thesauri negotiationem exercent; pluraque bona appetere. Quod si parvum inimici furtum contigerit, graviter quidem ferre judicii subeundi causa, nec tamen despondere animum, neque cuncta propter involuntarium lapsum projicere. Habes nonaginta novem oves, quære illam quæ periit: ne unius amissione consterneris, D neque fugias a facie Domini, ne sanguinarius diabolus totum actionum tuarum gregem, in captivitatem deductum disperdat. Noli itaque unius causa locum amittere tuum. Bonus est Dominus qui per Psalmistam ait: *Cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam* [19].

636 90. Quæcunque hic negotiati aut lucrati fuerimus, parvi momenti reputemus, si cum futuris æternis opibus comparentur. In hac quippe terra, velut in secundo utero materno consistimus. Quemadmodum enim in claustris maternis, non huic similem agimus vitam, neque enim illic ita

solidis cibis ut nunc utimur. Non eodem ibi modo operari licebat, quo in hac vita; solaris quippe lucis omnisque splendoris expertes eramus. Sicut ergo in claustris hujuscemodi versantes, multis præsentis vitæ rebus destituebamur; ita et in hoc mundo defraudamur longe potiori magnificentia regni cœlorum. Periculum fecimus alimentorum hujus vitæ, divina jam expetamus. Præsenti lumine potiti sumus; solem justitiæ nunc exoptemus; supernam Jerusalem, pro civitate matreque nostra habeamus; patrem vero nostrum vocemus Deum. Hic vivamus temperanter, ut vitam æternam consequamur.

91. Quemadmodum enim infantes in matrice constituti, ad majorem perfectionem ex tenui cibo atque vita deducti, per illa ad majorem vegetioremque incolumitatis conditionem feruntur; ita etiam justi ex sæculari instituto ad iter cœleste secedunt, sicut scriptum est: *Ibunt de virtute in virtutem* [89]. Peccatores autem, velut fœtus uteri qui in matrice intereunt, ex tenebris in tenebras transferuntur. In terra namque morti traduntur, multitudine peccatorum obruti. Postquam autem fuerint ex hac vita dejecti, in obscuriora et tartarea loca detruduntur. (93) Ter in vita nascimur. Prima generatio est ex sinu materno exitus, cum a terra in terram agimur: reliquæ autem duæ, ex terra nos evehunt in cœlum; quarum altera per gratiam est, quæ per divinum nobis lavacrum accedit: hanc quippe jure regenerationem appellamus. Tertia autem ex pœnitentia nobis et bonis operibus contingit. Atque in hac postrema nunc versamur.

92. Debemus itaque, postquam ad verum sponsum accessimus, decentius ornari. Ad nostram sit ædificationem nuptiarum hujus sæculi spectaculum. Nam si puellæ viro conjunctæ qui illarum facile specie capi possit, tantam nihilominus adhibent curam, in balneis, unguentis, reliquisque varii generis ornatibus, quia his se venustiores amabilioresque fore putant; si tanta iis quæ corporis cultui deditæ sunt inest ostentationis cupiditas: quanto magis decet nos cœlesti Sponso desponsatas, eas exsuperare, atque laboriosa exercitatione abluere sordes peccatorum, indumentaque corporalia commutare cum spiritualibus. Corpus illæ terrenis sæcularibusque floribus exornant: nos animam virtutibus concinnemus lapidumque pretiosorum loco capiti circumponamus triplicem coronam, fidem, spem et charitatem. Collum autem pretioso monili circumdemus humilitate; zonæ loco, temperantia cingamur; magnificus sit nobis linteorum amictus, spontanea paupertas; in cœnam apponantur quæ non corrumpuntur obsonia, preces et psalmi. Verum, ut ait Apostolus, ne solum linguam moveas, sed etiam spiritu intellige

A τοῖς χωρίοις ὡς νῦν· οὔτε μὴν οὕτως ἐνεργεῖν ἠδυνάμεθα ὡς ἐνταῦθα· καὶ γὰρ τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς καὶ πάσης αὐγῆς ἐκτὸς ὑπήρχομεν· ὥσπερ οὖν ἐν ἐκείνοις τοῖς ταμιείοις οὖσαι, πολλῶν τῶν ἐνταῦθα ἐλειπόμεθα· οὕτως καὶ ἐν τῷ νῦν κόσμῳ πλεονεκτούμεθα πρὸς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. Ἐλάβομεν πεῖραν τῶν ἐνταῦθα τροφῶν, τῶν θείων ὀρεχθῶμεν. Ἀπελαύσαμεν τοῦ ἐνταῦθα φωτὸς, τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ποθήσωμεν. Τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἡγησώμεθα ἑαυτῶν πόλιν τε καὶ μητέρα· πατέρα δὲ τὸν Θεὸν καλέσωμεν ἑαυτῶν. Ζήσωμεν ἐνταῦθα σωφρόνως, ἵνα τῆς αἰωνίου ζωῆς τύχωμεν.

91. Ὥσπερ γὰρ τὰ ἐν μήτρᾳ βρέφη, τελειωθέντα ἐξ ἐλάττονος τροφῆς τε καὶ ζωῆς, διὰ τούτου καὶ πρὸς B τὴν μείζονα φέρονται σωτηρίαν· οὕτως καὶ οἱ δίκαιοι ἐκ τῆς τοῦ κόσμου διαγωγῆς πρὸς τὴν ἄνω πορείαν ἀναχωροῦσι κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν*. Οἵ γε ἁμαρτωλοὶ, ὥσπερ τὰ κατὰ γαστρὸς ἔμβρυα ἐν τῇ μήτρᾳ τελευτήσαντα, ἐκ σκότους σκότει παραδίδονται. Καὶ γὰρ ἐν τῇ γῇ νεκροῦνται τῷ πλήθει τῶν ἁμαρτημάτων κεκαλυμμένοι· καὶ ἀπαχθέντες δὲ τοῦ βίου, εἰς ζοφώδεις καὶ ταρταρώδεις τόπους καταφέρονται. Τρίτον τῷ βίῳ τικτόμεθα· ὧν ἡ μὲν πρώτη ἐστὶν ἡ ἐκ τῶν μητρῴων κόλπων πρόοδος, ὁπηνίκα εἰς γῆν ἀπαγώμεθα ἐκ γῆς· αἱ δὲ λοιπαὶ δύο ἐκ γῆς ἡμᾶς εἰς οὐρανοὺς ἀνάγουσιν· ὧν ἡ μὲν μία ἐστὶν ἐκ χάριτος, ἡ διὰ τοῦ θείου λουτροῦ ἡμῖν προσερχομένη· καὶ γὰρ ταύτην C ἀληθῶς παλιγγενεσίαν καλοῦμεν· ἡ δὲ τρίτη ἐκ τῆς μετανοίας ἡμῖν καὶ τῶν ἀγαθῶν πόνων προσγίνεται. Ἐν ταύτῃ νῦν ἡμεῖς ἑστήκαμεν.

92. Ὀφείλομεν νῦν, τῷ ἀληθινῷ νυμφίῳ προσελθοῦσαι, εὐπρεπέστερον κοσμηθῆναι. Γινέσθω ἡμῖν οἰκοδομὴ ἡ θέα τοῦ κοσμικοῦ γάμου. Εἰ γὰρ ἐκεῖναι, πρὸς τὸν εὐάλωτον συναπτόμεναι ἄνδρα, τοσαύτην τίθενται σπουδὴν λουτρῶν τε καὶ μυραλοιφιῶν, καὶ ποικίλης κοσμήσεως (ἐκ γὰρ τούτων δοκοῦσιν ἑαυτὰς ἐρασμίους μᾶλλον παρασκευάζειν), καὶ εἰ τοσαύτη τοῖς κατὰ τὸ σῶμα πολιτευομένοις φαντασία ἐντέτεκται· πόσῳ μᾶλλον δέον ἡμᾶς ἐπαναβῆναι ἐκείνας τῇ γνώμῃ, τῷ οὐρανίῳ νυμφίῳ μνηστευθείσας, καὶ ἀπολούσασθαι μὲν τῶν ἁμαρτιῶν τὸν ῥύπον τῇ ἐπιπόνῳ ἀσκήσει, ἀντικαταλλάξαι δὲ τῶν σωματικῶν D ἐνδυμάτων τὰ πνευματικά. Ἐκεῖναι τὸ σῶμα τοῖς κοσμικοῖς καὶ γηΐνοις ἄνθεσι κοσμοῦσιν· ἡμεῖς τὴν ψυχὴν ταῖς ἀρεταῖς φαιδρύνωμεν· καὶ ἀντὶ μὲν λίθων πολυτελῶν τῇ κεφαλῇ περιθῶμεν τὸν τρίπλοκον στέφανον, πίστιν, ἐλπίδα καὶ ἀγάπην· τῷ δὲ τραχήλῳ τὴν τιμίαν κόσμησιν περιθῶμεν, τὴν ταπεινοφροσύνην· ἀντὶ δὲ ζώνης τὴν σωφροσύνην περιζωσώμεθα· λαμπρὰ δὲ ἡμῖν περιβολὴ ἡ ἀκτημοσύνη γινέσθω· προσαγέσθω δὲ τῷ δείπνῳ τὰ μὴ φθειρόμενα ὄψα, εὐχαί τε καὶ ψαλμοί. Ἀλλ' ὡς ὁ Ἀπόστολός φησι, μὴ μόνον τὴν γλῶτταν κίνει· ἀλλά γε καὶ

[89] Psal. LXXXIII, 8.

(93) Schol. 5, ad grad. VII Climaci.

τῷ πνεύματι νόει τὰ λεγόμενα. Πολλάκις γὰρ τὸ μὲν στόμα φθέγγεται, ἡ δὲ καρδία περὶ λογισμοὺς ἀσχολεῖται. Προσέχειν δὲ δεῖ, μὴ, τοῖς θείοις γάμοις προσελθοῦσαι, πενίαν λαμπάδων, τουτέστιν ἀρετῶν, νοσήσωμεν. Μισήσει γὰρ ἡμᾶς ὁ μνηστὴρ, καὶ οὐδ' ὅλως προσδέξεται, ἐὰν μὴ τὰς ὑποσχέσεις λάβῃ. Τίνες δέ εἰσιν αὗται; τοῦ μὲν σώματος ἧττω φροντίζειν, ἐπὶ πλείω δὲ τὴν ψυχὴν ἀρδεύειν· αὗται γάρ εἰσιν αἱ πρὸς αὐτὸν συνθῆκαι. A

93. Ὥσπερ δὲ οὐκ ἐγχωρεῖ δύο κάδους κατὰ τὸ αὐτὸ ἀνάγειν πεπληρωμένους ὕδατος· διὰ γὰρ τοῦ στρεφομένου ἄξωνος, ὁ μὲν εἷς κοῦφος κατάγεται, ὁ δὲ ἕτερος μεστὸς ἀνάγεται· οὕτως καὶ ἐφ' ἡμῶν ἐστιν· ὅταν γὰρ τὴν πᾶσαν κηδεμονίαν τῇ ψυχῇ προσοίσωμεν, πληρωθεῖσα τῶν καλῶν ἀνάγεται, τῶν μεταρσίων ἐφιεμένη. Τὸ δὲ σῶμα ἡμῶν, διὰ τῆς B ἀσκήσεως κοῦφον γενόμενον, οὐ βρίθει τὴν ἡγεμονοῦσαν δύναμιν. Καὶ τούτου μάρτυς ὁ Ἀπόστολος, φησὶ γάρ· *Ὅσον ὁ ἔξωθεν ἡμῶν ἄνθρωπος φθείρεται, τοσοῦτον ὁ ἔνδον ἀνακαινοῦται.*

94. Ἐν μονῇ κοινοβίου τυγχάνεις; μὴ μεταλλάξῃς τὸν τόπον· βλαβήσῃ γὰρ μεγάλως. Ὥσπερ γὰρ ὄρνις, ἐξανισταμένη τῶν ᾠῶν, οὔρια ταῦτα καὶ ἄγονα παρασκευάζει· οὕτως παρθένος ἢ μοναχὸς ψυχροῦται καὶ νεκροῦται τῆς πίστεως, τόπον ἐκ τόπου μεταβαίνων.

95. Μή σε δελεάσῃ ἡ τῶν κατὰ τὸν κόσμον πλουσίων τρυφὴ, ὥς τι χρήσιμον ἔχουσα. Ἡδονῆς ἕνεκεν τὴν ὀψαρτυτικὴν τιμῶσι τέχνην· νηστείᾳ καὶ αὐτὸς διὰ τῶν εὐτελῶν τὴν ἐκείνων εὐπορίαν τῶν τροφῶν ὑπερβάλλου. C Φησὶ γάρ, ὡς *Ψυχὴ, ἐν πλησμονῇ οὖσα, κηρίοις ἐμπαίζει.* Μὴ κορεσθῇς ἄρτου, καὶ οὐκ ἐπιθυμήσεις οἴνου.

96. Τρία ἐστὶ τοῦ ἐχθροῦ τὰ πρῶτα κεφάλαια, ἐξ ὧν πᾶσα κακία κατάγεται· ἐπιθυμία, ἡδονὴ, λύπη. Ἓν ἐξ ἑνὸς ταῦτα ἤρτηται, καὶ ἓν ἑνὶ ἀκολουθεῖ· καὶ ἡδονῆς μὲν κρατῆσαι δυνατὸν μετρίως, ἐπιθυμίας δὲ ἀδύνατον. Τὸ μὲν γὰρ τῆς ἡδονῆς διὰ τοῦ σώματος τελεῖται· τὸ δὲ ἀπὸ ψυχῆς ἄρχεται· ἡ δὲ λύπη ἐκ τῶν ἀμφοτέρων κατασκευάζεται. Μὴ συγχωρήσῃς οὖν τὴν ἐπιθυμίαν ἐνεργῆσαι, καὶ τὰ λοιπὰ ἀποσκεδάσεις. Εἰ δὲ συγχωρήσῃς προκύψαι τὸ πρῶτον, διανεμηθὲν πρὸς τὸ δεύτερον, κυκλικὴν ἀνταπόδοσιν ποιήσονται πρὸς ἑαυτὰ, καὶ οὐδαμῶς συγχωρήσει τῇ ψυχῇ ἀνασφῆλαι. Γέγραπται γάρ, ὡς *Μὴ δὸς ὕδατι διέξοδον.* D

97. Οὐ πᾶσι πάντα συμφέρει· ἕκαστος δὲ τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω. Ὅτι πολλοῖς ἐν κοινοβίῳ συμφέρει, καὶ ἄλλοις κατ' ἰδίαν ἀναχωρεῖν ὠφέλιμον τυγχάνει. Ὥσπερ γὰρ τῶν φυτῶν τὰ μὲν ἐν τοῖς διύγροις τόποις τυγχάνοντα εὐθαλέστερα γίνονται, τὰ δὲ ἐν τοῖς ξηροτέροις μονιμώτερα· οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις τόποις εὖ πράττουσιν, οἱ δὲ ἐν τοῖς ταπεινοτέροις διασώζονται.

quæ dicuntur. Sæpe namque contingit ut os alia loquatur, dum cor circa cogitationes occupatur. Cavendum porro, ne nos quæ divinas adimus nuptias, lampadum, id est virtutum, penuria laboremus. Alioquin oderit nos sponsus, nec ullatenus admittet, si non acceperit promissa. Quænam illa sunt? corporis minorem curam gerere, animam autem largius irrigare: hæc sunt pacta cum illo inita.

93. Sicut autem nemo potest duas situlas aqua plenas una tollere: nam per axem qui vertitur, alia vacua demittitur, alia plena elevatur; perinde nobis contingit. Cum 637 totam enim sollicitudinem animæ impenderimus, bonis referta evehitur sublimia appetens. Corpus autem nostrum, per duram exercitationem leve effectum, non deprimit partem illam principem ac moderantem. Cujus rei testis est Apostolus dicens: *Quanto noster qui foris est homo corrumpitur, tanto is qui intus est renovatur* [61].

94. (94) In monasterio et cœnobio versaris? ne mutaveris locum. Nam id tibi magno erit detrimento. Nam sicut avis ova deserens, vento exposita illa et infecunda reddit, sic virgo vel monachus locum ex loco mutans in fide frigescit ac exstinguitur.

95. (95) Ne te decipiant divitum hujus sæculi deliciæ, quasi utile quidpiam habeant. Coquinariam illi artem voluptatis causa colunt et magni faciunt: tu vero jejunio ciborumque vilitate eorum copiam superato. Ait enim: *Anima quæ in saturitate est, favis illudit* [62]. Ne satieris pane, et non desiderabis vinum.

96. Tria sunt prima inimici capita, ex quibus omnis malitia deducitur: concupiscentia, voluptas, dolor. Hæc vero unum ex alio pendent, et unum aliud sequitur. Voluptatem mediocriter cohibere possumus, concupiscentiam non possumus. Quod voluptatis est corpore peragitur; quod vero cupiditatis, ab anima incipit; dolor autem ex utroque conficitur. Ne concesseris igitur cupiditatem operari, et reliqua dissipabis. Si autem concesseris ut erumpat primum, quod ad secundum vergit: circulari motu recurrent, nec prorsus animam emergere sinent. Scriptum est enim: *Ne des aquæ exitum* [63].

97. Non omnibus omnia conveniunt. Unusquisque autem propria mente quid expediat exploret. Multis expedit manere in cœnobio, multis utile est seorsum secedere. Nam sicut plantarum aliæ in humidis locis virentiores evadunt; aliæ in siccioribus firmius feliciusque consistunt: ita hominum alii altioribus in locis probe feliciterque agunt, in humilioribus alii conservantur. Multi sane in civitate,

[61] II Cor. IV, 16. [62] Prov. XXVII, 7. [63] Eccli. XXV, 34.

(94) *Vit. PP.* l. V, 7, 15. Scholion 73, ad Grad. 4 Climaci.

(95) *Vit. PP.* l. V, 4, 43.

cum ea quæ in eremo agerentur memoria recolerent, salutem sunt consecuti : multi etiam in monte versantes perierunt, quia illa agerent quæ popularibus tantum competerent. Fieri namque potest ut qui cum pluribus versatur, animo solitarius sit; et qui solus est, cum turba mente versetur.

98. (96) Multi sunt diaboli aculei. Non potuit paupertate animum dimovere? divitias affert in escam. Per contumelias et opprobria non prævaluit? laudes adhibet atque gloriam. Per sanitatem devictus est? morbum immittit corpori. Cum enim voluptatibus non potuerit decipere, per invitos labores, animæ parare conatur eversionem, inconsultam, nec spontaneam. Morbos enim gravissimos injicere permittitur, quibus tentat homines in segnitiem conjicere, eorumque erga Deum charitatem conturbare. Sed sive corpus conciditur, ac vehementissimis febribus inflammatur, ac etiamsi intolerabili siti excrucietur, si quidem peccator cum sis isthæc pateris, recordare futurorum suppliciorum, ignis æterni, pœnarumque judicio infligendarum : neque in præsenti, socordi atque abjecto animo eris. Lætare quia visitavit te Dominus, atque pulchrum illud dictum in ore habe : *Castigans castigavit me Dominus, et morti* peccati *non tradidit me* [84]. Ferrum eras, sed igne rubiginem amittis. Quod si etiam probus es, infirmitate teneris, a magnis ad majora progrederis. Aurum es : at per ignem probatior evadis. Datus est tibi carnique tuæ angelus Satanæ, exsulta. Vide cui similis effectus sis : donatus es Pauli munere. Febre probaris, rigore erudiris, at Scriptura dicit : *Transivimus per ignem et aquam* [85]. Quod superest, paratum refrigerium est. Consecutus es primum, **638** secundum exspecta. Dum operaris, exclama hæc Davidis verba proferens : *Inops et pauper et dolens sum ego* [86]. Perfectus eris per ternarium numerum. Ait enim : *In tribulatione dilatasti mihi* [87]. His maxime certaminibus animis exerceamur : præ oculis enim habemus adversarium.

99. (97) Ne animo contristemur, cum per infirmitatem ac vulnus corporis non possumus stare ad orationem, aut voce psallere : omnia ista nobis proderunt ad cupiditatum eversionem. Nam jejunare ac humi cubare jussum nobis est ad turpissimas voluptates declinandas. Si ergo eas morbus obtuderit, superfluus est labor. Cur dico superfluus? quia tanquam graviori fortiorique remedio, nempe morbo lethifera symptomata sopita sunt. Atque hæc est magna exercitatio, morbos patienter ferre, et gratiarum actionis hymnos Deo emittere. Adempti nobis sunt oculi? ne graviter feramus, quia, licet insatiabilis cupiditatis instrumenta amiserimus, attamen internis oculis contemplamur gloriam Do-

A Πολλοὶ οὖν ἐν πόλει, τὰ τῆς ἐρήμου φανταζόμενοι, ἐσώθησαν· καὶ πολλοὶ, ἐν ὄρει ὄντες, τὰ τῶν δημοτῶν πράττοντες, ἀπώλοντο. Δυνατὸν μετὰ πολλῶν ὄντα μονάζειν τῇ γνώμῃ, καὶ μόνον ὄντα μετὰ ὄχλων τῇ διανοίᾳ συνδιάγειν.

98. Πολλὰ τοῦ διαβόλου τὰ κέντρα. Διὰ πενίας οὐ μετεκίνησε ψυχήν; πλοῦτον προσάγει εἰς δέλεαρ. Δι' ὕβρεων καὶ ὀνειδισμῶν οὐκ ἴσχυσεν; ἐπαίνους καὶ δόξαν προβάλλεται. Διὰ τῆς ὑγείας ἡττήθη; νοσοποιεῖ τὸ σῶμα. Ταῖς γὰρ ἡδοναῖς μὴ δυνηθεὶς ἀπατῆσαι, διὰ τῶν ἀκουσίων πόνων τὴν παρατροπὴν τῆς ψυχῆς πειρᾶται ποιῆσαι ἀπροαίρετον καὶ ἀβούλητον. Νόσους γάρ τινας καὶ βαρυτάτας ἐξ αἰτήσεως προσάγει, πρὸς τὸ διὰ τούτων ὀλιγωρήσαντας ἐπαθολῶσαι B αὐτῶν τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην. Ἀλλ' εἰ καὶ κατατέμνεται τὸ σῶμα, καὶ πυρετοῖς σφοδροτάτοις καταφλέγεται, ἔτι μὴν καὶ δίψει ἀνιάτῳ καὶ ἀσχέτῳ καταθλίβεται· εἰ μὲν ἁμαρτωλὸς ὢν ταῦτα ὑφίστασαι, ὑπομνήσθητι τῆς μελλούσης κολάσεως, καὶ τοῦ αἰωνίου πυρὸς καὶ τῶν δικαστικῶν τιμωριῶν, καὶ οὐκ ὀλιγωρήσεις πρὸς τὰ παρόντα. Χαίρου, ὅτι ἐπεσκέπτησέ σε ὁ Κύριος, καὶ τὸ εὔφημον δὲ ἐκεῖνο ῥητὸν ἐπὶ τῆς γλώσσης ἔχε, ὡς *Παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ Κύριος· τῷ δὲ θανάτῳ* τῆς ἁμαρτίας *οὐ παρέδωκέ με*. Σίδηρος ἐτύγχανες, ἀλλὰ διὰ τοῦ πυρὸς τὸν ἰὸν ἀποβάλλῃ. Εἰ δὲ καὶ δίκαιος ὢν ἀῤῥωστεῖς, ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐπὶ τὰ μείζω προκόπτεις. Χρυσὸς εἶ, ἀλλὰ διὰ τοῦ πυρὸς δοκιμώτερος γίνῃ. Ἐδόθη σοι ἄγγελος Σατᾶν τῇ σαρκὶ, ἀγαλλιῶ, βλέπε τίνι ὅμοιος C γέγονας· τῆς γὰρ Παύλου δωρεᾶς ἠξιώθης. Διὰ τοῦ πυρετοῦ δοκιμάζῃ· διὰ ῥίγους παιδεύῃ· ἀλλά φησιν ἡ Γραφή· *Διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος*. Λοιπὸν τὸ ἀναψυκτήριον ἡτοίμασται. Ἔτυχες τοῦ πρώτου, προσδόκα τὸ δεύτερον. Πράττων [πάσχων] βόα τὰ τοῦ ἁγίου Δαβὶδ ῥήματα· φησὶ γὰρ, ὡς *Πένης καὶ πτωχὸς καὶ ἀλγῶν εἰμι ἐγώ*. Τέλειος γενήσῃ διὰ τῆς τριάδος. Καὶ γάρ φησιν· *Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με*. Ἐν τούτοις μάλιστα τοῖς γυμνασίοις τὰς ψυχὰς ἀσκηθῶμεν· ἐπ' ὀφθαλμοῖς γὰρ ὁρῶμεν τὸν ἀντίπαλον.

99. Μὴ λυπηθῶμεν, ὡς διὰ τὴν ἀσθένειαν καὶ τὴν πληγὴν τοῦ σώματος μὴ δυνάμενοι εἰς εὐχὴν στῆναι, ἢ ψάλλειν μετὰ φωνῆς· πάντα ἡμῖν ταῦτα ἤνυτο πρὸς D καθαίρεσιν ἐπιθυμιῶν. Καὶ γὰρ νηστεία καὶ χαμευνία διὰ τὰς αἰσχίστους ἡμῖν ἡδονὰς νενομοθέτηνται. Εἰ οὖν ἡ νόσος ταύτας ἤμβλυνε, περιττὸς ὁ πόνος. Τί δὲ λέγω περιττός; ὥσπερ γὰρ μείζονί τινι καὶ ἰσχυροτέρῳ φαρμάκῳ τῇ νόσῳ τὰ ὀλεθροφόρα συμπτώματα κεκοίμηνται. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μεγάλη ἄσκησις, τὸ ἐν ταῖς νόσοις ἐγκαρτερεῖν, καὶ εὐχαριστηρίους ὕμνους ἀναπέμπειν τῷ κρείττονι. Ἀφαιρούμεθα ὀφθαλμῶν; μὴ βαρέως ἐνέγκωμεν· τὰ γὰρ τῆς ἀπληστίας ὄργανα ἀπεβάλομεν, ἀλλὰ τοῖς ἔνδον ὀφθαλμοῖς τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμεθα. Ἐκωφεύσαμεν;

[84] Psal. CXVII, 18. [85] Psal. LXV, 12. [86] Psal. LXVIII, 30. [87] Psal. IV, 2.

(96) In *Vitis PP.* l. v, 7, 16. (97) In *Vitis PP.* l. v, 7, 17.

εὐχαριστήσωμεν τὴν ματαίαν ἀκοὴν τέλεον ἀποβαλόντες. Τὰς χεῖρας πεπόνθαμεν; ἀλλὰ τὰς ἔνδον ἔχομεν εὐτρεπισθείσας πρὸς τὸν κατὰ τοῦ ἐχθροῦ πόλεμον. Ἀῤῥωστία καθ' ὅλον τὸ σῶμα κρατεῖ; ἀλλ' ἡ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον ὑγεία μᾶλλον αὔξει.

100. Ἐν κοινοβίῳ οὖσαι, τὴν ὑπακοὴν μᾶλλον τῆς ἀσκήσεως προκρίνωμεν· ἡ μὲν γὰρ ὑπεροψίαν διδάσκει, ἡ δὲ ταπεινοφροσύνην ἐπαγγέλλεται. Ἔστι δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐχθροῦ ἐπιτεταμένη ἄσκησις. Καὶ γὰρ οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ τοῦτο ποιοῦσι. Πῶς οὖν διακρίνωμεν τὴν θείαν καὶ βασιλικὴν ἄσκησιν τῆς τυραννικῆς καὶ δαιμονιώδους; δῆλον, ὡς ἀπὸ τῆς συμμετρίας. Ἅπας σοι ὁ χρόνος εἷς κανὼν νηστείας ὑπαρχέτω. Μὴ τέσσαρας ἢ πέντε νηστεύσῃς, καὶ τὴν ἄλλην πλήθει τροφῶν καταλύσῃς τὴν δύναμιν. Τοῦτο ἡδὺ τῷ ἐχθρῷ. Πανταχοῦ ἡ ἀμετρία φθοροποιὸς τυγχάνει. Μὴ ὑφ' ἓν σου τὰ ὅπλα ἀναλώσῃς, καὶ γυμνὸς εὑρεθεὶς ἐν τῷ πολέμῳ εὐάλωτος γενήσῃ. Τὰ ὅπλα ἡμῶν ἐστι τὸ σῶμα· ἡ δὲ ψυχὴ ὁ στρατιώτης· καὶ τῶν ἀμφοτέρων ἐπιμελοῦ πρὸς τὰς χρείας. Νέος ὢν καὶ ὑγιὴς, νήστευσον. Ἥξει γὰρ τὸ γῆρας μετὰ ἀσθενείας. Ὡς δύνῃ, θησαύρισον τροφὰς, ἵνα, μὴ δυνάμενος, εὕρῃς. Νήστευε μετὰ λόγου καὶ ἀκριβείας. Ὅρα μὴ ὁ ἐχθρὸς ἐπεισέλθῃ τῇ ἐμπορίᾳ τῆς νηστείας· καὶ τάχα οἶμαι περὶ τούτου τὸν Σωτῆρα εἰρηκέναι τό· *Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται*· τουτέστι, τὸ βασιλικὸν χάραγμα ἀκριβῶς γινώσκετε· εἰσὶ γὰρ καὶ παραχαράγματα· καὶ ἡ μὲν τοῦ χρυσοῦ φύσις ἡ αὐτὴ, διαφέρει δὲ τῷ χαράγματι. Ὁ μὲν χρυσός ἐστι νηστεία, ἐγκράτεια, ἐλεημοσύνη· ἀλλὰ καὶ Ἑλλήνων παῖδες τὴν τυραννικὴν αὐτῶν εἰκόνα τούτοις ἐντίθενται, καὶ αἱρετικοὶ δὲ πάντες διὰ τούτων σεμνύνονται. Ὁρᾷν δὲ δεῖ τούτους, καὶ ἀποφεύγειν ὡς παραχαράκτας. Βλέπε μὴ, ἀγυμνάστως περιπεσὼν αὐτοῖς, ζημιωθῇς. Δέχου οὖν μετὰ ἀσφαλείας τὸν τοῦ Χριστοῦ σταυρὸν διεντετυπωμένον ταῖς ἀρεταῖς· τουτέστι, πίστιν ὀρθὴν μετὰ σεμνῶν πράξεων.

101. Δεῖ ἡμᾶς πάσῃ διακρίσει κυβερνᾷν τὴν ψυχὴν, καὶ ἐν κοινοβίῳ οὔσας, μὴ τὰ ἑαυτῶν ζητεῖν, μήτε μὴν οἰκείᾳ δουλεύειν γνώμῃ, ἀλλὰ τῇ κατὰ πίστιν μητρὶ πειθαρχεῖν. Ἐξορίᾳ ἑαυτὰς παρεδώκαμεν· τουτέστι τῶν κοσμικῶν ὅρων ἔξω ἐγενόμεθα· οὐκοῦν ἐκβεβλήμεθα· μὴ τὰ αὐτὰ ζητήσωμεν. Ἐκεῖ δόξαν εἴχομεν, ὧδε ὀνειδισμόν· ἐκεῖ δαψίλειαν τροφῶν, ὧδε καὶ τοῦ ἄρτου ἔνδειαν. Ἐν τῷ κόσμῳ οἱ πταίοντες, καὶ μὴ βουλόμενοι εἰς φυλακὴν βάλλονται· καὶ ἡμεῖς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἑαυτὰς φυλακίσωμεν, ἵνα τὸ ἑκούσιον τῆς γνώμης τὴν μέλλουσαν κόλασιν ἀποσοβήσῃ.

102. Νηστεύεις; μὴ προφασίσῃ νόσον. Καὶ γὰρ οἱ μὴ νηστεύοντες τοῖς αὐτοῖς περιέπεσον νοσήμασιν. Ἤρξω τοῦ καλοῦ; μὴ ἀναχαιτίσῃς, τοῦ ἐχθροῦ σε ἐγκόπτοντος. Αὐτὸς γὰρ τῇ ὑπομονῇ σου καταργεῖται·

(98) In *Vitis PP*. l. v, 14, 9. Schol. 97, ad Grad. 4 Clim.

A mini. Obsurduimus? gratias agamus, quod inanem auditum funditus amiserimus. Manus laborant infirmitate? at intus adsunt manus paratæ ad bellum cum adversario gerendum. Morbo totum corpus est affectum? verum magis magisque interioris hominis sanitas augetur.

100. (98) Cum in cœnobio vivimus, obsequentiam exercitationi præponamus. Hæc namque docet superbiam; illa vero humilitatem pollicetur. Cæterum etiam ab inimico exoritur ardua exercitatio. Nam idipsum ejus discipuli præstant. Qua igitur nota divinam regiamque exercitationem a tyrannica et dæmoniaca internoscemus? utique ex moderatione. Per totum vitæ tuæ tempus una sit tibi regula jejunii. Ne quatuor aut quinque dies a cibo abstineas, B et insequente die per ciborum ingluviem dissolvas vires tuas. Id perjucundum inimico est. Quia ubique immoderatio perniciem affert. Noli arma tua una tantum pugna insumere, ne si nudus in prælio reperiaris, facilis captu sis. Arma nostra corpus sunt; anima vero miles: utriusque curam gere ad necessitatis tempus. Dum juvenis sanusque es, jejuna. Veniet namque tibi senectus cum infirmitate. Quando potes, reconde tibi cibos; ut cum non poteris amplius, invenias ipsos. Jejuna cum ratione et diligentia. Cave ne inimicus jejunii tui negotiationem subeat: videturque mihi ea forsitan de causa dictum fuisse a Salvatore: *Estote probi trapezitæ* (99); hoc est, regiæ monetæ impressionem accurate cognoscite: quia sunt etiam adulterini num- C mi. Atque auri quidem natura eadem, differt autem impresso signo. Aurum est jejunium, continentia, eleemosyna. Sed ipsi gentiles tyrannicam suam imaginem hisce imprimunt, omnesque hæretici de iisdem gloriantur. Istos autem cavere vitareque oportet tanquam falsæ monetæ percussores. Vide ne in eos imperite delapsus, detrimento afficiaris. Accipe igitur cum securitate Domini crucem, impressis virtutibus sigillatam, id est, fidem rectam cum bonis operibus.

101. (1) Oportet nos cum omni discretione animam regere, et in cœnobio cum sumus, non nostra quærere, neque propriæ voluntati famulari; sed ei quæ secundum fidem mater est obtemperare. Exsilio nos ipsas mulctavimus; id est, extra mundi li- D mites exivimus. Igitur ejectæ sumus: eadem ne requiramus. Illic gloriam habuimus, hic ignominiam: illic ciborum copiam, hic panis indigentiam. In mundo qui in crimen delapsi sunt, vel inviti carceri mancipantur: nos quoque ob peccata nostra in custodiam nos intrudamus, ut voluntaria pœna futurum depellat supplicium.

102. Jejunas? ne morbum comminiscaris. Etenim etiam qui non jejunant, in easdem incidunt ægritudines. Bonum iniisti? ne resilias, dum inimicus tibi obices parat. Ipse namque patientia tua destrui-

(99) De hoc dicto sæpe actum est superius.

(1) In *Vitis PP*. l. v, 14, 17.

tur. Nam qui navigare **639** incipiunt, primum quidem secundo utuntur vento, cum vela expanserint: postea vero ventus contrarius instat: nautæ tamen nequaquam propter ingruentem ventum navem exonerant; sed ubi paulum quieverint, vel etiam tempestati repugnarint, navigationem conficiunt. Ita et nos, contrario instante spiritu, crucem loco veli tendamus, atque tuto cursum conficiemus.

103. Hæc venerandæ cunctisque virtutibus exornatæ Syncleticæ documenta fuere: potiusque opera quam verba: sed etiam multa alia et quidem magna per illam innotuere ad spectantium audientiumque utilitatem. Tanta autem bonorum copia ex illa manavit, ut humana lingua enarrando non sufficiat.

104. At boni osor diabolus, non ferens tantam bonorum vim, contabescebat, secumque reputabat quo artificio posset bonorum ortum interturbare. Tandem postulat ad ultimum certamen generosissimam virginem, tantoque odio illam ulciscitur, ut non ab exterioribus membris plagam orsus fuerit; sed tactis interioribus profundum ei dolorem indiderit; adeo ut nullo hominum auxilio solatii aliquid percipere posset.

105. Primo itaque partem vitæ maxime necessariam vulnerat, pulmonem videlicet, ac per exitiosos morbos paulatim accendit malignitatem. Et sane poterat, postquam id impetraverat a Domino, brevi mortem ipsi parare; sed utpote sanguinarius carnifex, plagis permultis diuturnoque tempore ostendit feritatem suam. Paulatim quippe dissolutum pulmonem sputorum emissione abjecit. Aderant quoque continuæ febres, limæ instar absumentes corpus.

106. Octogesimum annum agebat, cum diabolus Jobi labores in eam transtulit: nam iisdem tunc quoque usus est flagellis. Jam autem ille tempus abbreviat, ac intolerabilioribus premit doloribus. Quinque enim et triginta annos Job in plaga transegit: at hic inimicus, cum ceu primitias quasdam decadum tempora rapuisset, ad * plagas admovet sacro ejus corpori. Tribus namque annis et dimidio per gloriosos hosce labores adversario restitit. Ac in Jobo quidem ab exterioribus initia vulnerum diabolus duxit; in hac vero ab internis cruciatus auspicatur. Læsis siquidem internis ejus membris, majores ei gravioresque immisit dolores. Non perinde arbitror generosissimos martyres decertasse, atque præclaram Syncleticam. Illos namque scelestus ille extrinsecus adoriebatur, ac sive ensem, sive ignem admoveret, levius illud erat tentationibus sanctæ oblatis. Ejus namque viscera quasi per fornacem igneam succendebat, paulatim ignem ex interioribus accendens; ac limæ instar diuturno tempore corpus ejus insumebat: quod ut vere dicatur, grave est atque inhumanum. Etenim quibus judiciarii magistratus commissi sunt, quando reis voluerint graviora infligere supplicia, lentissimo

A καὶ γὰρ οἱ πλεῖν ἀρχόμενοι, πρῶτον μὲν δεξιοῦ πνεύματος τυγχάνουσι ἁπλώσαντες τὰ ἱστία· αὖθις δὲ αὐτοῖς ἐναντίος ἄνεμος ἀπαντᾷ· ἀλλ' οἱ ναυτικοὶ διὰ τὸ παρεμπεσὸν πνεῦμα οὐκ ἀποσκευάζουσι τὴν ναῦν· μικρὸν δὲ ἡσυχάσαντες ἢ καὶ ἀπομαχησάμενοι τῇ ζάλῃ, τὸν πλοῦν ποιοῦνται· οὕτω καὶ ἡμεῖς, ἐναντίου πνεύματος προσπεσόντος, τὸν σταυρὸν ἀντὶ ἱστίου τανύσαντες, ἀδεῶς τὸν πλοῦν ἐκτελέσομεν.

103. Ταῦτα τῆς σεμνῆς καὶ πανα̉ρέτου Συγκλητικῆς τὰ διδάγματα· καὶ μᾶλλον πράξεις ἢ ῥήματα· καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ καὶ μεγάλα ὑπ' αὐτῆς ἐγνωρίσθη πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἀκουσάντων τε καὶ θεασαμένων. Τοσοῦτον δὲ πλῆθος ἐξ αὐτῆς ἀγαθῶν ἐβλάστησεν, ὅσον ἀνθρωπίνη γλῶσσα ἀπορήσειεν ἂν ἐκφράσαι

B 104. Ὁ δὲ μισόκαλος διάβολος, μὴ φέρων τὴν τοσαύτην τῶν καλῶν ἀφθονίαν, ἐξετήκετο, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἐδραματούργει, ὅπως ἂν δυνηθείη ἐπιθολῶσαι τὴν τῶν χρηστῶν ἀνατολήν. Καὶ λοιπὸν ἐξαιτεῖται πρὸς τὸν τελευταῖον ἀγῶνα τὴν γενναιοτάτην παρθένον· καὶ τοσοῦτον αὐτῇ τῇ ἔχθρᾳ ἀμύνεται, ὡς μηδὲ τῶν ἔξωθεν μελῶν ἐνάρξασθαι τῆς πληγῆς· ἀλλὰ, τῶν ἐνδοσθίων ἀψάμενος, βύθιον αὐτῇ τὴν ἀλγηδόνα ἀπένεμεν· ὡς ἀπαραμύθητον αὐτὴν ἐκ τῆς ἀνθρώπων ἐπικουρίας γενέσθαι.

105. Καὶ πρῶτον μὲν τὸ ἀναγκαιότατον ἐν ζωῇ πλήττει μόριον, τὸν πνεύμονα, καὶ διὰ νόσων ὀλεθροφόρων κατ' ὀλίγον ἐξάπτει τὴν κακίαν. Ἐνεχώρει μὲν γὰρ καὶ ἐν ὀλίγῳ διὰ τῆς ἐξαιτήσεως συντεμεῖν C αὐτῆς τὴν τελευτήν· ἀλλ' ὥσπερ αἱμοβόρος δήμιος, διὰ πληγῶν πολλῶν καὶ χρόνου μακροῦ τὴν οἰκείαν δεινότητα ἐνδείκνυται. Κατὰ μικρὸν γὰρ ἀναλύων τὸν πνεύμονα διὰ τῶν ἀναγομένων πτυσμάτων, τοῦτον ἀπέβαλλε. Παρῆσαν δὲ καὶ πυρετοὶ ἀδιάλειπτοι, ῥίνης δίκην ἀποδαπανῶντες τὸ σῶμα.

106. Ὀγδοηκοστὸν ἦγεν ἔτος, ὅτε ὁ διάβολος τὰ τοῦ Ἰὼβ ἆθλα εἰς ταύτην μετέφερεν· αὐταῖς μὲν γὰρ καὶ τότε ἐκέχρητο ταῖς μάστιξιν· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ παρόντος συντέμνει τὸν χρόνον, φορτικωτέρας ποιούμενος τὰς ἀλγηδόνας. Πέμπτον μὲν καὶ τριακοστὸν ἔτος ὁ μακάριος Ἰὼβ ἐν τῇ πληγῇ πεποίηκεν· ἐνταῦθα δὲ ὁ ἐχθρὸς, ὥσπερ ἀπαρχάς τινας τοὺς τῶν δεκάδων χρόνους ἀποσυλήσας, πρὸς τὰς πληγὰς συνάπτει τῷ ἱερῷ ταύτης σώματι. Τρία γὰρ ἥμισυ ἔτη διὰ τῶν D εὐκλεῶν τούτων πόνων τῷ ἐχθρῷ ἀπεμαχήσατο. Ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Ἰὼβ ἐκ τῶν ἔξω τὰς ἀρχὰς τῶν τραυμάτων ἐποιεῖτο ὁ διάβολος· ἐπὶ δὲ ταύτης ἐκ τῶν ἔσω πρόσεισι ταῖς τιμωρίαις. Τῷ γὰρ ἐνδοσθίων αὐτῆς μελῶν ἅπτεσθαι, μείζονας αὐτῇ καὶ χαλεπωτέρας τὰς ἀλγηδόνας ἀπένειμεν. Οὐχ οὕτως οἶμαι τοὺς γενναιοτάτους ἐνηθληκέναι μάρτυρας, ὡς τὴν ἀοίδιμον Συγκλητικήν. Ἐκείνους μὲν γὰρ ἐκ τῶν ἔξω προσῄει ὁ παλαμναῖος. Κἄν τε γὰρ ξίφος, κἄν τε πῦρ αὐτοῖς προσέφερεν, ἠπιώτερον ὑπῆρχε τῶν παρόντων αὐτῇ πειρατηρίων. Ἀντὶ μὲν γὰρ καμίνου πεπυρωμένης τὰ σπλάγχνα αὐτῆς ὑπέκαιεν, ἐκ τῶν ἔσω τὸ πῦρ κατ' ὀλίγον ἐξάπτων· καὶ ῥίνης δίκην διὰ μακροῦ χρόνου ἀπεδαπάνα τὸ σῶμα. Καὶ ἔστιν ἀληθῶς βαρὺ τοῦτο καὶ ἀπάνθρωπον εἰπεῖν. Καὶ γὰρ οἱ τὰς

δικαστικὰς ἐμπεπιστευμένοι ἀρχὰς, ὁπηνίκα ἂν βουληθῶσι τοῖς ἁμαρτήσασι βαρυτέρας ἐπιθεῖναι τιμωρίας, διὰ βληχροτάτου πυρὸς τούτους ἀναλίσκουσιν· οὕτως οὖν καὶ ὁ ἐχθρὸς ἐκ τῶν ἔνδον, ὥσπερ ὑποσμυχόμενον τὸν πυρετὸν κινῶν, ἄπαυστον ἐν νυκτὶ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐποιεῖτο τὴν τιμωρίαν.

eos igne absumunt. Sic quoque inimicus ex internis, velut suburentem commovens febrem, incessanter die nocteque cruciatum movebat.

107. Καὶ ταύτην δὲ τὴν πληγὴν γενναίως ὑποφέρουσα οὐ συνέπιπτε τῷ φρονήματι· ἀλλὰ πάλιν ἡ μακαρία κατὰ τοῦ ἐχθροῦ ἠγωνίζετο. Καὶ γοῦν πάλιν ταῖς ἀγαθαῖς διδασκαλίαις τοὺς ὑπ' αὐτοῦ τραυματιζομένους ἰᾶτο· καὶ γὰρ ὥσπερ ἐκ λέοντος αἱμοβόρου τὰς ψυχὰς ἀπλήγους ἀνέσπα. Ἐθεράπευε δὲ τοὺς τραυματίας τοῖς σωτηρίοις τοῦ Κυρίου φαρμάκοις. Τινὰς δὲ καὶ ἀτρώτους διεφύλαττεν· ὑποδεικνύουσα γὰρ αὐτοῖς τοῦ διαβόλου τὰς δολερὰς παγίδας, ἐλευθέρους ἐποιεῖτο τῆς ἁμαρτίας.

107. Illa vero, hujusmodi plagam strenue ferens, non concidit animo. Rursumque beata virgo adversus hostem instaurabat pugnam. Iterumque præclaris suis documentis, vulneratos ab inimico sanabat : ac velut e faucibus sanguinarii leonis animas illæsas extrahebat. Saucios curabat salutaribus Christi remediis. Nonnullos invulneratos servabat, indicatisque dolosis **640** diaboli laqueis, liberos reddebat a peccato.

108. Ἔλεγε δὲ ἡ θαυμασία, ὡς μὴ δεῖν ἀμεριμνᾷν ποτε τὰς Θεῷ ἀνακειμένας ψυχάς. Ταύταις γὰρ μάλιστα ἀντίκειται ὁ ἐχθρός. Καὶ γὰρ, ἡσυχαζουσῶν αὐτῶν, βρύχει, καὶ ἡττώμενος ἀνιᾶται· καὶ μικρὸν ἀποχωρήσας, ἐπιτηρεῖ· κἂν βραχύ τι ἀφυπνώσωσιν, οὕτως ἐπεισέρχεται· καὶ δι' ὧν νομίζει τις ἔχειν τὸ ἀμέριμνον, διὰ τούτων αὐτῶν ὑποσκελίζει· ὥσπερ γὰρ ἀδύνατον τοὺς πάνυ φαύλους μὴ ἔχειν καὶ σπινθῆρα καλοῦ, οὕτω τὸ ἐναντίον τοῖς χρηστοῖς πρόσεστι. Τῶν γὰρ μαχομένων μοῖρά τις ἐν τοῖς ἀντικειμένοις μέρεσι τυγχάνει. Πολλάκις γοῦν ἄνθρωπος παντὶ αἰσχίστῳ περιεστοίχισται, καὶ πάσῃ ἀκολασίᾳ συμπέφυρται· ἀλλ' ὅμως ἐλεήμων τυγχάνει· καὶ ἐν σπουδαίοις πολλάκις ἐμπολιτεύεται σωφροσύνη, νηστεία, ἐπίπονος ἄσκησις· εἰσὶ δὲ φειδωλοὶ καὶ κατάλαλοι.

108. Dicebat porro admiranda illa virgo : Animas Deo dicatas nunquam debere ponere sollicitudinem, quia eis potissimum adversatur inimicus : nam dum in secessu illæ et in quiete versantur, rugit ille, victus indignatur ; paululumque secedens observat num aliquando vel tantillum obdormiscant, tuncque irruit : ac per quæ quis existimat in tuto se versari, per eadem illum supplantat. Sicut enim fieri nequit eos qui admodum scelerati sunt, non habere vel scintillam boni ; ita vicissim se res habet in bonis : siquidem eorum quæ inter se pugnant portio quædam in oppositis partibus exsistit. Unde sæpenumero homo omni turpitudine circumdatus, omni intemperantia fœdatus, attamen misericors est : sæpeque in virtutis studiosis versantur continentia, jejunium, laboriosa exercitatio · sunt autem forsan avari et obtrectatores.

109. Δεῖ οὖν τῶν σμικρῶν μὴ ἀμελεῖν, ὡς μὴ δυναμένων βλάπτειν. Καὶ γὰρ ὕδωρ λίθον τῷ χρόνῳ διέλυσε. Τὰ μὲν οὖν μέγιστα τῶν ἐν ἀνθρώποις καλῶν ἐκ θείας χάριτος αὐτοῖς προσγίνεται· τὰ δὲ δοκοῦντα σμικρὰ τυγχάνειν δι' ἑαυτῶν ἀποσοβεῖν δεδιδάγμεθα. Ὁ οὖν τῷ μεγάλῳ διὰ τῆς χάριτος ἀπομαχησάμενος, τοῦ δὲ σμικροῦ καταφρονήσας, μεγάλως βλαβήσεται. Ὁ γὰρ Κύριος ἡμῶν, ὥσπερ γνήσιος Πατὴρ, ἀρτίως τῶν παιδίων αὐτοῦ ὁρμώντων πρὸς βάδισιν, ὀρέγει τὴν χεῖρα· καὶ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν τῶν μεγάλων ἡμᾶς κινδύνων ῥυόμενος, εἰς τὰ μικρὰ συγχωρεῖ ἡμῖν ἀφ' ἑαυτῶν κινεῖσθαι, καθάπερ ποσί· τούτοις τὴν γνώμην δεικνὺς ἐλευθέραν. Ὁ γὰρ πρὸς τὰ μικρὰ εὐάλωτος, πῶς ἂν τὰ μείζω φυλάξαι δυνηθείη;

109. Non itaque negligenda sunt parva, quasi nocere non valeant. Nam diuturnitate temporis gutta cavat lapidem. Porro maxima pars bonorum quæ in hominibus sunt, ex divina ipsis gratia proveniunt ; quæ autem minora videntur esse, per nos ipsos profligare edocti sumus. Qui igitur majoribus quidem per gratiam expugnatis, quod parvum est contempserit, ingenti afficietur damno. Nam Dominus noster, utpote verus Pater, incipientibus ambulare filiis suis manum porrigit : atque a gravibus quibusque periculis liberatos, nos sinit parva pericula per nos ipsos adire, quasi pedibus ambulantes : hisque liberum declarat arbitrium. Nam qui parvis facile vincitur, majora cavere qua ratione poterit ?

110. Πάλιν ὁρῶν αὐτὴν διισχυριζομένην καθ' ἑαυτοῦ ὁ μισόκαλος, ἤχθετο. Καὶ ὁρῶν ἑαυτοῦ τὴν τυραννίδα καθαιρουμένην, ἕτερόν τινα μηχανᾶται κακίας τρόπον· καὶ πλήττει τὰ φωνητικὰ ὄργανα, πρὸς τὸ τὸν προφορικὸν ἐκκόψαι λόγον, δοκῶν διὰ τούτου λιμαγχονῆσαι τῶν θείων λόγων τὰς συνερχομένας. Ἀλλ' εἰ καὶ τὴν ἀκοὴν τῆς ὠφελείας ἐστέρησεν, ἐν τῷ μείζονι τὸ κέρδος δεδώρηται· τῇ γὰρ ὄψει τοῖς πάθεσιν ἐνατενίζουσαι, μᾶλλον ἐκραταιοῦντο τὴν γνώμην. Τὰ γὰρ ἐκείνης τοῦ σώματος τραύματα τὰς πεπληγμένας ψυχὰς ἰᾶτο· καὶ ἦν ἰδεῖν προφυλα-

110. Rursum igitur advertens boni osor ille eam adversus ipsum corroborari, indignabatur. Vidensque destrui tyrannidem suam, alium machinatur malitiæ modum : vulneratque membra vocalia, quo sermonem doctrinamque illius interpellaret, ratus sic eas quæ convenirent fame divinorum sermonum interituras. Verum etiamsi aures earum solita utilitate privarit, majus tamen ipsis lucrum concessum fuit, cum oculis quæ illa pateretur perspicerent, majore animi robore firmabantur. Vulnera quippe corporis ejus, vulneratas animas curabant. Videre

que erat, munimen sanitatemque spectantibus afferre beatæ virginis magnanimitatem atque perseverantiam.

A χὴν καὶ θεραπείαν τῶν θεωμένων τὴν τῆς μακαρίας μεγαλοψυχίαν τε καὶ καρτερίαν.

111. Hanc ergo ipsi ulceris causam efficit inimicus : molarem unum dentem dolore affecit, mox gingivam putrefacit : excidit os ; ulcus totam percurrit maxillam ; corrumpuntur vicinæ partes : per quadraginta dies os corroditur, postque duos menses foramen aperitur. Omnia circum loca nigricabant, os ipsum etiam corruptum paulatim absumitur : putredo fœtidissimusque odor totum corpus occupavit ; ita ut quæ ministrarent ipsi, majore quam illa nausea afficerentur. Subindeque ac diutius abscedebant, immanissimum fœtorem non ferentes. Cum id necessitas postularet, aromatum vi succensa ingressæ, mox discedebant ob teterrimum odorem. At beata virgo aperte adversarium conspiciebat, neque sinebat admoveri sibi subsidium humanum, hac in re suam commonstrans fortitudinem. Cum autem cœtus virginum hortarentur, ut vel aromatibus loca illinerentur propter suam infirmitatem, nequaquam illa morem gessit. Existimabat enim per externum auxilium gloriosissimi certaminis imminui decus. Illæ porro medicum quemdam evocant, si forte posset ille persuadere virgini ut curationem admitteret. At illa id minime tulit dicens : Quid me ab hoc præclaro certamine arcetis ? Cur quæritis quod apparet, ignorantes quid lateat ? Quid tam curiose factum perquiritis, cum auctorem non videatis ? Tum medicus ipsi : Non **641** curationis aut solatii causa remedium offerimus ; sed ut corruptum exstinctumque membrum pro more sepeliamus, ne qui adsunt una pereant : nam quod mortuis admoveri solet, id jam nos admovemus : aloen cum myrrha et myrto vino madidam appono. Illa vero admisso consilio annuit, miserata præsentem cœtum : eo enim pacto purgabatur fœtoris vehementia.

111. Πρόφασιν μὲν οὖν αὐτῇ τῆς πληγῆς ποιεῖται ταύτην ὁ ἐχθρός · μίαν γὰρ μύλην ὀδυνήσας, σήπει παραυτὰ τὸ οὖλον · καὶ ἐκπίπτει μὲν τὸ ὀστέον · ἡ δὲ νομὴ διατρέχει εἰς ἅπασαν τὴν γένυν, καὶ γίνεται φθορὰ τῶν ἐπικειμένων σωμάτων · καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις τερηδονίζεται τὸ ὀστέον · καὶ μετὰ διμηναῖον χρόνον, γίνεται ἔκτρησις. Μελανθέντες οὖν ἦσαν ἅπαντες οἱ πέριξ τόποι. Τὸ δὲ ὀστέον καὶ αὐτὸ φθαρὲν, κατ' ὀλίγον ἐδαπανᾶτο · σῆψις δὲ καὶ βαρυτάτη δυσωδία καθ' ὅλον τὸ σῶμα ἐκράτει · ὡς τὰς ὑπουργούσας πλέον αὐτῆς πάσχειν. Καὶ τὸν μὲν πλείονα B χρόνον ἐχωρίζοντο, μὴ φέρουσαι τὴν ἀπάνθρωπον ὀσμήν · ὅτε δὲ χρεία ἐκάλει, θυμιαμάτων ὑπεκκαίουσαι πλῆθος προσῄεσαν, καὶ αὖθις ὑπεχώρουν διὰ τὸ τῆς δυσωδίας ἀπάνθρωπον. Ἡ δὲ μακαρία προφανῶς ἐθεώρει τὸν ἀντίπαλον, καὶ οὐδ' ὅλως συνεχώρει αὐτῇ ἀνθρώπινον προσαχθῆναι βοήθημα · δεικνύουσα καὶ ἐν τούτῳ τὴν οἰκείαν ἀνδρείαν. Αἱ δὲ συνελθοῦσαι παρεκάλουν κἂν μύροις τοὺς τόπους ὑπαλείφειν διὰ τὴν ἑαυτῶν ἀσθένειαν, καὶ οὐκ ἐπείθετο. Ἡγεῖτο γὰρ διὰ τῆς συμμαχίας τῶν ἐκτὸς καθαιρεῖσθαι τοῦ ἐνδόξου ἀγῶνος. Καὶ δή τινα ἰατρὸν αἱ συνελθοῦσαι μεταστέλλονται, ὡς, εἴ γε δυνηθείη, κἂν αὐτὸς πεῖσαι θεραπείας τυχεῖν. Ἡ δὲ πάλιν οὐκ ἠνείχετο, λέγουσα · Τί με τῆς ἀγαθῆς πάλης ταύτης ἐγκόπτετε ; Τί ζητεῖτε τὸ φαινόμενον, ἀγνοοῦσαι τὸ κρυπτόμενον; C Τί πολυπραγμονεῖτε τὸ γινόμενον, τὸν ποιοῦντα μὴ θεωροῦσαι ; Καὶ πρὸς αὐτήν φησιν ὁ παρὼν ἰατρός · Οὐχ ἕνεκεν θεραπείας τινὸς ἢ παραμυθίας προσφέρομεν φάρμακον, ἀλλ' ἵνα τὸ ἠλλοτριωμένον καὶ νεκρὸν μόριον κατὰ τὴν συνήθειαν θάψωμεν, πρὸς τὸ μὴ τοὺς παρόντας συνδιαφθαρῆναι. Ὅπερ γὰρ τοῖς τεθνεῶσι προσάγουσι, τοῦτο καὶ ἡμεῖς νῦν ποιοῦμεν · ἀλόην ἅμα σμύρνῃ καὶ μυρσίνῃ οἴνῳ δεύσας προστίθημι. Ἡ δὲ, ἀποδεξαμένη τὴν συμβουλίαν ἠνείχετο, τὰς συνελθούσας μᾶλλον ἐλεήσασα · ἐκαθαίρετο γὰρ ἐκ τούτου ἡ ἀμετρία τῆς δυσωδίας.

112. Quis non exhorruit immane ulcus conspiciens ? Cui non utilis fructuosusque conspicuus inimici lapsus ? Illic ulcus immisit unde salutaris et dulcissimus fons sermonum prodibat. Ejus immanitas modum omnem exsuperans, solatia quæque dissipavit. Tanquam fera sanguinaria, totam convenientium curam inutilem reddidit, ut discerperet oblatam prædam. Sed dum quærit cibum, factus est pabulum. Corporis enim infirmitate quasi per hamum illectus captusque fuit : feminam videns, contemnebat, quia ignorabat virilem ejus animum. Didicerat morbida membra esse, cæcutiebat quippe, nec poterat fortissimam illius mentem æstimare. Trium igitur mensium spatio hoc in agone decertavit. Virtute autem divina totum corpus sustentabat. Nam quæ corporis conservationi inserviunt imminuebantur. Aderat inedia : quo enim modo potuisset cibos sumere, obtinente tanta tabe atque

112. Τίς οὐκ ἔφριξε τὴν τηλικαύτην πληγὴν θεασάμενος ; Τίς οὐκ ὠφελήθη τὴν καρτερίαν τῆς μακαρίας θεασάμενος, καὶ ἐν ταύτῃ τὴν κατάπτωσιν τοῦ ἐχθροῦ ἐννοήσας ; Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἔστησε τὴν πληγὴν, D ὅθεν ἡ σωτήριος καὶ γλυκυτάτη τῶν λόγων προΐει πηγὴ, καὶ τὸ ὑπερβάλλον αὐτοῦ τῆς δεινότητος πᾶσαν παράκλησιν ἀπεσκέδασεν. Ὥσπερ γὰρ θηρίου αἱμοβόρον, πᾶσαν τῶν συνερχομένων τὴν σπουδὴν ἀπεσόβησε, πρὸς τὸ σπαράξαι τὸ προσπεσὸν θήραμα · καὶ θοίνην ζητῶν, βορὰ γέγονε. Ἐδελεάσθη γὰρ ὥσπερ δι' ἀγκίστρου τῇ τοῦ σώματος ἀσθενείᾳ · γυναῖκα ὁρῶν, κατεφρόνει · ἠγνόει γὰρ αὐτῆς τὸ ἀνδρεῖον φρόνημα. Νοσοῦντα τὰ μέλη κατεμάνθανεν · ἐτύφλωττε γὰρ, τὸν ἰσχυρότατον αὐτῆς λογισμὸν κατοπτεῦσαι μὴ δυνάμενος. Μησὶ μὲν οὖν τρισὶ καὶ πρὸς τοῦτον τὸν ἀγῶνα ἐνήθλησε. Δυνάμει δὲ θείᾳ τὸ ὅλον παρεκρατεῖτο σῶμα. Τὰ γὰρ συντελοῦντα πρὸς τὴν διαμονὴν αὐτοῦ ἐμεμείωτο. Ἀτροφία μὲν οὖν παρῆν ·

πῶς γὰρ ἠδύνατο σιτίων μεταλαβεῖν, τοσαύτης σή- A ψεως καὶ δυσωδίας κρατούσης; Ἀποκεχώριστο δὲ ἀπ' αὐτῆς καὶ ὁ ὕπνος ὑπὸ τῶν ἀλγηδόνων ἐκκοπτόμενος.

fœtore? Recesserat ab ea somnus, dolore depellente.

113. Ὅτε δὲ αὐτῆς τὸ πέρας τῆς νίκης καὶ τοῦ στεφάνου ἐγγὺς ἐγένετο, καὶ ὀπτασίας ἐθεώρησε καὶ ἀγγέλων ἐπιστασίας, καὶ παρθένων ἁγίων προτροπὰς πρὸς τὴν ἄνοδον, καὶ ἐλλάμψεις ἀνεκλαλήτου φωτὸς, καὶ παραδείσου χῶρον· καὶ μετὰ τὴν θέαν τούτων, ὥσπερ εἰς ἑαυτὴν γενομένη, κατήγγειλε ταῖς παρούσαις, γενναίως τε φέρειν, καὶ μὴ ὀλιγωρεῖν πρὸς τὸ παρόν. Εἶπε δὲ αὐταῖς, καὶ ὡς ὅτι Μετὰ τρεῖς ἡμέρας χωρισθήσομαι τοῦ σώματος. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τὴν ὥραν τῆς ἀφίξεως τῶν ἐνταῦθα ἐδήλωσε. Καὶ συντελεσθέντος τοῦ χρόνου, ἀπῆλθεν ἡ μακαρία Συγκλητικὴ πρὸς τὸν Κύριον, ἔπαθλον τῶν ἀγώνων παρ' αὐτοῦ δεξαμένη τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν· εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ παναγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

113. Ubi proxime fuit meta victoriæ atque coronæ, visiones contemplata est, angelorumque auxilia, virginum item sanctarum cohortationes ad ascensum, necnon illustrationes ineffabilis luminis, atque paradisi regionem. His autem conspectis, quasi rem secum perpendens, iis quæ aderant renuntiavit, ut fortiter sustinerent neque jam deficerent. Addiditque hæc verba : Post triduum a corpore separabor. Neque hoc solum, sed etiam horam exitus denuntiavit. Quo completo tempore ad Dominum migravit beata Syncletica, atque ab eo in præmium certaminum regnum cœlorum accepit; in gloriam et laudem Domini nostri Jesu Christi, cum Patre et Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

(2) Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ταῖς πρεσβείαις τῆς πανυμνήτου Θεοτόκου τῆς ἐμῆς βεβαίας ἐλπίδος, καὶ ὧν Πατέρων πόθῳ καὶ κόπῳ τοὺς βίους συνελεξάμην, ἀξίωσόν με τὸν ἁμαρτωλὸν εὑρεῖν χάριν ἐνώπιόν σου οἷς οἶδας κρίμασιν.

Domine Deus virtutum, intercessionibus omni laude celebrandæ Deiparæ, quæ est firma spes mea, et Patrum quorum vitas studio atque labore collegi, concede mihi peccatori, ut quibus nosti judiciis, inveniam gratiam in conspectu tuo.

Ἕως ὧδε πεπλήρωνται οἱ ἐκ τῆς ἁγίας παρὰ τοῦ μακαρίου Ἀρσενίου τοῦ Πηγάδων ἐξεληλυθότες λόγοι, καθὼς καθ' εἱρμὸν κεῖνται ἅπαντες.

Hactenus absolvuntur, qui ex sancta illa, per beatum Arsenium Pegadensem prodierunt sermones, quo ordine omnes habentur.

(2) Hæc, ad finem usque, exstant in Schedis Combefisianis, nec leguntur in *Monumentis* Cotelerii

IN SEQUENTIA DUO OPUSCULA ASCETICA ADMONITIO.

A multis jam sæculis subsequentes duæ asceticæ exhortationes ad monachos et ad sponsas Christi Athanasii nomine prodiere. In collectione namque Regularum, quæ octavo sæculo a Benedicto Anianensi concinnata est, utraque comparet Athanasii nomine inscripta; cum neutra tamen Athanasii nihil nisi nomen admittat. Nam ipsa luce clarius est, a Latino scriptore, et quidem eleganti Latineque, ut illa ætate, peritissimo, adornatas fuisse. Secunda porro, in Actis concilii Aquisgranensis exstat integra, Athanasioque ascribitur. Unde fortasse suspicari liceat, fuisse illam, pariterque priorem, quæ eodem ferme styli genere conscripta est, ab auctore suo commendationis causa Athanasii nomine insignitam. Utrumque autem opusculum in Appendice ad codicem Regularum, curante Luca Holstenio editum fuit Parisiis anno 1663.

SANCTI PATRIS NOSTRI ATHANASII

EXHORTATIO AD MONACHOS.

(Vide *Patrologiæ Latinæ* tom. CIII, col. 665, in Benedicto Anianensi.)

EJUSDEM EXHORTATIO AD SPONSAM CHRISTI.

Vide ibid., col. 671.

IN EPISTOLAM SEQUENTEM MONITUM.

642-649 *Epistolam Athanasii nomine ad episcopum Persarum conscriptam, Roma nobis transmisit vir cl. Claudius Stephanotius, procurator gen. nostræ congregationis, non hoc uno nobis nomine observandus : multa quippe nobis perhumaniter officia contulit. Nemo autem non videt fuisse primo Græce exaratam, exinde vero Latine ab minus perito scriptore translatam. Et quidem ex vertendi ratione videtur antiqua esse versio : olet enim peregrinum illud et inelegans Latinitatis genus, quod* VI, VII *et subsequentibus sæculis in usu erat.* Νοθείας *porro argumenta nec occulta præfert : cujusmodi est illud quod ait :* Secundum quod scriptum est : « Una Deitas in tribus stantiis cognoscenda, » *quasi vero in libro quodam, cujus auctoritati Athanasius astipularetur, ejusmodi sententia reperta sit. Ubi advertas velim, illud,* in tribus stantiis, *expressum videri ex hoc dicto,* ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, *quæ sententia licet apud Athanasium nonnunquam usu veniat, non ita autem adhibetur, quasi in confesso apud omnes sit; cum opposita huic propositio, quod scilicet una sit* ὑπόστασις *in Trinitate, ut catholica et tum temporis admittenda declaretur ab Athanasio in tomo* Alexandrinæ synodi, *pag.* 775, *dum tamen penes eam vocum varietatem eadem fides reperiatur. Haud leve item illud est* νοθείας *indicium, quod ementitus iste Athanasius epistolam Dionysii ad Paulum Samosatenum mittat ad Persas, quæ jam communi eruditorum calculo inter supposititia computatur. Habetur autem illa tom. I* Bibliothecæ PP. Græc., *pag.* 273, *sed in nonnullis multum discrepat ab ista quam edimus versione, in qua desunt bene multa, sive interpretis incuria, sive ex codicum diversitate. Cæterum nihil est quod ambigamus ab eodem concinnatum fuisse utriusque epistolæ interpretationem, quod ipsum versionis genus* ἀδιαστάκτως *per se significat.*

—

Dilectissimo papæ et ei qui cum ipso est clero, et qui in Persarum provincia habitat, et qui in fide Dei firmati sunt, Athanasius, in Domino gaudere.

—

650 Sancta et divinitus inspirata Scriptura antiquorum nobis actus enarrat, deducens nos ex ipsa ad ea quæ utilia sunt actionum, abominantes omnem speciem malitiæ et impietatis. In Regnorum igitur libris scribit deliquisse Israel, et adorasse creaturam magis quam Creatorem. Scitis autem quantum malum sit Conditorem relinquentes, eam quæ illi debetur gloriam idolis aptare et creaturis. Hoc illis agentibus, retraxit Deus adjutorium suum, ubi ipsi se tradunt in servitute regibus vestris, captivi autem adducuntur sub Salmanassar rege Assyriorum pro terra sua Palæstina, dico habitare terram Assyriorum in fluviis Evaleæ et Enaborzozan et montes Medorum. Introducit autem pro ipsis habitare Samariam Babylonius, ex Cuthan et Deajan, et Decmath, et Sepphaven, et habitaverunt in civitatibus Samariæ pro filiis Israel. Et factum est in initio sessionis eorum, non timuerunt Dominum, et immisit Dominus leones in eos et erant interficientes ex eis, et dicentes dixerunt regi Assyriorum : *Gentes quas transtulisti et posuisti in civitatibus Samariæ ignorant judicium Dei terræ, et immisit in eos leones, et ecce sunt mortificantes eos, propter quod nesciunt judicium Dei terræ. Et præcepit rex Assyriorum dicens : Ducantur ii qui exinde sunt et proficiscantur et maneant ibi, illuminent illos judicia Dei terræ. Et adduxerunt unum ex sacerdotibus, quem transmigraverat de Samaria et sedit in Bethel, et erat illuminans eos sacerdos quomodo timerent Dominum. Et edocti hi qui transmigrati* A *fuerant, datam legem filiis Israel non perfecte custodierunt, sed erant et legi servientes ex parte, et consuetudinibus paternis utentes* [58]. Et usque nunc Samaritæ istis consuetudinibus utuntur, ejecti a Deo propter quod non mundam, sed commistam nescio quam servitutem consummant, neque legem Mosi neque consuetudinibus patriis perfecte servientes. Ista agnoscentes, dilectissimi, mundam offeramus Deo servitutem, non commistam habentes impietatis speciem, sed impolluta et pia, qua Deus delectatur; nullum enim suscipit, magis autem et adjudicat duobus dominis servientem. Avertimini a patribus traditam vobis idololatriam : hæreticis non coaptemini : melius enim erat hujuscemodi non cognoscere veritatem, quam cognoscentes retrorsum B converti [59]. Dicendum est enim illis : *Canis reversus ad vomitum suum, et sus lota in volutabro gurgitis* [60]. Nos autem ita : *Unus enim nobis Deus, ex quo omnia, et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et unus Spiritus sanctus* [61], significans universa Trinitas perfecta, consubstantialis, æqualis virtutis, ἰσοκλῆς, id est æqualis gloriæ. Pater omnium bonorum fons, ex quo Filius natus est, ex quo et Spiritus sanctus procedit, secundum quod scriptum est : Una deitas in tribus stantiis cognoscenda. Sed in novissimis sæculi temporibus miseratus quod lapsum est in impietate genus humanum, quod creatum est ad imaginem et similitudinem Dei, conversum in adorationem operum manuum suarum, deposuit seipsum involuntaria evacuatione

[58] IV Reg. XVII, 26-33. [59] II Petr. II, 21. [60] Ibid. 22; Prov. XXVI, 11. [61] I Cor. VIII, 6

secundum humanitatem unigenitum Dei Verbum, consubstantiale Patri et incarnatus ex sancta et Dei genitrice Virgine, καὶ ῥυθμεῖται, id est, et temperat nostram vitam, edocens quomodo oporteat vivere per evangelicæ prædicationis magisterium : et patitur propria sua carne, et exspolians infernum revixit triduanus, ascendit etiam in cœlos et sedet ad dexteram majestatis in excelsis. Ipsum venturum exspectamus in gloria Patris judicantem vivos et mortuos, reddentem unicuique secundum opera ejus; piis quidem quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, et in cor hominis non ascendit : impios autem mittens in ignem æternum, ubi interminabilis vermis et fletus et stridor dentium. Istis coactus sum litteris uti ad vos, audiens hæreses aliquas iniquissimas superseminari, quibusdam in vestra regione non euntibus in vestigiis neque Evangeliorum doctrina, nec in apostolorum prædicationibus, nec in sanctis synodis, sed impia quædam effundentibus et cauteriata dogmata, quæ cœpta sunt ab iniquo Paulo Samosateno, quem expulit universalis synodus, audentem dicere in homine quodam secundum nos inhabitasse Deum Verbum, sicut in uno prophetarum, et non esse Deum incarnatum sanctum Emmanuel secundum evangelistæ magisterium clamantis : *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [62] : non abjiciens quod erat, accipiens autem quod non erat. Istum, ut dixi, universalis synodus deposuit, impium quod ab impio expositum est dogma esse sanciens, sed et Dionysius Alexandriæ episcopus scribit ad ipsum attrahens ad pœnitentiam, abstinentem ab impia hæresi, et sunt paria epistolæ Dionysii, contuli.

DIONYSIUS EPISCOPUS ALEXANDRIÆ, AD PAULUM SAMOSATENUM.

Dilectissimo fratri Paulo episcopo Antiochiæ, cum omni clero, Dionysius episcopus Alexandriæ, multum gaudere.

« Et primum scribente te scripsimus, attrahentes te ut manifeste diceres quod vis : et nunc scribimus sicut possibile est judicantes de his quæ secundo dixisti, quia vitiosa sunt verba quæ a te dicta sunt, nullius habentia satisfactionis ostensionem, et quia sufficienter possint retorqueri quæ tibi præcipitanter visa sunt definire : duas hypostases dicente duas personas unius et solius Christi, duos Christos et duos Filios. Unum natura Christum et Filium Dei præexsistentem, et alterum secundum æquivocationem Christum et Filium Dei, qui postea et in ultimis temporibus exstitit, et secundum beneplacitum Dei accepit nomen Filii, quemadmodum civitas Domini, et domus conditoris. Volens oblitus es otia [*Gr.* ὦ ἑταῖρε], quia unus prædicatus est et unigenitus Filius Dei et Christus Jesus vocatus, Dominus gloriæ, sicut dictum est de ipso, et salvans credentes in ipsum propria passione divina salute non humana : *Ipse* enim, inquit, *salvum faciet populum suum a peccatis eorum* [63]. Soli enim Deo possibile est a peccatis salvare, **651** sicut et debitori [*leg.* creditori] remissionem præstare : *Quis* enim, inquit, *Deus sicut tu, auferens iniquitatem, et supergrediens injustitiam* [64] ? Audi igitur et intellige ea quæ a te dicta sunt, et attendo ea quæ a me dicuntur : Beneplacitum est Deo majoribus donis hominem honorare quando et amplius placuerit Deo in virtutum conversationem : nihil autem horum visum est in Christo Jesu, neque prudentiæ gratia, φιλοπονία, id est studium laboriosum; neque per castitatem, ciborum abstinentia, supergredientem humanam mensuram. Et Joannes quidem admirabilis erat, neque panem comedens, neque vinum bibens; Christus autem testimonium habuit comedens et bibens. Et ille quidem in eremo degens solitariam vitam perficiebat ad placendum Deo : Dominus autem Jesus erat cum apostolis, mulieribus, et reliquis, non segregatus ab eorum conversatione; et propter hoc ostendebatur differentia Christi ad Joannem mirabili munditia et justitia incomparabili. Quia Joannis quidem operatio erat justitiæ; Christi autem naturæ. Ergo inconveniens est dicere hominem Christum beneplacitum habuisse a Deo pro omnibus hominibus in Dei habitationem sine solitaria et laboriosa justitia. Christus autem non verbo, (sed veritate,) per eam quæ in Spiritu est unitionem hæreditavit, incarnatum ex Virgine Maria, sicut et puer propter eam quæ ex ipso est carnalem generationem. Prædicatur autem et Christi nomen verbo et antequam ungeretur, sicut et puer, Deus fortis, antequam ex muliere nasceretur : sed et vestimenta ejus divisa esse dicuntur, et exhonoratum esse priusquam exhonoraretur, non enim ex rebus ipsis de Christo dicta sunt ista, sed prophetice. Quomodo ergo unus Christus alterius Christi nomine vocari habet, dum non exsistant duo? Civitas autem cum Domino non numeratur in unum numerum, nec domus cum conditore, quomodo nec eadem operatur civitas et imperator, nec domus et conditor, nec civitas aliquando vocabitur imperator, nec leges constituet civitas sicut imperator, nec domus ædificat. Et alius docet artem, in uno autem connumerantur quæ ejusdem sunt generis, sicut homo homini, Deus Deo, quomodo et qui eadem operari possunt. Expulsus igitur es, certe neque duos Christos, et duos Filios Dei prævalent dicere, neque eos qui duo sunt sicut unam personam. Dei autem forma Verbum ipsius, et sapientia, Filius Dei, et Deus idem ipse confitendus est. Igitur persona et una subsistentia personæ nec possunt esse hæc ἐπ' ἀνοῦν [*editi*, ἐπ' ἀνθρώπων], id est, in his quæ sine mente sunt. Verbum enim hominis et sapientia et virtus, et forma insubsistentiales partes unius hominis aspiciuntur, sed nec homo singula eorum quæ dicta sunt, nec Filius

[62] Joan. I, 14. [63] Matth. I, 21. [64] Mich. VII, 18.

sunt ista, ob hoc nimirum, quia forma hominis et ὁ Λόγος, id est, persona esse αὐτοτελής, id est, per semetipsum perfecta, non possunt. Quia vero forma Dei et Verbum ejus, Deus et Filius confitendus est. Ostensum igitur impossibile esse et istud tuum sophisma dicentis hominem esse formam hominis, ob hoc quia sit Deus forma Dei: qui autem ex mortuis resurrexit Christus, vivorum et mortuorum Dominus est, et ipsi vivunt omnia: *Sive vivimus*, inquit, *sive morimur, Domini sumus* [65]. In hoc enim ait, Christus mortuus est et resurrexit, ut et mortuorum et vivorum dominetur. Deus est enim natura, qui dominator est omnium, sicut ex mulieribus agnitus prædicatur, dicente Thoma: *Dominus meus et Deus meus* [66]. Deus autem sanctorum apostolorum, non qui natura homo, sed qui natura Deus est, qui hæreditavit gentes et judicat, sicut dictum est, omnem terram: *Exsurge* enim, inquit, *Domine, judica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus* [67]. Filius autem et hæres mortuus est postea; post servos et prophetas, sicut ipse ait in Evangelio. Quomodo ergo homo Christus, et non Deus verus, et adorandus ab omni creatura? Incorporatum est enim Dei Verbum ex sancta Virgine, unde et passionem pro nobis suscepit, evacuans semetipsum et humilians usque ad mortem, mortem autem crucis: æqualis Deo exsistens, sicut dictum est, et obediens Deo factus, et sub lege divinus legislator. Et quid multa, unus est Christus, una persona visibilis et invisibilis, id est divine et sensibiliter simplex desursum et deorsum, compositus ex Deo et ex muliere. Conditor ergo et Creator passibilis et impassibilis erat, mundum sanctificans, et sanctificatus, et credimus quia proprium ejus est sanctificare et sanctificari: *Et pro ipsis* enim, inquit, *sanctifico me ipsum* [68]. Quod impossibile est homini ut sanctificetur, soli autem Deo istud possibile est, homini facto secundum carnem, quia et Deus est et homo idem ipse singularis personæ. Istis ergo sine contentione ita se habentibus, expulsa tibi sunt omnia sententialiter, et juveniliter dicta. Alium virum dicente te Christum præter Deum Verbum, ab alio Christo dignitate et honore et operatione differentem, et unum Christum in Christo habitantem, et operantem divinæ justitiæ opera. Erubesce igitur quia irrationabile est aliquam et inanimatam materiam Christum exponens · quæ a sole operari posse [γῆν ὑπὸ ἡλίου ἐνεργουμένην]. Terra enim sine voluntate species est. Sic enim dixisti: Infirma filii a Deo auferri dicimus, sicut humectationem terræ ab arido. Vides in quantam inconsiderationem deponas, sicut dicis virum absumptum a Deo Verbo ut nec homo esse possit; liberum ei offerens arbitrium. Non enim secundum propriam potestatem: hominum enim hoc tantum et angelorum est. Desertum autem dicis factum Salvatorem Christum despiciens semetipsum,

A propter hoc quod dixit in cruce: *Deus meus, Deus meus, utquid me dereliquisti* [69]? Et in quo natura Dominus est et Verbum Patris, per quem omnia, et consubstantialem Patri a Patribus dictum. Sic enim dixisti, filium hominis Christum non esse Filium Dei, nec Petrum reveritus qui per revelationem Patris filium hominis, Filium Dei viventis confessus est, et Thomam, Dominum suum et Deum Christum ex vulneribus ejus agnoscentem: pro nobis enim dolet, sicut qui carnales passiones sustinuit pro nobis, sicut Isaias dicit: *Ipse debilitates nostras accepit, et infirmitates portavit* [70]. Ipse nobis utique Deus Verbum. Volens enim incarnatus est, nec enim aliter possibile erat pati Dominum nostrum Jesum Christum, nisi incarnaretur in B similitudine hominis animati intelligibilis, ut quod non correxerat homo, hoc Verbum Dei incarnatum corrigeret. Neque enim ex muliere totum exstitit Christus, sed secundum humanitatem, ex Deo autem secundum spiritum, nec enim aliter Dei genitrix Maria vocari potest. Aliquando nec Domini interfectores Judæi, si non erat Deus Christus secundum Deum Verbum, sed nec præter peccatum esse poterat: sine abstinentia et sapientia absque magistris, nisi Deus esset continens proprium corpus, et operans ut Deus; propter quod et volens mortuus est, et sponte surrexit a mortuis. Filius exsistens Dei unigenitus et divinam gloriam petens antequam mundus factus esset, non vacuus ejus et antequam peteret: sicut et Sanctus exsistens san- C ctificationem suscipiebat, qui Spiritum sanctum largitur secundum inspirationem propriam, et præexsistens ex Deo sempiterne, divina generatione initium essendi corporaliter ex muliere accipiens, et propter hoc natura justus sicut Deus, non secundum abstinentiam laboris sicut omnis homo, et delicta ex **652** necessitate subsequitur: *Non est* enim, inquit, *justus super terram, qui faciet bonum et non peccet* [71]. Propter quod et certamina et labores venerantium Deum, et intercessiones pro his qui culpabiles sunt, et omnimodam bonitatem Dei et miserationem indigemus omnes homines. Christus autem non abstinentia, nec ex fide ostensus est, sicut jam prædictum est: naturalis enim justitia divina virtus exstitit, et ipsa est solus qui D creditur Deus verus et reposcens ab hominibus eam quæ in ipso est fidem: *Qui* enim, inquit, *credit in me, vivit in æternum* [72]. Et, *Qui diligit me, mandata mea servat* [73], et reliqua. Quid ergo confiteris Christum, dic: neque unum, neque duos potes dicere, nec Deum nec hominem. Ista est enim definitio eorum quæ a te dicta sunt: neque enim natura cum justum dicis sicut Deum; Deus est enim hoc natura quod bonum dicitur de ipso. Justum eum dicis sicut hominem justitia abstinentiæ, sic enim homo justus, nec indefinito decedens appares nil habens quod dicas de Christo. Deinde di-

[65] Rom. XIV, 8. [66] Joan. XX, 28. [67] Psal. LXXXI, 8. [68] Joan. XVII, 19. [69] Matth. XXVI, 46; Psal. XXI, 1. [70] Isa. LIII, 4. [71] Psal. XIII, 3; Rom. III, 10-12. [72] Joan. XI, 26. [73] Joan. XIV, 21.

cis secundum communionem justificari Christum, non natura exsistentem justum, non prævalens intelligere modum communionis quæ ad omnem et acceptionem significat, sicut dixit et sapientia Dei: *Da mihi cor tuum, ut sapiens fias in novissimis tuis* [74]. Convertens alius propheta dicit: *Voluntatem timentium se faciet* [75]. Voluntas utique Dei sanctorum voluntati rependitur, et qui confitentur eum coram hominibus, confitebuntur ab ipso coram Patre ejus qui in cœlis est, sicut ipse dicit [76]: et qui compatiuntur Christo, in conformationem venient gloriæ ejus. Ista enim verax communio hominis ad Deum non sine fide ostendi potest et dignissimis operibus. »

EADEM EPISTOLA AD EPISCOPUM PERSARUM GRÆCE ET LATINE.

Ex Bibliotheca Coisliniana, *pag.* 269.—*Epistolam Athanasii ad episcopum Persarum, inquit Montfauconius, Latine edidimus inter spuria Athanasii Opera tom. II, p.* 649; *estque vetus interpretatio Græcæ quam hic damus, epistolæ: et in fine quædam habet quæ in textu Græco non observantur: Græcus porro ille textus, licet Athanasium in titulo ementiatur, quia tamen antiqua est hæc epistola, et Græce nunquam edita, hic locum habere commode potest.*

Ἀγαπητῷ πάπᾳ, καὶ τῷ ὑπ' αὐτὸν κλήρῳ τοῖς τὴν Περσῶν οἰκοῦσι χώραν, Ἀθανάσιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Ἡ ἁγία θεόπνευστος Γραφὴ τὰς τῶν ἀρχαιοτέρων ἡμῖν διηγεῖται πράξεις, ποδηγοῦσα ἡμᾶς ἐξ αὐτῶν ἐπὶ τὰ χρήσιμα τῶν πρακτέων, βδελυττομένους πᾶν εἶδος πονηρίας καὶ δυσσεβείας. Ἐν γοῦν τοῖς Βασιλείοις φησὶν ἠνομηκέναι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ προσκυνεῖν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. Ἴστε δὲ ὅσον κακὸν, τὸν Δημιουργὸν καταλιπόντας καὶ τὴν αὐτῷ ὀφειλομένην δόξαν, προσάπτειν εἰδώλοις καὶ κτίσμασι. Τοῦτο δρασάντων ἐκείνων, ἀφίστησιν ὁ Θεὸς τὴν αὐτοῦ βοήθειαν ἐξ αὐτῶν, καὶ παραδίδονται εἰς δουλείαν τοῖς ὑμετέροις βασιλεῦσιν. Αἰχμάλωτοι δὲ γενόμενοι, καταδικάζονται ὑπὸ Σαλαμανασάρου βασιλέως Ἀσσυρίων οἴκησιν ἀντὶ τῆς αὐτῶν γῆς, Παλαιστίνης φημὶ, τὴν Ἀσσυρίων ἐν Ἀλαὲ καὶ ἐν Ἀμὼρ, ποταμοῖς Γιζὰν, καὶ ὄρη Μήδων. Εἰσάγει ἀντ' αὐτῶν οἴκησιν τὴν Σαμάρειαν, Βαβυλωνίους ἐκ Χουθὰν, καὶ ἀπὸ Αἰὰν, καὶ ἀπὸ Ἐμὰθ, καὶ Σεφαρουὲμ, καὶ κατῳκίσθησαν ἐν ταῖς πόλεσι Σαμαρείας ἀντὶ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Καὶ ἐγένετο ἐν ἀρχῇ τῆς καθέδρας αὐτῶν, οὐκ ἐφοβήθησαν τὸν Κύριον, καὶ ἀπέστειλεν εἰς αὐτοὺς τοὺς λέοντας, καὶ ἦσαν ἀποκτείνοντες αὐτούς. Καὶ εἶπαν τῷ βασιλεῖ Ἀσσυρίων λέγοντες· *Τὰ ἔθνη ἃ ἀπῴκισας, καὶ ἀντεκάθησας* (sic) *ἐν πόλεσι Σαμαρείας, οὐκ ἔγνωσαν τὸ κρῖμα* (sic) *τοῦ Θεοῦ τῆς γῆς, καὶ ἀπέστειλε τοὺς λέοντας εἰς αὐτοὺς, καὶ ἰδού εἰσι θανατοῦντες αὐτοὺς, καθότι οὐκ οἴδασι τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ τῆς γῆς. Καὶ ἐνετείλατο ὁ βασιλεὺς Ἀσσυρίων, λέγων· Ἀπαγάγετε ἐκεῖθεν, καὶ πορευέσθωσαν, καὶ κατοικείτωσαν ἐκεῖ, καὶ φωτιοῦσιν αὐτοὺς τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ τῆς γῆς. Καὶ ἤγαγον ἕνα τῶν ἱερέων, ὧν ἀπῴκισαν ἀπὸ Σαμαρείας, καὶ ἐκάθισεν ἐν Βαιθήλ. Καὶ ἦν ὁ ἱερεὺς φωτίζων αὐτοὺς, ὅπως φοβηθῶσι τὸν Κύριον. Καὶ διδαχθέντες οἱ μετοικισθέντες τὸν δεδομένον νόμον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, οὐκ ἐφύλαξαν εἰς τέλος· ἀλλ' ἦσαν καὶ τῷ νόμῳ δουλεύοντες ἐκ μέρους καὶ τοῖς ἔθεσι.* Τούτοις κέχρηνται ἐκβεβλημένοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸ μὴ καθαρὰν, ἀλλὰ μεμιγμένην ἔχειν τινὰ λατρείαν, οὔτε τῷ νόμῳ Μωσέως, οὔτε τοῖς ἔθεσι τοῖς

Dilecto papæ et clero ipsi subdito, iisque qui Persarum regionem incolunt, Athanasius, in Domino salutem.

Sancta et divinitus inspirata Scriptura antiquorum nobis gesta enarrat, ex iis nos ad utilia opera deducens, ut omnem nequitiæ et impietatis speciem aversemur. In Regnorum itaque libris ait, prævaricatum fuisse Israelem, et adorare maluisse creaturam quam Creatorem. Scitis autem quantum malum sit Creatorem relinquere, debitamque ipsi gloriam idolis et creaturis attribuere. Id cum illi agerent, aufert Deus ab illis auxilium suum, et in vestrorum regum servitutem traduntur. Et captivi abducti damnantur a Salmanasare Assyriorum rege ad sedes mutandas, ita ut, relicta terra sua, Palæstina nempe, in Assyriorum regione habitarent, nempe in Aliæ et in Amor, in fluviis Gizan et in montibus Medorum. Eorum autem loco Samariam inducit Babylonios ex Chusthan, et ex Aian, et ex Emath, et ex Sepharvem, et habitare jussi sunt in urbibus Samariæ pro filiis Israel. Et factum est initio habitationis eorum, cum non timerent Dominum, immisit in eos leones qui occidebant eos. Et dixerunt regi Assyriorum: *Gentes quas transtulisti et habitare fecisti in urbibus Samariæ, non noverunt judicium Dei terræ, et immisit in eos leones, et ecce occidunt eos, quia nesciunt judicium Dei terræ. Et misit rex Assyriorum dicens: Ducite inde* (*sacerdotes*) *et accedant et habitent ibi, et illuminent eos judiciis Dei terræ. Et adduxerunt unum ex sacerdotibus, quos transtulerant ex Samaria, et sedit in Bæthel. Et erat sacerdos illuminans eos ut timerent Dominum. Et edocti ii, qui translati fuerant, legem filiis Israel traditam, eam non perfecte custodierunt, sed simul et legi ex parte serviebant et patriis consuetudinibus* [77]. Ita se gesserunt, ejectique a Deo sunt, quod non purum, sed mistum cultum exhiberent, neque legi Moysis, neque patriis consuetudinibus perfecte servientes. Hæc cum sciamus, dilecti, purum Deo cultum exhibeamus, nulloque impietatis genere permistum, sed immaculatum et pium, cui Deus sibi complacet. Nullum enim admittit, imo

[74] Prov. xix, 20. [75] Psal. cxliv, 19. [76] Matth. x, 32. [77] IV Reg. xvii, 26-33.

potius condemnat eum qui duobus dominis serviat. Aversamini a patribus traditam vobis idololatriam, hæreticis ne conjungamini. Optabilius enim illis fuisset veritatem non cognovisse, quam postquam cognoverant retrocedere [78]. Dicendum enim illis est, *Canis reversus ad proprium vomitum, et sus lota in volutabro luti* [79]. Nos autem non sic, *Unus enim Deus nobis ex quo omnia* [80]; Trinitas perfecta, consubstantialis, æqualis virtutis, æqualis gloriæ; Pater omnium bonorum fons, ex quo Filius natus est, ex quo Spiritus sanctus procedit, sicut scriptum est: Una deitas in tribus hypostasibus cognita. Sed in novissimis temporibus misertus generis humani quod lapsum erat, quod creatum fuerat ad imaginem et similitudinem Dei, et conversum fuerat ad adorationem operum manuum suarum, demisit seipsum ad voluntariam evacuationem unigenitum Dei Verbum, consubstantiale Patri secundum deitatem, et consubstantiale quoque nobis secundum humanitatem; et incarnatur ex sancta et Deipara Virgine, vitamque nostram ad rectum ordinem deducit, docens per evangelicarum prædicationum doctrinam, quomodo oporteat vivere; et patitur propria sua carne, et postquam spoliasset infernum, triduanus revixit, ascenditque in cœlos, sedetque ad dexteram majestatis in excelsis. Ipsum venturum exspectamus in gloria Patris, judicantem vivos et mortuos; reddentem unicuique secundum opera ejus, piis quidem quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit; impios autem mittentem in ignem, ubi vermis qui non moritur, ac fletus et stridor dentium.

πατρῴοις λατρεύοντες εἰς τέλος. Ταῦτα γνόντες, ἀγαπητοὶ, καθαρὰν προσάγωμεν τῷ Θεῷ λατρείαν, μὴ μεμιγμένον ἔχουσαν δυσσεβείας εἶδος, ἀλλ' ἄσπιλον καὶ εὐσεβῆ, ᾗ Θεὸς ἥδεται. Οὐδένα γὰρ ἀποδέχεται, μᾶλλον δὲ κατακρίνει δυσὶ κυρίοις δουλεύοντα. Ἀποστράφητε τὴν πατροπαράδοτον ὑμῶν εἰδωλολατρείαν, αἱρετικοῖς μὴ συνάπτεσθε. Κρεῖσσον γὰρ τοῖς τοιούτοις μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ἀλήθειαν, ἢ ἐπιγνοῦσιν ἐπὶ τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι. Λεκτέον γὰρ αὐτοῖς· *Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου.* Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως· *Εἷς γὰρ Θεὸς ἡμῖν, ἐξ οὗ τὰ πάντα*· Τριὰς τελεία, ὁμοούσιος, ἰσοδύναμος, ἰσοκλεής· Πατὴρ ἡ πάντων τῶν ἀγαθῶν πηγὴ, ἐξ οὗ ὁ Υἱὸς ἐγεννήθη, ἐξ οὗ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται κατὰ τὸ γεγραμμένον· Μία θεότης ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι γνωριζομένη. Ἀλλ' ἐν ἐσχάτοις καιροῖς κατελεήσας τὸ ὠλισθηκὸς εἰς ἀσέβειαν γένος τῶν ἀνθρώπων, τὸ κτισθὲν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ, τραπὲν εἰς προσκύνησιν τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν, καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς ἑκούσιον κένωσιν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος ὁ αὐτὸς ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· καὶ σαρκοῦται ἐκ τῆς ἁγίας καὶ Θεοτόκου Παρθένου· καὶ ῥυθμίζει τὸν ἡμέτερον βίον, διδάξας πῶς δεῖ βιοῦν διὰ τῆς τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων διδασκαλίας· καὶ πάσχει τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ σαρκὶ, καὶ σκυλεύσας τὸν ᾅδην, ἀνεβίω τριήμερος, ἀνελήλυθέ τε εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. Αὐτὸν ἥξειν προσδοκῶμεν ἐν δόξῃ τοῦ Πατρὸς κρίνοντα ζῶντας καὶ νεκρούς· ἑκάστῳ ἀποδιδόντα κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, τοῖς μὲν εὐσεβέσιν, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· ἀσεβεῖς δὲ ἀποστέλλοντα εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, ὅπου ὁ ἀτελεύτητος σκώληξ, καὶ ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

[78] II Petr. II, 21. [79] ibid. 22; Prov. XXVI, 11. [80] I Cor. VIII, 6.

DIATRIBE IN SYMBOLUM *QUICUNQUE*.

De Symbolo *Quicunque* præterito ac præsenti sæculo a multis acriter est disputatum, aliis Athanasio vindicantibus, aliis a Latino scriptore adornatum fuisse pugnantibus. Et sane tanta est opusculi dignitas, tam concors omnium Ecclesiarum in eo, non solum recipiendo, sed etiam alternantibus choris publice recitando consuetudo; ut non mirum si in ejus investigando scriptore eruditorum desudet industria; in diesque novæ prodeant de ejusmodi argumento lucubrationes. Prolixum ac fortassis lectori injucundum et fastidiosum esset, si omnia recenseremus quæ ea de re nostro patrumque nostrorum ævo a variis auctoribus conscripta sunt; ex quorum numero qui argumentum fusius accuratiusque pertractarunt, docti viri sunt, Usserius, Vossius *De tribus Symbolis*, Quenellus, Gundlingius, Tentzelius, ac novissime omnium Anthelmius. Quamobrem paucis nos pro instituti nostri ratione rem indagamus, ea tamen lege, ut nihil eorum prætermittamus quæ ad rectum tantæ controversiæ κριτήριον pertinent. Quare primo veterum de Symbolo testimonia, habita temporum ratione, recensemus; 2° Agimus de codicum, in quibus exstat hoc opusculum, ætate, conditione, ac inscriptionum varietate; 3° Cui sit auctori ascribendum quærimus; 4° De variis agimus Symboli formulis, cum Latinis tum Græcis, quæ a quibusdam hujus ævi scriptoribus observatæ editæque fuerunt.

I. *Testimonia veterum de Symbolo.*

Non desunt qui ex quarti sæculi scriptoribus testimonia petant, ut Athanasium Symboli Patrem asserant; ejusmodi est illud Gregorii Nazianzeni Orat. 21, Πρῶτος καὶ μόνος, καὶ κομιδῇ σὺν ὀλίγοις, ἀπο-

τολμᾷ τὴν ἀλήθειαν, σαφῶς οὑτωσὶ καὶ διαῤῥήδην τῶν τριῶν θεότητα καὶ οὐσίαν ἐγγράφως ὁμολογήσας. Id est : *Primus ille* (*Athanasius*) *et solus, vel cum admodum paucis, veritatem palam apertisque verbis profiteri ausus est, trium personarum Deitatem et substantiam scripto confessus.* Quæ autumant illi de Symbolo *Quicunque* dici. Sed, ut nemo non videt, levissima imo nulla ratione. Quid causæ enim est ut ad symbolum *Quicunque* id referatur, cum binæ exstent Athanasii confessiones fidei; quarum prima *ἔκθεσις πίστεως* titulum habet, secunda *ad Jovianum* nuncupatur; et in utraque pariter trium personarum deitas et substantia prædicatur? Quinetiam illo Gregorii loco, nulla indicatur fidei confessio; sed dicitur duntaxat trium personarum deitatem et essentiam prædicasse Athanasium : quod in suis ille scriptis fuse et naviter exsecutus est.

Testatur Ughellus tom. IV *Italiæ sacræ*, Gaudentium Brixiensem, qui quarto sæculo vixit, Commentationes edidisse in Symbolum Athanasii, quas exstare ait in veteri PP. Bibliotheca. Verum illæ Commentationes nusquam comparent, nec ab alio quopiam scriptore animadversæ sunt. Quamobrem nihil hinc argumenti elici potest.

Afferebatur olim locus ex Augustino in psalm. cxx, in hæc verba : *Per diem sol non uret te, neque luna per noctem* [81], ubi ita legitur in quibusdam editis : *De hoc sole Pater Athanasius Alexandrinus episcopus ita pulchre locutus sit : Filius*, inquit, *Dei a Patre solo, non factus, nec creatus, sed genitus.* Verum hæc, ut jam pridem observatum fuit, adulterata sunt : et, ut aiunt nostri in postrema Augustini editione, nulla est in codicibus Athanasii, ejusque Symboli mentio. Affertur item concilium IV Toletanum anno 673 celebratum, in cujus capitulo 1 dicitur Patrem a nullo factum, etc. Quæ verba ex Symbolo *Quicunque* excerpta putantur. Et vero constat jam illo ævo Athanasii in nonnullis saltem locis nomen prætulisse.

Exstat inter Isidori Hispalensis opera epistola ad Claudium, ubi Athanasii Symbolum memoratur. At concors est omnium pene sententia eam epistolam necnon alias permultas a Breulio Isidori nomine publicatas, esse supposititias.

Certius affertur testimonium ex canonibus Æduensibus a Sirmondo editis, qui ad annum **653** referuntur a quibusdam 670, ab aliis vero 673, ubi ita legitur : *Si quis presbyter, diaconus, subdiaconus, vel clericus, Symbolum, quod sancto inspirante Spiritu apostoli tradiderunt, et fidem sancti Athanasii præsulis irreprehensibiliter non recensuerit, ab episcopo condemnetur.*

Regino, qui octavo sæculo floruit, libro I *De ecclesiastica disciplina*, hæc habet : *Si sermonem Athanasii episcopi de fide sanctæ Trinitatis, cujus initium est : « Quicunque vult salvus esse, » memoriter teneat.*

Hatto, episcopus Basileensis, cujus capitulare *Spicilegii* tom. IV edidit Dacherius noster : *Quarto*, ait, *ut fides sancti Athanasii a sacerdotibus discatur, et ex corde die Dominico ad Primam recitetur :* qui mos hodieque viget in Ecclesia.

Accedit anonymi testimonium, qui sub Carolo Magno vixit, a Sirmondo allatum in notis ad Theodulphum : *Incertus auctor*, ait Sirmondus, *quem diximus, hoc ipso utens testimonio : Beatus*, inquit, *Athanasius in* Expositione catholicæ fidei, *quam ipse egregius doctor conscripsit, et quam universalis confitetur Ecclesia, processionem Spiritus sancti a Patre et Filio declarat, ita dicens : « Pater a nullo est factus,»* etc.

Idem Theodulphus, libro *Testimoniorum de Spiritu sancto* ad Carolum Magnum, nomine Athanasii affert illud : *Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus*, etc., usque ad : *Qui vult ergo salvus esse.*

Nono sæculo Agobardus, a cl. v. Baluzio editus, cap. 3 sic habet : *Beatus Athanasius ait : « Fidem catholicam nisi quis integram inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum peribit. »*

Anscharius eodem sæculo, ut in Vita ejus apud Petrum Lambecium legitur, cum instaret obitus, præcepit ut fratres canerent fidem catholicam a beato Athanasio compositam.

Ratramnus, Corbeiensis monachus, libro II *contra Græcorum opposita : Beatus Athanasius Alexandrinus episcopus*, ait, *multa propter catholicæ fidei constantiam ab Arianis perpessus, frequenter etiam exsilio eorum factione pulsus, et in Nicæna synodo episcopo suo beato Alexandro diaconus assistens, adversus vesaniam Arii singulariter dimicans; in libello* De fide, *quem edidit, et omnibus Catholicis proposuit tenendum, inter cætera sic ait : « Pater a nullo est factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus a Patre et Filio, non factus, non creatus, non genitus, sed procedens. »*

Æneas, Parisiensis episcopus. librum suum *adversus Græcos* his auspicatur verbis : *Sanctus Athanasius, sedis Alexandrinæ episcopus, Græcæ linguæ experientissimus, ubi beatus Marcus evangelista præsedit*, etc. Exinde vero novemdecim capitula ex eodem Athanasio profert, quorum postremum ita habet : *Item idem in fide catholica : « quod Spiritus sanctus a Patre procedat et a Filio. Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus, »* etc.

Hincmarus Remensis, nono item sæculo, primo capitulo ita loquitur : *Ut presbyteri discant expositionem Symboli et Orationis Dominicæ*, etc., *cum Symbolo Athanasii..... necnon et sermonem Athanasii* de Fide,

[81] Psal. cxx, 6.

cujus initium est : « Quicunque vult salvus esse, » memoriæ quisque commendet, et sensum illius intelligat, et verbis communibus enuntiare queat.

Ratherius, Leodicensis episcopus, ita loquitur in admonitione synodali : *Si Sermonem Athanasii episcopi de Fide sanctæ Trinitatis, cujus initium est : « Quicunque vult salvus esse, » memoriter teneat.*

Abbo Floriacensis in *Apologia* ad Francorum reges Hugonem et Robertum : *Fidem quam alternantibus choris et in Francia et apud Anglorum Ecclesiam variari audivi; alii enim dicunt, ut arbitror, secundum Athanasium : « Spiritus sanctus a Patre et Filio, non factus, non creatus, sed procedens. »*

Sæculo undecimo Gualdo, monachus Corbeiensis, qui *Vitam* Anscharii carmine conscripsit editam a Lambecio, hæc de Symbolo habet :

Catholicamque fidem quam composuisse beatus
Fertur Athanasius.

Otho autem Frisingensis ita loquitur : *Athanasius manens in Ecclesia Treverorum sub Maximo ejus Ecclesiæ episcopo : « Quicunque vult, »* etc., *a quibusdam dicitur edidisse.*

Infinitæ pene operæ esset cæteros sequioris ævi scriptores recensere qui Symbolum *Quicunque* ascribunt Athanasio ; quorum testimonia, quantacunque afferantur, parvi aut nullius momenti sunt ad illud Athanasio vindicandum vel abjudicandum. Adjicere non pigeat non visum hactenus fuisse Græcorum quodpiam monumentum, certum scilicet ac indubitatum, quo ab annis plus quingentis notum Ecclesiæ Græcæ fuisse Symbolum *Quicunque* possit comprobari. Græci porro sequioris ævi, Latinis ex Symboli auctoritate pro Spiritus sancti ex Patre Filioque processione comprobanda urgentibus, vel negarunt Athanasii esse, vel inconsulte Symbolum a sancto Doctore compositum fuisse confessi, addititiam esse vocem, *et Filio*, non minus inconsiderate commenti sunt, cum constet in omnibus Latinis codicibus etiam antiquioribus qui ab annis mille exarati sunt, eam haberi vocem. Alii autem impudentius effutiebant Athanasium, cum id operis ederet, ebrium fuisse, quos ita carpit Gennadius cap. 1 *De Spiritu sancto :* Οὐκ αἰδοῦνται λέγειν, ὡς ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος μέθυσος, καὶ, ὅτε ταῦτ' ἔγραφε, πλήρης ἦν οἴνου. *Non verentur dicere Athanasium ebrium fuisse cum hæc scriberet, et vini plenum.*

II. *De codicibus in quibus exstat Symbolum* Quicunque

Codicum omnium qui hactenus visi memoratique sunt, antiquissimus ille est qui ab Usserio laudatur, ævo Gregorii Magni conscriptus, si tamen ea vere sit ejus manuscripti ætas : nam addit Usserius scripturam ævo Gregorii longe esse posteriorem. Hic nullum præmittit scriptoris nomen, sed solum inscribitur, *Fides catholica.*

654 Nongentos superat annos Colbertinus codex 784, Saxonicis descriptus litteris, et mea quidem sententia ante ætatem Caroli Magni editus. Hic media parte ab initio mutilus est, non amissione folii cujuspiam, sed quia librarius qui exscripsit, se ita mutilum Treviris reperisse testatur, nullo enuntiato auctoris nomine. Quamobrem non sua modo ætate eximius est, sed etiam quia ex antiquiore descriptus fertur. Sunt qui codicem illum 1100 annorum esse affirmarunt. Verum periti quique ævo circiter Pipini exaratum arbitrantur.

Paris saltem antiquitatis est Sangermanensis noster num. 257, Saxonicis pariter litteris exaratus, qui titulum habet : *Fides sancti Athanasii episcopi Alexandriæ*

Regius codex num. 4908, annorum pene nongentorum, nullum habet titulum, nullumque auctoris nomen. Æqualis ipsi est, qui memoratur a Lambecio, exstatque in Bibliotheca Cæsarea, Caroli Magni jussu conscriptus, cujus titulus sic habet : *Fides sancti Athanasii episcopi Alexandrini.*

Codex qui ab Usserio dicitur fuisse Æthelstani Anglorum regis, ita inscribitur : *Fides sancti Athanasii Alexandrini.*

Colbertinus num. 1339, qui fuit Caroli Calvi imperatoris, inscribitur : *Fides Athanasii*

In alio Sangermanensi 700 circiter annorum, et in tertio ejusdem monasterii, multum sequioris ævi, Symbolum nihil fere discrepat ab editis.

Duos quoque vidimus codices in cœnobio Sancti Theoderici prope Remos, in quibus Symbolum *Quicunque* nihil ferme differt ab editis.

Exstat item hoc Symbolum in codice Colbertino num. 3133 nullo prævio scriptoris nomine, annorum circiter 600. E regione vero conscripta legitur ejusdem ætatis Gallica versio, in fine mutila, quam nos edendam duximus. Ejus nobis copiam fecit suaque manu exaratam dedit vir clarissimus nobisque amicissimus Baluzius.

Alius habetur codex in Bibliotheca RR. PP. Fratrum minorum, ab annis quadringentis exaratus, ubi Symbolum exstat Latine cum versione Gallica e regione παραφραστικῶς adornata. Codex autem est Psalterium olim ad usum dominarum de Brebant, ut indicatur in fronte libri, hisce verbis recentiore manu conscriptis : *Ce Psautier qui est en Latin et en François est au convent des Sereurs Meneurs de Longchamp, et fu aux Dames de Brebant.* Earum nomen erat, Margarita et Joanna, quarum pater Godefridus de Bre-

bant frater erat Mariæ conjugis regis Philippi Audacis. In hujusmodi codice, quod per mihi mirum visum est, Latino Symbolo hic titulus præmittitur : *Canticum Bonefacii :* in fronte autem Gallicæ versionis e regione istiusmodi legitur inscriptio : *Ce chant fut saint Anaistaise qui apostoilles de Rome.* Hujus porro versionis manu sua exscriptæ nobis copiam fecit vir eruditus Petrus Pelester, ejus cœnobii bibliothecarius.

Felckmannus de codicibus quibus ipse est usus ita loquitur : *Exstat hoc Symbolum in nostro codice 2 anonymo, sed absque titulo et nomine auctoris, unde et sic editum. Invenitur id similiter in fragmentis Hilarii historicis in cod. veteri part.* II *sub finem. Invenimus idipsum etiam post in codice quodam Palatinæ Biblioth. expresse Athanasio inscriptum (licet id recentiores Græci nolint, ut videre est ex Epistola Meletii Constantinopolitani patriarchæ ad Douzam), ex quo etiam discrepantias quasdam notabimus.* Hæc Felckmannus.

De Græcis autem codicibus pauca suppetunt dicenda, cum unum tantum nobis inspicere licuerit, scilicet Reg. 2502, in quo exstat Symbolum superiore sæculo exaratum. De variis Græcis formulis infra agimus.

III. *Symbolum* Quicunque *cui sit auctori ascribendum.*

Ut colligere est ex veterum testimoniis, atque ex codicum inscriptionibus superius recensitis, ab annis plus mille Symbolum *Quicunque* Athanasio fuit ascriptum. At id non sine controversia admissum fuisse suadet codicum multorum, etiam antiquissimorum, auctoritas, in quibus Athanasii nomen minime comparet : suadet item ille superius a nobis memoratus codex, qui Bonifacium auctorem exhibet. Probe quippe conjectare licet Bonifacio attributum fuisse, quia verus germanusque auctor non notus esset : nam si pro Athanasii fetu vulgo habitum fuisset, nequaquam ejus loco substituendus fuerat alius. Nam solent ad commendationem opera obscurorum minusque notorum hominum præclaris attribui scriptoribus ; atqui tantum est Athanasii nomen ut ne cogitarit quidem quispiam majorem ex alio mutuari auctoritatem. Accedunt præterea multorum præsertim undecimo sæculo scriptorum testimonia, qui diserte aiunt a quibusdam tantum tribui Athanasio Symbolum *Quicunque*, innuuntque non esse rem vulgo receptam. Unde consequi videtur, Symbolum, quo tempore in lucem prodiit, Athanasii non prætulisse nomen. Sed ubi a nescio quo attribui Athanasio cœptum fuit, exinde manasse ut in multis codicibus nomen ejus præmitteretur. Et vero ex tribus codicibus qui Caroli Magni ætatem superare existimantur, solus Sangermanensis nomen exhibet Athanasii, quo innuitur minus frequentem tunc fuisse ejusmodi inscriptionem.

Falso itaque ascriptum Athanasio arbitrantur, tum ea quam supra memoravimus, tum multis aliis de causis. Ex quibus illa maxime urget, quod a nemine antiquorum ante septimum sæculum commemoretur. Sane tam egregium opusculum, a tanto scriptore concinnatum, nequaquam silentio prætermittendum erat ; in illis maxime disceptationibus quæ cum Nestorianis, Eutychianisque obortæ sunt. Athanasii quippe auctoritatem magni faciebant hæretici illi. Quid causæ igitur erat, quod nec a Græcis nec a Latinis afferrentur loca ex hoc Symbolo excerpta, quibus errores ejusmodi **655** confutantur? Nec est quod reponatur, eam totam partem Symboli quæ incarnationem Domini respicit, nonnisi post illas exortas hæreses symbolo fuisse adjectam : nam id gratis omnino dicitur, cum in omnibus qui hactenus visi sunt codicibus integrum exstet Symbolum, ut hodieque recitatur. Præterea in catholicæ fidei professionibus omnibus atque Symbolis, non de Trinitate modo, sed etiam de Incarnatione agitur, ut videre est in Symbolo Apostolorum in Nicæno et in aliis quibusque. Quamobrem non potuit in tam prolixo Symbolo mysterium Incarnationis ab initio prætermitti.

Ad hæc, si quis fidei formulas vel ab Athanasio, vel Athanasii ævo conscriptas cum hoc Symbolo conferat, tantum animadvertet inter illa discriminis, ut vel hinc solum nihil cunctetur, alii ævo quam Athanasiano, alii scriptori quam Athanasio Symbolum adjudicare. Percurrat qui voluerit quas Athanasius accurate collegit sui ævi fidei confessiones. An formulam istam, *tres personas*, aut Græce, τρεῖς ὑποστάσεις in Catholicorum symbolis admissam et promulgatam reperiet? Licet enim una eademque semper fuerit ea de re Ecclesiæ doctrina, nondum tamen hæ formulæ in Ecclesia receptæ vel in confesso erant, ut fusius comprobamus in Præfatione generali. Ille item Symboli versiculus : *Spiritus sanctus a Patre et Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens*, non est, ut nemo peritus non fatebitur, sæculi Athanasiani. Quanquam enim Athanasius Spiritum sanctum ex Patre atque ex Filio manare non semel docuerit in suis quæ jam exstant operibus, his tamen formulis nunquam est usus : multoque minus illæ in symbolis fideique confessionibus locum habuere. Non olet item Athanasianum sed Eutychianum ævum illa clausula : *Unus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ.* Licet enim quidpiam simile in ejus scriptis compareat ; nondum tamen obtinuerat ut in professionibus fidei hujusmodi sententia usu veniret.

Huc accedit Symboli verba sententiamque Latinum indicare scriptorem, neque ullam versionis ex

Græco factæ notam præferre. Si versum ex Græco fuisset, multa Græcæ dictionis in Latina interpretatione comparerent, uti solet in ejus ævi versionibus observari. Neque dici posse videtur ab Athanasio fuisse Latine editum : namque scriptoris est pro illa ætate Latine peritissimi, non solum quippe verbis, sed etiam numeris modulisque Latinis constat hoc Symbolum, vixque credatur tantum tamque familiarem Latinæ linguæ usum Athanasio fuisse.

Demum si hujusmodi Symbolum adornasset Athanasius, nunquam erat omissurus consubstantialis vocem, cujus causa toto vitæ suæ curriculo concertavit, tantisque periculis perfunctus est. Hisce nos argumentis permoti, Symbolum *Quicunque* Athanasio incunctanter abjudicandum arbitramur. Jam disquiramus utrum aliorum qui ejus auctores esse feruntur, cuipiam sit ascribendum

Hilario nonnulli ascriptum voluerunt, quia nimirum in codice quodam exstat post Hilarii fragmenta. Quasi vero id non vulgo et in plerisque codicibus observetur, ut multa diversorum opera consequenter in manuscriptis describantur. Cum autem in ejusmodi codice post Hilariana opera nullo præmisso auctoris nomine compareat, hinc, uti jam supra diximus, inferendum, tam exaratum fuisse, cum pro Athanasiano nondum vulgo haberetur.

Eusebio Vercellensi tribuere nonnulli. At, præterquam quod nullo fundamento, nulla auctoritate nititur hæc opinio, videtur Symbolum a recentiore prodiisse scriptore. Nam quæ in eo exstant de divina et humana Christi natura, sæculum redolent Nestorianum; ipsaque tota fidei formula, iis est vocibus et clausulis composita, ut ad Eusebii ævum minime pertinere valeat.

Sunt item qui Symbolum tribuant Anastasio, quam sententiam subaugurari licet obortam ex nominum similitudine; nimirum in codice quodam facile substitui pro Athanasio potuit Anastasius. Verum sive Sinaita ille, sive Bibliothecarius Anastasius intelligatur, neutri potest assignari; non priori, quia recte comprobatur a Latino scriptore editum opusculum fuisse, imo etiam ipso Anastasio antiquius esse, ex codicum ætate, et ex Æduensibus superius allatis Canonibus commonstratur; unde etiam liquet multo minus Anastasio tribui posse Bibliothecario.

Bonifacio cuidam uti supra diximus ascribit codex unus. Sed nec quis sit ille Bonifacius, nec unde librarius ejusmodi auctorem expiscatus sit, in promptu est ediscere. Quare nihil ulterius de Bonifacio disseremus.

Vigilio ascripsit nuperus quidam scriptor (3); qui tamen, ut valet sagacitate et eruditione, nonnisi conjectando loquitur. Hæ vero causæ sunt quod hanc ille opinionem sit amplexus: 1° Quod soleret Vigilius suas lucubrationes Athanasio ascribere: cujusmodi est Dialogus adversus Sabellianos, Arianos et Photinianos. 2° Quod Eutychetis haud ita pridem insurgentem hæresin oppugnare aggressus sit Vigilius. At ejusdem errores hoc in Symbolo exploduntur. 3° Quod frequentes apud eumdem Vigilium occurrant loquendi rationes in Symbolo usurpatæ. Verum hæc argumenta probe confutavit laudatus vir Anthelmius. Et sane, ut animadvertit ille, ruunt hæc omnia, ubi ostenditur Dialogos illos qui inter Athanasiana comparent opera, et Chiffletius Vigilio adjudicavit, nequaquam esse Vigilii. Quod probe superius suo loco commonstrabamus. Etiamsi vero Vigilii essent Dialogi, non statim hinc consequeretur ejus esse Symbolum. Nam, quod animadvertisse juvabit, pro explorato habendum, Symboli scriptorem, iis loquendi modis, iis usum sententiis fuisse, quæ suo ævo a Latinis Patribus, Catholicisque viris frequentius usurpabantur: neque putandum novas illum dicendi formulas commentum esse: sed eas ut in confesso tunc erant collegisse. Hinc palam res est, quod apud Augustinum, ejusque suppares, Vincentium Lirinensem, Vigilium, et alios inferius notandos, haud semel occurrant ejusmodi sententiæ. Unde manifestum est nullam congruentem hactenus allatam esse causam, quare Vigilio ascribatur.

Afro itaque Vigilio nihil est quod Symbolum *Quicunque* tribuatur. At huic Gallum auctorem,
656 Vincentium nempe Lirinensem, substituit laudatus vir Anthelmius, qui suam hisce argumentis hisce verbis sententiam asserit: 1° *Quod ille tempestatis istius, qua digestum est Symbolum, nobilissimus scriptor exstiterit; 2° quod hæresibus bellum indicere scopus ipsi fuerit unicus; 3° quod errores, Symboli confessione sigillatim perstrictos, eosdem specie, nec alios, scriptis suis impugnare delegerit; 4° quod sub alieno nomine in hac palæstra mereri affectarit; 5° quod ipsi Trevirense solum, seu Belgica prima, in qua primo repertum est Symbolum, patria fuerit; 6° quod ipse cum ejusdem metropoliticæ urbis antistite tum sedente, necessitudine videatur obligatus; 7° quod in aliquam M. Athanasii similitudinem a patriis finibus velut extorris egerit; 8° quod in aliquo suo priori opere Symboli locutiones, insigniores que formulas occuparit, nec verbis solummodo vel characteristicis, ut ita dicam, vocibus, sed transitionibus, sed comparationibus, sed iisdem postremum tenore, contexturaque ratiocinii, cum Symboli methodo et artificio progressus fuerit; 9° quod in ejus a se tum expositæ fidei confessionem, miris ac iteratis mentis excessibus raptus, ejusdem aliquando retractandæ, et elegantius exponendæ indicium prodiderit; 10° quod postremo ad hanc exponendam operam solemni promissione sese constrinxerit. Quæ gemina tandem et urgens elucubrandi Symboli occasio fuit.*

(3) Quesnell. in edit. S. Leonis.

Hæc erudite sane observata, si alias certum quodpiam suppeteret pro Vincentio testimonium vel codicis vel scriptoris alicujus, eum probe commonstrarent eximii opusculi auctorem. At donec certius aliquid emergat, sub judice litem pendere necesse est. Nam quod primo loco dicitur, etiamsi exploratum esset, infirmum tamen esse nemo non fateretur. Quod enim Vincentius eo floruerit ævo, quo prodiit Symbolum : ea sane non satis apta conjectura fuerit, ut ejus auctor existimetur. Non ægre quidem concesserim Vincentii ætate editam fuisse illam fidei professionem, nec tamen codicis Colbertini auctoritate nititur hæc opinio, quem arbitratur Anthelmius 1100 annorum. Etenim (quod pace viri eruditissimi et amicissimi dicatur) multo minoris ætatis codex esse comprobatur : nemo enim peritus cui librum exhibuerim, octavo eum sæculo antiquiorem æstimavit. Quæ consequuntur autem argumenta ad octavum usque, non controvertenda : nam ita compertum est potuisse hominem, cui hæc convenerint, edere Symbolum, ut non minus exploratum sit potuisse alium, cui nihil eorum competat, illud adornare. Quare ad octavum quod alicujus sane momenti est accedamus. Petitur illud ex quibusdam loquendi formulis magnam cum Symboli particulis quibusdam similitudinem referentibus, quas accurate ex Vincentii Commonitorio collegit laudatus vir, et quia nec paucæ nec spernendæ illæ sunt, eas hic exhibere non pigeat.

TABULA PRIMA.

Excerptum ex Symbolo.	*Excerptum e Commonitorio.*
I. Fides autem CATHOLICA hæc est, ut UNUM Deum IN TRINITATE, et TRINITATEM IN unitate VENEREMUR.	A I. Ecclesia vero CATHOLICA UNAM Divinitatem IN TRINITATIS plenitudine, et TRINITATIS æqualitatem IN UNA atque eadem Majestate VENERATUR.
II. NEQUE CONFUNDENTES PERSONAS, NEQUE SUBSTANTIAM SEPARANTES.	II. UT NEQUE singularitas SUBSTANTIÆ, PERSONARUM CONFUNDAT proprietatem, NEQUE item Trinitatis distinctio, unitatem SEPARET Deitatis.
III. ALIA EST enim PERSONA PATRIS, ALIA FILII, ALIA SPIRITUS SANCTI.	III. Quia scilicet ALIA EST PERSONA PATRIS, ALIA FILII, ALIA SPIRITUS SANCTI.
IV. SED PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI UNA est divinitas, æqualis gloria, coæterna Majestas.	IV. SED PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI non alia et alia, sed UNA eademque natura.

TABULA SECUNDA.

Excerptum ex Symbolo	*Excerptum e Commonitorio.*
I. Est ergo fides recta UT credamus et CONFITEAMUR, quia Dominus noster Jesus Christus DEI FILIUS, DEUS ET HOMO EST.	I. Vehementer enim præcavere debemus, UT Christum non modo unum, sed semper unum CONFITEAMUR. . . . unus idemque Christus, FILIUS DEI, B unus idemque Christus, DEUS ET HOMO.
II. Deus est EX substantia PATRIS ANTE SÆCULA GENITUS, et homo est EX substantia MATRIS IN SÆCULO natus.	II. Idem EX PATRE ANTE SÆCULA GENITUS, idem EX MATRE IN SÆCULO generatus.
III. PERFECTUS DEUS, PERFECTUS HOMO, EX ANIMA rationali et humana CARNE SUBSISTENS.	III. PERFECTUS DEUS, PERFECTUS HOMO, in Deo summa Divinitas, in homine plena humanitas : quippe quæ animam simul habeat et CARNEM. . . . EX duplici diversaque SUBSISTENS animi corporisque natura.
IV. ÆQUALIS PATRI secundum Divinitatem, MINOR PATRE secundum humanitatem	IV. Duæ substantiæ sunt, una coæterna, et ÆQUALIS PATRI; altera ex tempore, et MINOR PATRE.

657 TABULA TERTIA.

Excerptum ex Symbolo.	*Excerptum e Commonitorio.*
I. Qui licet DEUS sit et homo, NON DUO tamen, sed UNUS EST CHRISTUS.	I. UNUM Christum Jesum, NON DUOS, eumdemque DEUM pariter atque HOMINEM.... et hoc totum UNUS EST CHRISTUS.
II. UNUS AUTEM NON CONVERSIONE DIVINITATIS in carnem, sed assumptione HUMANITATIS in DEUM. UNUS omnino NON CONFUSIONE substantiæ, SED UNITATE PERSONÆ.	C II. UNUS AUTEM NON.... DIVINITATIS et HUMANITATIS CONFUSIONE, SED UNITATE PERSONÆ.... NON CONVERSIONE naturæ, SED PERSONÆ.
III. Nam SICUT ANIMA rationalis et CARO unus EST HOMO, ITA DEUS et homo UNUS EST CHRISTUS.	III. Igitur SICUT ANIMA connexa CARNI, non imitatur hominem, sed EST HOMO, ITA etiam, Verbum, DEUS, uniendo se homini.... factus EST HOMO... et ex duabus substantiis UNUS EST CHRISTUS.
IV. Qui PASSUS est pro salute nostra, etc.	IV. Ecclesia Deum secundum hominem credit factum, PASSUM, etc.

Hæc in Vincentii Commonitorio sparsim posita, in unum collegit laudatus vir Anthelmius : validum hinc elici ratus argumentum, quo Symbolum Vincentio eidem Lirinensi ascribatur. Et sane id probe eruditi viri argumentis conficitur, nihil repugnare scilicet, ut sit illud Vincentii Lirinensis opus. Quæ enim gravior ea in re occurrere videtur difficultas, ex confutata nempe in Symbolo Eutychetis hæresi

hisce verbis : *Unus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ*, plane levatur ex simili Commonitorii loco superius posito : ex quo palam est, ante Chalcedonensem synodum in usu fuisse eam loquendi formulam. Siquidem Vincentius in Commonitorio aliquot ante eam synodum annis a se conscripto, iis est usus vocibus. Fatemur tamen nobis nondum prorsus constare, fuisse Symbolum a Vincentio Lirinensi conscriptum : id solum liquet : ut Vincentius in Commonitorio voces passim in Ecclesia suo ævo observatas pro fide exponenda usurpavit, ita auctorem Symboli, quisquis tandem ille sit, vocibus usum esse suo ævo in Ecclesia receptis ; imo conspicuum est neutrum aliam tenere viam, aliis uti dictis debuisse. Ea enim est consuetudo, ut in cudendis Symbolis et Fidei confessionibus, loquendi solum genera vulgo a Catholicis usurpata adhibeantur, nec nova introducantur, nisi in synodis, ac ne in synodis quidem, nisi gravissima de causa.

Quod postremo loco dicitur, Vincentium ad fidei confessionem denuo tractandam et explanandam sese solemni promissione constrinxisse, id sane de Symbolo hujusmodi adornando intelligi non posse liquet ex ejus verbis : *Hæc in excursu*, inquit, *dicta sunt, alias, si Deo placuerit, uberius tractanda et explicanda.* Quis enim non videat, his prolixiorem promitti tractatum, non ipso Symbolo tantum, sed etiam Commonitorio : quod multo prolixius est Symbolo, *Quicunque?*

Cæterum cum ex allatis supra testimoniis videatur in Galliis primum celebrari cœpisse hoc Symbolum, haud abs re conjectant eruditi viri, in Galliis illud fuisse elucubratum. Quod item forte suadeat antiquissimus ille in Galliis et in Anglia mos Symboli alternatim concinendi : itemque mss. Gallicanorum copia et antiquitas. Treviris autem ab Athanasio fuisse adornatum testantur Otto Frising. et post illum Durandus *De off. div.* lib. IV, cap. 2. Sed Baronius ad ann. 340, opinatur ab Athanasio Romæ catholicam fidei professionem coram Julio pontifice fuisse recitatam. Qua de re quid sentiendum sit ex superioribus liquet.

IV. *De variis Symboli formulis, cum Latinis, tum Græcis.*

Latini codices plerique omnes Symbolum exhibent cum perpaucis varietatibus, uno excepto Colbertino antiquissimo, qui non sententia, sed verbo tantum tenus multum discrepat ab editis.

Græcæ vero formulæ ita inter se dissonant, ut a variis interpretibus ex Latino Græce versas fuisse conspicuum sit. Quatuor afferimus inferius : Gudlingius vero in notis ad Zialowiskium sex edidit formulas, ex quarum tamen numero tres ita inter se sunt affines, ut paucis duntaxat lectionibus differant, quas nos adnotavimus ad tertiam formulam.

Prima itaque formula Græca, ea est quam ad fidem Palatinorum codicum edidit Felckmannus, de qua superius actum fuit.

Secunda, quam edimus, formula, jam olim publici juris facta per Genebrardum anno 1569, quam ait ille esse Ecclesiæ Constantinopolitanæ, exstat in Regio codice num. 2502, olim ex Bibliotheca Joannis Huralti Boistallerii a Carolo IX Venetias legati. In quo codice hæc leguntur ante Dialogum S. Athanasii cum Ario : Τὸ παρὸν βιβλίον ἐγράφη παρ' ἐμοῦ Ζαχαρίου ἱερέως τοῦ Κρητὸς τοῦ Μαραφαρᾶ διὰ συνδρομῆς καὶ μισθοῦ τοῦ ἐνδοξοτάτου κυρίου Ἰωάννου Βοϊσταλλερίου, πρέσβεως Ἐνετίῃσι τοῦ ἐκλαμπροτάτου καὶ γαληνοτάτου αὐθέντου σύρου Κάρλου βασιλέως Γάλλων. Καίτοι, ἐὰν εὕρητέ τι λάθος, σύγγνωτε· ἀνθρώπινον πάθος τὸ ἁμαρτάνειν. Ἔῤῥωσθε. Id est, *Hic Liber a me descriptus est Zacharia Maraphara, presbytero Cretensi, ope ac mercede accepta clarissimi domini Joannis* **658** *Boistallerii, Venetiis versantis, legati præclarissimi ac serenissimi domini Caroli regis Gallorum. Si quem porro lapsum deprehendatis, ignoscite. Humanæ est infirmitatis peccare : Salvete.* Et inferius : *Transcriptus et recognitus liber hic est, ex vetustissimo exemplari Cretico; Venetiis anno* 1562, *impensa facta aureorum X. Zacharias sacerdos transcripsit et habuit.* Incertum autem utrum ex illo quod memorat vetustissimo exemplari Symbolum etiam sit mutuatus : codex quippe amplæ molis multa et varia complectitur, quæ dubitare licet ex unone codice exscripta fuerint an ex compluribus. Sane nullum vidimus Græcum hujus Symboli codicem qui trecentorum sit annorum, nec antiquum alium a quopiam visum fuisse novimus.

Tertia, primum edita fuit ab Henrico Stephano anno 1565. Deinde vero a Gilberto Genebrardo ex codice Lazari Baiffii, cum variis lectionibus ex editione Henrici Stephani quæ in nonnullis ab ea discrepat. Itemque ex postrema conciliorum editione, quæ in pluribus differt ab utraque.

Quarta Fidei formula, seu versio Symboli *Quicunque* in postrema Conciliorum editione cusa est, ex Usserio desumpta, quam Usserius ex Patricii Junii apographo mutuatus, publicam fecerat anno 1647. Hæc plane παραφραστικῶς conscripta fuit. Estque notatu dignum, in prima et postrema formula Spiritum sanctum dici solum ex Patre procedere, in secunda et tertia, ex Patre Filioque : unde fortassis suspicio veniat fuisse illas a Latinis editas, cum hanc Græci doctrinam proterve ac temere contra sanctorum Patrum etiam Græcorum sententiam repudient.

Non ingratum lectori fore putamus, quod binas Gallicas versiones his adjecerimus : quarum prior, uti dictum est, ex codice Colbertino 3133 a 600 annis conscripta est. Altera vero ex codice RR. PP. Fratrum

Minorum 400 annorum. Videturque ex antiquiore codice exscripta : non consonat enim illa interpretatio cum Latino Symbolo e regione posito; ita ut etiam inscriptio Latina a Gallica penitus discrepet, in prioreque Bonifacii, in posteriore vero Anastasii seu potius Athanasii esse dicatur.

His subjungimus Symboli explicationem Latine compositam ex codice hujusce Sangermanensis cœnobii annorum plus quingentorum exscriptam, non indignam, ut arbitramur, quæ in lucem prodeat.

Agmen claudit Græca fidei confessio, ex codice Regio 2356 exscripta. Quæ item præfert Athanasii nomen, multisque, ut existimamus, post Athanasium sæculis edita est

—

ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ.

—

SYMBOLUM S. ATHANASII DE FIDE CATHOLICA (4), *VULGO IN ECCLESIA RECEPTUM.*

—

PRIMA FORMULA.

A Εἴ τις θέλει σωθῆναι, πρὸ πάντων χρὴ αὐτῷ τὴν καθολικὴν κρατῆσαι πίστιν· ἣν εἰ μή τις ὑγιῆ καὶ ἄμωμον τηρήσειε, πάσης ἀμφιβολίας ἐκτὸς εἰς τὸν αἰῶνα ἀπολεῖται. Πίστις δὲ καθολικὴ αὕτη ἐστὶν, ἵνα ἕνα Θεὸν ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι σέβωμεν, μήτε συγχέοντες τὰ πρόσωπα, μήτε τὴν οὐσίαν διαιροῦντες. Ἄλλη γάρ ἐστιν ἡ τοῦ Πατρὸς ὑπόστασις, ἄλλη τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἄλλη τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἀλλὰ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, μία ἐστὶ θεότης, ἴση δόξα, συνδιαιωνίζουσα ἡ μεγαλειότης. Οἷος ὁ Πατὴρ, τοιοῦτος καὶ ὁ Υἱὸς, τοιοῦτον καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἄκτιστος ὁ Πατὴρ, ἄκτιστος ὁ Υἱὸς, ἄκτιστον καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἄμετρος ὁ Πατὴρ, ἄμετρος ὁ Υἱὸς, ἄμετρον καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Αἰώνιος ὁ Πατὴρ, αἰώνιος ὁ Υἱὸς, αἰώνιον καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ ὅμως οὐ τρεῖς αἰώνιοι, B ἀλλ' εἷς αἰώνιος· ὥσπερ οὐ τρεῖς ἄκτιστοι, οὐδὲ τρεῖς ἄμετροι, ἀλλ' εἷς ἄκτιστος, καὶ εἷς ἄμετρος. Ὁμοίως παντοκράτωρ ὁ Πατὴρ, παντοκράτωρ ὁ Υἱὸς, παντοκράτωρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ ὅμως οὐ τρεῖς παντοκράτορες, ἀλλ' εἷς παντοκράτωρ. Οὕτω Θεὸς ὁ Πατὴρ, Θεὸς ὁ Υἱὸς, Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλ' ὅμως οὐ τρεῖς θεοὶ, ἀλλ' εἷς Θεός. Ὡσαύτως Κύριος ὁ Πατὴρ, Κύριος ὁ Υἱὸς, Κύριος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ ὅμως οὐ τρεῖς κύριοι, ἀλλ' εἷς ἐστι Κύριος. Ὅτι, ὥσπερ μοναδικῶς ἑκάστην ὑπόστασιν Θεὸν καὶ Κύριον ὁμολογεῖν Χριστιανικῇ ἀληθείᾳ ἀναγκαζόμεθα, οὕτω τρεῖς θεοὺς ἢ τρεῖς κυρίους λέγειν καθολικῇ εὐσεβείᾳ κωλυόμεθα. Ὁ Πατὴρ ὑπ' οὐδενός ἐστι πεποιημένος, οὔτε δεδημιουργημένος, οὔτε γεγεννημένος. Ὁ Υἱὸς ἀπὸ μόνου τοῦ Πατρός ἐστιν C

QUICUNQUE vult salvus esse, ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem : quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum peribit (5). Fides autem catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur : neque confundentes personas, neque substantiam separantes. Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti : sed Patris, et Filii, et Spiritus sancti, una est divinitas, æqualis gloria et coæterna majestas. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus (6). Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus. Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus. Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus. Et tamen non tres æterni, sed unus æternus : sicut non tres increati, nec tres immensi, sed unus increatus, et unus immensus. Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus : et tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus : et tamen non tres dii, sed unus est Deus. Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus : et tamen non tres domini, sed unus est Dominus. Quia sicut sigillatim unamquamque personam Deum aut Dominum (7) confiteri Christiana veritate compellimur; ita tres deos aut dominos dicere catholica religione prohibemur. Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Filius a Patre solo est non factus, nec creatus, sed genitus : Spiritus sanctus a Patre et Filio non **659** factus, nec creatus, nec

(4) Codex Regius 2962 : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν μεγάλου Ἀθανασίου ὁμολογία τῆς αὐτοῦ πίστεως. In codice Felckmanni Græco nullus comparet titulus, nec scriptoris nomen. In Palat. codice legitur, Σύμβολον τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου. Sangerman. 257, *Fides sancti Athanasii episcopi Alexandriæ*. Qui ab Usserio dicitur fuisse Æthelstani Anglorum regis, habet : *Fides Athanasii Alexand.* Colbert. 784 mutilus est initio et a media solum parte incipit, ut infra notatur. Regius codex 4908 nullum habet titulum. Qui ab Usserio dicitur esse tempore Gregorii M. descriptus, *Fides catholica*, solum habet. Palat. 1 paulo post initium habet, Πρὸ πάντων χρεία ἐστὶν ἵνα τὴν καθολικὴν κρατήσῃ πίστιν.

(5) S. Germ., *Inviolabilemque servaverit, absque dubio peribit in æternum.* In Reg. *absque dubio* deest. Ibid. Palat. sic, ὑγιῆ ἄμωμον τηρήσειεν ἐκτὸς δισταγμοῦ εἰς.

(6) Mox Reg., *talis et Spiritus sanctus*, et ita in subsequentibus particulam *et* ante *Spiritus sanctus*. Desinit autem in hæc verba : *Et tamen non tres æterni*, exinde mutilus est codex.

(7) S. G., *Unamquamque personam et Dominum et Deum.*

genitus est, sed procedens. Unus ergo Pater, non tres patres; unus Filius, non tres filii; unus Spiritus sanctus, non tres spiritus sancti. Et in hac Trinitate (8) nihil prius aut posterius, nihil majus aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, et coæquales. Ita ut per omnia, sicut jam supra dictum est, et unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate veneranda sit. Qui vult ergo salvus esse, ita de Trinitate sentiat. Sed necessarium est ad æternam salutem, ut incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat (9). Est ergo fides recta, ut credamus et confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus et homo est (10). Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus: homo ex substantia matris in sæculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali et humana carne subsistens. Æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem. Qui licet Deus sit et homo, non duo tamen, sed unus est Christus. Unus autem non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Unus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ: nam sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus. Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis (11), inde venturus est judicare vivos et mortuos. Ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, et reddituri sunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in ignem æternum. Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

οὐ πεποιημένος, οὐδὲ δεδημιουργημένος, ἀλλὰ γεγεννημένος. (12) Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς οὐ πεποιημένον, οὔτε δεδημιουργημένον, οὔτε γεγεννημένον, ἀλλ' ἐκπορευτόν. Εἷς οὖν ἐστι Πατὴρ, οὐ τρεῖς πατέρες· εἷς Υἱὸς, οὐ τρεῖς υἱοί· ἓν Πνεῦμα ἅγιον, οὐ τρία πνεύματα ἅγια. Καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Τριάδι οὐδὲν πρῶτον ἢ ὕστερον, οὐδὲν μεῖζον ἢ ἔλαττον, ἀλλ' ὅλαι αἱ τρεῖς ὑποστάσεις συνδιαιωνίζουσαι ἑαυταῖς εἰσι καὶ ἴσαι. Οὕτως, ἵνα διὰ πάντων, ὥσπερ ἤδη προείρηται, καὶ Τριὰς ἐν μονάδι, καὶ μονὰς ἐν Τριάδι λατρεύηται. Ὁ θέλων οὖν σωθῆναι οὕτω περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος νοείτω. Ἀλλ' ἀναγκαῖον δέ ἐστι πρὸς αἰωνίαν σωτηρίαν, ἵνα καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βεβαίως πιστεύῃ. Ἔστιν οὖν πίστις ὀρθὴ, ἵνα πιστεύωμεν καὶ ὁμολογῶμεν, ὅτι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, Θεὸς καὶ ἄνθρωπός ἐστι. Θεός ἐστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, πρὸ αἰώνων γεννηθείς· καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς μητρὸς, ἐν χρόνῳ γεννηθείς. Τέλειος Θεὸς, καὶ τέλειος ἄνθρωπος, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ ἀνθρωπίνης σαρκὸς ὑποστάς· ἴσος τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, ἥττων τοῦ Πατρὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Ὃς, εἰ καὶ Θεὸς ὑπάρχει καὶ ἄνθρωπος, ὅμως οὐ δύο, ἀλλ' εἷς ἐστι Χριστός· εἷς δὲ οὐ τροπῇ θεότητος εἰς σάρκα, ἀλλὰ προσλήψει ἀνθρωπότητος εἰς θεότητα. Εἷς καθόλου οὐ συγχύσει φύσεων, ἀλλ' ἑνώσει ὑποστάσεων· ὥσπερ γὰρ ψυχὴ λογικὴ καὶ σὰρξ εἷς ἐστιν ἄνθρωπος, οὕτω Θεὸς καὶ ἄνθρωπος εἷς ἐστι Χριστός· ὁ παθὼν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ κατελθὼν εἰς τὸν ᾅδην, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστὰς ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀνελθὼν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθήμενος ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τοῦ παντοκράτορος, ὅθεν ἐλεύσεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Οὗ τῇ ἐλεύσει πάντες ἄνθρωποι ἀναστήσονται σὺν τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν ἀποδώσοντες περὶ τῶν ἰδίων ἔργων λόγον· καὶ οἱ καλὰ πράξαντες εἰσελεύσονται (13) εἰς ζωὴν αἰώνιον, οἱ δὲ κακὰ εἰς πῦρ αἰώνιον. Αὕτη ἐστὶν ἡ καθολικὴ πίστις, ἣν εἰ μή τις πιστῶς τε καὶ βεβαίως πιστεύσῃ, σωθῆναι οὐ δυνήσεται.

(8) S. G., *In hac Trinitate*, omisso, *et*.

(9) Colbertinus hic incipit, hac ratione: Post synodum Chalcedonensem hæc minio descripta leguntur: *Explicit synodum mundanum, id est, universalem, apud Calcedona.*

Hoc inveni Treviris in uno libro scriptum, sic incipiente: Domini nostri Jesu Christi et reliqua. Domini nostri Jesu Christi fideliter credat. Deinceps atramento hæc: *est ergo fides recta*, etc., ad finem usque.

